

Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

+ *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.

+ *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.

+ *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.

+ *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertati di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da `http://books.google.com`

Digitized by Google

Bibliotheca S. J.
Les Fontaines
CHANTILLY
Ho
160/121





Digitized by Google

160/121
4

GF.

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google



ANTVERPIÆ, TYPIS IACOBI MEVRSII. ANNO M.DC.LXII.

Digitized by Google



Digitized by Google

Maria Bibliotheca Colbertina.


VINEA CARMELI
SEV
HISTORIA
ELIANI ORDINIS
B.mæ V. MARIÆ
DE MONTE CARMELO

Contracta in variis opusculis, Regulam, Originem, propaginem, euentus varios, Patrocinium multiplex, Viros illustres, & Prouincias omnes delineantibus.

Eâ etiam occasione totius Monastices, olim per Magnum Prophetam ELIAM *inchoata, & per Christum in perfectione consummata, antiquitas, atq; successio luculenter illustratur.*

Operâ R. P. F. DANIELIS à V. MARIA eiusdem Ordinis Ex-Prouincialis in Belgio.

ECOLE SAINTE GENEVIÈVE R.D.J.



ANTVERPIÆ,
Apud IACOBVM MEVRSIVM,
ANNO M. DC. LXII.

Digitized by Google

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO,

AC REVERENDISSIMO DOMINO

D. ANDREÆ

CREVSEN

ARCHIEPISCOPO MECHLINIENSI

BELGII PRIMATI.

VINEA CARMELI à magno Dei Propheta, primo Monastices *Vinitore*, ELIA consita, ab ipso Sanctissimis vitæ suæ exemplis pastinata, propagata, & statuminata; inter Israëliticę domus *labruscas* suauissimis virtutum *uuis* præfecunda; Marianæ deuotionis odore nongentis ante annis fragrantissima; quantumuis crude-

Digitized by Google

libus Tyrannorum manibus pampinata sæpiùs, semper florida, & iugibus opima *vindemiis*, Columnis tuis, ILLVSTRISSIME PRÆSVL, muniri postulat, vt sit tuta; Nomine tuo ornari ambit, vt sit grata.

Cant. 2. Creuit illa, *deditq; florens odorem suum*

VVastel. l. 1. Vindic. sect. 5. art. 3. §. 4. legis tempore, *non ex Lege orta, neq; legem habens solam Legem, sed Legem ipsam perfectione superans*, & inter accescentes Synagogæ fructus præcocibus abundans *uuis*, dilecta tandem

Isa. 1. *vinea facta est* DILECTO; cuius salutiferis rigata lymphis *extendit* per Orbem

Psal. 79. *palmites suos*, vinumque protulit, quod ipse gustauit auidiùs, probauit sæpiùs, custodiuit & seruat diligentiùs.

Verè

Verè enim *vinum optimum, dignum* Cant. 7.
DILECTO *ad potandum, vinum germi-* Zachar. 9.
nans virgines, & ipsum in terris An-
gelicæ Beatitatis gustum propi-
nans Veni, ILLVSTRISSIME DO- Psal. 79.
MINE, *vide & visita* VINEAM IS-
TAM, nondum post bis mille quin-
genta secula effœtam, sed palmiti-
bus semper nouis floridam, nouis
vsque traducibus propagatam, in
Ecclesiæ horto *vsque ad consumma-* Matt. 28.
tionem seculi (sic Cœli sponsio) im-
marcesibiliter florituram. Leges
ibi primum illius plantatorem S.
Prophetam ELIAM, *musto* diuino
plenum, nondum quidem in bea-
tam gloriæ *cellariam introductum, chari-*
tate tamen *ordinatum* & firmatum, Cant. 2.

VINEÆ

VINEÆ ſuæ adhuc ſolicitum, &
Lucæ 1. Mundo ſanationis *oleum*, & conſolationis *vinum* largiter infundentem. Leges ibi VINEAM iſtam numquam *vidicis* deſtitutam, ſed ſuis Regulæ *pedamentis* ſemper ſuffultam. Leges Sanctiſsimæ Ma-
Cant. 3. tris, cuius *vbera meliora vino*, ſuper VINEAM iſtam effuſum amorem. Leges de ELIÆ Filiis *poſitos Cuſtodes*,
Cant. 2. *è* VINEIS *vulpeculas, quæ illas demoliuntur*, diſpuliſſe, *deq;* hæreticæ prauitatis
Pſal. 79. *ſilua exterminantes eam apros* oppugnaſſe & deuiciſſe. Hęc VINEA non vno tibi ſacratur nomine. Sacra eſt; non poterat niſi ſacrum patrocinium ſpectare, vbi ſacra præeminens SAPIENTIA omni ſeſe exſerit

ſerit maior aſſultu VICTRIX FORTVNÆ: VINEA eſt, & benè venit ad Te, quem *poſuerunt Cuſtodem in* VINEIS, dum ex Romanæ Sapientiæ *Vineto* ab Eminentiſsimo Cardinale Kleſelio in Auſtriam euocatus Viennæ in Aula Cæſarea adhibitus Te probaſti. *Cuſtoſtodem in* VINEA Te Regius nouit Exercitus, dum illius per Germaniam Vicarius Generalis tuam ille prudentiam ſuſpexit & ſenſit. *Cuſtodem* VINEÆ *ſuæ* Te adhuc euehit Cameracum, vbi poſtquàm à Ferdinando II. Cæſare Canonicatu auctus, totii Diœceſi Vicarius datus, ad Apoſtolicam Sedem à Prouinciali Concilio, pro illius confir- Cant. 2.

matione, fuisses missus; ad Ruremundensis VINEÆ *custodiam* es assumptus. Quem & qualem sensit Te illa *Vinitorem*? Caruerat illa diu, per diuturnos bellorum tumul-
Psal. 79. tus, *Custode*: vicina nimiùm hæresis *destruxerat maceriam eius*, humi illam iam affligere, suasq; inserere cœpe-
Ierem. 1. rat *labruscas*: venisti bonus *vinitor*, *euulsisti*, *destruxisti*, quod nociuum,
Matt. 21. *ædificasti*, *plantasti*, quod sanctum; *sepem circumdedisti ei* salutarium sanctionum; & VINEÆ *florentes dederunt*
Cant. 2. *odorem suum*. Inde diffusus *Christi bonus odor*, ad vsque Hispanias penetrans Philippum IV. Regem Catholicum permouit; vt, de Summi Ecclesiæ *Vinitoris* ALEXANDRI VII.

Digitized by Google

VII. comprobatione; ad altiora euehereris, datus MECHLINIÆ ARCHI-PRÆSVL & BELGIO PRIMAS: vbi augustus animus tuus ex angustiori ad amplius *vinetum* trãslatus latiùs sese per Apostolicas virtutes & functiones explicaret. Isto autem è fastigio quandoque singularem tuam in me ac Cœnobium nostrum Mechlinienſe beneuolentiam descendẽtem expertus fui. Habes causas dedicationis meæ: addamne & aliam ac quidem potissimam, priuatam meam, quin & publicam Ordinis? dum Prouincialis in Belgica Prouincia fungerer munere, incidit Excellentissimo D. Comiti de Bergh, &c.

Supremo Domino Boxmeræ, & Excellentissimæ D. Magdalenæ Comitissæ consilium, & pium votum, ad illud suum Boxmeranum independens Dominiũ è *Carmelitica* VITE traducere *palmitem* (& fundare Cœnobiũ) vt ex eo istius loci incolis & accolis, hæreticorũ ditioni nõ modò vicinis, sed penè vndequaque cinctis, supperetrent Catechismi, ac puerilium institutionum *botri*, & *pampini*, nec non diuini officij solemniter peracti suauis *vuor*, & orthodoxæ doctrinæ purum *vinum*: neque etiam deessent spiritualis medicina, & cibus animæ in Sacramentorum administratione; vt illis illecti, & confortati, Religionis

nis Catholicæ professione non deficerent. At (vt solet passim in rerum magnarum molimine) obortæ mox tempestates nouellũ Carmeli *traducem* eò illatum radices agere non permiserunt, donec sub Tuæ protectionis vmbraculo à turbinibus illis tutaretur, & fauoris Tui aspirante austro succrescẽs, efflorescceret: ita quidem vt illis in partibus copiosa nunc animarum, per Religiosos istius nostri Monasterij colligatur *vindemia*; isque fructus, mansurus in æternum, originaliter germinat è zelo Tuo, qui pro ouium istic ferè desertarum succursu tam suauiter tunc exar-

descens, & efficaciter operans, plantationem illam nostram (adhibitis, vt futuro tempori consuleretur, RR. DD. Canonicorum Cathedralis Ecclesiæ consilijs, atq; præcipuorum Doctorum Louanienſium consultationibus) stabilem effecit, & firmam: cuius proinde memoria inibi in benedictione est.

Suscipe igitur, ILLVSTRISSIME HIERARCHA, solitâ benignitate munusculum multis nominibus debitum, simul cum animo offerentis: qui & Deum precatur, vt Te Ecclesiæ suæ, & Belgio nostro diu præstet incolumem, ac rerum

rum tuarum cursum, & finem, iubeat esse felicem. Bruxellis pridie Idus Ian. 1662.

ILLVSTR.^mæ ac R.^mæ D. V.^æ

Humillimus seruus.

F. DANIEL A VIRGINE MARIA ex Ordine FF.B.V.MARIÆ de Monte Carmelo, nomine suæ Prouinciæ Belgicæ.

MAN-

Digitized by Google

MANDATVM, ET FACVLTAS

REVERENDI P. GENERALIS.

FR. MARIVS VENTVRINVS *S.T. Magister ac humilis Prior Generalis, nec non Commissarius, & Visitator Apostolicus Ordinis Beatiss. Virginis* MARIÆ *de Monte Carmelo, Dilecto nobis in Christo R. A. Patri Danieli à Virgine Maria Prouinciæ nostræ Belgicæ Ex-Prouinciali salutem, & Spiritus S. Lumen, & auxilium.*

Cùm nobis innotuerit, te ad prælum paraſſe VINEAM CARMELI, *ſeu Compendium hiſtoriale de Origine, Propagine, Patriarcha, ac Patrona, Regula, atque Priuilegio ſingulari (Sacro* SCAPVLARI*) Ordinis noſtri Prophetici Eliani Beatiſſ. Virginis* MARIÆ *de Monte Carmelo, complectens* Opuſcula S. CYRIELI Conſtantinopolitani, Prioris Generalis dicti Ordinis, IOANNIS DE BACHONE Angli, ARNOLDI BOSTII Gandauēſis percelebris Scriptoris, SEGERI PAVLI Colonienſis diligentis hiſtorici, & grauiorum Auctorum teſtimonia, cum notis & binis tractatibus tuis, & modò *incumbere illuſtrandis, & ad editionem diſponendis quibuſdam aliis Opuſculis nondùm editis, ſcilicet* P. IOANNIS HILDESHEIM diſcipuli S. PETRI THOMASII Defenſorium Ordinis noſtris, BALDVINI LEERSII Collectaneum exemplorum, & miraculorum, ARNOLDI BOSTII librum de Viris illuſtribus, SIBERTI DE BEKA, PHILIPPI RIBODII, & aliorum; *vt prænominata Opuſcula, poſt tot*

vel aliorum eruditas, lucem adspiciant, ad publicam vtilitatem, & Historiæ Ordinis nostri elucidationem, auctoritate nostrâ harum serie tibi mandamus, vt supra-dictam VINEAM *seu* COMPENDIVM HISTORIALE *quantocyus prælo subjici cures, & alia Opuscula tum obedientiæ merito ad illud aptare, & vbi disposita fuerint, etiam typis mandari festines, dummodò à duobus Theologis nostri Ordinis probentur, & aliorum, ad quos spectat, consensus accedat. Datum in Carmelo nostro* S. MARIÆ *Transpontinæ Romæ die septima Ianuarij* 1660.

Fr. MARIVS VENTVRINVS *Generalis, & Visitator Apostolicus Carmelitarum.*

Facultatis præhabitæ confirmatio, per Reuerendissimum P. Generalem præfati successorem.

VT opus, cui titulus est VINEA CARMELI, seu Historia Fratrum B. Virg. MARIÆ de Monte Carmelo, contracta in variis opusculis Regulam, Originem, Propaginem, Euentus varios, Patrocinium multiplex, Viros illustres, & Prouincias omnes delineantibus ab Adm. Reu. P. DANIELE A VIRGINE MARIA *nostræ* Prouinciæ Belgij professo Sacerdote *conscriptum typis mandetur, licentiam concedimus, dummodò à duobus Theologis nostri Ordinis probatum fuerit, & aliorum ad quos spectat consensus accedat.*

Hor. fid. Dat. Romæ in nostro Carmelo S. Mariæ Transpontinæ die 24. Iunij 1661.

FR. HIERONYMVS ARI Generalis Carmelitarum.

FR. SEBASTIANVS FANTONIVS CASTRVCCIVS Prouincialis Hiberniæ, & Secretarius Ordinis.

FACVLTAS ADM. R. P. PROVINCIALIS PROVINCIÆ BELGICÆ.

CVm Reuerendissimus P. Generalis noster per literas Romæ datas die 7. Ianuarij huius anni 1660. permiserit, & iusserit perfici, ac typis edi Opus historicum, inscriptum VINEA CARMELI, seu *historia Ordinis Carmelit.* &c. concinnatum per R. P. DANIELEM A VIRGINE MARIA, *Belgicæ Prouinciæ Exprouincialem*, facultatem damus IACOBO MEVRSIO Typographo Antuerpiensi, vt istam historiam (cum per deputatos à nobis Ordinis nostri Theologos, atque alios, quorum interest, examinata & probata fuerit) prælo committat. Datum Vilvordiæ &c. Februarii anno 1660.

F. FRANCISCVS BONÆ SPEI *Prouincialis Prouinciæ Belgicæ* [illegible] *de Monte Carmelo.*

APPRO-

VINEAM CARMELI, seu Historiam Ordinis FF. Beatiss. V. MARIÆ de Monte Carmelo contractam &c. *Authore R. A. P.* F. DANIELE A VIRGINE MARIA Ex-Prouinciali Prouinciæ nostræ Belgicæ einsdē Ordinis, *vidi, & cum voluptate legi; nec in ea quidpiā orthodoxæ fidei, vel honestis moribus aduersum reperi; quinimò plurima ad decorē Carmeli inibi adferuntur: vt, Sanctissimum Patriarcham* ELIAM *verum Carmelitici, Propheticiq; Ordinis Authorem esse, eamdemq; ab ipso ad hæc vsque tempora hæreditariam, ac ingiter continuatam successionem tenere, & longè lateq; diffusam, nec non virorū sanctitate præstantium, & eruditione conspicuorū laudes, & elogia. Etiam eruditè & nerosè in illo adstruuntur, ac confirmantur Monachatus, & aliqualia vota sub Lege veteri, atque alia quædam, ita vt hoc Opus sit veluti Compendium Annalium, ac cæterarum historiarum Ordinis huius in magnum cessurum commodum iis, quibus otium non est, in pluribus tomis diffusè pertractata lustrare, quæ hic succinctè comprehensa sunt in vno. Quapropter illud prælo dignum iudicani. Datum in Carmelo nostro ad S. Catharinæ Louanij 20. Augusti 1661.*

F. ANGELVS MICHAELIS quondam S. Th. Professor, modò FF. Beatiss. V. MARIÆ de Monte Carmelo Prior Louanij.

INfra-scriptus perlegi librum, cui titulus est VINEA CARMELI: seu historia Ordinis B. V. MARIÆ de Monte Carmelo &c. *In quo nihil fidei honisque moribus contrarium inueni, sed quæ iuxtè, & succinctè demonstrent, ac firment antiquitatem totius Monastices, peculiariter verò Ordinis huius, ceteraq; eum concernentia, vt proinde vtilis & commodus futurus sit iunioribus nostris Fratribus, & aliis, quibus non vacat magna volumina percurrere. Est & illud in eo singulare, quòd inter sententias specierenus pugnantes, circa Monachismum, & virginitatis ali-*

qualis voluit fieri Lege veteri Mosaica, quæ sit in certam Vineæ re-
uocet, statuat, ac authoritatibus, & rationibus firmet, vt propterea
non immeritò ei competere videatur, quòd VINEA *futura sit*
PACIFICO, *Vt igitur* Pacifici *ex eius fructibus gustare quea-*
ant, publicum fieri dignum censeo. Datum in Carmelo B. MARIÆ
Virginis Bonæ Spei iuxta Vallencenas 27. Augusti 1661.

F. ANGELVS A VISITATIONE præfati Car-
meli Prior, quondam S. Th Lector.

EX *Commissione Reuerendi Admodum P. Nostri Prouincialis,*
ingressus sum & visitaui oculis & animo VINEAM *istam,*
quam nunc nobis calamo sui clare aperit R. Adm. P. DANIEL
A VIRGINE MARIA Prouinciæ Nostræ Belgicæ nuper
Prouincialis; *& quamuis in compendio viderim delineatam, nil*
tamen historicæ veritatis aut pietatis insperse reperi dispendij. So-
lidis siquidem rationibus, & antiquo-nouis monumentis, aut primò
aut nouâ luce donatis, ostendit firmatq; primum illius plantato-
rem *S. P.* ELIAM *fuisse, illiusq; traduces numquam interruptâ*
propagatione, *à veteris ad nouæ legis agrum pullulantem, ad hæc*
usque tempora, maturis semper virtutum uuis *fœcundam immar-*
cessibiliter perstitisse. VINEAM *ostendit, triplicemq; illius* sepem
(*Regulam intelligo*) *ex S. Cyrillo ante oculos ponit, sicq; malè hacte-*
nus formatas de CARMELI VINEA *opiniones oppugnat &*
destruit, ac specie-tenus inter se pugnantes circa voti virginitatis
veroſq;, inter accescentem *iam tum Synagogam, Monachismi*
fructus *sententias ita solerter solideq; conciliat: vt expressum è*
VITE uvorem *in forte, tamen dulce, aptet medicamentis* detq;
Prouer. 31. *suaue* vinum *his, qui aduersùm Elianam Religionem* amaro sunt
corde: *vt veritatis historicæ amica gratissima & pacifica* VINEA
pacifico *Lectori sit futura. Tantum abest, vt aliqua contra Or-*
Gant. 8. *thodoxam fidem bonosve mores in illa sint* labrusce, *vt non nisi*
Christianæ pietatis botros *contineat, omnigenarumq; virtutum*
Deuter. 32 succum *omnium mentibus instillet. Vt igitur ex ea quisq; uvas*
pietatis & eruditionis, quantum placuerit, comedere valeat,
vtiliter

vtiliter per prælum publicè fiet. Sic censebam Bruxellis in Conuentu nostro S. Simonis Stock *pridie Immaculatæ Conceptionis Marianæ* 1661.

F. Seraphinus à IESV MARIA Ordinis B.me V. MARIÆ de Monte Carmelo Theologus.

Censura Apostolici, & Archiepiscopalis librorum Visitatoris, Doctoris Louaniensis.

VIneam naturalem dixerunt quidam Philosophi proferre tres *Botros*, vnum bonum, alium malũ, tertium mixtum; at in hac VINEA CARMELI Historiali A.R.P.F. *Danielè à Virgine Maria* DELINEATA tres quidem etiam *Botros* repetio, sed omnes Optimos, Cœlestes, Saluberrimos. 1. SANCTITATEM eximiam ELIADVM, seu FRATRVM BEATÆ VIRGINIS MARIÆ de Monte Carmelo. 2. singularem eorumdem Fratrum DOCTRINAM, vtramque suis laudibus & elogiis solidè & graphicè exornatam, & confirmatam. 3. Summam ANTIQVITATEM istius Religiosissimi, Celeberrimi, & primicerij Ordinis assertam, & argumentis decretoriis astructam; atque cum illo eius ORTV vetustissimo, etiam felicem eiusdem PROGRESSVM, PROPAGATIONEM, & REFORMATIONEM. Cum igitur hæc tam decora, tam exquisita CARMELI VINEA, tam bonorum, rarorum, & salutarium *Botrorum* ferax sit & fœcunda, meritò in amplissimo Ecclesiæ Catholicæ horto, Typographi arte, & operâ, plantabitur: inde enim FIDEI imprimis zelus accendetur; PIETAS, DEVOTIOQVE augebitur, & (quod non minimum est) qui in iam dicto Ecclesiæ horto sunt, constantiores remanebunt, & plurimùm confortabuntur: Hæretici verò, vel resipiscent, vel confundentur. Datum Louanij hac 4. Nouembris 1661.

ANTONIVS DAVE *S. Theol. Doctor. Professor Regius primarius, Apostolicus, & Archiepiscopalis Mechlin. librorum Visitator & Censor.*

CENSVRA R. DOMINI SANDERI.

HIstoriis conscribendis veteres incredibilem diligentiam adhibuêre, quibus Rempublicam non secus posse ornari credidetunt, quàm armis defendi. Quippe cùm historia sit quædam memoriæ conseruatrix, virtutisque exemplar, & prudentiæ comes: ea propter cùm in hac CARMELI VINEA (quam cùm voluptate legendo lustraui) Ordinis B. Virginis MARIÆ de Monte Carmelo Origo, Progressus, Propagatio, Reformatio, Variique successus, item sectatorum eius eximia sanctitas & erga Patronam suam Virginem Deiparam singularis pietas, necnon multiplex doctrina, delectabili cum varietate perstringantur; nõ modò huius sacræ Religionis, à tempore magni ELIÆ exortæ, sed & vniuersi Monastici Instituti veneranda antiquitas, haud infima Ecclesiæ Nota, variis & solidis argumẽtis eruditè adstruatur, ac roboretur, eam dignam iudico, quæ publica fiat, & in quibusuis plantetur Bibliothecis, vt ex eius fructibus quilibet libare valeat. Actum Bruxellis die XXVI. Nouembris an. 1661.

ANTONIVS SANDERVS *S. Th. Licentiatus, librorum Censor &c.*

SVM-

Digitized by Google

SVMMA PRIVILEGII.

PHILIPPVS Dei gratia Hiſpaniarum, &c. Rex Catholicus, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, &c. Sereniſſimus Belgarum Princeps; diplomate ſuo ſanxit, ne quis præter IACOBI MEVRSII *Typographi Antuerpienſis voluntatem; R.A.P* DANIELIS A VIRGINE MARIA Ordinis Fratrum *B.V.* MARIÆ de Monte Carmelo Exprouincialis, &c. VINEAM CARMELI, ſeu Hiſtoriam ELIANI Ordinis B.V. MARIÆ de Monte Carmelo contractam in variis opuſculis, &c. *intra decennium in Belgio excudat, aut alibi terrarum vel locorum excuſam in has inferioris Germaniæ ditiones importet, venalemue exponat. Qui ſecus fæxit, præter exemplarium confiſcationem, triginta florenorum Rhenenſium pro vnoquoque exemplari perſoluendorum pœnâ multabitur, vti latiùs patet in litteris datis Bruxellæ die* XVIII. *Octobris* M. DC. LVII.

Signat

LOVENS.

PRO-

PROTESTATIO AVTHORIS.

Decretis Sacri Concilij Tridentini, de Inuocatione & veneratione, ac Reliquiis Sanctorum ac imaginibus, *& SS. D. N. Vrbani octaui, ac Sacræ Congregationis, S. R. & vniuersalis Inquisitionis, editis Anno* 1625. *&* 1631. *atque* 1634. *eâ quâ par est obseruantiâ, & Reuerentiâ, plene insistere cupiens, declaro: quòd cum in elogiis virorum Illustrium, quorum mentio totô hôc opere occurrit, nonnulla obiter attingantur, quæ Sanctitatem aliquam ipsis adscribere videri possent, aut perstringuntur aliquæ Reuelationes, visiones, illustrationes, directiones (quibus electos suos instruere solet Dominus, aut aliqua ab iis gesta, aut beneficia eorum intercessionibus, aut etiam per imagines, aut quomodocumq; aliter præstita, quæ vires humanas superare, & pro miraculis habenda esse apparent, illa omnia & similia, sic intra terminos fidei, & prædictorum decretorum, atque aliorum quorumcumq; S. R. Ecclesiæ conclusa velim, vt ea, quæ necdum requisitum iudicium & censuram subierunt, vel traditione, aut communi sensu antiquitatis per Patrum & Sãctorum scripta longitudine temporis firmata non fuerunt, sub modio pietatis, ac fidei humanæ, iuxta rei qualitatem, remaneant. Vnde si interdum Titulum* Sancti *aut* Beati, Martyris, *aut* Confessoris *aliquibus Dei Seruis addixi, qui nondum solemni ritu Beatificati, aut Canonizati sunt, aut pro talibus in Ecclesia recepti, id phrasi communi Scripturæ, & Sanctorum Patrum, vel longæ consuetudini indulgendum duxi, aut illustrium quorundam Scriptorum authoritatem secutus fui: in quibus interim nullatenus intendo alicui cultum, aut venerationem aliquam per has meas narrationes arrogare, vel famam, & opinionem Sanctitatis, aut Martirij inducere; seu*

Digitized by Google

re; seu augere, nec quicquam eius existimationi adiungere, nullumq; gradum facere ad futuram aliquando illius beatificationem, vel Canonizationem, aut miraculi comprobationem, sed omnia in eo statu à me relinqui, quem, seclusâ hâc meâ lucubratione, obtinent. Sic sanctè Profiteor & protestor.

Circa statum Religiosum & Monasticum ante Euangelium.

ET quia sparsim toto hoc opere frequens est sermo de Religioso statu, etiam ante Euangelium, atque totius Monastices antiquitas authoritatibus at rationibus demonstratur & illustratur, ac veri nominis Monachatus fuisse in Lege veteri adstruitur; id sic limitandum declaro; vt Religiosus status in Lege naturæ intelligatur adumbratus: in Lege scriptâ per Samuelem magis delineatus: per S. ELIAM *expressus, & in obseruantiâ castitatis, paupertatis, ac obedientiæ substantialiter inchoatus, sed per Christum in perfectione consummatus: qui insuper, sicut fuit causa meritoria iustificationis antiquorum Patrum, sic & meritoria, & finalis, ac exemplaris fuit monasticæ perfectionis, pro omni tempore, tam in veteri, quàm in noua Lege, & quidem in noua cum suis discipulis, etiam fuit efficiens perfectionis, excellentiæ, & prærogatiuarum ipsius: nimirum quòd nunc ineius præsentia obtineatur integra remissio omnium criminum, & peccatorum, vt proinde à Patribus, & Doctoribus Baptismo penè comparetur, & secundum Baptisma nũcupetur*[a]. *Deinde iam obtinetur per eam influxus multò vberioris gratiæ. Insuper sponsalia contracta, & etiam matrimonium ratum dirimit. Præterea nunc Superioribus Monastici Instituti competit potestas Clauium. Denique Monastica vota nunc fiunt expressè, oretenus, & scripto olim autem verisimiliter non sic, sed tantùm implicitè, & per actum aliquem voto æquiualentem, nempe per* instinctum Dei immobilitantem affectus tendentes in Deum, *prout Doctores asserunt quoque de S. Ioanne Bapt. S. Paulo,*


[a] S. Her. epist. 25. S Bern. de præcep. Plat. l. 1. c. 13.

Paulo, nuncupato primo Eremita, atque aliis, vt latiùs in sequentibus [a]. *Etiam professio Monastica, & vota nunc habent annexam solemnitatem, quæ nõ erat in Lege veteri: estq; vinculum eorum adeo firmum, vt matrimonium contrahendum reddant non tantùm illicitum (sicut in Lege veteri) sed & inualidum. Præter illas etiam aliæ possunt assignari prærogatiuæ Monachatus sub Euangelio, quæ non erant in Lege veteri* [b]. *Et hæc inter duas extremas (quarum vna aliquid minus, altera quidpiam nimium Monachatui sub Lege veteri tribuisse censetur) media est, & tuta sententia. Similiter inter binas alias, quodammodò pugnantes, circà prioritatem in voto Virginitatis, tertiam, in osculo pacis vtramq; illam conciliantem, statuemus infrà* [c]. *Si verò alicubi à veritatis scopo hac in re, aut alia quauis, aberrasse videar, ea omnia iudicio, sensui, declarationi, & correctioni S. Matris Ecclesiæ subiecta, & accommodata desidero.*

[a] In Append. c. 5. nu. 1234. & seq.

[b] Vide infrà n. 179.

[c] In Append. c. 6. n. 1248. & seq. & præsertim ca. 10.



PRO-

PROLOQVIVM

DE OPERIS HVIVS RATIONE, SVBIECTO, ET INSCRIPTIONE.

SCitè & verè scribit Medicinæ Princeps [a] *Vita brevis, ars longa, occasio præceps, experientia fallax, iudicium difficile*: addere licet, *obiecta culta multa*. Id nos abundè experientia docet; etenim persæpè magna quædam molientes, aut inchoato, aut multùm iam prouecto, aut certè nondùm ad finem perducto opere, morte intercipiuntur. Inter innumera penè exempla sufficiant Summa Doctoris Angelici, Commentarij Alphonsi Tostati, Annales Ecclesiastici Cardinalis Baronij: omnia sanè Ecclesiæ Dei pretiosa super aurum & topazion, ast vltimum complementum non adepta: tamquàm maximarum rerum omnimodam perfectionem Deus, solus perfectus, sibi reseruet. Si cum istis, ceu elephantibus muscam, eorumúe structuris gemmatis pueriles meas casulas, conferre liceat; vnam ab annis multis formare cœpi: quæ paulatim excreuit in molem vtcumq; notabilem. Ea est *Speculum magnum Ordinis Carmelitani* constans partibus sex: in quibus (Deo dante) vetustiora, & præclariora, quæ extare noscuntur Ordinis huius monumenta, cum insertis notulis succinctis exhibere, in votis est: quæ (pleraque hactenùs non excusa, & tantùmodò MSS. in paucis locis reperibilia) vt edantur, non modo è re Ordinis, sed & Ecclesiæ esse, censent viri graues, qui ea viderunt; quos inter RR. PP. Ioannes Bollandus, & Godefridus Henschenius è Societate IESV, vt ea publici iuris fierent, quandóque hortati fuerunt. Deplorat etiam varijs in locis Ven. P. Wasteliusnoster, eorum publicationem tam

[a] Hipocr. Aphorismorum l. 1. Aphoris. 1.

diu dilatam: & declarat, ex iis non visis (quippe non editis, sed in scriniis delitescentibus) varios authores circa historiam Carmelitanam fuisse hallucinatos * cur verò tardiùs prodierint, causam ibidem assignat.

* Lib. 1. Vindiciar. sect. 1 art. 2. & sect 5. art. 1, § 12.

In huius *Speculi Carmelitani* prima parte locum primum sibi vendicaret Opus istud insigne (dolendum sanè paucioribus id hactenus visum) per Philippum Ribotum compilatum, communiter nuncupatum, *Speculum Ordinis Carmelitani*, seu *Libri decem de institutione, & particularibus gestis Religiosorum Carmelitarum.* Ibi continentur, & concinnè inter se ordinati sunt libri Ioannis Ierosolymitani de Institutione primorum Monachorum in Lege veteri exortorum, & in noua perseuerantium: Liber S. Cyrilli Constantinopolitani, de variis Regulis, persecutionibus per Saracenos, & processu Ordinis huius. Tractatus Siberti de Beke, etiam insignis & vetusti Scriptoris, de consideratione super Regulam Carmelitanam; & Chronica, seu historica descriptio de Ordinis huius multiplicatione, & eiusdē translatione è Terra Sancta in Europam, per Gulielmum de Sanuco testem oculatum. Istis aptè interseruntur variæ Patrum authoritates & Summorum Pontificum Bullæ circa hunc Ordinem. Illud (pretiosus Ordinis huius thesaurus) semel Venetiis anno 1507. editum fuit typis, sed adeò rara sunt exemplaria, vt etiam in Conuentibus nostris paucissimis reperiantur. Ad fidem vetustorum exemplariorum MSS. cum isto Veneto, & inter se collatorum, nunc emaculatum est, & ad nouam editionem paratum. Subsequuntur proximè Liber Ioannis Hildesbemensis discipuli S. Petri Thomæ Patriarchæ Constantinopolitani, nuncupatus *Defensorium Ordinis Carmelitani*, per modum dialogi inter detractorem & directorem. & Speculum historiale Ordinis huius per Arnoldum Bostium Gandauensem, Liber Ioannis Trithemi, Abbatis, *de ortu, progressu, & laudibus Ordinis Carmelitani*, & alia quædam vetustiora monumenta: & hæc omnia in Speculi istius nostri prima parte. Pro secunda destinantur liber præfati Bostij de Patronatu Beatiss.

tiſſ. Virginis MARIÆ in Ordinem Carmelitanum: *Collectaneum exemplorum* Balduini Leerſij: & Tractatus copioſus de ſingulari priuilegio Ordinis, SACRO SCAPVLARI: in quo varij generis miracula, ſeu beneficia ſelecta, quæ per illud, & ad inuocationem B. Virginis MARIÆ de Monte Carmelo patrata leguntur, collecta ſunt. Tertia pars contineret Acta, ſeu vitas Sanctorum Ordinis, peculiariter eorum de quibus celebratur Officium: cum inſertis notulis. In quarta parte principem locum habebit Liber eiuſdem Boſtij de Viris Illuſtribus huius Ordinis: deinde ordine alphabetico agetur de aliis eruditione ſingulari, ſcriptiſque in publicum editis, aut Eccleſiaſticâ dignitate peculiariter conſpicuis: necnon de Reuerendiſſ. Prioribus Generalibus. Quinta denique eſt Bullarium Ordinis continens præcipuas Bullas, ſeu litteras Apoſtolicas Ordini hactenùs conceſſas.

Si quis quærat, vnde tam multa antiqua prænominata, pleraque antehac ferè latentia, nunc ſimul collecta, conuenerint? Occaſio iſtius moliminis & magiſter quondam mihi fuit præfatus P. Petrus Waſtelius: qui annis aliquot ante obitum præclariora Ordinis monumenta, & vetuſtiorum Scriptorum de hiſtoria Ordinis Carmelitani Opuſcula, hactenus inedita, quæ in Belgio & in Gallia collegerat, mihi tradidit. Plurimum opis mihi quoque præſtitit R. P. Segerus Pauli indefeſſus Carmelitanæ antiquitatis indagator, & illuſtrator: cui ſtudio peculiariter vacauerat ſupra annos triginta: hic ſuorum collectaneorum, & antiquorum ſcriptorum, ex variis Germaniæ Bibliothecis collectorũ, catalogos mihi communicauit: vt quæ mihi deerãt, indicarem, ipſeq; ad me tranſcripta deſtinaret, vti fecit ab anno 1647. ad eum, quo obiit, & ego viciſſum præſtiti ipſi. Idem commercium dignatus fuit mecum habere Ven. P. Ioan. Bapt. de Lezana: cui, ſicut & ego ab anno 1645. vſque ad 1659. (quo ad aliam tranſmigrauit vitam) indices & deinde ipſa opera tranſcripta miſi, & alia viciſſim ab ipſo accepi. Aliqui etiam Patres ex Gallia ſimile mihi præſtitêre beneficium: ſingulari quoque mihi adiumento fuit R. P. Seraphi-

Digitized by Google

nus à Iesv, dum deputatus à Prouincia Belgica Romæ moraretur: qui ex variis Italiæ locis ea, quæ Carmelitanæ historiæ illustrandæ seruire possunt, diligenti curâ vndique collegit, & ad me destinauit. Præfata Opuscula magna ex parte exscripsi, & per alios nitidiore charactere exarari curaui, breuesque notas adiicio. Hæc sunt, in quibus hactenus, tempore à monasticis exercitiis & aliis occupationibus necessariis vacuo, studiorum meorum meliorem partem impendi: &, si Deo placet vitam prorogare, ac vires conseruare, perficere satago, vnà cum tomo quinto Annalium Ordinis mihi aliquoties commendato à Venerab. & eximio Patre (piæ memoriæ) Ioanne Bapt. de Lezana: primũ quidem longè ante obitum suum, & rursus aliquantò ante (an. 1658. die 16. Nouembris) his terminis ad me scribente: *Vix spero ipse posse tomum 5. Annalium componere, negotiis grauioribus non tam Ordinis, quàm Ecclesiæ, & Summi Pontificis occupatus; quapropter optarem istam prouinciam à V. R. P. suscipi.* Cumque à tali onere, ob exiguam sanitatem, occupationes varias, ac defectum requisitorum, me excusarem; per litteras datas Romæ 25. Ianuarij an 1659. (sex hebdomadibus priusquam ex hac vita euocaretur) replicauit in hæc verba, tanto viro sanè digna, atque in suscipiendis & exequendis meritò cuiuis perpendenda ac practicanda: *Quando*, aiebat, *aliquid pro Dei gloria amplectimur, id oculis clausis, & absque præcautionibus humanis faciendum: ego, si ad ista attendissem, & subsidium humanum, ac vacationem à negotiis expectassem, numquàm folium chartæ edidissem; quapropter horror, vt in hac prouincia totum se diuinæ committat prouidentiæ.* Et id postremũ est ab eo ad me datum monitum; quo incitatus studium historiarum Ordinis intendi: sed aliquantò post eius decessum calcar addiderunt iussio Reuerendissimi P. Generalis Marij Vẽturini, ac deinde iteratum mandatum successoris illius Reuerendissimi Patris Hieronymi Ari in totius Ordinis Præsulem electi in vltimo Capitulo Generali. Verùm quia opera illa, inter se cognata, multam exigunt indaginem (*Historia* enim *institui non potest, nisi præparatô otiô, nec exiguô tempore*

Digitized by Google

tempore absolui [a]) & celeriùs in illis progredi non siuerunt variæ ante hac obiectæ remoræ, ex parte quorumdam munerum (quibus nunc quidem exonerato expeditiùs pergere licet) interim verò ætas ad senium vergens, ac vires ex parte detritæ, spem aliquatenùs minuunt, ea, iuxta intentum, perficiendi; nè fortè igitur annorum plurimorum lucubrationes illę anteriores, morte præoccupātę, inutiles rederētur magna ex parte, ex cunctis collectis confeci quoddam totius Carmelitanæ historiæ quasi compendium: ad quod etiam alia me impulit ratio, vt iuniores, & alij, quibus non vacat, aut lubet spatiari in latiori illo campo, & euoluere aliquot volumina Annalium, in minori hoc hortulo obambulare liceat, contemplando in contractiori spatio Carmelitanæ *Vineæ* originem, propaginem, fructus & alia hæc concernentia. Præcipuus autem hoc in opere mihi scopus fuit, vt de Ordine Carmelitano à S. Propheta ELIA inchoato, eiusque discipulis, & successoribus iugiter continuato, atque à SS. Virgine Deipara multipliciter defensato, priuilegijsque decorato, succincta traderetur historia: sed (ne sterilis esset boni operis destituta fructu) ordinata ad exercitationem virtutum; vt nempe Religionis huius professores attendentes Fundatorum, & præcedētium Patrum nostrorum virtuosa exemplaria, illis se cōformare, & sui Instituti finem primarium, (in interna cum Deo conuersatione situm) attingere, alacriter adniterentur; quanta enim exempli vis sit, testantur vita S. Antonij visa à S. Augustino, gesta Patrum lecta à S. Dominico, & S. Thoma de Aquino, agones Martyrum considerati à S. Anastasio, & S. Teresia indo Martyrij desiderio flagrātibus. Validior enim operis quàm oris vox est, cò quòd *sermo viuus & efficax* (vt benè mellifluus Doctor [b]) *exemplum operis sit plurimùm faciens suadibile, dum monstrat factibile, quod suadetur.* Memoramus quoque è liberaliſſimo sinu benigniſſimæ Matris, & potentiſſimæ Protectricis, effusa huc in Ordinem beneficia, & exinde nexum quemdam obligationis, vt eius alumni studeant esse grati, caueantque ne filij sint Matri dissimiles per morū disso-

[a] Ciceto de Legib. lib. 1.

[b] Serm. de S. Benedicto.

Digitized by Google

dissonantiam: ast maioris deuotionis affectu eam non tantùm venerari, sed & imitari satagant.

Habes nunc, Lector benevole, operis huius rationem; accipe quoque inscriptionis causam. Nuncupatur VINEA CARMELI, vix enim quidpiam magis obuium est in Sacris Literis eâ comparatione, seu tropicâ locutione, quâ Ecclesia tùm in veteri, tùm in noua Lege *Vinea* dicitur: *Vinea Domini exercituum domus Israel est*, ait Propheta [a]. Sic quoque Christus se *Patrem-familias*. Ecclesiam *Vineam*, Apostolos, ac Doctores, *Operarios* in illa sua *Vinea* nuncupat [b]. *Vineæ* autem istius vniuersalis partes nobiliores sunt Congregationes, seu Ordines Religiosi: quibus proinde aptè congruit idem nomen. Hunc in sensum Honorius Augustodunensis in cap. 8 Canticorum scribit: *Quod subditur, Vinea fuit pacifico, intelligitur qualibet iustorum Congregatio; in qua palmites sunt viri spirituales, vinum verò suauis doctrina.* Et infrà: *Hinc tradidit verus pacificus Christus custodibus excolendam, scilicet spiritualibus Prælatis.* Ita quoque vetustus author Iustus Episcopus Orgelitanæ Ecclesiæ ante annos mille istud Cantici [c] *Vineæ florentes dederunt odorem suum*, exponit de Congregationibus Clericorum, Monachorum, & Virginum.

[a] Isaiæ 5.

[b] Matth. 20.

[c] Cant. 2.

Accedit ratio specialis: Quòd Carmelitanus Ordo originem habuerit in Carmelo mõte fertilissimo, teste S. Hieronymo *in cap. 6. Isaiæ*, etiam *vinetis*: vndè nomen *Vineæ* appositè ei appropriatur; ipsa quoque Deipara (cuius caput *vt Carmelus* dicitur [d], à Patribus passim *Vitis* nuncupetur. Sic S. Gregorius Thaumaturg. [e] eam salutans: *Aue*, inquit, *Vitis semper florens, perpetuò vernans*: vt perpetuam Deiparæ immunitatem probet ex *vitis* florentis, & vernantis Hieroglyphico. Et S. SIMON STOCK in celebri Antiphona, cuius frequẽti recitatione promeruit sacrum Scapulare, eam sic affatur: *Flos Carmeli, vitis florigera.* Cùm igitur ab hac *Vite*, quadam ratione processerit, & quasi germinauerit Carmelitica Religio (etenim Summi Pontifices in suis Diplomatibus huic Ordini concessis tradunt, eum à glorioßi-

[d] Cant. 7.

[e] Serm. de Annunciat.

sima

lima Virgine Dei Genitrice Maria *editum*, seu *productum*, modo scilicet alibi declarando) etiam hinc *Vineæ* nomenclaturâ indigitare licet eumdem, eiusque historicam delineationem.

Sequitur in titulo, seu *Historia Ordinis*, &c. non quòd omnia complectatur eam concernentia, singulosúe euentus poni dignos (nam alia, & plura pro illo *Speculo* & *tomo* 5. *Annalium* reseruantur) sed quòd vniuersalis historię sit quasi Breuiarium; vtpotè succinctè, sed tamen in nonnullis (exigente speciali aliquâ ratione) etiam latiùs, tractans de sequentibus. Imprimis (*parte* 1.) in Opusculo S. Cyrilli, agitur de VINEÆ Carmelitanæ *maceria*, seu *sepe*, nempe Regula (*sepem circumdedit ei* Dominus VINEÆ. *Sepem* S. Ambrosius[a] interpretatur *Vallum cœlestium præceptorum*) Deinde sermo iste de eiusdem VINEÆ *plantatione* per magnũ Prophetam ELIAM, *rigatione* per *S. Elisæum*, Filiosque Prophetarum, eorumque successores, seu traduces Essenos: de illius fructificatione in primordiis Ecclesiæ, & multiplicatione, ac diuisione subsequentibus seculis: de successione hæreditaria, iugiter continuata vsque in præsens: deque variis seculo Christiano tertio per tyrannos Gentiles, & longè post per Cosdroem & Homar, ac Saracenos, persecutionibus: è quibus tamquàm torcularibus nobile *vinum* Martyrij effluxit (quæ omnia *parte* 2. & 3. traduntur) Sequitur de *Vineæ* illius pampinatione, & excisione variis in locis ætate superiore, & repastinatione, ac reflorescentia hoc seculo nostro (de quibus *parte* 4.) Tùm de Tutrice, seu Patrona illius, Virgine Deipara, eiusque singulari patrocinio, ac tutelæ signo *Scapulari* instar *turris* fortissimæ contra aduersariorum impetus, in medio Carmeliticæ *Vineæ* ędificatę. (Et de iis *parte* 5.) Postea prodeunt palmites præcipui, nempè personę sanctitate eximiâ, doctrinâ singulari, aut dignitate Ecclesiasticâ præcellentes: quique Regulari obseruãtiæ per tria vota (sicuti clauiculis, seu brachiolis palmites suis ridicis, seu pedamentis) maritati, & circumvoluti per religiosarum virtutum actus *Deo adhærentes* [b] sursum creue-

[a] Lib. 3. Hexamer. c. 12.

[b] Psal. 72.

ũ runt,

runt, & Botros bonarum ſuarum exercitatiſſimum, & in illis vinum ſuaue doctrinæ, & pietatis, in torculari patientiæ expreſſum libauerunt (de quibus *parte 6.*) Deinde Cuſtodes, & cultores præcipui huius *Vineæ* nominantur: ij potiſſimùm ſunt Reuerendiſſimi Patres Generales (quorum ſeries etiam ibi texitur) conſequenter exhibentur ſpectandi varij pulmi, ſeu areolæ: eæ ſunt diſtinctæ inter ſe Prouinciæ (quæ ſigillatim deſcribuntur *parte 7.*) & inſuper eiuſdē traduces nouelli, per S. Tereſiam propagati, nempe bina Patrum Diſcalceatorum Congregatio (etiam *parte 7.*) Denique de vineæ huius origine, ac propagatione variæ opiniones proponuntur, & refelluntur atque vna vera declaratur, & ſtabilitur (*parte 8.*) En paucis & lucubrationis huius ordinem, & ideam: quæ in octo iſtis partibus, ceu diſtinctis tabellis, expreſſa, hic conſequenter delineabitur.

ANIMADVERTENDVM, *quòd cum toto hoc opere frequens ſit mentio, & vſus Libri* De Inſtitutione primorum Monachorum in Lege veteri exortorum & in noua perſeuerantium. (*de quo peculiariter* parte 8. cap. vltimo) *aliam eſſe diſtributionem capitum in editione Bibliothecæ Patrum, & apud* R.P. *Thomam à* IESV; *atque aliam editionis per* R. P. *Petrum Waſtelium Bruxellis an. Dom.* 1643. *ac per* R. P. *Ioann. Bapt. de Lezana initio tomi* 3. *Annalium. Romæ editorum ao.* 1653. *quæ (vtraque vniformis) fuit ex correctiori lima, & diligentiſſima collatione ad accuratam fidem trium MSS. vetuſtorum Codicum, ſtudioſiſſimè per ipſum Waſtelium factæ. & propterea hanc ſecutus ſum.*

INDEX

Digitized by Google

INDEX

PARTIVM ET CAPITVM.

PARS PRIMA

Complectens Opuscula S. Cyrilli Constantinopolitani, Ioannis Bachonis Angli, Arnoldi Bostij Gandauensis.

Logia de S. Cyrillo, Ioanne Bachone, & Arnoldo Bostio. num. 1. & seq. pag. 1. & seq.

LIBER S. CYRILLI CONSTANTINOP. DE PROCESSV ET VARIIS REGVLIS ORDINIS CARMELITANI. num. 7. pag. 5.

CAP. I. *De Regula, seu vita norma, quam huius Religionis Professores obseruarunt in veteri Lege, & in noua, vsque ad annum Christi 412. & inde vsque ad annum 617.* num. 8. p. 7.

ANNOTATIONES circa caput 1. n. 10. pag. 8.

CAP. II. *De Terræ Sanctæ deuastatione, & graui persecutione per Cosdroem Regem Persarum, & Homar Regem Saracenorum: deq; mutatione pallij albi in Barratum.* n. 13. pag. 10.

ANNOTATIONES ad cap. II. n. 17. pag. 13.

CAP. III. *De continuatione persecutionis, & tandem recuperatione Hierosolymæ per Godefridum de Bulyon, totiusq; Terræ sanctæ.* n. 19. p. 14.

NOTÆ ad cap. III. pag. 15.

CAP. IV. *De Restauratione ac Reformatione Ordinis per Aymericum Patriarcham Antiochenum, & Institutione S. Bertholdi in Archimandritam, dictum* PRIOREM GENERALEM, *primum*

Digitized by Google

mum sub eo nomine. n. 20. p. 15.
NOTÆ in cap. IV. nu. 21. p. 16.
CAP. V. *De S. Brocardo successore S. Bertholdi, & tradita illi, ab Alberto Patriarcha Hierosolymitano, Regula* n. 26. p. 21.
NOTÆ, in cap. V. n. 29. p. 23.
CAP. VI. *Regula Ordinis, pro-ut ab Alberto prodiit.* num. 31. pag. 25.
NOTÆ in cap. VI. num. 32. p. 29.

IOANNIS BACHONIS

COMMENTARIOLVM

In Ordinis huius Regulam, seu expositio analogica, in qua præcipui eius articuli cum Sanctiss. V. MARIÆ vita, ac virtutibus comparantur. *nu.* 36. *p.* 36.

Nota in istud Commentariolum: n. 53. p. 40.

TRACTATVS

De Institutione Ordinis huius ad veneration-nem VIRGINIS DEIPARÆ: vnde insignitur speciali titulo à summis Pontificibus confirmato, per eumdem IOANNEM BACHON.

CAP. I. *Quòd secundùm Prophetas Fratres de Monte Carmelo specialiter originem habuerint pro veneratione Virginis Deiparæ.* n. 58. p. 42.
CAP. II. *Quòd* ELIAS *& Eliseus dici Carmelitæ* B. MARIÆ *meruerunt.*

Digitized by Google

runerunt. num.62. p.44.

CAP. III. *Rectè Romani Pontifices hunc titulum Fratres Ordinis* B. MARIÆ *de Monte Carmelo in suis Bullis expresserunt.* nu. 66. p.45.

CAP. IV. *Rectè Romani Pontifices & iura Canonica Regulam Ordinis, & Institutionem ab antiquo approbare decreuerunt.* num.69.p.46.

NOTÆ in Tractatum istum. n.71.p.47.

ARNOLDI BOSTII

Breuiloquium tripartitum de institutione, intitulatione ac confirmatione *Ordinis Deiparæ Virginis de Monte Carmelo;*

PARTIC. I. De Origine seu primaria Institutione Ordinis.

CAP. I. *QVòd nongentis triginta circiter annis ante Christi Natiuitatem, permagnum Prophetam* ELIAM *in Monte Carmelo originem sumpserit hic Ordo ad honorem SS. Virginis Deiparæ institutus.* nu. 75. p.51.

CAP. II. *De Castitate, Obedientia, & Paupertate S. Prophetæ* ELIÆ *& Filiorum Prophetarum, deq; Oratorio eorum seu domo orationis,* SEMMON *nuncupato.* n.78.p.53.

CAP. III. *Quòd S. P.* ELIAS, *Eliseus & Filij Prophetarum verè Monachi veteris Testamenti fuerint, & de eorum hereditaria continua successione.* n.83.p.55.

PARTIC. II. De primario Ordinis huius titulo Fratrum *B. Virg. Dei Genitricis* MARIÆ *de Monte Carmelo;* deque congruentiis, & confirmatione

eiusdem, ac de Capella, seu Ecclesia Deiparæ in Carmelo fabricata.

CAP. I. *De diuersis titulis huius Ordinis: quodq; Carmelitæ in primordio Ecclesiæ fuerint Apostolorum coadiutores.* n.88.p.57.

CAP. II. *De Capella, seu Oratorio temporibus Apostolorum à Carmelitis ad honorem SS. Virginis Deiparæ constructo in Monte Carmelo.* n.91.p.59.

CAP. III. *De congruentiis seu rationibus istius Tituli.* num.94. pag.60,

CAP. IV. *De eiusdem Tituli confirmatione.* n.97.p.62.

PARTIC. III. De Regula, Confirmatione & habitu Ordinis, ac de eiusdem translatione à Terra Sancta, atque multiplicatione in Europa.

CAP. I. *De Regula Ordinis scripta anno 412 graui persecutione Ordinis ac mutatione pallij albi in Barratum.* n.100. p.64.

CAP. II. *De recuperatione Terræ Sanctæ per Godefridum de Bulyon, ac restauratione Ordinis per Aymericum Patriarcham Antiochenum: deq; compendiosiori Regula per B. Albertum Patriarcham Ierosolymitanum data.* n.106.p.66,

CAP. III. *De Confirmatione Regulæ, & Ordinis per Summos Pontifices.* n.111. p.68.

CAP. IV. *De multiplicatione Ordinis in Terra Sancta, & recensus præcipuorum aliquot Monasteriorum ibidem.* numer.119. pag.70.

CAP. V. *De Ordinis extirpatione è Terra Sancta, eiusdemq; trãsplantatione, ac multiplicatione in Europa.* n.131.p.73.

APPENDIX, De variis nominibus quibus Eliani Instituti sectatores appellati fuerunt: deque duratione Ordinis huius. *nu.*136. *p.*75.

NOTÆ

Digitized by Google

Partium & Capitum.

NOTÆ, An S. Petrus Thomas Patriarcha Constantinop. Martyr, an Confessor dicendus? num. 146. p. 77. & seq.

RECOLLECTIO præcedentium, & compendiaria elegans q. delineatio posteritatis Eliana. n. 154. p. 82.

PARS SECVNDA.

De magno Propheta ELIA Monastici Instituti Antesignano, & Authore Ordinis Prophetici Carmelitani: cuius Origo illustratur.

CAP. I. *PRophetam* ELIAM *Monachum, Monachorum Principem, ac Monastica vitæ prototypon appellandum authoritatibus Patrum, & Doctorum comprobatur.* num. 163. pag. 87.

CAP. II. *Summorum Pontificum, aliorumq; Scriptorum testimoniis declaratur S. Prophetam* ELIAM *specialiter Prophetici Carmelitani Ordinis Patriarcham, & Fundatorem extitisse.* n. 182. pag. 94.

CAP. III. *Aliorum plurimorum assertis Patriarchatus Ordinis eiusdem eximio isti Propheta vindicatus adstruitur.* num. 200. pag. 103.

CAP. IV. *De magni Prophetæ* ELIÆ *prima apparitione, & eminenti sanctitate: ubi & præcipua eius decora delibantur.* num. 215. p. 114.

CAP. V. *S. Prophetæ* ELIAS *diuino instinctu, & expresso mandato vitam à turbis hominum abstractam, Monasticam, Eremiticam primus hominum inchoauit: & Ordinem quemdam Religiosum Propheticum ad honorem V. Deiparæ, in nubeculæ ipsi typicè præostensæ, instituit.* n. 229. p. 119.

CAP. VI. *De tempore & loco inchoati per S. Prophetam* ELIAM *Monachismi, seu vitæ Religiosæ, Monasticæ, Eremiticæ, & Ordinis*

Digitized by Google

dinis sui Prophetici Carmelitani. nu.240. p.123.

CAP. VII. *De Discipulis primis S. P.* ELIÆ: *deq; norma Vitæ Religiosæ in Castitate, & Obedientia, eius exemplo, & verbo traditæ.* nu 244.p.125.

CAP. VIII. *De Raptu, seu translatione in Paradisum magni Prophetæ* ELIÆ. num.250. pag.128.

CAP.IX. *Quo in loco & statu nunc degat S.P.* ELIAS, *& quibus potissimùm virtutibus tam gloriosum promeruerit triumphum.* n.52.53. p.129.

CAP. X. *De cultu S. P.* ELIÆ: *cuius singularem intercessionem tempore pestis experta nuper insignis ciuitas Capuana, eum in Patronum, & Protectorem solemni ritu, assumpsit.* num.255. pag. 131.

PARS TERTIA.

Discipulorum, & posterorum S. P. ELIÆ Ordinisque ab eo initiati, hæreditaria, ac iugiter continuata ad hæc vsque tempora successio.

CAP. I. *Quòd Discipuli S.P.* ELIÆ, *dicti* Filij Prophetarum, *fuerint veri nominis Religiosi, seu Monachi veteris Testamenti.* nu.259 p.138.

CAP. II. *Hæreditaria, non interrupta Series Successionis Sectatorum & posterorum Magni P.* ELIÆ *authoritatibus comprobatur.* n.263.p.140.

CAP. III. *Scriptorum celeberrimorum Ethnicorum, & Iudæorum, de existentia Religionis seu Ordinis Prophetici* ELIANI, *antè & longè post Christum continuati, & propagati per* Essenos, *testimonia proferuntur.* n.269. p.142.

CAP. IV. Essenos *fuisse Monachos sinceræ fidei, &* ELIANÆ *Carmeliticæ posteritatis, authoritatibus Patrum, & Scriptorum Orthodo-*

Digitized by Google

Orthodoxorum adstruitur. n.273. p.147.

CAP. V. *De magni P.* ELIÆ *hærede ac successore S.* Eliseo, *qui Ordinem Propheticum dilatauit.* n. 288. p. 155.

CAP. VI. *De Prophetici* Eliani *Ordinis continuatione post S. P.* Elisei *decessum: vbi de Rechabitis.* n.294.p.157.

CAP. VII. *Quòd Prophetici Monastici Ordinis cultores in Carmelo à captiuitatibus Iudæorum præseruati fuerint: vbi de Daniele Propheta eiusdem Instituti alumno.* nu.298.p.158.

CAP. VIII. *Referuntur quædam notabilia de Ordine Prophetico post captiuitatem Babylonicam, & quando inditum nomen* ESSENI. n.305.p.162.

CAP. IX. *De nomine* ASSIDÆORVM *attributo Prophetici Instituti alumnis, & de peculiaribus illorum exercitiis.* num.308. pag. 164.

CAP. X. *Memorabilia quædam huius Ordinis, quæ acciderunt prope Christi ortum.* num.913. p.166.

CAP. XI. *Tempore Christi & Apostolorum in primordiis Ecclesiæ Institutum Propheticum Elianum magnopere vigebat in Carmelo, ac aliis Palæstinæ, & Ægypti locis.* n.317.p.169.

CAP. XII. *Loca varia, quæ in primitiua Ecclesia, etiam antè ac post, incoluerunt posteri successoresq; SS. Prophetarum* ELIÆ *&* Elisei *designantur.* n.322. p.171.

CAP. XIII. *De Capella seu Oratorio, quod à Carmelicolis post Christi in cœlos ascensionem SS. Virgini Deiparæ constructum, & dicatum fuit in Carmelo.* n.330. p.174.

CAP. XIV. *Quòd Carmelicolæ fuerint Apostolorum in promulgatione Euangelicæ Legis cooperatores.* num.340.p.178

CAP. XV. *Sub medium ac finem primi, atq; initium secundi seculi Iudæorum & Ethnicorum illustriores Scriptores encomiis celebrarunt Prophetici* ELIANI *Instituti cultores sub nomine Essenorum.* n.349.p.182.

CAP. XVI. *De Oraculo Carmeli & Vespasiano Imperatore eius gratiâ Montem illum subeunte; atq; aliis nonnullis proximè subsequentibus euentibus.* nu.356.p.185.

CAP. XVII. *Succinctè referuntur notabiliora quædam seculi secundi,*

cundi, vbi etiam de SS. Thelesphoro, Dionysio, Serapione & Spiridione. n.365.p.189.

CAP. XVIII. *Seculo Christiano tertio Monasticus Ordo, per* Essenos *continuatus Martyrum plurimorum triumphis nobilitatur.* n.373.p.192.

CAP. XIX. *De Monastica, ac Eremitica vita, persecutionibus diminuta, restauratione per SS. Charitonem, Antonium, & Hilarionem.* n.384. p. 195.

CAP. XX. *De diuisione, propagatione, multiplicatione Monastici Instituti quarto, quinto, & sequentibus seculis.* num.388. pag. 198.

CAP. XXI. *Quinam antiquorum Monachorum, & qua ratione* ELIANO *Instituto accenseantur.* nu.401.p.204.

CAP. XXII. *De Regula Ordinis scripta anno Christi quadringentesimo duodecimo, per Ioannem Patriarcham Ierosolymitanum: & de victoria S. Cyrilli Patriarchæ Alexandrini, quondã Carmeli incolæ, contra Nestorium impugnãtem Maternitatem SS. Virginis Deiparæ.* n.410.p.208.

CAP. XXIII. *De statu Ordinis ab anno quadringentesimo duodecimo, vsque ad sexcentesimum trigesimum nonum, illustriores interim, qui in eo, claruerunt commemorantur.* num.418. p.211.

CAP. XXIV. *Oportuna digressio de cœlitus indicato die Natalitio, ac de antiqua solemnizatione Festi Conceptionis B. Genitricis Dei* MARIÆ, *deq; speciali cultu ab Ordine Carmelitano eidẽ augustissimæ Matri semper exhibito.* n.430.p.216.

CAP. XXV. *De Terræ Sanctæ deuastatione, & Ordinis huius oppressione per Cosdroëm Regem Persarum.* n.441. p.223.

CAP. XXVI. *De sauissima & longæua Ecclesia in Terra Sancta Ordinisq; huius persecutione, & depressione per Homar, atq; eius successores Mahumetanos, deq; mutatione habitus superioris huius Ordinis ex albo in barrasum.* n.446.p.226.

CAP. XXVII. *De multitudine Martyrum per Saracenos, perq; Imperatores hæreticos interemptorum, & occasionaliter de detestabili secta ac Alcorano Mahumetanorum.* n.454. p.229.

CAR.

Digitized by Google

CAP. XXVIII. *De aliquantula tranquillitate, inter ſæuiſſimarũ atque longæuarum perſecutionum iſtarum procellas, facta per Imperatorem Carolum Magnum: deq; aliquali refrigerio, præſtito per Summum Pontificem Leònem* IV. *atque alios eius ſucceſſores.* n.462.p.233.

CAP. XXIX. *De quorundam Monaſteriorum fundationibus in Europa temporibus iſtarum perſecutionum per Saracenos.* num. 468. p.236.

CAP. XXX. *De reſtauratione Carmelitici Ordinis poſt reſtitutã Chriſtianis per Godefridum de Bulyon Terram ſanctam.* num. 481. p.244.

CAP. XXXI. *Renouantur bella & perſecutiones in Terra Sancta eaq; occaſione Ordo Carmelitanus in Europam transfertur, & inibi multiplicatur.* n.493. p. 249.

CAP. XXXII. *De vltimo ac totali excidio Terræ Sanctæ & deſtructione inibi omnium Monaſteriorum huius Ordinis.* num. 501.p.254.

CAP. XXXIII. *Euentus notabiliores Ordinis huius ab anno* 1290. *vſque ad* 1380. n.507. p.257.

CAP. XXXIV. *Miracula quædam in ſacratiſſimo Euchariſtiæ Sacramento ſub finem ſeculi* 14. *patrata commemorantur.* nu. 529.p.270.

CAP. XXXV. *Præcipua quædam Carmelitanæ hiſtoriæ puncta ab anno* 1400. *ad* 1500. *ſummatim traduntur.* n.537. p.276.

CAP. XXXVI. *Euentus circa hunc Ordinẽ ſpeciali ratione memorandi ab anno* 1500. *ad* 1600. n.558. p.288.

CAP. XXXVII. *Ex Carmeli* Vinea *Racemi hiſtorici huius ſeculi, ab anno videlicet* 1600. *vſque ad* 1662. *(in quo verſamur) colliguntur.* n.581. p.303.

Digitized by Google

PARS QVARTA

De magna Ordinis desolatione seculo decimo sexto, & eiusdem subsecuta instauratione hoc seculo decimo septimo.

CAP. I. *PEr hæreses & bella aliquot Ordinis hujus Prouincia penitùs intereunt, & aliarum Conuentus multi destruuntur, aut expilantur.* n.626.p.336.

CAP. II. *De instauratione Ordinis, initiata à Prouincia Turonensi: cui mox se sociam dedit Aquitanica.* n.645.pag.344.

CAP. III. *Reformatio strictiorq; obseruantia traducitur in Belgium.* n.649.p.348.

CAP. IV. *Origo & progressus Obseruantiæ, & Prouincia Montis Sancti, ac Reformationis Taurinensis.* n.654.p.353.

CAP. V. *Strictior obseruantia propagatur in Germania & aliis Prouinciis.* n.657.p.355.

CAP. VI. *Media, quibus potissimùm Reformatio, strictaq; obseruantia introducta, & conseruanda est.* n.660.p.359.

CAP. VII. *Quòd ad Reformationem huius Ordinis plurimum cõtulerit resumptio habitus genuini, grisei scilicet, & de aliis Reformationis adminiculis.* n.665.p.364.

CAP. VIII. *Commendatur aliud generale, maximè necessarium restauranda conseruandaq; regularis disciplinæ medium, proprietatis exterminatio, & vitæ communis ratio: cuius occasione memorabile diuinæ Prouidentiæ indicium profertur.* num.671.p.368.

CAP. IX. *Monita quædam alia scitu necessaria pro restauranda disciplina regulari.* n.678.p.373.

PARS

Digitized by Google

PARS QVINTA

De Ordinis peculiari Patrona, eiusdemque patrocinio, ac singulari dono (sacro scilicet Scapulari) tradito S. SIMONI STOCK, cuius vitæ Chronologia intermiscetur.

CAP. I. DE *Patronatu B. Virginis* MARIÆ *in hunc Ordinem, & nomenclatura, quâ ab ea insignitur.* num. 687. pag. 378.

CAP. II. *Dilectionis mutuæ Patronam inter & clientes testimonia perstringuntur.* n. 697. p. 382.

CHRONOLOGIA vitæ S. SIMONIS STOCK. num. 711. pag. 390.

NOTÆ in Chronologiam præcedentem. n. 769. p. 422.

OFFICIVM S. SIMONIS Confessoris Ord. Carm. num. 878. p. 431.

CAP. III. *Elogia quædam S.* SIMONIS STOCK. num. 790. pag. 437.

CAP. IV. *De primo* SCAPVLARIS *Carmelitici privilegio contento illis verbis,* In quo quis moriens æternum non patietur incendium: *quæ diversimodè explicantur.* num. 804. pag. 447.

CAP. V. *De alio singulari privilegio* S. SCAPVLARIS *nuncupato* BVLLÆ SABBATINÆ. n. 812. p. 452.

CAP. VI. BVLLA SABBATINA *à variis Pontificibus confirmata explicatur. Privilegium illius aliis omnibus Confraternitatibus esse incommunicatum, declaratur.* n. 817. p. 456.

§. *I.* BVLLÆ SABBATINÆ *confirmatio multiplex.* num. 817. p. 456.

§. *II.* BVLLÆ SABBATINÆ *explicatio.* n. 819. p. 458.

Digitized by Google

§. *III. An Priuilegium* BVLLÆ SABBATINÆ *communicetur aliis Confraternitatibus?* n.837. p.467.

CAP. VII. SCAPVLARIS *Sanctitas, & prærogatiua alia, istis verbis,* Signum salutis, salus in periculis *expressa miraculis, ceu diuino sigillo munita declaratur. Vbi & de antiquo vsu* SCAPVLARIS, *ac Confraternitatis B. Virg.* MARIÆ *de Monte Carmelo.* n.838.p.469.

CAP. VIII. *Munera Fratrum Sodalitatis* S. SCAPVLARIS, *seu conditiones requisitæ, vt præscriptis gratiis fruantur.* num. 842.p.473.

APPENDIX, Authores nonnulli indicantur qui de Confraternitate & Priuilegiis S. SCAPVLARIS conciones, seu discussus, ediderunt. *nu.*852.*p.*477.

PARS SEXTA.

De viris sanctitate, eruditione, aut Ecclesiastica dignitate illustribus, & Reuerendiss. Prioribus Generalibus Ordinis, deq; vetusto Instituto Virginum Religiosarum.

CAP. I. *CElebriores huius Ordinis Sancti, qui claruerunt in veteri Lege, & in noua vsque ad annum Christi* 1099. *strictim commemorantur.* nu.859. p.481.

CAP. II. *Referuntur illustriores, qui claruerunt à recuperata Ierosolyma per inclytum Godefridum de Bulyon, vsque ad finem seculi duodecimi, seu post annum Christi* 1300. num. 867. pag. 484.

CAP. III. *De iis, qui sanctimoniæ radiis Ordinem hunc illustrarunt seculo decimo quarto, nempe post annum Christi* 1300. n. 876.

Digitized by Google

876. p. 491.
CAP. IV. *Summatim perstringuntur eruditione præstantes, qui istis temporibus claruerunt.* n.882. p.494.
CAP. V. *Sub Compendio referuntur, qui seculo decimo quinto ab anno 1400. ad 1500. sanctitatis & eruditionis opinione præcelluerunt.* n.894.p.500.
CAP. VI. *Referuntur, qui in firmamento huius Ordinis seculo 16. præcipuâ sanctimoniâ aut doctrinâ effulserunt.* num.907. p. 507.
CAP. VII. *Botri recentes (huius ætatis) ex Carmeli vinea proferuntur.* n.921.p.514.
CAP. VIII. *Series successionis Reuerendissimorum PP. Priorum Generalium.* nu.935.p.525.
CAP. IX. *De antiquo Instituto Religiosarum Virginum, in Lege veteri, initiato, & in noua consummato, multaq; sanctimoniâ decorato.* n. 981. p.544.

PARS SEPTIMA.

Declaratio succincta omnium, singularumq; Prouinciarum Ordinis: & origo ac incrementa Congregationis, seu Ordinis Discalceatorum, ac Discalceatarum.

CAP. I. *CVr & in quot Ordo sit distributus Prouincias.* num. 1001. pag. 562.
CAP. II. *Decem priores Prouinciæ.* n.1003.p.564.
CAP. III. *Decem sequentes Prouinciæ.* n.1015.p.570.
CAP. IV. *De decem aliis Prouinciis.* n.1025. p.575.
CAP. V. *De reliquis Prouinciis.* n.1035. p.580.
CAP. VI. *De Conuentibus huius Ordinis in Principatu Leodiensi.* nu.1042.p.583.

De

Digitized by Google

De Conuentibus Monialium Carmelitanarum ibidem. n. 1048. pag. 586.

CAP. VII. *De ortu & progressu Congregationis Discalceatorum.* n. 1052. p. 588.

Prouinciæ & Conuentus Congregationis Hispanicæ sub titulo S. Matris Teresiæ. n. 1061. p. 592.

Congregationis Italicæ sub titulo S. P. N ELIÆ. p. 593.

CAP. VIII. *Nouellæ traducis illius fructus libantur.* num. 1063. p. 595.

CAP. IX. *De vario hominum genere militantium sub vexillo* B. V. MARIÆ *de Monte Carmelo.* nu. 1072. p. 600.

CAP. X. *De insigniis Ordinis Carmelitani.* n. 1081. p. 607.

PARS OCTAVA.

Dissertatio de prima origine, & Authore Ordinis Carmelitani.

CAP. I. *CVr Authores nonnulli circa Originem, seu primariam Institutionem Ordinis huius in varias sententias abierint, & quidam turpiter hallucinati fuerint.* num. 1087. p. 611.

CAP. II. *Duæ priores sententiæ circa Originem huius Ordinis proponuntur, & refelluntur.* n. 1092. p. 614.

CAP. III. *Tertia Opinionum classis impugnatur.* num. 1099. pag. 618.

CAP. IV. *Tres aliæ sententiæ reiiciuntur.* n. 1105. p. 622.

CAP. V. *Statuitur, & euincitur septima sententia.* num. 1109. pag. 624.

CAP. VI. OBIECTIO PRIMA: *contra Religiosum statum seu Monachismum sub Lege veteri, vrgetur defectus Paupertatis, Castitatis, & Obedientiæ: ad oppositum declaratur.* num.

CAP. VII.

Digitized by Google

1111. p. 626.

CAP. VII. OBIECTIO 2. *quâ vrgetur, quòd S. Paulus, S. Antonius, S. Hilarion fuerint absolutè primi vitæ Monasticæ, seu Eremiticæ Authores, & Institutores: sed retunditur.* num. 1123. p. 633.

CAP. VIII. *Argumentum quoddam ab authoritate negata, & non negante, reprobatur, &, quòd plures vetusti Scriptores egerint de Monachis Instituti* ELIANI *ostenditur.* num. 1132. pag. 639.

CAP. IX. *Differitur de antiqua approbatione huius Ordinis, & quartæ quintæq; obiectioni satisfit.* n. 1135. p. 641.

CAP. X. *Antiquitati Ordinis Carmelitani non præiudicat recensus in iure post alios Ordines Mendicantes, quorum institutio occasionaliter attingitur.* n. 1141. pag. 644.

CAP. XI. *Cur Carmelitani Ordinis origo quibusdam obscura videatur.* n. 1149. p. 650.

CAP. XII. *An eadem sit Religio, quæ à S. Propheta* ELIA *in Mõte Carmelo est inchoata, & ea quæ nunc Carmelitana, seu* Fratrum Beatiss. V. MARIÆ de Monte Carmelo *nuncupatur?* num. 1160. p. 659.

CAP. XIII. *Cuius Instituti olim fuerit & nunc sit hic Ordo? an contemplationi, & solitudini destinatus peculiariter? an etiam proximorum saluti vacans? an* Eremiticus? *an verò Cœnobiticus?* n. 1166. p. 662.

CAP. XIV. *Liber inscriptus,* De Institutione primorum Monachorum in Lege veteri exortorum, & in noua persecuerantium, *adstruitur suo Authori Ioanni Hierosol. Episcopo* XLIV. *& huic fidei sinceritas, ac vitæ probitas vindicatur: maculæq; nomini illius falsò aspersæ diluuntur.*

§. *I. Libri præfati antiquitas, & pretium.* nu. 1178. p. 671.

§. *II. Ex illo libro* de Institutione primorum Monachorum, *antiquitas Ordinis Carmelitani manifestè eruitur.* num. 1188. p. 677.

§. *III. Istius Ioannis defensio.* n. 1190. p. 679.

Digitized by Google

§. IV. *Eiusdem Ioannis Monachatus in Carmelo propugnatur.* n.1197.p.682.

APPENDIX,

Quâ traditæ, in anterioribus Carmelitanæ historiæ fundamenta firmiùs stabiliuntur.

CAP. I. *PRima Carmelitanæ historiæ fundamenta authoritatibus Patrum & Doctorum firmantur.* num. 1202. p.687.

CAP. II. *Præstantiores è Societate* IESV *Scriptores adducuntur.* num.1212. p.693.

CAP. III. *Carmelitani Ordinis historici in societatem testimonij aduocantur.* n.1220. p.698.

CAP. IV. *Monachatus & vota* S. ELIÆ *ac discipulorum eius stabiliuntur in fundamentis doctrinæ S. Thomæ.* num.1226. pag.702.

CAP. V. *Declaratur, qualia fuerint vota S. Prophetæ* ELIÆ *& aliorum in Lege veteri, S. Ioannis Bapt. & Sacerrimæ V. Deiparæ in noua.* n.1231.p.707.

CAP. VI. *Satisfit obiectionibus contra hactenus dicta.* num.1243. pag.717.

CAP. VII. *Refelluntur alia nonnulla.* numer. 1255.

CAP. VIII. *Respondetur cæteris quæ à quibusdam opponuntur.* num.1265.

CAP. IX. *Conclusio ex hactenùs dictis.* numer. 1282.

CAP. X. *Anacephalæosis summatim perstringens antecedentia, & inter*

Digitized by Google

& inter sententias binas oppositas mediam statuens. num. 1287.

CORONIS *parenetica quâ multiplicia Patronæ & Patriarchæ beneficia ac correlativa clientum devotio commemoratur.* num. 1291.

§. *I. Patrocinium generale. ibidem.*

§. *II. Correlativi maternalis & filialis affectus singularium personarum exempla ab institutione Ordinis usque in præsens.* num. 1297.

§. *III. Mutuæ dilectionis inter S. P.* ELIAM, *& Ordinem Carmelitanum insignia.* 1326.

CANDIDE LECTOR,

LIbrum sine nævo aliquo imprimi, difficile omninò & ferè impossibile: nam, quantumcumque expertes sint Typotethæ, & perspicaces Correctorum oculi, vix fieri potest, vt non contraria aliqua in Typotetharum manus incurrat litterula, & sæpiùs etiam linceos corrigentis fugiat obtutus. In VINEA nostra sensimus, *& labruscæ* aliquæ, nobis inuitis, succreuerunt: paucæ quidem; vt tamen candoris omninò partibus fungamur, candidè illas prodimus & demonstramus, vt illas prudentiâ tuâ & candore nobis ignoscens, aut legendo pertranseas, aut stilo expungas. Itaque.

MENDA

MENDA SIC EMENDA.

PAgina 63 lin.10. lege sic: *Rumpere iam liuor, Marianos dicere Fratres.* pag.69.lin. 6.omit.*octauo.* pag.294. lin.5 a fine, *inexsaturabilis.* pag.300.num.576. lin.11 *peruulata*, lege *practicata* 314 lin.10.*Reformatorum.* pag.350. lin. 5. à fine *oculato*, leg. *oculatum.* pag. 354. lin. 10. *Vicarius*, leg. *Viranus.* pag. 399.lin. 3. *S.Berthold.* lege *Ven.* seu *Venerabilis.* pag. 409. lin.12. à fine *num.* lege *non.* pag. 473. lin. 16. *Adrianus*, l. *Adrianum.* pag. 485. lin. 16. post *sanctitati* adde *coniunctum.* pag 590. lin. 8. *tertia Dom.* lege *prima* pag. 596. lin. 9. lege DOM. A IESV MARIA num. 1100. lin.12. *probatis* lege *probans*, & lin.15. *promit*, lege *premit.* pag.689.num. 1207. lin.2. *prolato.* leg. *prolatato* pag. 707. nu. 1231. lin.7. post *explicue* adde *fiebat.* pag.761 lin.1. dele *anno.* pag. 768.n 1324. lin.5 omitt. *Dum.* pag.773.n.1352. lin.16. *cum.* leg. *cui.* pag. 776. lin.5. *Gemini*, leg. *Genuini.*

NOTA.

QVòd pag.582 lin.8. & sequent. ex transpositione aliquot linearũ alteratus fuerit sensus: sic igitur legendum est: BRASILIÆ PROVINCIA, inquit præfatus Blasius, *est in nouo Orbe* (America) *habet adhuc paucos Conuentus, sed Deo gratias, quòd ibi Religio nostra peruenerit, vbi adhuc gentilitas viget: habet hos Conuentus quos scimus: Parambucensis, Baiensis, S.Pauli Rienensis, Sanctorum, Paraibensis. Degunt in hac Prouincia* 150. *Fratres.* Ita ille. Dependet à Prouincia Lusitaniæ; ideoque tantùm est Vicariatus. De Scapulari in terra per annos sedecim incorrupto, reperto in Ecclesia Societatis IESV &c. *vide dicto loco* Etiam Patres nostri Britones celebrem habent missionem in America &c. *Vide ibidem.* Alia quædam typi errata facilè colliget, & corriget prudens lector.

PARS

Digitized by Google

PARS PRIMA,

COMPLECTENS OPVSCVLA

S. CYRILLI CONSTANTINOPOLITANI, IOANNIS BACHONIS ANGLI, ARNOLDI BOSTII GANDAVENSIS.

ELOGIA IN ILLOS.

CVm Authores isti multis parum cogniti sint; eò quòd pleraque eorum scripta typis nondum edita, ante-hac paucis sint visa, vt magis innotescant, & concilietur potior authoritas subsequentibus Opusculis, quædam de illis testimonia, seu elogia præmittenda censuimus.

DE S. CYRILLO.

1. SANCTI CYRILLI festum sub ritu duplici celebratur per totum Ordinem Carm. die 6. Martij: ad quem in Martyrologiis Molani, Ioannis Gillemani, & aliis quibusdam hæc leguntur: *In Monte Carmelo Beati Cyrilli Presbyteri, Carmeli Eremicolæ perdeuoti, cui Deus, tamquam fideli amico, de futuro mundi statu quàm plura reuelauit.* Et in Martyrologio Ordinis Carmelitani, inserto Ordinali, seu Ceremoniali: *In monte Carmeli S. Cyrilli Confessoris, Generalis Ordinis B. Mariæ de Monte Carmeli: qui omnibus tùm humanis, tùm diuinis literis eruditus, sanctitate præclarus, spiritu Propheticô illustratus, & vniuersarum virtutum ornamentô repletus fuit. Huic Omnipotens Deus suam voluntatem Angelico ministerio aperuit, dum argenteas tabulas, Græcis literis scriptas, ab eo meruit obtinere. Soldanum Iconij ad fidem conuertit, ac totam similiter Armeniam: Patriarchatumque Ierosolymitanum, sibi à Cœlestino Papa tertiò oblatum, cum monastica vita noluit permutare. Plurima scripsit, ac tandem summâ cum laude, rebus sui Ordinis perfectè ordinatis, migrauit ad Christum, infinitis clarens miraculis in vita & in morte.*

2 Wernerus Roleuinck [a] *in Fasciculo temporum* sic eius honorificam mentionem facit: *Sanctus Cyrillus Græcus, mellifluus Carmeli Prior, Doctorque, tùm vita sanctis-*

[a] Ad ann. Christi 1204.

Digitized by Google

ſanctitate, tùm prophetiæ ſpiritu conſpicuus, multa poſteris ſæculis profutura conſcripſit, & copioſis miraculis Deo procurat gloriam, mundoque ſtuporem. Arnoldus Boſtius *libro de Viris illuſtribus Ordinis ſui cap.* 1. hæc de illo habet: *Cyrillus Græcus, melliflui Carmeli Eremicola prænobilis, & Sacri Ordinis ab eodem Monte propagati Prior Generalis Tertius, ſanctitate vitæ, prophetiæ ſpiritu, miraculorum gloriâ, ac doctrinâ conſpicuus, multa ſcripſit poſteris profutura ſæculis. Inter quæ Sacrum Oraculum, à Deo per Angelum duabus tabellis argenteis in Miſſarum ſolemniis ei deſtinatum, multis admirationi eſt: in quo ſuper futuro ſæculi ſtatu multa continentur. Super hoc Oraculo Venerabilis Ioachim Sancti Florenſis Ordinis Inſtitutor, & Abbas, Commentariolum edidit, in cuius Prologo beatum Cyrillum* ſtellam, Orbem opacum, deformem, & ſqualidum, illuſtrantem, *nominat*, &c. *Conſcripſit etiam ſacer hic Pater librum ad Fratrem Euſebium Eremitã montis Nerei de proceſſu ſui Ordinis vſque ad tempus ſuum.* Ita Boſtius. Librũ iſtum, cum Notis quibuſdã interiectis, hîc damus. Iacobus Philippus Bergomenſis *in Supplemento Chronicorum lib.* 12. *ad ann. Chriſti* 1199. ita ſcribit: *Cyrillus natione Græcus, eiuſdem Ordinis montis Carmeli Generalis Prior, & ipſe hac tempeſtate anno Domini* 1199. *& doctrinâ, & Prophetico ſpiritu illuſtratus, inſignis multùm fuit: qui cum eſſet admodum doctus, ſcripſit quædam ingenij ſui Opuſcula: ad Abbatem Ioachim de Oraculo Angelico librum vnum, qui incipit: Tempore annorum Chriſti: Item de proceſſu ſui Ordinis librum vnum.* Agunt de eodem, & ſcriptis illius Trithemius libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis, Poſſeuinus in Apparatu & alij plures, ſed præ cæteris latiùs Lezana.

DE IOANNE BACHONE.

3. SIxtus Senenſis *libro* 4. *Bibliothecæ ſanctæ* ſic paucis eum commendat: *Ioannes Bacho Anglicus, Ordinis Carmelitarum, Theologorum ſui temporis Princeps, & in exponendis diuinis Scripturis non ignobile nactus ingenium, expoſuit vniuerſum nouum Teſtamentum editis Scholaſtico more Commentariorum libris viginti ſeptem: qui ſunt in Euang. Matthæi* &c. Alia ibi conſequenter recenſet.

Pitſęus *de Illuſtribus Angliæ Scriptoribus ætate* 14. ſic inter alia: *Ioannes Bacondorpius, Baconem, vel de Baccone cognominant aliqui* &c. *Vtriuſque Iuris & Theologiæ Doctor creatus eſt, admirantibus omnibus ſtupendum hominis ingenium, multiplicem doctrinam, & ſolidum iudicium. Omnes Auerrois ſententias mordicùs tenuit, & illius ſchola ſuo tempore quaſi princeps haberi voluit. Cognomentum etiam accepit* Doctoris reſoluti, &c. *Tam ingentia ſcripſit Volumina, vt corpus non tuliſſet, quod ingenium protulerat; nam ſi moles librorum eius, compoſitâ ſarcinâ, Authoris humeris impoſita fuiſſet, homulum ſine dubio comprimere ſuffeciſſet. Ex illo Ordine Angliæ (quantumuis doctiſſimorũ Carmelitarum ſerax) vix huic vmquam produxit parem, imò vix Orbis Chriſtianus illâ ætate doctiorem.* Hæc Pitſæus.

Lezana [a] referens Scriptores hiſtoriæ Carmelitanæ, inter eos ſic commẽdat Bachonem: *Clariſſimus & celeberrimus in toto Orbe Chriſtiano erat Ioannes Bacho, natione Anglus, Theologorum illius temporis facile Princeps* &c. *Circa Ordinis Hiſtoriam aliquot edidit Volumina, videlicet Compendium hiſtoriarum, & iurium pro defenſione Ordinis, quod incipit:* In primis attende. *Et aliud Compendium hiſtoriarum*

[a] In Apparatu ad tomum 1. Annal. c. 10.

& In-

Digitized by Google

& Iuvium de eadem re, quod incipit: Beatus Bernardus in quodam Sermone. *Item Tractatum super Regulam Ordinis qui incipit*: Cuiuslibet Religionis titulus. Sic ille. Existis primum & tertium hic damus: secundum pro Speculo Ordinis reseruamus.

DE ARNOLDO BOSTIO.

4. ABbas Trithemius *libro de Scriptoribus Ecclesiasticis folio* CCIV. Sic eius memoriam posteritati commendat: *Arnoldus Bostius, natione Teutonicus, Ordinis Fratrum B. Mariæ semper Virginis de monte Carmeli, Conuentus Gandensis, vir in Diuinis Scripturis studiosus, & eruditus: & in sæcularibus literis egregiè doctus, Theologus, Philosophus, Orator, & Poëta præclarus, ingenio acutus, eloquio disertus, vitâ & conuersatione deuotus: cuius ad me plures extant epistolæ. Scripsit metro & prosâ multa præclara Opuscula, de quibus extant subjecta: Volumen insigne carmine & prosâ conscriptum; in quo luculenter ostendit Ordinis sui, Marianæ protectionis intuitu, prærogatiuam, originem, & progressum: quod idcircò prænotari complacuit.*

De Patronatu Mariæ	*lib.* 1.
De Illust. Viris Carthusien,	*lib.* 1.
De Illust. Viris Ordinis sui,	*lib.* 1.
Contra Vincentium de nouo Castro	*lib.* 1.
Epistolarum ad diuersos	*lib.* 1.
De quatuor Nouissimis	*lib.* 1.
Carmina diuersa, Et alia complura.	

Viuit adhuc Gandaui, ætate virili, & varia composuit, multosq; suo exemplo, & scriptis, ad Sancta studia prouocat anno Domini, quo hæc scripsimus, M. CCCCXCIV. Hæc Trithemius ibi. Ferè eadem habet in Libro *de Viris Illustribus Ordinis Carmelitarum* sub finem.

5. R. D. Antonius Sanderus, editis præclaris Voluminibus, & mole & numero magnis, notus, in *Libro de Gandensibus eruditionis fama claris*, nō minùs illustri elogio sic eius ingenium collaudat: *Arnoldus Bostius Carmelita Gandensis, vir Diuinarum ac secularium literarum cognitione summus, Theologus, ac Philosophus acutissimus, Orator & Poëta mellitus, vitâ quoque ac conuersatione optimus, & irreprehensus, scripsit Volumen insigne prosâ & versu* &c. Ibi consequenter eius scripta commemorat. Deinde infrà: *Scripsit quoque ad hunc Arnoldum Rupertus Gaguinus Gallus Ordinis SS. Trinitatis de Redemptione captiuorum Generalis Minister. Hermolaus quoque Barbarus Patritius Venetus, Patriarcha Aquileiensis, omnium sui seculi doctissimus, scripsit ad hunc Bostium, eique Opusculum quoddam Dionysij Areopagitæ à se de Græco in Latinum sermonem conuersum dedicauit.* Opuscula ista à prædictis Hermolao Barbaro, & Ruperto Gaguino dedicata Bostio commemorat Ioannes Trithemius libro de Scriptoribus Ecclesiasticis, dum istorum lucubrationes recenset.

6. LEZANA *in Annalibus Tomo* 4. *annum Christi* 1499. (quò ad alteram vitam translatus est Bostius) sic de illo scribit: *Fuit hic Pater Diuinarum & sæcularium litterarum cognitione summus,* &c. *In tanta propterea æstimatione fuit a-*

Digitized by Google

pud exteros, vt Hermolaus Barbarus Patriarcha Aquileæ,& S. R. E. Cardinalis,at Robertus Gaguinus Generalis Ordinis SS. Trinitatis Opera ipsi dedicauerint. Scripsit quamplura,quibus doctrinam & pietatem, quâ decorabatur, aliis manifestam fecit. Quæ ibi consequenter refert: etiam edidit breue Opusculum Historiale, de Institutione, Confirmatione & Intitulatione huius Ordinis, quod inscripsit *Breuiloquium tripartitum* illudque,sectum in capita, ac notis illustratum hîc damus.Scribunt de eodem Iacobus Philippi Ordinis Eremitarum S. Augustini *in Supplemento Chron.*Ludouicus Guicciardinus *in Descriptione Gandaui*, Possseuinus, Franciscus Swertius, & alij: atque à nonnullis, *Vir præclarissimus*, & *Carmeli Gandauensis decus*,ac similibus epithetis condecoratur.Quin & ipsi hæretici suauitatem Scriptorum eius commendarunt; quos inter Ioannes Balæus, homo alias maledicus, *in Catalogo Scriptorum Britanniæ sub Leone Decimo* hæc de illo habet: *Arnoldus Bostius dulcissimis scriptis egit,vt à nimia curiositate,& vanitate secularium studiorum desisteret sui,& ad veram sapientiam, quæ in sacris literis continetur, conuerterentur.*



S. CY-

S. CYRILLI
CONSTANTINOPOLITANI
TERTII PRIORIS GENERALIS
ORDINIS B.mæ SEMPER VIRGINIS MARIÆ
DE MONTE CARMELO.

LIBER

DE PROCESSV, ET VARIIS REGVLIS EIVSDEM RELIGIONIS:

AD EVSEBIVM PRIOREM MONTIS NEROI, PER MODVM EPISTOLÆ.

7. *Pusculum istud* S. CYRILLVS *per modum epistolæ direxit ad suum quondàm in Euangelij prædicatione in Armenia socium*, Eusebium, *tunc Priorem Conuentus in monte Neroi, propè Antiochiam, per Aymericum Patriarcham constructi. Eius finis & scopus est, declarare qualiter primò prisci huius Religionis Professores exemplum* S. P. ELIÆ, *& Sacram Scripturam, pro Regula habuerint: deinde ab anno 412. pro vitæ monasticæ, seu eremiticæ normula eis fuerit Liber Ioannis Patriarchæ Hierosolymitani ad Caprasium, Græco idiomate scriptus: qui succes-*

ſu temporis fuit per Aymericum Patriarcham Antioch. Latinitati donatus; propter eos ſcilicet, qui ex Europa Carmelitis adiuncti erant: demùm quomodò nouiſſimô tempore Regulam, ſeu vitæ cœnobiticæ formulam, ab Alberto Patriarcha acceperint, ex iſto Ioannis Patriarchæ libro extractam, & Alberti ipſius authoritate, quâ fulgebat, traditam: quam idcirco ipſe S. CYRILLVS *eô modô quô ab ipſo Alberto editâ fuit, ad Euſebium tranſmiſit. Extat hoc Opuſculum inſertum Speculo Ordinis libro* 8. *capitibus* 1. 2. *& 3. nec non libro* 7. *cap.* 6. *vbi in quibuſdam exemplaribus erroneè adſcribitur* Cyrillus *&c.* ad Abbatem Ioachim *pro quo legendum eſt* ad Fratrem Euſebium: *prout habent vetuſta exemplaria M. SS. inter quæ cæteris accuratius eſt iſtud quod Pariſiis in Collegio Nauarræ ann.* 1446. *ſcriptum eſt in pergameno per Ioannem Simonis de noua terra, & aſſeruatur in Conuentu noſtro Gandauenſi: in quo legitur* AD EVSEBIVM EREMITAM MONTIS NEROI. *Idetiam annotauit Venerabilis P. Ioannes Baptiſta de Lezana tomo* 3. *Annalium ad annum Chriſti* 642. num. 6. *Cæterum ex dicto exemplari Gandauenſi, collato cum aliis tum M. SS. tum impreſſo Veneto anni* 1507. *damus hoc præclarum Ordinis monimentum. Occaſionaliter autem ſuccinctè inſeruntur præcipui aliqui euẽtus Ordinis, vt perſecutiones per Coſdroem, & Homar, variatio Capparum &c.*

C A-

Digitized by Google

CAPVT I.

De Regula, seu vitæ norma, quam huius Religionis Professores obseruarunt in veteri Lege, & in noua vsque ad annum Christi 412. & inde vsque ad annum 617.

8. [a] SAcræ huius Religionis prisci Professores institutionem suam dudùm in diuina Scriptura, tamquam in amœno paradiso, speculabantur, vbi & Fundatorum dictæ Religionis virtuosa exemplaria, ab eis imitanda, ipsi intuebantur, à Prophetis commendata, & multis Sacrorum voluminum testimoniis approbata. Ex quibus dicti Professores diuersos profundæ sapientiæ tractatus deducebant, quibus tamquam copiosis dapibus reficiebantur.

[a] *Regula prima huius Ordinis fuit exemplum S. Elia & S. Scriptura.*

9. Fuit autem tempore Arcadij & Honorij Imperatorum in monte Carmeli Pater dictorum Religiosorum quidam vir miræ virtutis & perfectionis, Ioannes nomine, qui cæteros consortes suos, eiusdem montis Monachos, exemplo suo, & magisterio sollicitè inducebat ad perfectionem inquirendam, secundùm propheticam disciplinam vitæ monasticæ, per ELIAM Prophetam institutæ: quam Ioannes eis exponebat ex diuersis Dictis, tam veteris, quàm nouæ Legis, & ex nonnullis Tractatibus editis à professoribus prædecessoribus suis. Qui tandem propter eius sanctitatem in Pontificem Hierosolymitanæ Ecclesiæ sublimatus, Apostolo Iacobo in Episcopatu eiusdem Ecclesiæ XLIV. successit. Hunc Ioannem, charissimus eius discipulus, nomine Caprasius, eiusdem montis & Religionis Monachus, suppliciter flagitauit, vt quæ de Institutione huius Religionis, & primis eius Fundatoribus, & de perfectione ad exemplum eorum acquirendâ frequenter disseruerat, dignaretur sibi, & suis consortibus breuiter redigere in vnum volumen, in quo omnia per ordinem intuerentur; ne oporteret eos librorum numerositatem euoluere. Ioannes ergo cernens, quòd propter occupationem suscepti officij non posset

Regula scripta huic Ordini data fuit à Ioanne Patriarcha Hierosol.

Digitized by Google

posset vlterius iugem in monte Carmeli residentiam trahere, quod Caprasius ab eo flagitauerat, opere compleuit. [b] Scripsit enim eidem Caprasio Librum de Institutione nostræ Religionis, eloquio, & litteris Græcis (quibus tunc Terræ sanctæ Ecclesia maximè vtebatur) in [c] quo Libro primariam nostræ Religionis institutionem, & Fundatorum eiusdem dignitatem, atque priscorum Professorum gesta sancta, & glorioſas virtutes, exterioremque habitus ornatum, prædictus Ioannes propterea breui & lucido eloquio ordinatè descripsit; vt successores dictorum Patrum in illo libro, tamquam in nitido speculo, institutionem suam intuentes, eam obseruare propensiùs conarentur, & sanctam vitam, ac virtuosos mores dictorum Patrum, ex totis præcordiis, imitarentur. Quem Librum ipse Ioannes sodalibus suis Religiosis eremitis montis Carmeli legẽdum, & obseruandum tradidit, tempore Honorij Imperatoris anno Domini 412. Et ex tunc Professores nostræ Religionis satagerunt ad perfectionem, & finem vitæ solitariæ tendere, secundùm formam Institutionis Prophetæ ELIÆ, per dictum Ioannem in præfato libro descriptæ. In cuius disciplina vsque ad tempora Heraclij Imperatoris, per annos circiter ducentos quinque, ad exemplum Fundatorum, & priscorum Patrum dictæ Religionis, pacificè in Terra Sancta conuersati fuerunt.

[b] *Græco idiomate.*

[c]

Anno Christi 412.

NOTÆ.

10. [a] *Sacræ huius Religionis Professores institutionem suam dudum in diuina Scriptura speculabantur.* Animaduertendum, triplicem Regulam (in substantia eamdem) fuisse in hoc Ordine à principio suæ Institutionis. *Prima* fuit non scripta, sed exemplum magni Prophetæ ELIÆ, expressum in sacris litteris, & quasi per manus, iugi, ac continuatâ traditione, & successione deriuatum ad posteros (non tamen improbabile existimamus, fuisse tùm quoque quamdam vitæ Religiosę normulam, etiam in scriptis, sed per modum cuiusdam traditionis, exhortationis, seu ideæ vitæ Eliànæ) cui iungebatur in Lege veteri eiusdem præceptorum obseruantia, & in noua Euangelium. Et hoc est quod sub initium huius capitis scribit S. Cyrillus, quòd institutionem suam in Sacra Scriptura specularentur. Hoc ante ipsum pluribus prosequitur dictus Patriarcha Ioannes in præfato libro variis locis: & quidem *capite* 16. per totum: & similiter integro *capite* 21. vbi sub finem inter alia sic: *Omnes quippe huius*

[a] *Tres Regulæ Ordinis Carmelitani.*

Prima non scripta.

Digitized by Google

huius Religionis veri sectatores tàm in monte Carmeli, quàm alibi habitantes, profitentur se humiliter sequi illam sanctam vitam, & propheticam iustitiam vitæ monasticæ, quam Propheta Dei ELIAS *seruauit & instituit, ac quam esse sequendam ipse, secundùm formam à Deo sibi creditam, & verbo pariter & exemplo discipulis suis tradidit, & in eremo montis Carmeli residendo docuit maximè ac demonstrauit.* Abbas Trithemius ex Ordine S. Benedicti in peculiari libro de laude & institutione Ordinis Carmelitarum *cap.* 3. idipsum sic tradit: *Quamuis* ELIAS *Carmelitis Regulam scriptam non dederit, eis tamen exemplo conuersationis viuendi norma fuit, quibus post se & locum & habitum concessit.* Et *cap.* 4. sequenti: *Sancti etenim Patres, qui in monte Carmelo iuxta fontem* ELIÆ *ante Christi natiuitatem habitabant, Regulam cõscriptam habuisse non leguntur: sed ipsi norma & Regula sibi fuerant, qui exemplo* ELIÆ *concorditer viuebant. Deinde, post Passionem Domini, multiplicatâ per Iudæam fide Christianâ, hi qui in monte Carmelo vitam, imitatione* ELIÆ, *ducebant Eremiticam, secundùm Euangelium Christi viuere cœperunt.* Et aliquanto post: *Hæc est vita Apostolica, quam Fratres Carmelitæ in primitiua Ecclesia studiosissimè obseruabant, Regulam super his Euangelium in cordibus suis habentes conscriptam.* Hęc Trithemius. Ita quoque S. Antonius cæterique antiqui Monachi pro vitæ suæ normula sibi propositum habuerunt eiusdem magni Prophetæ exemplum (prout ex dicendis parte 2. manifestum erit) & S. Euangelium. Et SS. Basilius, Augustinus, Benedictus, Franciscus habuerunt Sanctum Euangelium, vnde suas Regulas desumpserunt.

11. *Secunda* Regula fuit Liber ille Ioannis Patriarchę Hierosolymitani, scriptus anno 412. & traditus Caprasio, cæterisque Carmelicolis: de quo proinde Annalista huius Ordinis iure primarius recensendus V. P. Ioannes Bapt. de Lezana hæc grauiter scribit: *Etsi Liber historicus primo aspectu videatur &c. sub historiæ tamen cortice exhortatoria Regula est, omnia, quæ Vitæ monasticæ ac Religiosæ necessaria vel vtilia esse possunt, mirabiliter complectens. Vt puta de contemptu rerum terrenarum, propriæ voluntatis abnegatione, solitudine, castitate, charitatis perfectione, perseuerantia, oratione, & aliis similibus, ex variis mysticis arcanis & allegoricis interpretationibus, desumptis.* Hinc meritò S. Cyrillus Librum istum indigitat, *Nitidum Speculum*, rerum scilicet gerendarum à Carmeli Eremicolis: estque instar cuiusdam ideæ, seu exemplaris vitæ Elianæ.

Secunda prolixè scripta ann. 412.

Lezana to. 3. Annal. ad ann. 412. *n.* 5.

12. *Tertia* verò est illa, de qua hîc consequenter agetur *cap.* 5. & 6. scripta à S. Alberto Patriarcha Hierosolymitano: Estque Regulæ, seu Libri istius, à Ioanne suo Prædecessore traditi Caprasio, quasi compendium: prout latiùs dicemus ad caput 6.

Tertia cõpendiosius contracta per B. Albertũ Patriarcham Hierosol.

Scripsit b *librum de institutione nostræ Religionis &c. tradidit anno Domini* 412. De isto Ioanne ex Carmeli Incola & Archimandrita, Hierosolymæ Patriarcha, eiusque Operibus luculentissimè scripsit noster V. P. Wastelius tribus Vindiciarum libris: quorum primus ferè totus est de illa Regula, seu Libro, inscripto, *De Institutione primorum Monachorum*: de quo alia quædam in sequentibus attingemus in speciali Apologia pro eodem, sub finem huius operis.

In c *quo libro primariam nostræ Religionis institutionem & fundationem eiusdem* c

Digitized by Google

ELIÆ, scilicet, ELISEI ac Filiorum Prophetarum) *dignitatem, gesta sancta &c. ordinatè describit.* Magnum autem Prophetam ELIAM Monastici Instituti Antesignanum, & Principem, Ordinisque Carmelitani Institutorem ac Fundatorem extitisse, potissimùm declaratur toto illo libro *de Institut. primor. Monachorum*: quod etiam Summorum Pontificum, SS. Patrum, & celebriorum Scriptorum authoritatibus comprobatur *parte* 2. Deinde verò *parte* 3. per totum, agetur de eiusdem gratiæ ac duplicis spiritus hærede ac Successore ELISEO, & Filiis Prophetarum, deque fugi, non interruptâ successione posterorum, Ordinisque Prophetici, ad hæc vsque tempora. Ista paucis complexus fuit grauis author Thomas Waldensis *in Doctrinali fidei tomo* 3. qui est de Sacramentalibus *titulo* 9. *cap.* 89. §. 4. cui adscribitur, *Carmelitarum Ordinis vetustas*: vbi inter alia sic: *A Prophetis sanctis* ELIA *& Eliseo priùs incepit: post Saluatoris aduentum cum Apostolis in Euangelio solicitissimè laborauit: à Ioanne Patriarcha Hierosolymitano primò Carmelitæ, regulam viuendi, græcè scriptam, accepit, quam pleniore, post sub Alberto itidem Patriarcha, formâ digestam inspexit.*

3. Prophetæ Elias *Instituti Monastici antesignanus & Carmelitani Ordinis Institutor fuit.*

CAPVT III.

De Terræ Sanctæ deuastatione, & graui persecutione per Cosdroem Regem Persarum, & Homar Regem Saracenorum: deq; mutatione pallij albi in Barratum.

13. CIrca *a* annum verò Domini sexcentesimum decimũ septimum sacrilegus Cosdroe, Rex Persarũ Ierosolymã adueniens, totam Terram Sanctam deuastauit. In qua, ex quo mala sumpsêre exordium, per annos plurimos multiplicata fuerũt. Cũ enim Christianissimus Imperator Heraclius de prophano Cosdroe prædicto victoriã obtinuisset; & post recuperationẽ Terrę Sanctæ, cum triũpho, ad propria remeasset, mox quidam Rex Arabiæ, nomine Humar, discipulus perfidi Mahometi, atque regni eius successor tertius, cum ingenti multitudine Saracenorum contra Terram Sanctam veniens, eam totam obtinuit, sanctamque ciuitatem Ierusalem anno Domini sexcentesimo tricesimo nono cepit, alios ex Christianis huius patriæ necans, alios ad suam perfidiam trahens: cæteros autem, etsi non perfidiæ, suo tamen dominio subdens.

a Terra Sancta occupatur per Cosdroëm Regem Persar.

Deinde per Homar Regem Arabia.

14. Sara-

Digitized by Google

14. Saraceni [b] autem molestè ferebant, quòd nostræ Religionis Professores, vestealba desuper induti incederent; cum soli eorum Satrapæ huiusmodi coloris habitu desuper vterentur. Propter quod gestationem pallij albi dictis Professoribus interdixerunt: pro quo Professores prædicti pallium Barratum tunc vnanimiter assumpserunt. Quod pallium, sicut scis, ex septem partibus duplicis coloris ab inuicem distinctis, sed consutis, ipsum totaliter integrantibus, perpendiculariter à collo vsque ad talos descendẽtibus, constat: quarum tres sunt nigræ siue grisææ, aliæ verò quatuor sunt albæ: quæ sic existũt in pallio ordinatæ. Indutum siquidem pallium ante à pectore descendendo vsque ad pedes, est totaliter fissum seu apertum, & partes fissionis sunt albæ. Secunda autem pars à latere dextero est nigra, & etiam secunda à latere sinistro. Tertia verò pars à latere dextro est alba, quem colorem retinet tertia à latere sinistro. Sed vltima pars, retrò in medio pallij existens, est nigra. Hoc pallium Professores huius Religionis antiquitùs appellabant carpitam; postmodùm consueuerunt ipsum vocare chlamydem seu mantellum.

[b] *Cuius iussu Carmelitæ depositò sua Religionis habitu superiore albo, cogũtur assumere barratũ, seu varij coloris.*

constantem tribus partibus griseis, & quatuor albis.

15. Huius [c] autem mantelli gestatio significat, Monachum debere Christi Euangelium in pectore semper per obseruantiam gerere. Color enim albus in eo consistens significat puritatem ex obseruantia Euangelij prouenire, Monacho hoc pallium gestanti. Qui color idcircò in quatuor partes est in pallio distinctus; quia Euangelium quadriformi Euangelistarum narratione distinguitur. Est enim Euangelium illud vas, quod velut linteum magnum quatuor initiis submitti de cœlo in terram vidit Apostolus Petrus: in quo erant quadrupedia & serpentia terræ, & volatilia cœli: dictumque est per Deum Petro: *Surge Petre, occide, & manduca.* Ait autem Petrus: *Absit à me, Domine: quia nunquam manducaui omne commune & immundum.* Et vox Dei iterum sibi dixit: *Quod Deus purificauit, tu ne commune dixeris.* Hoc autem factum est per ter: & statim receptum est vas in cœlum. Considerandum ergo circa hoc, quòd obseruantia Euangelij à Monacho custodita propter mortificationem carnis, ac candorem sanctitatis comparatur linteo. Quod, licèt quatuor videatur habere initia propter quadriformem Euangelistarum narrationem, sicut &

[c] *Barrati istius pallij mystica explicatio.*

Digitized by Google

quatuor partes habet albas: Verumtamen sicut vnum est pallium, ita vnum est vas Euangelij: quia quatuor Euangelistarum vna & eadem est fides, & doctrina, quæ de cœlo per Dominum Christum submissa est in terram, scribentibus eam Euangelistis.

16. In hoc vase visa sunt omnia quadrupedia & serpentia terræ, & volatilia cæli. *Homo enim, cum in honore esset, non intellexit, ideo comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.* Quadrupedia itaque terræ sunt homines terrenis inhærentes, & serpentes sunt homines virulenti & dolosi, sed volatilia cæli sunt homines superbi. Omnia enim hominum peccatorum genera admittuntur ad obseruantiam Euangelij, sicut Dominus ait: *Prædicate Euangelium omni creaturæ.* Ideo in persona Petri dicitur Prælato Congregationis Monachalis: *Surge, occide, & manduca.* Qui enim cibum foris positum manducat, traiicit illum in corpus suum. Sic peccatores extra corpus Monachalis Congregationis positi, postquam fuerint per doctrinam à Prælato peccatis occisi, & manducati, id est carne mortificati, sunt ad corpus Monachalis Congregationis per professionem recipiendi. Licèt enim Petrus responderit, quod numquam mãducauit aliquid commune, vel immũdum; vox tamen cœlestis sibi dixit: quod Deus purificauit, tu ne commune vel immundũ dixeris. Quoniam cum peccatores per obseruãtiam Euangelij fuerint peccatis mortui, non sunt à Prælato reputandi immundi, sed mundi, id est, per Deum purificati, præsertim cum hoc factum fuerit per ter, videlicet per tres partes pœnitentiæ, id est per cõtritionem, confessionem & satisfactionem: quod color niger, in tres partes in dicto pallio distinctus, significat. Tunc enim recipitur vas cum quadrupedibus, serpentibus & volatilibus in cœlum, quoniam peccatores hoc pallium gestantes, & de peccatis pœnitentes, sicut & cæteri obseruatores Euangelij, non sunt repellendi, sed recipiendi ad vnitatem congregationis Monachalis, cum etiam ipsi recipiantur ad regnum cœleste, Domino ita prædicante: *Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cœlorum.*

NOTÆ

Digitized by Google

NOTÆ.

17. Circa a ann. Dom. 617. &c. *Cosdroe Terram Sanctam deuastauit.* Cardinalis Baronius,& alij communiter,id referunt ad an. 614. De isto Cosdroe, eiusque tyrannide specialiter scribunt Theophanes, & Leontius,atque ex illis Baronius,alijque posteriores: agunt de eodem,eiusque dira persecutione pleriq; historici nostri vetustiores ac recentiores: Arnoldus Bostius quidem *in Speculo historiali lib. 5. cap. 79.* hæc de eo cõmemorat: *Heraclij quinto anno, permittente Domino flagellari populum suum per sæuitiam Paganorum Cosdroas Rex Persarum multam partem Reipublicæ Romanæ cepit, multaq; terrarum Regna suo Imperio subiugauit, deuastauitq; Damascum, Hierosolymam, & Venerabilia loca & Ecclesias incendit, ac nonaginta millia virorum, ac mulierum occidit, populorum captiuans copias vnâ cum Patriarcha Ierosolymitano Zacharia. Attamen territus de Sepulchro Domini rediens partem Sanctæ Crucis, quam S. Helena ibidem reliquerat, in Persidem asportauit.* Ibidem de eius inaudita superbia,& diuini honoris aucupio,hæc,aliis non communia,refert: *Porrò Cosdroas Rex Persarum supradictus, volens ab omnibus coli vt Deus, turrim ex auro & argento, & intus lucescentibus gemmis fecit, & ibidem Solis & Lunæ & Stellarum imagines collocauit. Per subtiles etiam & occultos ductus, quasi Deus, desuper aquam infundebat; & in subterraneas specu equi quadrigas trahentes ibant, vt quasi turrim mouerent, & tonitruum simularent. Filio ergo suo regno tradito in tali fano prophanus residet, & iuxta se Crucem collocans, appellari se ab omnibus Deum iubet. Et sicut legitur in libro Mitrali de Officio, ipse Cosdroas in throno residens tamquam Pater, lignum Crucis sibi à dextris posuit loco Filij, & Gallum à Sinistris loco Spiritus Sancti, se verò Patrem iussit nominari.* Plura de sæuientibus in Christianos, ac specialiter in huius Ordinis Religiosos,dicto Cosdroe & Homar,seu Humar,dicemus *parte 3. capite 25. & seq.*

a *Cosdroæ crudelitas & superbia. Cultum latriæ sibi arrogantis.*

18. *Saraceni* b *autem molestè ferebant, quod nostræ Religionis Professores veste albâ desuper induti incederent.* Vestis illa alba pallium erat simile isti,quod huius Ordinis Fundator Magnus Propheta ELIAS gestauerat, & ad eius exemplum ELISEVS, cæteriq; Prophetarum Filij. Pallio enim indutum fuisse S.P.N. ELIAM,manifestè Sacræ Scripturæ auctoritate monstratur: Nempe hoc habitu operuit ELIAS vultum suum,cùm in monte Oreb trãsiret Deus ante eum. Hoc quoque pallium misit ipse super ELISEVM, quãdo accepit eum in discipulum. Pallium autem istud fuit vestis rotonda, desuper corpus operiens,à collo vsque ad medias tibias descendens, ante aperta,alibi clausa;superiùs angusta, inferiùs amplitudine expansa. ELIAS hoc pallium ELISEO dimisit,dum ab eo in Paradisum voluptatis ascendit. Erat autem coloris albi: quod ante ipsius S.P. ELIÆ natiuitatem præmonstratum quoq; fuerat ipsius patri Sabachæ;cui apparebant viri candidi pueri salutantes, prout ex S. Epiphanio, Dorotheo & aliis latiùs referemus infrà *parte 2. cap. 1. num. 169.* Eiusmodi palliis vsi fuerunt huius Religionis

b *Religionis huius vestis superior antiquitùs erat pallium album.*

Quamdiu illud fuerit in vsu.

Professores toto tempore veteris Legis,& etiam post Christi ortum per annos circiter sexcentos quadraginta, videlicet vsque ad tyrannicam dominationem Saracenorũ: quæ initium sumpsit ab isto Homar,discipulo & Successore perfidi Mahumeti: qui eos coegit,dimissis palliis albis, assumere barrata, seu varij coloris: quæ in vsu fuerunt per annos circiter sexcentos quadraginta,scilicet vsque ad annum 1287. quo (sicut ante fieri concesserat Romanus Pontifex Honorius Quartus) depositis barratis, resumpta sunt alba: quam mutationem deinde confirmauit Bonifacius Octauus per Bullam quæ incipit: *Iustis petentium desiderijs.* Sed de istis latiùs in sequentibus,*parte* 3.*cap.*26.

c *Huius autem mantelli gestatio significat,Monachum debere Christi Euangelium in pectore semper gerere.* Insignis est illa S. Cyrilli mystica & moralis explicatio istius pallij Barrati.

CAPVT III.

De continuatione persecutionis,& tandem recuperatione Hierosolymæ per Godefridum de Bulyon, totiusq; Terræ Sanctæ.

a Mons Carmelus nũquam desertus fuit à Religiosis huius Ordinis tempore persecutionum

19. ILlo itaque tempore, quamuis pauci, verumtamen probatissimi Monachi nostræ Religionis a dimissis mansionibus, quas habebant in vrbibus & villis, hunc Carmeli Montem non deserentes, iugiter in eo,& in quibusdam aliis eremis Terræ Sanctæ permanserunt, sub disciplina monasticæ vitæ eremiticæ, per ELIAM Prophetam institutæ,& in prædicto Ioannis libro descriptæ. Qui, sicut & cæteri Christiani huius patriæ, duro infidelium iugo dediti,

Per Sarracenos continuatarum annis 460.

multis tribulationibus & iniuriis fuerunt à Paganis per annos circiter quadringentos sexaginta afflicti. Clamauerunt autem ipsi & cæteri huius patriæ Christiani, cum tribularentur,ad Dominum: qui tandem de necessitatibus eorum eduxit eos; quoniã placuit ei ciuitatem Hierusalem anno Chri-

Anno Domini 1099. *capitur Hierosolyma per Godefridũ de Bulyon:*

M. XCIX. & consequenter totam Terram Sanctam pedetentim à perfidis Saracenis liberare,& eam ac indigenas eius fideles potestati & dominio Christianorum reducere. Propter quod cœpit tunc cultus nostræ Religionis in mõte Carmeli ampliari. Quamplures enim deuoti peregrini,qui ab Occidente superuenerant,odore huius sancti loci tracti, & de-

Exinde Ordo Carmeliticus reflorescit.

uotione

Digitized by Google

uotione Religiosorum eremitarum montem hunc inhabitantium permoti, mundo renũciabant, & per contemplationem cœlestium se eorum contubernio iungebant.

ANNOTATIONES.

[a] *Dimissis mansionibus, quas habebant in vrbibus & villis, hunc Carmeli montem non deserentes, iugiter in eo, & in quibusdam aliis eremis Terræ Sanctæ permanserunt.* Ex quibus habetur, licèt olim potissimùm vigeret hic Ordo in Eremis, & Eremiticus esset; cuius Monasteria (quandoquè dicta Lauræ) eiuscemodi erant pleraque, vt singuli cellulas haberent separatas, & ab inuicem distantes, non inclusas septis, è quibus aliquoties per diem ad diuinas laudes concinendas conueniebant: quòd tamen etiam in Vrbibus & Villis loca habuerit, & eatenùs fuerit Cœnobiticus. Sed de istis latiùs parte 8. cap. 13. Alia quæ hoc capite paucis complectitur S. Cyrillus, pleniùs pertractantur, & elucidantur hîc infrà parte 3. cap. 30. ac proinde eò Lectorem remittimus.

CAPVT IV.

De Restauratione ac Reformatione Ordinis per Aymericum Patriarcham Antiochenum, & Institutione S. Bertholdi in Archimandritam, dictum PRIOREM GENERALEM, *primum sub eo nomine.*

20. ERat [a] autem in diebus illis Patriarcha Antiochenus, & in Terra Sancta Apostolicæ Sedis Legatus, vir quidam amabilis Deo & hominibus, nomine Aymericus Malafaida, natione Lemouicensis, de villa appellata Salamiacum: qui prædictorum antecessorum nostrorum Eremitarũ, Fratrum Beatæ MARIÆ de monte Carmeli, laudabilem conuersationem attendens, eos multùm specialiter, suo tempore in Domino enutriuit. Intelligens [b] autem quosdam eorum, qui ab Occidente superuenerant, spretis seniorum monitis, non rectè ambulare ad veritatem Religiosæ vitæ eremiticæ, in prædicto Ioannis libro descriptæ: & per-

[a] *Aymericus fautor, ædificator, restaurator huius Ordinis.*

[b]

Digitized by Google

& perpendens hoc ideò maximè contingere, quia Græcas litteras ignorantes, nesciebant codicem illum legere, fecit librum illum de Græco in Latinum transferri. Et, vt illorum improborum coerceretur audacia, tutaque inter eos esset seniorum Eremitarum huius montis innocentia, ipsos omnes per obedientiæ vinculum colligauit. Statuit enim, quòd ex ipsis vnus, qui diceretur *Prior*, deinceps eis ita præesset, vt quilibet aliorum obedientiam ei deuoueret, sub cura cuius, & regimine omnes viuerent. Quibus antea licèt semper vnus ex ipsis præesset, quem *Abba*, linguâ Syrâ, & *Patrem* Latinâ appellabant, sub regimine cuius etiam tunc temporis manebant, & cui etiam tamquam Patri, secundùm institutionem, obediebant; numquam ad obediendum alicui se voto speciali priùs obligauerant: donec prædictus Patriarcha Aymericus omnes primò ad hoc adstrinxit. Inter quos ipse fratrem suum habuit, scilicet Fratrem Bertholdum perfectum Religiosum, sanctumque Presbyterum: quem de vnanimi omnium assensu, anno Domini M. C. XXI. in *primum Priorem* eis instituit, & cui curam animarum cœterorum iniunxit. [c] Et in hoc monte Carmeli in honore B MARIÆ Virginis Dei Genitricis Monasterium ædificari faciebat, muro alto circulariter circumdatum: in quo quidem eos includere intendebat; sed priusquàm hoc monasterium consummasset, sustulit eum de mundo Deus.

Regulam Græcè conscriptam in Latinum traduci curat:

Statuit vt toti Ordini vnus præesset, nuncupatus Prior Generalis.

Ante Aymericum Superiores huius Religionis appellabãtur Syrâ linguâ Abba.

Legendum videtur. M. CXLI. *Vide in Notis.*

c

NOTÆ.

a

21. ERat [a] *autem in diebus illis Patriarcha Antiochenus &c. Aymericus.* De isto Aymerico, quis, & qualis fuerit, circa quem annum ex Antiochenæ Ecclesiæ Decano ad eiusdem Patriarchatum assumptus fuerit; quãdo & qualiter fecerit Reformationem notabilem in Ordine (qui per atroces, & longæuas istas Barbarorum persecutiones à primæuo feruore intepuerat; & per quosdam ex Europa receptos turbabatur) præ cæteris accuratissimè tractat Eximius P. M. de Lezana sub finem *tertij* & initium *quarti tomi Annaliũ Ordinis.* Insignis autem Chronographus Onuphrius Panuinus *in Chronico Ecclesiastico ad Annum Christi* 1141. ista sic paucis expressit: *Ordo Carmelitarum restitutus & reformatus ab Aymerico Malafaida, Lemouicense, Patriarcha Antiocheno, & Apostolicæ Sedis trans mare Legato, in monte Suri & Carmelo: quorum primus Prior fuit Frater Bertholdus, Vir Sanctus.*

Ordo restauratus per Aymericum circa ann. 1141.

22. Quod

Digitized by Google

22. Quod ſpectat ad annum 1141. quo illa contigiſſe autumat Onuphrius, conſentiunt etiam oculatiores noſtri hiſtorici: non pauci autem ea retulerunt ad annum Chriſti 1121. Veriſimiliter in errorem lapſi ex ſequẽtibus S. Cyrilli verbis: *Fratrem Bertholdum perfectum Religioſum, ſanctumque Presbyterum, de vnanimi omnium aſſenſu anno Domini* M. CXXI. *in primum Priorem eius inſtituit.* Vbi ex tranſpoſitione vnius dumtaxat numeralis notæ (ponendo ſcilicet 1121. aut MCXXI. pro 1141. vel MCXLI.) per ſciolum aliquem irrepſit mendum (ſicut in numeris frequẽtiſſimè euenire ſolet) prout rectè animaduertit dictus P. Lezana ſub finem *tomi* 3. *Annalium, ad annum* 1121. *& initio* 4. *tomi ad an.* 1141. Illud tamen in contextu non correximus (ſed dumtaxat ad marginem) eò quòd in exemplari Veneto impreſſo & pleriſque manuſcriptis ita legatur. Porrò iſtam per Aymericum Reformationem non anno 1121. ſed circa 1141. factam, conuincit; quòd ipſe demũ ad Patriarchalem Cathedram ſublimatus fuerit circa annum Chriſti 1137. prout ſcribunt idem Onuphrius, Genebrardus, Hieronymus Bardus in ſuis Chronologiis, & alij apud Lezana *in Annalibus in eumdem annum*: vbi etiam nonnullos, qui, Guilielmi Tyrij veſtigiis ſeſe inhærere exiſtimantes promotionem ipſius Aymerici ad Patriarchatum Antiochenum referunt ad annum 1143. refellit ex eodem Tyrio *lib.* 16. *cap.* 3. diſertis verbis ſcribente: *Anno Incarnationis Dominicæ* 1142. *præſidente* &c. *Antiochenæ* (ſcilicet Eccleſiæ) *Domino Aymerico.* Igitur is ante annum 1143. Patriarcha erat. Cæterùm ex iſto mẽdo quoad annum promotionis S. Bertholdi in Priorem Generalẽ, procedente, aut ex ſciolorum vitio, aut deſcribentium errore, magna accidit in Chronologia Ordinis confuſio, ſeu varietas opinionum; Si enim S. Bertholdus inſtitutus fuiſſet Prior Generalis anno MCXXI. & annis quadraginta quinque præfuerit (prout diſertè tradit S. Cyrillus) ſequitur eum obiiſſe circa annum 1166. aut 1167. &, cum aliquantò poſt ipſi ſucceſſerit S. Brocardus, qui Ordinem rexit annis triginta tribus (vt ex eodem S. Cyrillo habetur) is ex hac ad aliam vitam migraſſet, & ſucceſſorem habuiſſet ipſum S. Cyrillum, circa annum Domini 1199. aut 1200. Atque ita Priorum Generalium ſubſequentium vſque ad annum 1245. (vndè certa & indubitata exiſtit eorumdem chronologia) anni augendi erunt. Aſt ſi S. Bertholdus Prior Generalis effectus fuerit circa annum Chriſti 1141. (prout ſuſtinemus cum Lezana, Waſtelio, Segero Pauli, Michaele Munioz &c.) manifeſtum eſt, eum obiiſſe demùm circa annum 1187. & S. Brocardum circa annum 1221. & ſic coarctandum erit tempus regiminis aliorum Generalium vſque ad dictum annum 1245. Hinc, inquam, orta confuſio, & varietas Chronologiæ, potiſſimùm quoad tempus regiminis ſex primorũ Priorum Generalium: fuitque occaſio hallucinationis Scriptoribus variis, potiſſimùm vetuſtioribus, etiam Reuerendiſſimo Ioanni Groſſio, in aſſignando cuilibet Priori Generali ſuum terminum. Dolendũ ſanè huic præclaro Opuſculo iſtam irrogatam iniuriam, & eiuſcemodi irrepſiſſe mendum, multorum aliorum originem. At etiam præſtantiſſimorum aliorum Doctorum Scripta à ſimilibus næuis immunia handquaquam exiſtunt,

Mendum irrepſit in variis libris in quibus ſcribitur id contigiſſe anno MCXXI. *cuius loco veriſimiliter legendũ eſt* MCXLI.

Vnus ille error cauſa fuit aliorũ circa Chronologiam Ordinis.

In quibuſcunque hiſtoriis facilè error contingit in numeris, & Chronologia.

Digitized by Google

S. Augustin. l 15. de ciuit. Dei c. 13. specialiter quoad supputationem chronologicam; Annales vix apertueris, quin occurrant huiusmodi controuersiæ, quæ frequenter indè procedunt, quòd faciliter in numeris erretur, ijque sæpe *negligenter describantur, & negligentiùs emendentur*, vt dicit S. Augustinus. Quinimò de certo & determinato anno Natiuitatis Christi, & nùm anni Christiani numerentur ab eiusdem Incarnatione, an à Natiuitate, magna est inter Scriptores contentio. Insuper lectio septuaginta Interpretum, & textus Hebræorum, quem Moyses edidit, ferè numquam inter se concordant; vt v. g. *a* secundùm septuaginta Intepretes fuerunt anni 2242. à creatione mundi vsque ad diluuiũ: at secundùm veritatem Hebraicam tantùm 1656. & sic differunt in annis 586. quos Hebræi minùs habent. Item à diluuio vsque ad Natiuitatem Abrahæ, secundùm septuaginta fuerunt anni 942. secundùm Hebræos tantùm 292. & sic differunt in annis 650. quos iterum Hebræi minùs habent. *Ideóque in illis* (conciliandis scilicet) *contriuerunt Sancti Doctores ingenia sua, & quilibet pro captu suo dixit, quod sensit*, inquit Wernerus *b*. Et hinc est, quòd certum dare à Christo nato annorum numerum, *variorum diuersorumq; errorum labyrinthũ*, operis sui chronographici initio fol. 6. vocet Opmeerus. In omni quoque tam sacra, quàm profana historia, nihil magis frequens est, quàm discrepantia in supputatione annorum.

Grauis est disceptatio quoad supputationem annorum, & Chronologiam Veteris Testamenti.

a VVerner. Initio fasciculi temp.

b In sua præfatione fascicul. temp.

23. Aymericus autem pro restaurando Ordine præstitit sequentia.

Quanam præstiterit Aymericus pro restaurando Ordine.

I. Latinos nonnullos, seu Occidentales Eremitas, post recuperatam Terram Sanctam ad eum locum accedentes, & pro arbitrio suo cupientes viuere, ad votum obedientiæ, aliorum more emittendum, auctoritate Apostolicâ astrinxit, cum id priùs facere renuissent.

II. Librum IOANNIS 44. Ierosolymorum Episcopi, eiusdem Carmeli montis quondam Archimandritæ, *de Institutione primorum Monachorum in Lege Veteri exortorum, & in Noua perseuerantium*, in gratiam Latinorum Eremitarum, Græcas litteras ignorantium, ex eodem idiomate Græco (quo olim ante annos ampliùs septingentos conscriptus fuerat) in Latinum transferri curauit.

III. Statuit, vt eorum Superior non ampliùs, vt olim Syriacè *Abbas*, aut græcè *Archimandrita*, sed Latinè *Prior* diceretur.

IV. S. BERTHOLDVM, de ascensu omnium, primum eis Prælatum, seu Superiorem Latinum, sub titulo *Prioris*, instituit.

V. Reuertens, his peractis, Antiochiam, aliquot huius Religionis Fratres Eremitas secum duxit, eisque in monte Neroy, non procul ab Antiochia, Eremiticam habitationem assignauit.

VI. Monasterium quoddam seu Cœnobium in monte Carmelo, ad honorem Deiparæ Virginis MARIÆ, & S. Margaretæ, ex antiquo eorum Eremitorio, quasi Laura, eis ædificare cœpit, quod tamen, morte præuentus, perficere nequiuit.

VII. Denique idem Patriarcha multis aliis beneficiis eiusdem Religionis professores prosecutus est, suisque eleemosynis enutriuit, maximè ab anno 1154. quo à Roymoldo Principe Antiocheno sacrilegè habitus, relictâ Syriâ, aliquot deinceps annis in Palæstina moram traxit. Vndè non immeritò

Digitized by Google

meritò quidam Scriptores celebres ipsum appellant Carmelitarum Promotorem, Propagatorem, & Custodem.

24. Circa illa verba: *Intelligens b autẽ quosdam eorum, qui ab Occidente superuenerant, spretis Seniorum monitis, non rectè ambulare*, &c. *ipsos omnes per obedientiæ vinculum colligauit.* Animaduertendum, quòd, cum asserit Sanctus hic Pater, Eremitas hosce primitùs voto obedientiæ speciali adstrictos non esse, sed ad id ab Aymerico obligatos, de iis dumtaxat loquitur, *qui ex Occidente superuenerant*, & qui, *spretis Seniorum monitis, non rectè ad veritatem Religiosæ vitæ Eremiticæ ambulabant*; non autem de aliis, per totam Palæstinam dispersis, de quibus infrà dicemus: multoque minùs de Senioribus Carmeli Eremitis, quos vitæ innocentiâ præditos esse affirmat: vndè propterea dixit, *& vt illorum improborum* (eorum scilicet, qui ex Occidentis partibus aduenerant) *coërceretur audacia, tutaq; inter eos esset Seniorum Eremitarum huius montis innocentia, ipsos omnes per obedientiæ vinculum colligauit.* Quin & verbum ipsum *colligauit*, hoc indicat, fuisse videlicet, sicut corpore, per totum Montem, sic & mente, dispersos; cum iuniores obedientiæ vinculo obligari nollent, cui Seniores adstringebantur. Quod obiter contra aliquos dicimus, qui, vt hoc tempore Religionem nostram incepisse pronuntient, hac se B. Cyrilli authoritate tueri volunt: quorum primus forsan fuit improbus Balæus. Ita Lezana *a*. Eadem scribit præclarus ille Homiliographus Ioannes de Carthagena *b*, de Ordine Nostro Carmelitano optimè meritus, vbi cum prædicta S. Cyrilli verba retulisset, subiungit: *Ex hoc D. Cyrilli testimonio non colligi, ante Aymericum non fuisse solitum votum obedientiæ emitti à Monachis Carmelitis, solùm enim illi, quos* improbos *vocat Aymericus in prædicto testimonio D. Cyrilli, vt liberiùs viuerent, renuebant votum obedientiæ emittere, reliqui tamen verè illud emittebant; Aymericus autem constrinxit omnes, quotquot erant, Monachos, illud votum emittere, cum tamen antea permissi fuissent nonnulli illud non emittere: idque solùm indicant verba D. Cyrilli, si sincerè perpendantur: nec mihi vllâ ratione persuadere possum, antiquos illos Monachos, ab* ELIA *institutos, tria vota substantialia Religionis non emisisse*, &c. *Certè Religionis vota in Veteri Lege obseruata fuisse, testantur Origenes in cap. 20. Leu. Homil. 11. Isidorus lib. 2. de offic. cap. 4. Et copiosiùs Canisius de corrupt. verbi diuini cap. 21.* Hæc Carthagena.

Nonnulli iuniores Europæi votum Obedientiæ, sicut semper obseruatum fuerat emittere recusantes ad id ab Aymerico inducuntur & adstringuntur.

a In Annal. tom. 4. ad ann. Christi 1141.

b Lib. 17. Homiliar. homilia 2.

25. Verumtamen non improbabiliter de omnibus videntur accipi posse illa: *Omnes per obedientiæ vinculum colligauit.* Statuit enim, quòd ex ipsis vnus, qui diceretur Prior, deinceps eis ita præesset, vt quilibet aliorum obedientiam ei deuoueret &c. Quamuis enim ab institutione Ordinis tam in Veteri, quàm in Noua Lege semper in vsu fuerint tria substantialia Religionis vota (sine quibus nulla perfecta potest esse Religio) ante Aymerici tamen tempora non erat communiter vnus Superior Generalis, qui omnibus Eremitoriis, & Cœnobiis præesset, sed in singulis Eremiticis congregationibus (quæ quandoque *Lauræ* nuncupabantur) & Monasteriis, vnus erat Superior linguâ Syrâ *Abba* nuncupatus (cui cæteri obediebant) independens ab alio quocumque eiusdem Ordinis, seu Instituti; subiectus tamen Episcopis locorum. Quinimò, quòd olim antiqui Monachi, vt SS. Chariton, Antonius,

Antiquitus non fuit semper aliquis Superior Generalis pro toto Ordine.

tonius, Hilarion, cæteriq; per Palęstinam, Ægyptum & Thebaidem (quos veri nominis Religiosos fuisse prudens dubitauerit nemo) expresè vni particulari obedientiam vouerint, non videtur: at potiùs, quòd Deo promitterent Paupertatem & Castitatem atque etiam Obedientiam, præstandam quidem alicui Superiori, sed non determinatè isti aut illi, sicut nũc expresè practicatur. Vndè antiquitùs, quandoque etiam clam nonnulli migrabant de vno loco in alium; nunc isti, nunc alteri obedientiam promissam exhibentes. Aymericus autem, pro maiori Ordinis vnitate, commodiori regimine, & faciliori propagatione, statuit, vt deinceps vnus Superior Generalis omnibus Cœnobiis, Eremitoriis, & Monasticis habitaculis præesset, & omnes ei subessent, ac in professione ei expresè vouerent Obedientiam, sub hac aut simili formula: *Ego Frater N. facio Professionem meam, & promitto Obedientiam Deo B. Virgini* MARIÆ *de monte Carmelo, & R.P.N. Priori Generali Fratrum Ordinis eiusdem B.* MARIÆ *Virginis de monte Carmelo* &c. Idque sub proprio nomine Prioris Generalis totius Ordinis: quod in Constitutionibus nostris, *parte 1. cap. 5.* ita strictè præcipitur, vt excommunicationem latæ sententiæ, iuxta Decreta Pontificia, incurreret aliter faciens. Id etiam nunc videmus in Religiosis Birgittanis in Belgio, & ditione Leodiensi; cùm enim non habeant Superiorem aliquem Generalem, obedientiam promittunt Deo, & Episcopo loci, quamdiu scilicet sub eius Diœcesi morantur; dum enim ad aliam migrant, illius tum, & non prioris, subduntur imperio. Quòd si autem aliquando Superiorem Generalem obtinerent, rectè dicerentur *colligari*, & *voto speciali* respectu illius *obligari*. Sic Carmelitæ, ante Aymericum, vouebant quidem obedientiam Deo, exhibendam alicui Superiori & Episcopo loci, sub quo eos morari contingeret, non tamen in speciali huic vel illi: quod faciendum esse ordinauit Aymericus Patriarcha, tamquàm Legatus Summi Pontificis, statuens vt omnia Carmelitici Ordinis Cœnobia, & loca eremitica, illaque inhabitantes Carmelitæ vni subderentur, qui nuncuparetur *Prior Generalis*, cui omnes *speciali voto*, se obstringerent; cum anteà sic nulli Superiori Generali se *voto speciali* obstringere soliti essent; at dumtaxat voto generali Deo facto, & Superiori alicui, sub quo, scilicet, eos morari contingeret.

Dixi *communiter* non præfuisse vnum aliquem toti Ordini Generalem Prælatum ante tempora Aymerici; quandoque tamen id contigit, præsertim sub initio; etenim SS. PP. nostris ELIÆ & ELISEO cæteri omnes Filij Prophetarum obedientiam præstabant. Sic etiam ferè SS. Chariton, Antonius, Hilarion, Macharius, Pachomius, & alij nonnulli, tamquam Archimãdritæ seu Superiores Generales multis Eremitoriis, Cœnobiis, seu Congregationibus præfuerunt. Sunt qui existiment id semper continuatum, tam in Veteri quàm in Noua Lege: ita vt semper aliquis fuerit totius Ordinis Prophetici Eliani, seu Carmelitani Superior Generalis. Quod haud facilè probauerint.

De præfato S. Bertholdo, primo Ordinis supremo Archimandrita, seu Superiore, sub nomine *Prioris Generalis*, latiùs agetur infrà parte 6. vbi dicetur,

Digitized by Google

tur, cur Superiores Ordinis huius, olim dicti Syriaco, seu Græco vocabulo *Abbas*, postmodum *Prioris* nomine insigniantur.

Animaduertendum, quòd licèt tempore præfati Aymerici generaliter per totum Ordinem Superiores antea vocati *Abbas*, seu *Pater*, nuncupari cœperint *Prior*, illud tamen nomen in Ordine iam ante, quibusdam in locis fuisse in vsu; etenim Superior Conuentus Boppardiensis *Henricus*, qui obiit anno 1113. vocatur *Prior*, prout videre licebit infrà *parte* 3. *cap.* 29. & à quibusdam historicis nostris [a] referuntur nonnullæ ex Concilio seu Synodo quadam Constantinopolitana subscriptiones Archimandritarum Ordinis huius sub nomine *Prioris*; quia enim antiquitùs Ordo hic non ita erat vnum corpus mysticum, sub vno Generali, vti nunc est, sed singula Monasteria à suis regebantur Superioribus, ij variis subinde nominibus appellabantur.

[a] Apud Munioz in Propugnaculo Eliæ lib. 2. tit. 3. c. 1. art. 6. & Cartag. lib. 17. homiliarum hom. 2.

Et c in hoc monte Carmeli in honore B. Mariæ *Virginis Dei Genitricis Monasterium ædificari faciebat, muro alto circulariter circumdatum* &c. Ita habet vetustus Codex MS. Mechlinienſis: in Veneto impresso sic legitur: *Quibus & Monasterium in hoc monte Carmeli ad honorem B. Margaretæ ædificari faciebat.* Lectio vtraque est vera; Monasterium enim illud primariò ad honorem SS. Virginis Deiparæ, secundariò sub titulo B. Margaretæ ædificari cœptum est: cuius etiam meminit Cardinalis Iacobus de Vitriaco *in historia Ierosolymitana cap.* 52. verbis infrà referendis *part.* 3. *c.* 30. *num.* 486.

CAPVT V.

De S. Brocardo successore S. Bertholdi, & tradita illi, ab Alberto Patriarcha Hierosolymitano, Regula.

26. PRocessu autem temporis, mortuo primo eorum Priore, videlicet Fratre Bertholdo, sub regimine cuius quadraginta quinque annis manserant: perplexitas magna eorum animos inuasit de successore eius instituendo, de cuius institutione nullam certam formam prædictus Patriarcha Aymericus, morte præuentus, eis reliquerat.

27. Tandem post lapsum temporis Fratrem Brocardũ, virum perfectum, vnanimiter præficientes, ei omnes obedientiam promiserũt, sub regimine cuius triginta tribus annis permanserunt. Quo eis præsidente, Patriarchæ Ierosolymitano [a] Domino Alberto proposuerunt, quòd à tempo-

Regula Ordinis primitus peculiariter Eremitica seu solitaria vita appropriata postulatur

re, quo prædictus Patriarcha Aymericus eos omnes sub cura vnius Prioris per obedientiæ vinculum colligauerat, ipsi desiderauerant viuere inclusi in Monasterio, sub obseruantia Religiosæ vitæ solitariæ, per ELIAM Prophetam institutæ; qui, licèt per eorum institutionem essent certi, qualiter vnusquisque eorum singulariter degens deberet ad perfectionem, & finem vitæ solitariæ tendere: quia tamen *b* proponebant in hoc Carmelo includi in Monasterio, in quo nequaquàm fuerant adhuc inclusi; ideo priusquam in eo includerentur, obnixè requirebant à prædicto Patriarcha Alberto, vt, iuxta propositum eorum, traderet eis de quibusdam articulis per eos tunc sibi oblatis, conuersationi monasteriali necessariis breuem vitæ formulam, quam tenere imposterũ deberent. Et *Primò*, qualiter Prior, cui promittenda erat ab aliis obedientia, esset deinceps in suo officio instituendus. *Secundò*, vt describeretur eis figura monasterij ædificandi apta, & commoda, ad vitam solitariam in eo obseruandam: & qualiter ipsi deberent conuersari ibi. *Tertiò*, qui psalmi essent maximè ab eis in singulis horis canonicis dicendi, & qualiter ab eorum Laicis deberent horę dici. *Quartò*, an eis in Monasterio inclusis liceret aliquid habere in proprio, vel saltem in communi, & qualiter deberent superuentura eis bona distribui. *Quintò*, in qua parte Monasterij potiùs deceret Oratorium collocari. *Sextò*, si culpæ in aliquo eorum Fratre essent deprehensæ, an illas possent, & qualiter corrigere ipsi. *Septimò*, quanto tempore anni deberet jeiunium ab eis obseruari, & quando esset ab esu carnium abstinendum, vel quando liceret eis carnibus vesci. *Octauò*, quibus armis quàm maximè essent ipsi specialiter muniendi contra diabolum pugnaturi. *Nonò*, an liceret eis propriis manibus corporaliter operari, aut cessare totaliter ab opere corporali. *Decimò*, quibus horis diei esset præcipuè silentium ab eis tenẽdum, & quando liceret eis loqui. Nam quamuis ipsi essent in cæteris benè instituti, de præmissis tamen decem articulis dubietas & opinionum diuersitas apud eos exorta fuerat, de qua nequibant per institutionem eorum determinatè certificari. Dictus autem Dominus Patriarcha Albertus, lectâ primò institutione eorum antiquâ, in prædicto Ioannis libro

b Cœnobiali conuersationi adaptari per B. Albertum Patriarchã Ierosolymitanum, cui decem articuli determinandi proponuntur.

descri-

Digitized by Google

descriptâ & viso quòd nullus prædictorum articulorum plenè per eum determinabatur, annuit eorum humili requisitioni, & de prædictis decem articulis certam vitæ formulam (continentem statuta decem) secundùm quam viuere deberent, latino eloquio eis scripsit, quam tempore sempiterno imposterum ab eis & successoribus eorum obseruandam ipse anno Domini MCXCIX. [c] eis tradidit.

Ex illis vita Cœnobialis formulam, seu Regulam succinctam concinnat: Error irrepsit in numero vt in Notis declarabitur.

28. Quibus postmodùm eodem anno Monasterium in hoc monte Carmeli, iuxta fontem ELIÆ Prophetæ, ædificari fecit; [d] intra cuius sepia includi, ac renouari iussit Capellam, quam ad honorem Beatæ Dei Genitricis MARIÆ prædecessores eorum post Ascensionem Christi construxerant. Et eos omnes, in antris atque cellulis distantes, per hunc Montem Carmeli habitantes, ipse Dominus Albertus tunc congregauit: & in dicto Monasterio, sub obseruantia vitæ Religiosæ solitariæ, per ELIAM Prophetam institutæ, eos inclusit, vt ibidem conuersarentur, secundùm Regulam eis per ipsum nouiter scriptam: quam tibi sic in sua forma transmitto.

c Monasterium in Carmelo perficit.

d

ANNOTATIONES.

29. [a] DE Alberto Patriarcha Hierosolymitano, Regulam tradente S. Brocardo, Wernerus Roleuinck, Carthusiensis, accuratus historicus sic [a] succinctè scribit: *Albertus Hierosolymitanus Patriarcha Fratrum Eremitarum S. Dei Matris in Carmel. Monasterium in melius erigit, Sanctoq; loci illius tunc Priori Brocardo, mortui suscitatione, quàm pluribusq; miraculis coruisco, & suis Confratribus, Regulam, iure suo ordinario, tradidit* &c.

a In Fasciculo temporum circa annũ 1204

Quoad ista verba: [b] *Proponebant in hoc Carmelo includi in Monasterio, in quo nequaquam fuerant adhuc inclusi*: animaduertendum, quòd ab exordio Institutionis huius Religionis per S. Prophetam ELIAM vsque ad tempora prefatorum Aymerici, & Alberti, Eremitæ montis Carmeli soliti non fuerint ibi (sicut etiam in plerisque aliis Eremis) commorari simul inclusi intra sepia Monasterij, at ab inuicem separati, & per totum montem dispersi habitabant in antris, spelæis, & cellulis: ibi solitariè Domino famulantes, prout de eis scribit Cardinalis Iacobus de Vitriaco *in Hierosolymitana historia cap. 52.* vbi hæc de Carmelicolis: *Ad exemplum & imitationem Sancti Viri solitarij* ELIÆ *Prophetæ in monte Carmelo* &c. *vitam solitariam agebant. in alueariibus modicarum cellularum, tamquam apes Domini dulcedinem spiritualem mellificantes.* Et longè ante illum de SS. Prophetis ELIA & ELISEO, eorumque discipulis ac posteris, scribunt S. Hieronymus, & S. Isidorus (infrà *parte 2. cap.*

Ordo hic olim magis fuit Eremiticus quam Cœnobiticus.

Digitized by Google

cap. 1. referendi) quòd *in solitudinibus & agris, ac prope fluenta Iordanis ædificauerint sibi casulas, seu tabernacula, victitantes polentâ, & herbis agrestibus.* In Palæstina autem Congregationes illæ cellularum quandoque *Lauræ* nuncupabantur, vt *Laura S. Sabæ, Laura Pharan*, &c. in quibus ELIANVM INSTITVTVM viguisse patebit ex dicendis *parte* 3.

30. Quamuis autem in Carmelo & aliis Eremis potissimùm tunc viguerit ELIANVM hoc INSTITVTVM, eiusque Professores solitarij in cellis & antris degerent (statutis tamen temporibus conuenientes ad orandum) & idcircò magis Eremiticum fuerit, quàm cœnobiticũ: habuit tamen semper etiam mansiones aliquas, etsi rariores, in Vrbibus, in Veteri enim Lege *Collegia*, in Noua *Cœnobia, Monasteria, Conuentus*, seu *Hospitia* nuncupata.

Habuit tamen mansiones in vrbibus:

Tandem verò post captam, per Godefridum de Bulyon, Hierosolymam, totamque Terram Sanctam Christianitati restitutam: cum Religio hæc tam diuturnis Barbarorum persecutionibus afflicta, rursus reflorescceret, sicut sub finem capitis 3. dictum est, Sancti Bertholdi zelo sollicitante, Aymericus Patriarcha, & Summi Pontificis Legatus, Eremitas Carmelicolas, per montem illum dispersos, in vnum collegit (vt crescente eorum multitudine, & quorumdam, præsertim Europæorum feruore paulatim tepescente, omnes adunati meliùs instruerentur, & continerentur) ac ibi ædificari curauit Monasterium ingens, sicut iam ante annotauimus: quod post eius obitum B. Albertus, pietate, & liberalitate Balduini Regis, consummauit: & tunc Eremitas Carmeli, in antris, atque cellulis distantes, per hunc montem habitantes, congregauit, & in dicto Monasterio inclusit: ac deinde pleræque aliæ mansiones constructæ fuerunt ad formam istius Monasterij mõtis Carmeli: Postquàm verò Ordo hic adscriptus fuit inter quatuor Mendicantes, passim in Vrbibus, & Villis loca recepta fuêre, & rariora in Eremis; vnde ex tunc magis cœpit Ordo esse Cœnobiticus quàm Anachoreticus. Sed de istis plura parte 8. cap. 13.

Nunc verò à contra magis est Cœnobiticus.

Sub regimine cuius triginta tribus annu permanserunt. Ita, præter Venetum, excusum, habent Codices MSS. Gandensis valde correctus in membranis scriptus anno 1446. & Mechliniẽsis exaratus anno 1484. Error itaque est in Exemplari Carthusiæ Colonienſis, cuius meminit Segerus Pauli in Chronologia Vitæ S. Simonis Stock, hic infrà, qui habet *viginti tribus.*

c *Vitæ formulam* &c. anno Domini XIXCIXC *eis tradidit.* Ita habent pleraque exemplaria, sed errorem in numeros irrepsisse clarè & luculenter ex certissimis historiis declaratur in Annalibus Ordinis ad annum 1199. & 1205. & à Segero Pauli in dicta Chronologia Vitæ S. Simonis Stock. Verisimiliùs legendum est MCCV. pro-ut habet P. Lezana, & ante eum Onuphrius Panuinus, ita circa istum annum 1205. Scribens: *Regula Fratrum Carmelitarum ab Alberto Patriarcha Hierosolymitano Scribitur, Ordo restituitur & reformatur.*

d *Intra cuius Monasterij septa includi ac renouari iussit Capellam, quam ad honorem B. Dei Genitricis* MARIÆ *prædecessores eorum post Ascensionem Christi construxerant.* Ex quibus eruitur Capellam istam, Oratorium, seu Ecclesiam à Carme-

Capella seu Oratorium temporibus Apostolorũ

Digitized by Google

Carmelicolis post Christi in cœlos Ascensionem ædificatam, conseruatam fuisse vsque ad illa tempora. Illius autem meminêre Scriptores vetusti & Neoterici quamplurimi. Pleroſque ex illis adferemus *parte 3. cap. 13.* De illo Sacello etiam tangitur *in secundo Opusculo Bachonis* (quod hic subsequitur) *cap. 3. & in Breuiloquio Bostij etiam hic infrà.* *constructũ in Carmelo perstitit vsque ad tẽpora B. Alberti Patriarchæ.*

Ex dictis habetur responsum ad Quæsitum quorumdam: Cur loco Regulæ à supra-dicto Ioanne traditæ, & centuriis aliquot annorum in Ordine obseruatæ, alia fuerit ab Alberto postulata? Quia scilicet Regula ista Ioannis, etsi miræ perfectionis institutiones contineret, eas tamen in vniuersali, non tam præcipiendo, quàm monendo, proponebat, & prolixiùs quàm videretur stylus Regulæ exposcere: fueratque peculiariter directa ad agentes vitam Eremiticam, quę potissimùm vigebat in Ordine ante Aymericum, & Albertum: illi autem normam magis Cœnobiticam, conformem Latinorum mori, inuexerunt: prout iam dictum est, & adhuc dicetur: ac propterea nouis quibusdam ordinationibus, seu legibus, nouo viuendi modo accommodatis, opus erat: quæ in libro, seu Regula illa Ioannis non satis plenè determinabatur.

CAPVT VI.

Regula Ordinis, prout ab Alberto prodijt.

31. *a* ALBERTVS Dei gratiâ Hierosolymitanæ Ecclesiæ vocatus Patriarcha, Dilectis in Christo Filiis Brocardo & cæteris Eremitis, qui sub eius obedientia iuxtâ fontem, in Monte Carmeli morantur, in Domino, salutem, & sancti Spiritus benedictionem. Multifariè multisque modis Sancti Patres instituerunt, qualiter quisque, in quocumque Ordine fuerit, vel quemcumque modum Religiosę vitæ elegerit, in obsequio IESV CHRISTI viuere debeat; & eidem fideliter de corde puro, & bona conscientia deseruire. Verùm, quia requiritis à nobis, vt iuxta propositũ vestrum, tradamus vobis vitæ formulam, quam tenere inposterum debeatis. *a* PROLOGVS.

I. Illud inprimis statuimus, vt vnum ex vobis habeatis Priorem, qui ex vnanimi omnium assensu, vel maioris & sanioris partis, ad hoc officium eligatur: cui obedientiam promittat quilibet aliorum, & promissam studeat operis veritate seruare. ART. I. *De Priore.*

Digitized by Google

ART. 2. *De loci recipiendi.*

II. Præterea iuxta situm loci, quem inhabitare proposueritis, singuli vestrûm singulas habeant cellulas separatas; sicut per dispositionem Prioris ipsius, & de assensu aliorum Fratrum, vel sanioris partis eędem cellulæ cuique fuerint assignatæ. Nec liceat alicui Fratrum, nisi de licentia Prioris, qui pro tempore fuerit, deputatum sibi mutare locum, vel cum alio permutare. Cellula Prioris sit iuxta introitum loci; vt venientibus ad eumdem locum primus occurrat, & de arbitrio ac dispositione ipsius postmodùm, quæ agenda sunt, cuncta procedant. Maneant singuli in cellulis suis, vel iuxta eas, die ac nocte in Lege Domini meditantes, & in orationibus vigilantes, nisi aliis iustis occasionibus occupentur.

ART. 3. *De Horis Canonicis.*

III. Hi, qui litteras norunt, & legere Psalmos, per singulas horas eos dicant, qui ex Institutione Sanctorum Patrum, & Ecclesiæ approbatâ consuetudine ad horas singulas sunt deputati. Qui verò litteras non norunt, viginti quinque vicibus *Pater noster* dicant in Nocturnis vigiliis, exceptis Dominicis, & solemnibus diebus, in quorum vigiliis prædictum numerum statuimus duplicari; vt dicatur *Pater noster* vicibus quinquagintà. Septies autem eadem dicatur oratio in laudibus matutinis. In aliis quoque horis, septies similiter eadem sigillatim dicatur oratio; præter officia vespertina, in quibus ipsam quindecies dicere debeatis.

ART. 4. *De non habendo proprium.*

IV. Nullus Fratrum dicat sibi aliquid esse proprium, sed sint vobis omnia communia; & ex his, quæ vobis Dominus dederit, distribuatur vnicuique per manum Prioris, id est, per hominem ab eo ad idem officium deputatum, prout cuique opus fuerit, inspectis ætatibus & necessitatibus singulorum: Ita tamen, vt, sicut præmissum est, in deputatis cellulis singuli maneant, & ex his, quæ sibi distributa fuerint, singulariter viuant.

ART. 5. *De Oratorio & Missa audienda.*

V. Oratorium, prout commodiùs fieri poterit, cõstruatur in medio cellularum: vbi manè per singulos dies, ad audiendum Missarum solemnia, conuenire debeatis; vbi hoc commodè fieri poterit.

ART. 6. *De Capitulo.*

VI. Dominicis quoque diebus, vel aliis, vbi opus fuerit, de custodia Ordinis, & animarum salute tractetis, vbi etiam

excel

excessus, & culpæ Fratrum, si quæ in aliquo deprehẽsæ fuerint, charitate mediâ corrigantur.

VII. Ieiunium singulis diebus, exceptis Dominicis, obseruetis à festo Exaltationis Sanctæ Crucis vsque ad diem Dominicæ Resurrectionis; nisi infirmitas, seu debilitas corporis, aut alia iusta causa ieiunium solui suadeat; quia necessitas non habet legem. Ab esu carnium semper abstineatis, nisi pro infirmitatis aut nimiæ debilitatis remedio sint sumendæ. ART. 7. *De Ieiunio.*

VIII. Quia verò tentatio est vita hominis super terram, & *omnes, qui piè volunt viuere in Christo persecutionem patiuntur. Aduersarius quoque vester diabolus tamquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret; omni sollicitudine studeatis indui armaturâ Dei; vt possitis stare aduersus insidias inimici. Accingendi* sunt *lumbi* vestri cingulo castitatis: Muniendum est pectus cogitationibus sanctis: Scriptum est enim, *Cogitatio Sancta Seruabit te. Induenda est lorica iustitiæ, vt Dominum Deum vestrum ex toto corde, & ex tota anima & ex tota virtute diligatis, & proximum vestrum tamquam vosmetipsos. Sumendum est in omnibus scutum fidei in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere; sine fide enim impossibile est placere Deo: & hæc est victoria fides nostra. Galea quoque salutis* capiti imponenda est, vt de solo Saluatore speretis salutem, *qui saluum facit populum suum à peccatis eorum. Gladius* autem *Spiritus, quod est verbum Dei,* abundanter habitet in ore & cordibus vestris; & quæcumque vobis agenda sunt in verbo Domini fiant. ART. 8. *De armis spiritualibus.*

IX. Faciendum est vobis aliquid operis, vt semper vos diabolus inueniat occupatos; ne ex otiositate vestra aliquẽ intrandi aditum ad animas vestras valeat inuenire. Habetis in hoc B. Pauli Apostoli Magisterium pariter & exemplum, in cuius ore Christus loquebatur, qui positus est & datus à Deo Prædicator, & Doctor Gentiũ in fide, & veritate: quem si secuti fueritis, non poteritis aberrare. *In labore,* inquit, *& fatigatione fuimus inter vos nocte, ac die operantes, ne quem vestrũ grauaremus: Non quasi nos non haberemus potestatem,* sed vt *nosmetipsos formam daremus* vobis, *ad imitandum nos. Nam, cum essemus apud vos, hæc denunciabamus vobis; quoniam si quis non vult operari, non manducet. Audiuimus enim inter vos quosdam ambulantes inquietè, nihil operantes. His autem, qui huiusmodi sunt, de-* ART. 9. *De opere & fugiendo otio.*

Digitized by Google

nunciamus, & obsecramus in Domino Iesu Christo, vt cum silentio operantes, suum panem manducent. Hæc via sancta, & bona; ambulate in ea.

ART. 10. *De Silentio.*

X. Commendat autem Apostolus silentium, cum in eo præcipit operandum. Et quemadmodùm Propheta attestatur: *Cultus Iustitiæ silentium est.* Et rursus: *in silentio & spe erit fortitudo vestra.* Ideoque statuimus, vt ab hora vespertina, vsque ad horam tertiam sequentis diei silentium teneatis, nisi fortè necessitas, vel causa rationabilis, aut licentia Prioris silentium interrumpant. Alio verò tempore, licèt silentij non habeatur obseruatio tanta, diligentiùs tamen à multiloquio caueatur: quoniam, sicut scriptum est, & non minùs experientia docet: *In multiloquio non deerit peccatum:* &, *Qui inconsideratus est ad loquendum, sentiet mala.* Item: *Qui multis vtitur verbis, ladit animam suam*: Et Dominus in Euangelio: *de omni verbo otioso, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die Iudicij. Faciat ergo vnusquisque stateram verbis suis, & frænos rectos ori suo; ne fortè labatur, & cadat in lingua sua; & insanabilis sit casus eius ad mortem: custodiens*, cum Propheta, *vias suas, vt non delinquat in lingua sua; & silentium*, in quo est *cultus iustitiæ*, diligenter & cautè studeat obseruare.

b Exhortatio *ad Priorem & Fratres.*

b Tu autem, Frater Brocarde, & quicumque post te institutus fuerit Prior, illud semper habeatis in mente, & seruetis in opere, quod Dominus ait in Euangelio: *Quicumque voluerit inter vos maior fieri, erit vester minister; & quicumque voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus.* Vos quoque, cæteri Fratres, Priorem vestrum humiliter honorate, Christum potiùs cogitantes, quàm ipsum; qui posuit illum super capita vestra. Et Ecclesiarum Præpositis ait: *Qui vos audit, me audit; & qui vos spernit, me spernit*; vt nõ veniatis in iudicium de contemptu, sed de vestra obedientia mereamini vitæ æternæ mercedem. Hæc breuiter scripsimus vobis, conuersationis vestræ formulam statuentes, secundùm quam viuere debeatis. Si quis autem supererogauerit, ipse Dominus cum redierit, reddet ei. Vtatur tamen discretione, quæ virtutum est moderatrix.

Epilogus *& de operibus supererogationis discretè exercendis.*

Finis Regulæ.

NOTÆ

Digitized by Google

NOTÆ.

32. VEnerabilis P. M. Ioannes Bapt. de Lezana *in Annalibus Ordinis tomo 4. ad annũ Christi* 1205. post descriptam istam Regulam hæc de ea subiicit: *Hanc autem nostrorum primitiuam, seu primariam Regulam, eis ab Alberto, vt diximus, præscriptam, breuitate, claritate, & perfectione præstantissimam esse, & cum aliis sanctissimarum Religionum Regulis collatam, nulli secundam, vel eas legentibus, vel cum ipsis hanc conferentibus manifestum erit. Breuitate autem eam præfulgere liquidò constat, cum solùm decem, vel duodecim (iuxta aliorum diuisionem) breuissimis Capitulis contineatur. Claritate etiam excellere ex eo perspicitur, quòd nullis tropis, figuris, Symbolis, aut metaphoris, sed verbis in propria & vsitata significatione sumptis, componatur. Perfectione etiam præstare pariter noscitur, cum omnia ad perfectionem Religiosam media, & instrumenta, virtutes scilicet, mortificationis exercitia, & immoderatarum passionum refrenatio in ipsa reluceant.* Eius rei veritas facilè cuiuis legenti, & consideranti patebit. Ibidem consequenter declarat, Regulam istam desumptam, & concinnatam fuisse ex Libro, seu Regula, per Ioannem Patriarcham Hierosolymitanum tradita Capratio, cæteriſque Carmelicolis, anno Christi 412. Sicut dictum est suprà *cap.* 1. Idem accuratè demonstrat V. P. Wastelius *lib.* 1. *Vindiciarum* pro dicto Ioanne eiusque Operibus *sect.* 1 *art.* 4. vbi postquam id confirmasset ex grauioribus & vetustioribus Ordinis Scriptoribus, ostendit Regulam istam à S. Alberto Patriarcha conscriptam Compendij rationem habere libri editi per Ioannem Prædecessorem suum: quodque etiam dictionem Ioannis imitatus sit Albertus. Sed de istis latiùs *parte* 8. *in Appendice.* Regula ista ab ipso B. Alberto, iure suo ordinario, & vt Legati Apostolici authoritate, ac deinde per Honorium Tertium alioſque Romanos Pontifices approbata fuit.

Regula ista perfectione præstantissima.

desumpta est ex alia scripta an. Domini 412.

33. *Primitiua* nuncupatur eò, quòd anterior tantùm fuerit, vti diximus, per modum exhortationis, seu instructionis. Seruatur dumtaxat, tum inter nos, tum inter Patres Discalceatos, in Eremitoriis, non verò in Conuentibus aliis, etenim anno 1247. Innocentius Quartus, ad instantiam S. Simonis Stock, tùm Prioris Generalis, Regulam prædictam in aliquot punctis declarauit; & moderauit; cum enim Ordo postquam in Europam cõmigrasset, authoritate Ecclesiæ inter quatuor Mendicantes Ordines adscriptus fuisset, supremi in terra Christi Vicarij primam illam Alberti Regulam, peculiariter conuenientem agentibus Eremiticam vitam, sicut ab Ordinis Institutione vsque ad præfati Innocentij Quarti tempora potissimùm in vsu fuit, prout iam ante diximus, & latiùs declarabitur infrà *parte* 8. *cap.* 13. nouo viuendi Instituto accommodandam iudicarunt: & ea quæ muneribus Ordinum Mendicantium (ea sunt studere, docere, scribere, concionari, Confessiones excipere, cæteraque publicæ pietatis officia exercendo, aliorum etiam saluti vacare) aliquo modo repugnabant, aut non ita conueniebant, muta-

A summis Põtificibus approbata, declarata & moderata fuit.

& quidem per Innocẽtium IV. in quatuor punctis.

mutauerunt, & temperauerunt. Præcipua autem sunt illa.

I. Quia in Europa Prælati nonnulli renuebant Religiosos huius Ordinis in suis Diœcesibus permittere commorari; quasi Regula ista solis Carmelitis conueniret: alij autem nolebãt eos ad Ciuitates, seu Villas admittere; dicebant enim, quòd, cùm essent Eremitæ, non deberent extra Eremos habitare; ideò adiecta fuêre (*art.2.*) *Loca autem habere poteritis in Eremis, vel vbi vobis donata fuerint, ad vestræ Religionis obseruantiam apta & commoda: secundùm quod Priori & Fratribus videbitur expedire;* vt per Regulam manifestè appareat, quòd Religiosis huius Ordinis liceat loca habere etiã extra Carmelum, & Eremos, scilicet in Ciuitatibus, & Villis, sicut olim à primordiis suæ institutionis temporibus SS. Prophetarum ELIÆ & Elisei, cæterorumque Legis Veteris habuerant non tantùm in Carmelo & Eremis, sed etiam in Vrbibus, vti iam indicauimus.

II. Illa periodus (*artic.4.*) *Ita tamen, vt, sicut præmissum est, in deputatis cellulis singuli maneant, & ex his, quæ sibi distributa fuerint, singulariter viuant*, prætermissa fuit, & eius loco hæc inserta: *Ita tamen, vt in communi Refectorio, ea quæ vobis erogata fuerint, communiter sumatis, aliquam lectionem Sacræ Scripturæ audiendo* &c.

III. Particula ista (*artic.7.*) *Ab esu carnium semper abstineatis, nisi pro infirmitatis, aut nimiæ debilitatis remedio sint sumendæ.* Sic mutata & mitigata fuit: *Ab esu carnium abstineatis, nisi pro infirmitatis vel debilitatis remedio sumantur. Et quia vos oportet frequenter mendicare itinerantes, ne sitis hospitibus oneroſi, extra domos vestras sumere poteritis pulmenta cocta cum carnibus, sed & carnibus supra mare vesci licebit.* Etenim ex primaria Ordinis huius institutione prohibitum non fuit, imò concessum, carnibus vesci, quibus Fundator huius Religionis ELIAS, postquam eam instituerat, vsus fuit.

IV. Denique istud (*artic.10.*) *Ideoque statuimus, vt ab hora vespertina vsque ad horam tertiam sequentis diei silentium teneatis*: sic fuit mutatum: *Ideoque statuimus, vt dicto Completorio silentium teneatis vsque ad primam dictam sequentis Diei.* De istis latè, eruditè, & accuratè agitur *in Speculo Ordinis lib.8. cap.6. & in tomo 4. Annalium Ordinis ad annos* 1205 & 1247.

Regula supra-scripta, sic mutata, & modificata, obseruata fuit in Ordine à dicto anno 1247. vsque ad annum 1431. quo per Eugenium Quartum alia etiam fuit facta moderatio, de qua dicetur infrà. [a] Patres Discalceati, similiter Religiosæ Discalceatæ, præeunte S. Teresiâ, relictâ hac mitigatione per Eugenium factâ, eâ dumtaxat, quæ ab Innocentio IV. concessa fuit, vtuntur.

[a] Part.3.c. 35. num. 547.

Mirabitur fors hìc quispiam de iterata illa moderatione, seu mitigatione circa præfatam nostram ab Alberto Regulam. Is recolat, asserente D. Hieronymo [b], vix esse tàm sanctam, tàm iustam, & diu prouisam institutionem, quæ in futurum aliquando non patiatur defectus, & correctione, seu mutatione aliquà non indigeat. Hinc nonnulla maturè & prouidè ab Alberto statuta; postea, ex seniorum consilio, ac experientiâ testante, ea esse minùs conuenientia, fuerunt consultò immutata, postquam hic Ordo fuit

[b] *S. Hier. in epist. ad Eustoch.*

inter

inter quatuor Mendicantes adscriptus: & propterea ex eremis (in quibus magis olim vigebat) translatus ad Vrbes. Sic & Ecclesia Sancta, cui diuinum Spiritus Sancti lumen adesse semper fatemur, plerumque (vt habetur in cap. *Non debet de consanguinitate & affinitate*) nonnulla rationabiliter præcipit, quæ suadente subditorum vtilitate, postmodùm consultiùs & rationabiliùs in melius commutat. Imò & ipsum Deum id fecisse 4. *Reg.* 18. narrat historia, & refertur 63. *distinctione cap. Qui à Sancta Romana* §. *Verum*: vbi exemplum Ezechiæ Regis adducitur, qui dissipauit excelsa, & contriuit statuas, & succîdit lucos, confregitque serpentem æneum, quem Moyses iussu Dei construxerat. Ideò autem destruxit ille, quod iubente Deo fecerat iste, quia populus iam serpente æneo (eum colendo, & venerando) abuti cœperat. Sic multa à prædecessoribus, & maioribus nostris instituuntur, quæ illorum tempore optima, & proficua dignoscebantur, postea verò iniuria temporum, siue aliis circumstantiis denuò renascentibus, fiunt communitati nociua, aut inutilia. Hæc attendentes Regulæ Alberti obseruatores, cùm in illa quædam statuta grauia, quædam dubia conspicerent, illam mitigari, ac declarari oportere, pro maiori Ordinis bono decreuerũt. Ita Thomas à Iesu *in Tractatu de variis Regulis Carmelitarum parte* 1. *fere sub finem*. Idem Ven. P. Thomas à Iesu in illo opere *de variis Regulis Carmelitarum* eruditè, & luculentè pertractat nonnulla dubia, è quibus tria paucis hîc attingenda videntur. *Primum*, Quis finis, seu scopus sit præscriptæ Regulæ nostræ (omnes enim artes, disciplinæ, leges, & vniuersæ actiones, proprium quemdam suum finem, scopum, siue destinationem habere debent) Resoluit, & fundamentaliter, atque neruosè declarat: *Proprium, proximum, & primarium Regulæ, & consequenter Religionis nostræ, finem esse, vacare orationi, & contemplationi*: quod ostendit imprimis ex ratione viuendi S. Patriarchæ nostri Eliæ, qui, vt ait Waldensis [a] *non tantùm per plures vices* (orauit) *sed penè totam vitam in orando consumpsit*: & exemplo cæterorum priscorum Patrum nostrorum, tum in Lege veteri, tum in noua, qui contemplationi dediti in alueatibus modicarum cellularum, tamquàm apes Domini dulcedinem spiritualem mellificabant, vt habetur ex Ioanne Ierosolymitano in *libro de Institutione primorum Monachorum* [b] Iosepho Antiocheno *in Speculo perfectæ militiæ Christianæ* [c] & Iacobo de Vitriaco in *Historia Hierosolymitana* [d] atq; id satis indicant ista Regulæ verba præscribẽtia, vt *die ac nocte simus in lege Domini meditantes, & in orationibus vigilantes*. Secundarium autem Regulæ nostræ obiectum, principaliori isti annexum (& quidem ex obligatione, postquam inter Mendicantes adscriptus fuit Ordo) est *studium salutis animarum*. Quod etiam eorumdem antiquorum Patrum nostrorum exempla confirmant, & nõ obscurè eruitur ex istis Regulæ verbis: *Dominicis autem diebus &c. de animarum salute tractetis*. Sed de istis latiùs infrà *par* 8. *c.* 13.

Cur quædam in Regula Ordinis fuerint mitigata.

Quando & Ecclesia quædam præcipit, quæ successu temporis mutat.

Quis finis seu scopus sit Regulæ Carmelit.

[a] De Sacramental. tit. 1. c. 6. n. 7.

[b] Cap. 2.

[c] Cap 12.

[d] Cap. 52.

Secundùm est, de obligatione Regulæ huius: pro cuius dubij solida resolutione præiactis è Theologia fundamentis, thesim tribus istis statuit cõclusionibus, & firmat rationibus. Prima, *Cum Regula illa præcipiens sit, obligat sub reatu culpæ*. Secunda, *Ea quæ sunt in Regula per modum præcepti exposita, obligant ad pec-*

Qualiter obliget hæc Regula.

ad peccatum veniale graue; ex communi enim Theologorum, verba præceptiua in Legibus & Regulis monaſticis, per ſe loquendo, ſigna ſunt obligationis ad culpam. Eiuſcemodi ſunt veſci carnibus contra Regulæ præſcriptum (diebus quibus ex Apoſtolicæ Sedis moderatione id conceſſum non eſt, talis eſt feria quarta per totum annum) ſimiliter tranſgredi ieiunia diebus aſſignatis, negligere Miſſam quouis die, frangere ſilentium poſt datum ſignum veſpertinum, & ante dictam in Eccleſia *Primam* &c. Niſi ſcilicet notabilis neceſſitas, aut rationabilis, ac notabilis aliqua cauſa excuſet. Tertia, *Nullatenus ad mortale obſtringit*; quia ex communi Ordinis conſuetudine ſic acceptata non eſt, vera autem, & potiſſima interpretatio obligationis cuiuſlibet, iam promulgatæ, & receptæ, eſt communis conſenſus, communiſque vſus, ac conſuetudo piorum, aut maioris partis communitatis. Obſeruat dictus Author, Regulæ tranſgreſſionem, licèt non pertingat ad lethale crimen, intra tamen limites venialis offenſæ, eſſe grauem inobedientiam. Ea autem, quę tria vota concernunt, obligant ad mortale (non vi Regulæ, aſt ratione ipſius voti) niſi paruitas materiæ, inaduertentia, ignorantia, &c. excuſent.

Qualiter autem obligent Conſtitutiones noſtræ Reformationis (quæ ſunt ceu appendices, aut explicationes ipſius Regulæ) hîc conſequenter ex iiſdem [a] opportunè ſubiungendum videtur: id hiſce verbis, benè notandis, expreſsè nobis indicatur: *Quamuis noſtræ Conſtitutiones, ex ſe non obligent ad culpam, ſed ad pœnam taxatam, vel taxandam, modo dicto: aduertant tamen noſtri Fratres, vix in praxi fieri poſſe, vt quis eas ſciens & lubens tranſgrediatur*, addendum videtur [*ſine aliqua veniali offenſa*] *tum propter contemptum, ſaltem interpretatiuum, tùm propter ſcandalum puſillorum, tùm propter diſſimilitudinem cum cæteris membris, tùm propter difficultatem honeſtatis inducendæ in actionem prohibitam: Nam prohibitio facit, vt actio vt ſic, non poſſit eſſe bona cum integritate omnium circumſtantiarum, v.g. loqui etiam de rebus pijs, per ſe quidem bonum eſt, ſed non tempore, quo ſeruari debet ſilentium, tùm denique quod quæcumque in his Conſtitutionibus prohibentur, ſpectant vt plurimùm votorum obſeruantiam.*

[a] p.4.cap. 8.n.5.

Tertium: *ad quam ex quatuor Regulis in Eccleſia Dei approbatis*, (eæ ſunt S. Baſilij, S. Auguſtini, S. Benedicti, S. Franciſci) *reducatur hæc noſtra Carmelitana ab Alberto Patriarcha tradita?* Nonnulli cenſuerunt Carmelitas fuiſſe olim ſub Regula S. Baſilij. Hinc S. Antoninus in ſua ſumma [b] ait: *Sub Regula Baſilij (quæ prima fuit) Fratres Carmelitæ aliquandò fuerunt.* At hoc ſine fundamento dictum videtur; cum tempus excogitari vix poſſit, quo Carmelitæ ſub illa Regula fuerint, niſi fortè ab anno circiter 363. vſque ad 412. etenim (vt ex dictis *capite* 1. *& ibi in Notis* conſtat) ab anno 412. habuerunt Regulam à Ioanne Patriarcha Ieroſolymitano traditam: in cuius obſeruantia perſtiterunt vſque poſt ann. 1200. ſcilicet vſque ad datam iſtam ab Alberto: quæ quinta eſt ab Eccleſia ſolemniter approbata (vt in ſequentibus pateſcet) & à cæteris diſtincta. Alij autem exteri plures, & domeſtici nonnulli, exiſtimarunt, illam Alberti, eſſe veluti Appendicem quandam eius, quæ Diui Baſilij eſt, ſiue quoddam extractum ex ea: quod tamē æquè improba-

[b] p.1.tit. 16 c.1.§.8. ſub finem.

Regula Carmelit. diſtincta eſt ab aliis 4. approbatis.

probabile esse demonstrat dictus P. Thomas ibi suprà.

b Rectè tamen notat Lezana in Annalibus *c*, id de obseruata à Carmelitis Regula S. Basilij, eatenùs veritatem aliquam habere, quòd ante annum Christi 412. nonnulli Institutiones aliquas ipsius admiserint, & practicauerint: è quibus etiam quasdam suo libro, seu Regulæ Carmelicolis anno 412. scriptæ, inseruit dictus Ioannes Patriarcha Hierosolymitanus. *Ex his autem*, scribit in tertio Tomo, *causam habet lector clariùs dignoscendi, cur apud plures historicos ea inualuerit sententia, vt crederent Carmelitarum Ordinem sub Regula S. Basilij vexillo in Ecclesia militasse, prout existimare videntur D. Antoninus, Syluester &c. Horum namque assertio eatenùs veritati concors est, quatenùs videlicet ab anno Christi Redemptoris 363. vel circiter, admonitiones Basilij, eius quondam coëremitæ, Carmelicolæ obseruare studuerint; ab anno autem 412. præsenti & sequentibus Ioannis Hierosolymitani librum, seu Regulam, vbi Basilij admonitiones, cum aliis documentis spectantibus ad Ordinis primam Institutionem, & Institutores primos, ipsorumq; gesta egregia inserta erant.* Et infrà subiungit: *Quomodo autem è contra ipse Basilius primitùs sub Regula Carmelitarum vixerit, tomo præcedenti diximus.* Tomo autem quarto *d*, cùm iterùm retulisset, Authores plures existimare nostram hanc Regulam ex S. Basilij dogmate, seu Regula extracta, id sic dumtaxat admittendum tradit: *Quia præfata Alberti Regula ex Ioannis Hierosolymitani libri institutionibus absdubiè deprompta est: hic autem liber multa habet de Basilij institutis.*

b par. 1. dub. 6.
c tom. 3. Annal. ad an. 412. nu. 17. & tom 4. ad ann. 1205. nu. 15.

Immediatè sūpta est ex Ioanne Ieroſolym. mediatè (& ex aliqua parte) ex S. Basilio.

d to. 4. ad an. 1205. nu. 15.

Præter dictum P. Thomam à Iesu etiam commentati sunt in Regulam istam nostram, mysticè Vener. P. Hieronymus Gratianus, litteraliter Ven. P. de Lezana, scribens in Mare Priuilegiorum Ordinis Carmelitani, vtroque modo magnus ille Ordinis Pater Ioannes Sorethius, ac ante istos analogicè, seu comparatiuè ad vitam Beatissimæ Virginis MARIÆ Ioannes de Bachone. Istam autem Analogicam expositionem; quia breuis (quales in hoc opere intendimus esse) hîc subnectimus.



E IOAN-

Digitized by Google

IOANNIS BACHONIS

COGNOMENTO

DOCTORIS RESOLVTI,

OPVSCVLA BINA:

SCILICET

EXPOSITIO MYSTICA IN REGVLAM CARMELITANAM:

ET

EXPOSITIO DE ORDINIS HVIVS INSTITVTIONE AD HONOREM VIRGINIS DEI-PARÆ, AC DE INTITVLATIONE:

EXTRACTA EX SPECVLO ORDINIS TYPIS EDITO VENETIIS AN. MDVII. ET COLLATA CVM VETVSTIS EXEMPLARIBVS MSS. IN CONVENTIBVS GANDAVENSI ET MECHLINIENSI SERVATIS.

34 *Elogia nonnulla in Ioannem Bachonem (Qui omni-gena scientia claruit in Anglia tempore Papæ Ioannis XXII.) habentur suprà post Præfationem. Ratio scribendi utriusque subsequentis Opusculi, sicut etiam*

Digitized by Google

etiam alterius (quod pro alio Opere reſeruamus) intitulati, Compendium Hiſtoriarum & Iurium pro defenſione Inſtitutionis, & Confirmationis Ordinis Beatæ MARIÆ de Monte Carmeli, *ea fuit, quòd ſuo tempore Ordo hic ab æmulis in Anglia grauiter impeteretur, quoad ſuam antiquitatem, & confirmationem, ſed potiſsimùm quoad Intitulationem: prout indicat in Prologo iſtius Compendij, dum ait*: Beatus Bernardus in quodam ſermone, quem fecit de laudibus B. MARIÆ, *eam ſpecialiter laudat per* DECOREM CARMELI, *dicens*: *Datus eſt ei* DECOR CARMELI *& Saron.* In ſuis igitur Carmelitis Deo inſpirante, & ipsâ adiuuante, contra dicti Ordinis detractores non per fabulas, ſed per res geſtas ipſam laudare diſpoſui.



Digitized by Google

COMMENTARIOLVM IN ORDINIS HVIVS REGVLAM, SEV EXPOSITIO ANALOGICA, IN QVA PRÆCIPVI EIVS ARTICVLI CVM SSmæ. VIRGINIS MARIÆ VITA AC VIRTVTIBVS, DEVOTA SIMVL ET SVBTILI COLLATIONE, COMPARANTVR.

35 *MYsticam hanc & breuem Expositionẽ, Regulæ Carmelitanæ Analogiam continentem cum Beatissimæ Virginis* MARIÆ *viuendi norma, praxiq; virtutum vndequaq; demiranda, hoc loco apponere, cuiuslibet Religiosi Carmelitæ vtilitatibus consentaneum, & propterea gratum, fore existimamus.*

36. CViuslibet Religionis titulus ortum habet à loco vel Sancto. A loco quidem, vt à Cistercio Cistercienses: quomodo Ordo noster à loco Carmeli est intitulatus. A Sãcto; vt cũ Successores vitam & Regulã sibi eligunt obseruãdam, quam aliquis Sanctorum sibi elegit: prout Canonici nigri dicuntur de Ordine S. Augustini. Et isto modo FRATRES ORDINIS BEATÆ MARIÆ in bullis Apostolicis sumus nominati. Elegimus enim Regulam, cuius multa similia pũcta Beata Virgo MARIA in vita sua seruare curauit.

37. In primis constat, eam perfectè obedientem fuisse: Angelo

Digitized by Google

Angelo enim nunciantireſpondit: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundùm verbum tuum.* Et de hoc in Regula: *Priori obedientiam promittat quilibet aliorum, & promiſſam ſtudeat operis veritate ſeruare.*

38. Conſtat etiam, eam proprium abdicaſſe; abſit enim eam à Regula Apoſtolica (quæ via perfectionis nuncupatur) excluſam fuiſſe, de qua Regula ſcriptum eſt Actuum ſecundo, *Omnes, qui credebant, erant pariter, & habebãt omnia communia.* Et, *nullus ſuum aliquid eſſe dicebat.* Et de hoc in Regula: *Nullus Fratrum aliquid ſibi eſſe proprium dicat; ſed ſint vobis omnia communia:* &c.

39. Conſtat, eam caſtitatem fideliter ſeruaſſe, de qua ſcriptum eſt, *Ecce Virgo concipiet & pariet filium.* Et de hoc in Regula; *Accingendi ſunt lumbi veſtri cingulo caſtitatis.*

40. Secundò idem patet per ſpecialia capitula: legitur enim de ea, quòd frequenter viſitauit loca Baptiſmi Chriſti, & vbi Chriſtus ieiunauit; quæ ſunt loca deſerta, ſecundùm Magiſtrum in hiſtoriis, & ſic eremiticæ vitæ apta; inhabitauitque, Nazareth, & Bethleem. Et quia loca eremitica, & alia, erant ſibi chara, ideò ſimile dicitur in Regula, *Loca autem habere poteritis in eremis, vel vbi vobis donata fuerint,* &c.

41. Item concordant Sancti, quòd cùm Angelus nunciabat Filij Dei Incarnationem, eam in ſeparata camera contemplantem inuenit: & de hoc in Regula; *Iuxta ſitum loci, quẽ inhabitare propoſueritis, ſinguli veſtrum ſingulas habeant cellulas ſeparatas.*

42. Præter hæc cum edentibus & bibentibus vixit in communi loco, vt in Nazareth, in parentum domo: in qua communem commẽdauit refectionis locum. Propter quod dicitur in Regula: *In communi refectorio, ea quæ vobis erogata fuerint, ſumatis.*

43. Legitur quoque de ea in libro de floribus Sanctorum, quòd, cùm ad templum à parentibus fuerat ducta, non ſolitaria, ſed cum aliis Virginibus in templo erat dimiſſa; vndè quoad commune Oratorium ſubditur in Regula: *Oratorium conſtruatur in medio cellularum.*

44. Collegium tenuit cum Ioſeph laico, & Ioanne Euã-

Digitized by Google

gelista summo clerico: vtroque in suo statu viro deuoto: sic Ordinem nostrum in laicis & clericis constitui voluit, & vtrisque in Regula horas deuotionis distinguit. Vndè de Clericis dicitur: *Hi, qui Horas Canonicas cum Clericis dicere norunt* &c. De laicis quoque subiunctum est: *Qui verò eas non norunt* &c.

45. Hieronymus in quadam epistola ad Chromatium & Heliodorum dicit, quòd Beata Virgo hanc Regulam sibi statuit; vt à mane vsque ad tertiam orationibus insisteret, à tertia vsque ad nonam textrino operi vacaret, à nona ab oratione non recedebat, quousque Angelus apparens, escam illi dabat. Propter assiduitatem orandi, quam exercuit, dicitur in Regula; *Maneant singuli in cellulis suis, vel iuxta eas, die ac nocte in lege Domini meditantes & in orationibus vigilantes.* Propter continuationem operandi, dicitur ibidem. *Faciendũ est vobis aliquid operis, vt semper diabolus vos inueniat occupatos, ne ex otiositate vestra aliquem intrandi aditum ad animas vestras valeat inuenire.*

46. Quòd vsque ad nonam ieiunauerit, de ieiunio nos instruxit, vnde in Regula: *Ieiunium singulis diebus à festo Exaltationis sanctæ Crucis* &c.

47. Quòd cibum ab Angelo susceperit, nos instruxit cibis tantùm sobriis, quæ vitæ congruunt Spirituali, non carneis & lasciuis, fore vescendum: vnde ibidem, *Ab esu carnium abstineatis, nisi infirmitas vel debilitas* &c.

48. Silentium multùm seruauit; non enim legitur in Euãgelio locuta fuisse nisi quater; vt dicit Bernardus: scilicet, Angelo in Annũciatione: Elisabeth in salutatione: In nuptiis in Cana Galileæ: & Filio in eius inuentione. De hoc in Regula, & primò in generali: *Commendat autem Apostolus silentiũ, cum in eo præcipit operandum,* &c. Et in speciali, cum subditur: *Ideoq; statuimus, vt dicto Completorio silentium teneatis vsque ad Primam dictam sequentis diei.*

49. Constat, eam simplicitatem dilexisse; quando enim iuit in Bethleem vbi filium peperit, in adiutorium non equũ, sed asinum secum duxit, vt dicitur in historiis. De hac nostra simplicitate dicitur in Regula: *Asinos siue mulos habere poteritis* &c.

50. Con-

Digitized by Google

50. Constat etiam, eam in magna Fide, & Spe, & Charitate stabilem fuisse, cum in Filij sui passione permansit: alij verò, eo relicto, fugerunt. De perfectione Charitatis dicitur in Regula: *Induenda est lorica iustitiæ, vt Dominum Deum vestrum ex toto corde vestro diligatis* &c. *& proximum vestrum* &c. De Fide subiunctum est: *In omnibus sumẽdum est scutum Fidei, vt possitis* &c. De Spe sequitur: *De solo Saluatore speretis salutem.*

51. Ad statum prædicatoris peruenit; postquam enim Dei Filium cõceperat, magnum sermonem fecit: primò Deũ laudando, & dicendo: *Magnificat anima mea Dominum*, &c. Secundò ad mores applicando, ibidem: *Et misericordia eius à progenie in progenies.* Tertiò, ad propositum sermonis, in fine Prophetias allegando, dicens: *Sicut locutus est ad Patres nostros* &c. Vnde in Regula: *Gladius autem Spiritus, quod est verbũ Dei, abundanter habitet in ore & in cordibus vestris* &c.

52. Humilitatem seruauit ad Deum, dicens: *Quia respexit humilitatem ancillæ suæ*, &c. Sic debent subditi ad Prælatum; vndè in Regula: *Vos quoque cæteri Fratres Priorem vestrũ honorate humiliter.* Humilitatem tenuit ad minorem; cum enim esset Mater Dei, tribus mensibus ministrauit matri sui præconis: Vnde in Regula instruuntur Priores de Humilitate sic: *Illud semper habeatis in mente, quod Dominus ait in Euangelio: Quicumque inter vos voluerit maior esse, erit minister vester.*

53. Et quia super omnes virtutes prædictas adhuc alias habuit innumeras, præter has, quæ in Regula ponuntur, ideo supererogatio nobis indulgetur. De hoc in Regula: *Si quis autem supererogauerit, ipse Dominus cum redierit, reddet ei.*

54. Denique constat eam fuisse discretam in omnibus virtutibus operando. Vndè de hoc in Regula: *Vtatur tamen discretione, quæ virtutum est moderatrix.*

55. Sic igitur patet, quòd meritò Regulæ Ordo titulum habet *Beatæ* MARIÆ. Vnde idem Innocentius quartus, qui Regulam declarauit, dans licentiam cõfessandi, & prędicandi, sic scripsit citò post: *Dilectis Filiis Priori Generali, & Prouincialibus* ORDINIS BEATISSIMÆ MARIÆ DE MONTE CARMELO *salutem & Apostolicam benedictionem.* Ex tunc Romani

mani Pontifices vsque in hodiernum diem suis Bullis & litteris in principio prædictum titulum B. MARIÆ conscribunt. Et Ioannes XXII. in priuilegio exemptionis perhibet testimonium super istis, dicens: *Sacer Ordo vester in agro Domini plantatus, & Gloriosæ Virginis* MARIÆ *titulo specialiter insignitus, Apostolicis gratiis dignè meretur attolli.*

NOTÆ.

56. REgulam conformem Vitæ Glorioſissimæ Virginis Dei Genitricis MARIÆ meritò habet hic Ordo: quem, vt Summi Pontifices disertis verbis tradunt in suis Bullis, parte sequenti referendis, *Eadem Virgo venustissima, & omnium virtutum floribus insignita edidit, proprijque Nominis titulo insignivit. Edidit*, inquam, vt causa exemplaris, & finalis, dum S.P. ELIÆ in typo nubeculæ [a] fuit præfigurata, quòd enim tunc Ordo Propheticus fuerit inchoatus, & illi, etsi nondum natæ, consecratus, declarabitur infrà *parte 2. cap. 5.* Et sanè, cum de illa dicatur, CAPVT TVVM VT CARMELVS, [b] omninò decens erat isti suo capiti, ceu membra, conformes esse Carmelitas: quos ipsa & Carmelum, à Nazareth tribus circiter milliaribus distantem, inuisit quandoque, vt non pauci graues referunt Authores, adducendi *parte 3. cap. 13.* vbi etiam agetur de Capella, seu Oratorio, quod Carmelicolæ, ipsi adhuc viuenti in Carmelo constituxerunt, & dedicauerunt: in quo quotidie conuenientes, ritibus piis, precationibus, ac laudibus, ipsam velut singularem Ordinis tutelam colebant. Estque ea vna ex causis, cur *Fratres Beatæ Virginis* MARIÆ *de monte Carmelo* appellentur: vt in sequentibus latiùs.

[a] 3. Reg. 18.

[b] Cantic. 7.

Quoniam verò decet etiam Matri & Sorori, Filios ac Fratres non tantùm in moribus vitæque conuersatione esse similes, & in habitu non fore difformes; quemadmodùm ipsius vestis superior fuit de lana non tincta, prout ex Gregorio Turonensi habetur: sic etiam Religionis huius vetustus & genuinus habitus est coloris natiui grisei, tendētis ad nigrum: prout infrà ostendetur. [c] Et sicut ipsa desuper tegebatur velo coloris candidi, ita etiam Religionis huius vestis superior, id est cappa, seu pallium, coloris est albi: qui, cum mutatus fuisset in barratum (sicut ex S. Cyrillo suprà *cap. 2.* habetur) successu temporis iterum est resumptus albus. Id verò quàm gratum fuerit Sereniſsimæ Ordinis Patronæ, ipsa declarauit cœlicâ visione, quæ ex Arnoldo Bostio & Balduino Leersio refertur in Annalibus Ordinis ad annum Christi 1288. (cuius hîc infrà *parte 5. cap. 2.* mentio redibit) etenim simili Ordinis pallio amicta spectandam se præbuit. Qualiter verò hic Ordo peculiariter Deiparæ dicatus, candore habitus sui, eius immaculatam Conceptionem præseferat, indicat magnus Ecclesiæ Præsul in Hibernia Richardus Armachanus in celebri illo sermone coram cœtu Cardinalium

[c] Parte 4.

Digitized by Google

lium habito Auinione anno 1342. ipso Conceptionis festo: vnde quædam excerpta habet Thomas Waldensis [a] & nos hic infra. Id quoque innuit R. P. Theophilus Raynaudus lib. de S. Scapulari part. 1.

[a] Tom. 3. de Sacramentalibus tit. 9. cap. 89.

57. Liceat hic Ordinis huius quemlibet, tali gaudentem Matre, & Sorore, ac eiusmodi habentem suæ conuersationis exemplar, verbis magni Ecclesiæ Doctoris S. Ambrosij (parumper immutatis, vt concinniùs nostro quadrent proposito) sic alloqui & exhortari ad eiusdem amorem, cultum & imitationem: O Frater, cum inspicis Regulam tuam, *Sit tibi tamquam in imagine descripta virginitas, vitaq; Beatæ* MARIÆ, *de qua, velut in speculo, resulget species castitatis & forma virtutis. Hinc sumas licet exempla viuendi, vbi tamquam in exemplari magisteria expressa probitatis, quid corrigere, quid effugere, quid tenere debeas, ostendunt.* Quibus opportunè subiunguntur excerpta quædam ex dulciflui sermonis Arnoldo Bostio [b], vbi inter alia hæc: *Verbum est Homeri Theologorum, Sancti videlicet Papæ Leonis: falsæ professionis imagine vtimur, si cuius nomine gloriamur, eius instituta non sequimur.* Item: *Attentissimè igitur considera, perfectéq; compleas illud Venerabilis Hugonis de S. Victore, sæpè tibi ruminandum verbum, quo in Prologo libri de Laudibus* MARIÆ *ita loquitur: Omninò decens est, eos, qui speciali titulo* MARIÆ *Virginis insignes sunt, singulari quoque deuotione c'laríssimos inueniri.* Et: *Non degenerè setiam à Matre & Sorore tàm super-optima. Tesletur suam originem vena prænobilis. Pudeat sub* MARIÆ *Reginæ inattingibili dignitate, Fratrem indignè gerere tali tantáq; Sorore. Quinimò similitudine morum efficax tantæ coniunctionis præbeas indicium.* Præterea: *Sororis nomen à sorte dictum memorare. Sola igitur cum Fratre sortem accipiat Soror melliflua, Vita, Dulcedo* MARIA.

Exhortatio ad Carmelitas, vt imitentur Patronam suam Virginem Mariam.

[b] Libro de Patronatu SS Virginis Mariæ c. 1.

Suadeo, sint vobis casti commercia amoris,
Nil præsertò sibi, si vis ab ea redamari.
Deinde fit æquè vt VESTIS *mens tua* CANDIDA: *sitque*
Sic habitus vtenti pædagogus.



Digitized by Google

TRACTATVS
DE INSTITVTIONE ORDINIS HVIVS AD VENERATIONEM VIRGINIS DEIPARÆ: VNDE INSIGNITVR SPECIALI TITVLO A SVMMIS PONTIFICIBVS CONFIRMATO.

Etiam hoc Opusculum, quia præcedenti cognatum, & succinctè Ordinis ad honorem SS. Virginis Deiparæ instituti prærogatiuam explicans, non incongruè hîc subnectendum censuimus.

CAPITVLVM I.

Quòd secundùm Prophetas Fratres de monte Carmelo specialiter originem habuerint pro veneratione Virginis Deiparæ.

58. IN primis attende, quòd Beata MARIA per *Carmelum* decoratur & commendatur: Cùm enim Isaias de Christi Incarnatione prophetaret; promisit quòd sola Virgo ipsum foret paritura, pariterque DECOREM CARMELI possessura. Vnde de Virgine dicitur Isaiæ 35. *Solitudo florebit sicut lilium*, & sequitur,

quitur [a], *Datus est ei decor Carmeli.* Sic de ea Glossa hæc exponit. *Cant.* 1. & Bernardus sermone *Loquamur*, dicens: *Datus est ei decor Carmeli, dum virtute altissimi est obumbrata, & sine corruptione fœcundata.*

[a] *Loca S. Scriptura de Carmelo appropriantur Virgini Deiparæ*

59. Per CARMELVM commendatur; Salomon enim commendans pulcherrimam mulierum per Carmelum, ait: *Quàm pulchra es, & quàm decora charissima!* [b] *Caput tuum vt Carmelus.* Cant. 7. Sed & hæc de Beata MARIA canit Ecclesia. Et quia per Carmelum honoratur, & commendatur; dignũ est, quòd in Carmelo ei dato CARMELITAS habeat eam specialiter venerantes: & sic habuit ab antiquo; nam prophetiæ per facta aperiuntur. Sed & Saul in Carmelo Beatæ MARIÆ dato fornicem suum triumphalem, id est signum victoriæ, erexit 1. *Regum* 15. ELIAS ibi sacrificauit, 3. *Regum* 18. Et Achab per hoc experimento, ibi didicit, quis esset Deus. Eliseus ibi sedem suam collocauit 4. *Regum* 4. Ecce quot Prophetas & Reges habuit Carmelus, & eorum factis Dominam loci Beatam MARIAM venerantes.

[b]

60. [c] *Pro veneratione quoq; Beatæ* MARIÆ in eius Carmelo continuanda, orta est Fratrum de Carmelo Religio. Veneratio enim, quæ fit in locis sanctorum, ipsis sanctis sub Deo attribuitur: vt de veneratione dedicationis: *de consecrat. dist.* 3. *capit. Pronuntiando.* Sed licèt omnes saluandi tempore Prophetarum Filium Beatæ MARIÆ venturum venerati sint, secundùm Augustinum in epistola vigesima nona ad Deo-gratias: Fratres tamen de Carmelo tempore ELIÆ & ELISEI venturum venerantes, in Carmelo Beatæ MARIÆ Religionem suam inceperunt, vt habetur in historia de antiquitate Ordinis.

[c] *ad cuius honorem institutus fuit Ordo Carmelitanus.*

61. Ad eius igitur venerationem originem habuerunt: & antiquis Patribus Ordinis de ortu eiusdem tempore Prophetarum, credendum est. Nam *in negotiis Ecclesiarum illi potissimùm in testes assumendi sunt, qui eadem negotia tractauerunt. Ita decimà quartâ quæstione, primâ super prudentia.* Et huic antiquæ eius veneration in Carmelo consonant Prophetæ. Generalis planctus Prophetarum est: si Carmelus sit desertus habitatoribus, aut si eius honor ab eo auferatur, *Ieremiæ* 2. & 4. *Isaiæ* 16. *Amos* 1. *Micheæ* 7. & *Naum* 1. Ergo in spiritu Dei

Digitized by Google

generaliter optant Prophetæ, quòd post ELIAM & *Elisæum* Beata MARIA à Carmelitis semper, in Carmelo sibi dato, honoretur: quod verum est ratione tituli, licèt recedere cogerentur. Sicut Patriarcha Ierosolymitanus in Ecclesia Ierosolymitana semper sedem suam tenere cẽsetur; licèt compulsus alibi moram trahat.

CAPITVLVM II.

Quòd ELIAS *& Elisæus dici Carmelitæ Beatæ* MARIÆ *meruerunt.*

d Elias & Elisæus *in variis Christum præfigurauerunt.*

62. *d* IN Carmelo, Beatæ MARIÆ dato, Prophetæ ELIAS & *Elisæus* Patres nostri inhabitabant III. *Reg.* XVIII. *quarti Reg.* I. & IV. Et bene: *e* isti enim Prophetæ filium Beatæ MARIÆ præfigurabant.

e

63. CHRISTVS Filius MARIÆ suscitauit filium viduæ: *Lucæ* VII. sic ELIAS, III. *Reg.* XVII. CHRISTVS ieiunauit quadraginta diebus & quadraginta noctibus, *Matthæi* IV. Sic ELIAS III. *Reg.* XIX. CHRISTVS viuus ascendit in cœlum, *Actorum primo.* Et ELIAS raptus est in paradisum IV. *Reg.* II. CHRISTVS impugnauit diabolum Scripturis, *Matthæi*, IV. Sic ELIAS Antichristum, *Apocalypsis* XI. CHRISTVS meruit conuersionem omnium ad Deum, *Ioannis* XXIX. Sic ELIAS in fine vniuersos conuertet ad CHRISTVM, *Malachiæ* IV.

Alia eius multa miracula habentur III. *Reg.* XVII. XVIII. XIX. & XXI. capitulis,

64. CHRISTVS baptismo sanctificauit aquas *Matthæi* III. ELISEVS sale aquas pessimas & mortiferas sanauit, IV. *Reg.* II. CHRISTVS panes multiplicauit *Ioan.* VII. ELISEVS de modico oleo omnia vasa, vsque dum deficerent, impleuit, IV. *Reg.* IV. CHRISTVS in vita & post mortem mortuos suscitauit. *Ioan.* XI. & *Matthæi* XXVI. Sic ELISEVS, IV. *Reg.* IV. & XIII. Alia eius multa miracula habentur IV. *Regem* II. III. IV. V. VI. VIII. XIX.

65. Quia igitur isti Prophetæ in Carmelo, venerationi Beatæ

Beatæ MARIÆ intitulato habitabant, rectè Carmelitæ Beatæ MARIÆ intitulandi erant. Ex loco enim & Sancto, cui locus intitulatus est, Religiosi intitulantur, sicut Hospitalarij ab Hospitali S. Ioannis. *De priuileg. capitulo tuarum.*

CAPITVLVM III.

Rectè Romani Pontifices hunc titulum Fratres Ordinis Beatæ MARIÆ de monte Carmelo, *in suis Bullis expresserunt.*

66. IN hoc Carmelo, ad imitationem Carmelitarum Beatę MARIÆ ELIÆ & *Elisei*, succesſerunt Fratres de Carmelo, iuxta fontem ELIÆ, in cellulis paruis contemplationi vacantes, vt patet in hiſtoria Ieroſolymitana cap. LII. & in ſpeculo hiſtoriali libro XXXI. *f* Et ex hoc intitulantur, ORDINIS BEATÆ MARIÆ DE MONTE CARMELI. Ex loco enim & Sancto, quo prædeceſſores in Religione fuerunt intitulati, intitulantur ſucceſſores: *de verborum ſignificationibus, Abbate.*

f Rationes cur hic Ordo intituletur B. Mariæ de monte Carmelo.

67. Poſt incarnationem quoque Oratorium in Carmelo ſub titulo Beatæ MARIÆ erexerunt. Propter hoc ab ea rectè intitulati ſunt. Ex Eccleſia enim, cuius ſunt miniſtri, intitulantur Religioſi: vt à templo Templarij: *de priuilegijs cap. Petiſtis*

68. Regulam inſuper habent imitantes vitam Beatæ MARIÆ: vt patêre poteſt intelligenti eius vitam Euangelicam, & Regulam bullis ſex Romanorum Pontificum munitam. Et à Regula à Sancto ſumpta, intitulantur Religioſi: ſicut Monachi S. Benedicti XVIII *quæſt. 2 cap. Perniciosam.* Et Dominus Papa in priuilegio exemptionis ait. *Sacer Ordo veſter, gloriosæ Virginis* MARIÆ *titulo ſpecialiter inſignitus, Apoſtolicis gratiis dignè meretur attolli.*

Digitized by Google

CAPITVLVM IV.

Rectè Romani Pontifices & iura Canonica Regulam Ordinis & Institutionem ab antiquo approbare decreuerunt.

69. ORdo Carmelitarum ab antiquo Institutionem & Regulam habuit à Ieroſolymitano Patriarcha, *in ſpeculo hiſtoriali lib.* XXXI *cap.* XXXIV. Et hoc valuit à iure, cum non extitit reſeruatum. Et hæc Inſtitutio præceſſit Lateranenſe Concilium. *Sexto de religioſis domibus cap.* I. Et in eodem Cõcilio hęc Religio & Regula fuerunt approbatæ, ſicut & omnes Religiones & Regulæ Lateranenſe Concilium præcedentes: *De Conſtitutionibus cap.* XI. *& vltimo.* Vbi tantùm inuẽtio nouarum Regularũ & Religionum fuit interdicta: *De Religioſis domibus cap. vltimo.*

70. Poſtmodùm in Concilio Lugdunenſi fuit Ordo in ſuo ſtatu reſeruatus, cum clauſula *donec.* Sed infra breue tẽpus editus fuit ſextus Liber Decretalium, in quo Dominus Papa ſe referẽs ad antiquam eius Inſtitutionem, à iure clauſulam *Donec* reſecauit, & Ordinem iteratò ſolidauit, dicens: *Carmelitarum Ordinem, cuius Inſtitutio Lateranenſe Concilium præceſſit, in ſolido ſtatu volumus permanere. in* VI. *de Religioſis domibus cap. Religionũ diuerſitatem.* Sic ponderãt omnes tres Gloſſæ. Cardinalis dicit: *Hic Papa iſtum Ordinem conſolidat.* Gloſſa dicit. *Sic Ordo iſte eſt totaliter confirmatus.* Ad idem Ioannes Andreas. Et in priuilegio exemptionis Papa dicit. *Ordinem veſtrum titulo Beatæ* MARIÆ *inſignitum, in ſtatu firmo, ſolido, & ſtabili volumus permanere.* Cum dicitur *volumus*, perpetuæ ſententiæ habet firmitatem. *De verborum ſignificatione cap. In his.* Et idem Papa, qui ſanctos Ordines Prædicatorum & Minorum inſtituit, Regulam Carmelitarum, ab antiquo traditam, confirmauit & ſucceſſor eius, vt habetur in bullis Apoſtolicis & *in ſpeculo hiſtoriali lib. xxxiij. cap.* 23. Ordines & Regulæ approbatæ à Papa in iure pro approbatis habentur: *De exceſſibus*

Digitized by Google

cessibus Prælatorum cap. Nimis primo & secundo. & De electionibus cap. significasti.

NOTÆ.

71. a DATVS EST EI DECOR CARMELI. Quæ verba B. Virgini, eiq; dedicato Ordini Carm. applicat præclarus homiliographus Ioannes de Carthagena: a *Quòd si mons ille* CARMELVS *arborum amœnitate, ac herbarum suaueolentiâ, degentium in eo animos oblectabat; sanè Carmelitarum Ordo Viridarium est amœnissimum, ager fœcundissimus, cum tot sanctitate & doctrinâ conspicuos viros, velut fructiferas arbores, ac fœminas mirâ virginitatis suaueolentia fragrantes germinarit: quare cum hi omnes Carmelitanæ Religionis alumni Deiparæ Virgini speciali ratione se deuouerint, ac eius obsequio, & famulatui perpetuo se sacrauerint, rectè in hanc sacram Religionem conueniunt verba illæ: Gloria Libani data est ei, decor Carmeli &c.* Nec minùs eleganter Arnoldus Bostius b *de Patronatu SS. Virginis Deiparæ*, pertractans, Quòd Carmelitæ primi Ecclesiam in eius honorem construxerint, ac eam in peculiarem Patronam & Aduocatam consultè præelegerint, inter alia hæc habet: *Euangelici Vatis Isaiæ prophetia irrefragabili stabilita veritate completa sic est; quá, dum gloriam futuræ Virginis, Emanuelem parituræ, olim præconizaret, dixit inter cætera:* DATVS EST EI DECOR CARMELI. *Quæ sua verba Cytharista* MARIÆ *Bernardus explicans: Data est* MARIÆ, *ait, iuxta verbum Isaiæ, Gloria Libani, decor Carmeli, & Saron. Decor Carmeli, velut loci cuiuslibet, est insignium, & sanctarum personarum locum talem inhabitantium, cœtus: sicut & decor conchæ est pulchritudo margaritæ, quæ suum continens consimili decorat refulgentia; cum non propter locum gentem, sed propter gentem locum eligat Dominus. Hic decor roseulentæ, bellulæ, venustissimæ Virgini* MARIÆ *omnium virtutum floribus redimitæ, donatur; cum in eo loco cœpta Religio, seruataque diutinè, & ab eo per immunera ferè cœnobia deriuata, suo Patronatui peculiariter applicatur.* Ita Bostius.

a Carthag. l. 17. homiliar. homil. 3. sub fin.

b Bost. de Patron. c. 4.

72. b CAPVT TVVM VT CARMELVS &c. *Sed & hæc de* B. MARIA *canit Ecclesia*, nimirùm infrà Octauas festiuitatùm eius Conceptionis, Natiuitatis, Visitationis, &c. in quibus ad Vesperas in Officio nostro, iuxta vsum Hierosolymitanæ Ecclesiæ antiphona ad Magnificat, hæc est: *Quàm pulchra es, & quàm decora, charissima in deliciis &c. caput tuum vt Carmelus.* Quorum verborũ explicationem B. Virgini MARIÆ competentẽ, habet vetustus Pater Ioannes Hierosolymitanus *in libro* de quo statim *cap.* 41. (secundùm Wastelianã diuisionem *cap.* 43.) & Bostius hîc infrà.

73. c *Pro veneratione quoque* B. MARIÆ *in eius Carmelo continuanda, orta est Fratrum de Carmelo Religio &c. Fratres de Carmelo tempore* ELIÆ *& Eliſei, venturum venerantes, in Carmelo* B. MARIÆ *Religionem suam inceperunt &c.* id est quod innuit S. Methodius in homilia festi Purificationis, vbi alloquens sanctissimam Virginem Deiparam, hæc de ELIA & *Eliseo*, venerantibus eam nondum natam: *Puritatis etiam tuæ* ELIAS *Propheta præscius, atque imitator in*

Digitized by Google

tor in Spiritu cum esset, vitæ illius ignifera sibi coronam colligauit &c. nimirùm tunc, quandò ELIAS in typo Nubeculæ istius, de qua iam antè) prænoscens nascituram Virginem, immunem à peccatis, quæ Virginalem puritatem seruans, & virgo permanens, Deum esset paritura; eius amore succensus, ad ipsius honorem Ordinem Propheticum instituit, illique consecrauit: ac suos discipulos *Eliseum*, & alios, vt eam venerarētur, verbo & exemplo instruxit, sed de his infrà *parte* 2. *cap.* 5. latiùs tractabimus.

d *In Carmelo, Beatæ* MARIÆ *dato, Prophetæ* ELIAS *& Eliseus habitabant.* De situ montis Carmeli, & eius singulari commoditate ad vitam solitariam agemus parte 2. cap. 6.

e *Isti Prophetæ Filium* B. MARIÆ *præfigurabant.* Qualiter fuerit S. ELIAS in pluribus typus Christi, illique & eius Genitrici MARIÆ in multis assimilatus, ex Saliano & Bostio declarabimus parte 2. c. 4.

f *Ex hoc intitulantur, Ordinis* B. MARIÆ *de monte Carmeli.* Bacho ibi tres assignat rationes, cur hic Ordo eo titulo fuerit insignitus. I. Quòd ad honorem SS. Virginis Deiparæ institutus, prout *cap.* 1. declarauit. II. Ab Oratorio seu Capella in primordijs Ecclesiæ ad eiusdem honorem in Carmelo (de qua plura in sequentibus) III. A Regulæ conformitate cum vita B. Virginis MARIÆ (prout vidimus in Commentariolo ipsius Bachonis, quod præcessit) Præter istas etiam alia assignatur à Bostio hîc infrà *num.* 95. A plerisque etiam nostris Historicis traditur ille titulus confirmatus fuisse tēpore Concilij Ephesini, in quo S. Cyrillus, ex Carmeli incola Alexandrinus Patriarcha, loco Cælestini Papæ præsidens, Maternitatem Deiparæ strenuè contra Nestorium propugnauit: & ad Salutationem Angelicam AVE MARIA, hæc addi curauit: *Sancta* MARIA *Mater Dei, ora pro nobis* &c. De quibus latiùs in Annalibus Ordinis sub annum 431. vbi etiam ex Petro Blesensi, & Luca Tudenti refertur, tunc inter fideles introductum morem, vt ad MARIÆ nomen fideles genua in terram flecterent, vel vt dextra manu, inclinantes, terram tangerent. De aucto tunc & magis celebrato cultu sanctissimæ Dei Matris scribunt quoque Baronius in Annalibus ad Annum 431. & in Notis Martyrologij ad diem 8. Septemb. ac Coriolanus etiam ad dictum annum 431. Vide quoque infrà *num.* 430.

g De antiqua & multiplici confirmatione huius tituli plura dicentur in *Breuiloquio Bostij & infrà parte* 8. *cap.* 9.

ARNOL-

Digitized by Google

ARNOLDI BOSTII

GANDAVENSIS,

THEOLOGI, ORATORIS

ET POETÆ PER-CELEBRIS,

BREVILOQVIVM TRI-PARTITVM

DE

INSTITVTIONE, INTITVLATIONE

AC CONFIRMATIONE

ORDINIS

DEIPARÆ VIRGINIS

MARIÆ

DE MONTE CARMELO;

DESVMPTVM EX ANTIQVO CODICE

MS. CONVENTVS MECHLINIENSIS,

FOLIO CXLV. ET SEQ. IN CAPITA SECTVM,

NVNC PRIMVM PRODIT.

ELogia quadam in Arnoldum Bostium relata sunt suprà, post Præfationem toti Operi præfixam.

Digitized by Google

PROLOGVS.

74. AD honorem Christiferæ Virginis MARIÆ, cui *data est gloria Libani, & DECOR CARMELI*, BREVILOQVIVM grosso stylo scriptitans, in quo ipsã in suis Carmelitis laudare proposui, per tres particulas procedendo, illud distinxi. *Prima* est de primaria eorum Institutione, quomodò, quandò, & vbi prædictus Ordo fuit institutus. *Secunda* de eius solemni, ac prærogatiua Intitulatione, quando, quare & qualiter prædictus Ordo, & eius professores titulo *Beatissimæ Dei Genitricis* MARIÆ sint insigniti. *Tertia* de Confirmatione Regulæ, & habitu Ordinis, ac eiusdem à Terra Sancta dimanatione, siue in partibus Occidentalibus multiplicatione. Quapropter non inconuenienter præsentem tractatũ BREVILOQVIVM TRIPARTITVM appello, *De Institutione, Intitulatione & Confirmatione sacri Ordinis Beatißimæ Dei Genitricis* MARIÆ *de monte Carmelo*. De quibus similiter Ioannes Papa XXII. in Priuilegio exemptionis Ordinis eiusdem sic scribit: *Sacer Ordo vester in agro Dominico plantatus, & Gloriosæ Virginis* MARIÆ *titulo specialiter insignitus, Apostolicis gratiis dignè meretur attolli*: & post pauca subdit: *Quem in statu firmo & solido, & stabili decernimus & volumus permanere.*

NOTÆ.

QVæ succinctè in hoc Opusculo tradit Bostius, luculento stylo prosequutus fuit in Speculo Historiali, in quo nouem libris traditur historia Institutionis & successionis huius Ordinis per annos bis mille quadringentos, scilicet ab anno, ante Christum, nongentesimo ferè vsque ad millesimum quingentesimum.

PARTI-

Digitized by Google

PARTICVLA PRIMA

DE ORIGINE,

SEV

PRIMARIA INSTITVTIONE ORDINIS

DEIFERÆ VIRGINIS MARIÆ

DE MONTE CARMELO.

CAPVT I.

Quòd nongentis triginta circiter annis ante Christi natiuitatem, per magnum Prophetam ELIAM *in monte Carmelo originem sumpserit hic Ordo, ad honorem SS. Virginis Deiparæ institutus.*

75. IN diebus Regis Achab, cuius regnum præcessit Incarnationem Domini nostri IESV CHRISTI per annos ferè nongentos triginta, fuit vir nomine ELIAS, de tribu Aaron. Ante cuius ortum Sabacha Pater eius vidit in somnis viros candidatos se salutantes: sicut expresè habetur *in scholastica historia super 2. cap. lib. 4. Regum.* Cui tunc reuelauit Dominus Deus, quæ post agenda erant per ELIAM filium eius. *Eliseum* quoque & filios Prophetarum, & eorum successores viros candidatos fuisse nouimus, & Carmelitas. Qui pollentes duplici candore, mentali scilicet illibatæ castitatis, & corporali pallij albi desuper eos tegentis, Sabacham patrem eius sunt salutantes, dum vitæ ELIÆ tramitem non deserentes, sed ipsum velut

Ante Ortū ELIÆ *visio candidatorum exhibita eius Patri.*

Quid ea præsignauerit.

rectè viuendi exemplar imitantes, salutem animæ suæ sunt possidentes.

76. Cupiens ergo vir Dei, secundùm prædictæ visionis prognosticationem, sanctam & castam ducere vitam, montem Carmeli ascendit; qui est in Terra Sancta, in finibus Palęstinæ, iuxta mare, secundùm Hieronymum super Isaiam, qui vocatur hebraicè *Charmel*, latinè verò *Carmelus*

ELIÆ in monte Carmelo oranti apparet Nubecula à mari ascẽdens: quid per eã prænuntiatum.

77. In quo ELIAS orans, *Ecce Nubecula parua, quasi vestigium hominis ascendebat de mari in Carmelium*, vt habetur *lib. 3. Regum* 18. Notate verba, signate mysteria. Per illam enim nubeculam Deus ELIÆ reuelauit, quòd quædam infantula Virgo, scilicet MARIA, per illam Nubeculam significata, &, instar istius Nubeculæ, per humilitatem parua nasceretur de humana natura, per mare designata. Quæ infantula iam in suo ortu esset munda ab omni sorde peccatorum: quẽadmodùm Nubecula de mari amaro orta, sine aliqua tamen amaritudine. Ipsa enim MARIA in suo ortu fuit illa Nubecula, de qua per Moysen figuratè est scriptum Exodi 16. *Ecce gloria Domini apparuit in nube.* Hæc expressiùs Ioannes Patriarcha Hierosolymitanus *Lib. de Institutione Monachorum in veteri lege exortorum, & in noua perseuerantium.* Ob cuius VIRGINIS amorem Propheta ELIAS in Virginitate permanens, assumpsit Elisæum 3. *Regum* 18. & Ionam & alios Prophetas: quos in *Virginitate* viuere docuit sedulis precibus illam expectando VIRGINEM ei in nubecula priùs ostensam.

NOTÆ.

EA, quæ hoc capite stringit Bostius, explicatiùs habentur in sequentibus: & quidem de visione illa *virorum candidatorum se salutantium*, obiectâ Sabachæ, dicetur parte 2. cap. 2. De Nubecula verò illa, præfigurante Deiparam, eiusque occasione inchoato, & ipsi VIRGINI, nascituræ consecrato, Ordine Prophetali, *capit.* 5. eiusdem partis. De ea tactum quoque paulò ante ad *caput* 1. *Tractatus secundi Ioannis de Bachone.*

CA-

Digitized by Google

CAPVT II.

De caſtitate, Obedientia, & Paupertate S. Prophetæ ELIÆ *& Filiorum Prophetarum, deq; Oratorio eorum, ſeu domo orationis* SEMNION *nuncupato.*

78. DE virginitate ELIÆ diuerſa ſunt Doctorum teſtimonia, ſcilicet S. Thomæ *in 4. Sententiarum diſtinctione* 49. de aureolis, articulo tertio in ſolutione tertij argumenti, & Caſſiani lib. primo *de Inſtitutione Monachorum cap.* 1. dicentis, quòd ELIAS *prior fuit, qui in Veteri Teſtamento Virginitatis iam flores caſtimonia præfigurabat exemplo.* De Virginitate autem ELIÆ & diſcipulorum ſuorũ Hieronymus *in Epiſtola ad Euſtochium de Virginitate ſeruanda,* dicit: *In veteri Lege ſola erat benedictio liberorum, quia orbis erat vacuus: increſcente autem ſegete, meſſor immiſſus eſt Virgo* ELIAS, *Virgo Eliſeus, multi Virgines Filij Prophetarum.* *Elias fuit Virgo.*

79. Et cupiens Dei Propheta poſt ſe eiuſdem propoſiti habere imitatores, & ſucceſſores, in Monte Carmeli SEMNION, quod latinè ſignificat honeſtorum Conuentualium Monaſterium, ſecundùm Papiam, & ſecundùm alios, domũ orationi conſecratam, conſtruxit. Ad quam diſcipuli ſui tribus vicibus in die conueniebant, egredientes de cauernis & ſpeluncis, ad Creatorem omnium litaniis, & orationibus ſuppliciter placandum ſecundùm id Pſalmiſtæ: *Veſperè, manè, & meridie narrabo & annuntiabo; & exaudiet vocem meam.* Hæc Ioannes Patriarcha vbi ſuprà.. *In Carmelo Semniõ. id eſt domũ Orationis conſtruxit.*

80. Ex quibus habetur ELIAM & *Eliſeum*, aliis cum Prophetarum diſcipulis dicti Ordinis fundatores fuiſſe: quiipſum ante Virginis MARIÆ natiuitatem inſtituerunt. Quos conſtat Paupertatem, Caſtitatem, & Obedientiam ſuos docuiſſe ſucceſſores Carmelitas. De Caſtitate iam dictum eſt, in ſignum cuius pallia alba reperiuntur portaſſe. *Eliæ Paupertatem & Obedientiã ſeruauit ac ſuis diſcipulis practicandas tradidit.*

81. De eorum obedientia patet 4. *Regum* 2. vbi dicitur,

quòd translato ELIA *Eliseus*, in quo duplex spiritus ELIÆ remãsit, & cui pallium ELIÆ ceciderat, Iordanem diuisit: quod videntes Filij Prophetarum, adorauerunt eum, scilicet adoratione duliæ, tamquàm suum Superiorem (sic exponit Nicolaus de Lira) id est: eò quòd esset substitutus ELIÆ, sub cuius regimine vixerant. Qui propter vitam eius insignem cum aliis Prophetarum Filiis multos traxit ad ipsius Montis Carmeli inhabitationem & deuotionem, voluntariæ paupertatis exemplum suis relinquens. Vnde Petrus Damianus, *in Lib. de contemptu mundi: Eliseus*, inquit, *sanctus, sancti discipulus, diues thesauro fidei, licèt centum Prophetarum Filios sub disciplinæ suæ magisterio sustentaret, pecuniam spreuit, & munera repulit, & impensæ gratiæ vicem recipere recusauit.*

NOTÆ.

Ecclesia interest antiquitatem Monachismi manifestam fieri.

82. QVoniam non tantùm Ordinis huius, sed & vniuersæ Ecclesiæ interest, quàm plurimùm, manifestam fore veritatem eorum, quæ de tribus illis virtutibus (in quibus Monastici status essentia consistit) à Magno Propheta ELIA & Filiis Prophetarum practicatis, ac de vero Monachatu eorumdem, hoc capite & sequenti tradit Bostius, vtilem nauasse operam censuimus, subiectum istud, SS. Patrum, & Doctorum grauiorum authoritatibus illustrando & stabiliendo (quod proinde præstamus *parte 2. cap. 1.*) vt inde appareat Religiosi, Monastici & Eremitici Instituti, in lege veteri practicati antiquitas. De Oratorio, seu domo Orationis, dicto *Semnion* plura dicentur *parte 3. cap. 16.* Vigebat in eo Oraculum: ad quod consulendum accessit Vespasianus, processurus ad bellum cõtra Iudæos, prout ex Cornelio Tacito, Suetonio, & aliis ibidem videre licebit.

Litanias &c. Audiat Kemnitius, & S. Gregorium Papam *Litanias* non instituisse intelligat, quas ante illius tempora in Ecclesia obseruatas esse constat. vt docet & firmat Card. Baronius *in notis ad Martyrologium ad 25. Aprilis.* Quando autem *Litaniæ* primùm inceperint, se ignorare, sic fatetur: *A quo litaniæ primò fuerint institutæ, adhuc mihi est inexploratum.* Fatetur & Iustinus Miechouiensis *Discursu 2. in Litan. Lauretan. nu. 13.* dicitque illas *quouis etiam vetustissimo authore vetustiores*, meritoque illarum institutorem Deum facit, ex Ioel. 2. Iosue 6. &c. Sed quæ illæ primorum Carmelitarum *Litaniæ? Supplicationes erant, Processiones*, seu *circuitiones*: λιτανεύειν namque Græcè, Latinè est *supplicare*, vt notat Durandus in *Rationali Diuini offic. lib. 6. cap. 102.* Retinetur autem græcum vocabulum λιτανεία, *propter authoritatem*, inquit, *linguæ græcæ.* Illas postmodùm cum Dei Sanctorumque inuocationibus Ecclesia cœpit frequentare, maximè ad diuinum numen placandum ob quamdam à

Deo

à Deo plagam immissam, vt videre est apud Durandum citatum: & Ioannes Ierosolymitanus expresè de primis suis Patribus scribit, quotidie conuenisse, *Ad Creatorem omnium litaniis & orationibus placandum.*

CAPVT III.

Quòd S. P. ELIAS, *Eliseus & Filij Prophetarum verè Monachi veteris Testamenti fuerint: & de eorum hæreditaria continua successione.*

83. HOrum igitur exempla imitantes, veri Religiosi esse dignoscuntur. Vnde S. Macharius ad Monachos: ELIAM, inquit, & *Eliseum*, & Filios Prophetarum, quos constat veteris testamenti Monachos fuisse, imitari curate.

84. A quibus prædicti Ordinis professores succedentes ortum habuerunt. Qui ideò FRATRES DE MONTE CARMELO diutissimè appellati sunt; quia ab ELIA in isto Monte plãtati, in sanctâ pœnitentiâ sanctis successibus continuati, religiosè consistentes, primum Monasterium ibi habuerunt. Hæc expressiùs in Prologo Constitutionum dicti Ordinis ab antiquo editarum. Et hoc testimoniũ validum est; Quia, vt habetur XIV. quæstione in capitulo *super prudent.* Monachi possunt testificari in causa sui Monasterij. Cuius ratio ibidem ponitur: Quia potissimùm illi testes sumendi sunt, qui eadem negotia tractauerunt: de quorum auditu & visu hæsitatio esse non debet.

Ordo Carmelitanus est ab ELIA *in Carmelo institutus & iugiter continuatus.*

85. Nihilominùs hoc idem per multos Romanos Pontifices testificatum est, qui in Regula ipsorum & Confirmatione sic scribũt: *Priori & Fratribus, qui in Monte* CARMELI, *iuxta fontem* ELIÆ *morantur, salutem & Apostolicam benedictionem.* O igitur Carmelitarum Religio! cuius fundamentum firmius esse non potest; quia *fundamentum eius in Montibus sanctis.*

86. Nec tamen filium ELIÆ se esse iactet, qui eius preuium exemplum imitari renuit. Legimus videlicet *Eccl.* 48. illos esse *beatos, qui in amicitia eius decorati sunt*, glorioso decore virtu-

a Carmelita debent imitari S. P. ELIAM.

virtutum. Meliùs proculdubio eſt cum ELIA dominicas audire blanditias, cum Dominus ait: *Quid hic agis* ELIA? quàm cum Iſraelitis obiurgari: quos per Propheticas voces Dominus arguit, eò quòd receſſerint à viis Domini. Quapropter modernos in charitate exhortor Carmelitas, vt ſuorum priſcorum Patrum exempla intueantur, & eorum ſint filij, virtutum imitatione. Non cappa, vt vulgariter dicitur, Monachum facit.

NOTÆ.

87. OStendetur ſpecialiter *par. 3. cap. 1.* Monachatum veri nominis fuiſſe in Veteri Teſtamento inter Filios Prophetarum, quorum continuata, non interrupta ſucceſſio ibi conſequenter texitur.

Nec tamen Filium ELIÆ *ſe eſſe iactet, qui eius præuium exemplum imitari renuit.* Deuotus hic Author in ſuis Opuſculis frequenter hortatur Carmelitas ad imitationem Patris & Fundatoris ſui ELIÆ, ſpecialiter quidem in Prologo *Speculi Hiſtorialis*, & in libro *de Patronatu B. Virginis* MARIÆ *cap. 1.* Vnde, pro vtilitate Lectoris, hæc pauca damus: *Oportet non quidem gloriari, quòd talem ac tantum Prophetam meruerit habere Auctorem, & Inſtitutorem tuæ Religionis; ſed magis imitari vitam illius, & ſcrutari, ac intelligere dogmata eius, & inſtituta Religionis tuæ operibus adimplere.* Potiſſimùm verò notandum & practicandum ibi ſuadet hoc: *Verbum illud ſanctiſſimi* PATRIS *tui, factorum ſuorum expreſſiuum, omni horâ reuolue:* VIVIT DOMINVS, IN CVIVS CONSPECTV STO HODIE: *ad cuius memoriam toties mentem tuam reducas, quoties ſenſeris diſtractam, negligentem, aut viliter occupatam. Ita faciendo in vera cordis cuſtodia, in ſtabilitate interna, & in omni virtute quotidie proficies.* Ita Boſtius ibi.

Specialiter in exercitio Diuinæ præſentiæ,

quo maximè in virtute quis proficit.



PARTI-

Digitized by Google

PARTICVLA SECVNDA

DE PRIMARIO ORDINIS HVIVS TITVLO FRATRVM B. VIRGINIS DEI GENITRICIS MARIÆ DE MONTE CARMELO:

DEQVE CONGRVENTIIS ET CONFIRMATIONE EIVSDEM:

AC DE CAPELLA, SEV ECCLESIA IN CARMELO DEIPARÆ FABRICATA.

CAPVT I.

De diuersis titulis huius Ordinis: Quòdq; Carmelitæ in primordio Ecclesiæ fuerint Apostolorum co-adiutores.

88. PRædictus Ordo diuersis titulis inuenitur ascriptus. Nec vero Catholico videatur absurdũ, si, eâdẽ Religione saluâ, Professores eius, diuersis ex causis, possint in temporibus discretis variis designari titulis. Constat enim, eamdem esse Religionem Christianam in nobis, quæ fuit in Christi Apostolis & eius discipulis. Et attestante Lucâ, *Actorum vndecimo*, cum Christianitatis professores priùs vocarẽtur discipuli, postmodùm tamen Antiochiæ primò cognominati erant Christiani. Sic Professores huius Religionis in veteri lege dicebantur Prophetæ & Filij Prophetarum; quia

Christianitatis professores primùm Discipuli, *deinde* Christiani *dicti sunt.*

Digitized by Google

Discipuli eorum, & sub regimine ac disciplina eorum quasi Patrum, constituti. Sed in noua Lege primò dicti erant Religiosi, Actor. 2. *Erant in Ierusalem viri Religiosi*, qui postquàm cognouerunt esse impletum, quod ELIÆ fuit in Nubecula ostensum, Virginem MARIAM, quam diu sedulis precibus expectauerant, in Patronam eligentes, specialissimè seruierunt.

Sic etiam varia sortiti sunt nomina huius Ordinis alumni:

89. Exinde fuerunt Fratres B. MARIÆ ideò cognominati, quia in primitiis Virginitatis spontaneæ fuerunt ei conformes. Sicut enim ipsa prima fœminarũ fuit, quę vouit Deo perpetuam Virginitatem, sicut Beda, *in oratione super missus est*, testatur: ita prisci professores dicti Ordinis fuerunt primi virorum, qui Virginitatem perpetuam Deo obtulerunt: propter quam primiceriam spontaneæ Virginitatis similitudinem repertam inter eos, & Dei Genitricem, professores huius Ordinis iam tempore Apostolorum Virginem MARIAM appellabant Sororem suam, & seipsos *Fratres beatæ* MARIÆ cognominabant. Hæc Ioannes Patriarcha Hierosolymitanus, vbi suprà. Verumtamen ab aliis, successores Prophetarum, & Prophetici Ordinis, dicebantur, donec Capellam in honorem Beatæ Virginis MARIÆ construxerant.

qui in primordiis Ecclesiæ Apostolorum fuerunt coadiutores.

90. Nec prætermittendum est, quòd Apostolorum coadiutores in fide Christi prædicanda extiterunt. Vnde Eusebius Cæsariensis Episcopus *Lib. 2. Eccles. hist. cap. 3.* dicit. *Erant in ipsa*, scilicet Antiochia, *prophetici Ordinis viri quamplurimi, cum quibus Paulus & Barnabas omni in gratia Dei pariter degentes.* Ibi primùm discipuli, velut è perenni fonte sumpto vocabulo, vocati sunt Christiani. Et Iosephus Antiochenus *lib. de perfecta militia primitiuæ Ecclesiæ cap. 12.* dicit: *Perfectorum militum Christi*, Apostolorum *coadiutores surrexerunt strenuissimi viri solitarij, contemplationiq; dediti, sanctorum Prophetarum* ELIÆ *& Elisei imitatores; qui de Monte Carmelo descendentes, per Galilæam, & Samariam, & Palæstinam fidem Christi constantissimè sparserunt, quiq; in Virginis* MARIÆ *honorem in Montis Carmeli decliuio fabricantes Oratorium Saluatoris Matri specialissimè seruierunt.*

NOTÆ

Digitized by Google

NOTÆ.

DE titulis seu nominibus variis huius Ordinis latiùs pertractat hic idem author in Appendice huius Opusculi. Alia huius capitis illustrata videri possunt *parte* 3. *cap.* 13. *&* 14.

CAPVT II.

De Capella, seu Oratorio temporibus Apostolorum à Carmelicolis ad honorem SS. Virginis Deiparæ constructo in Monte Carmelo.

91. QVo quidem Oratorio completo anno ab Incarnatione Filij Dei 83. singulis diebus in septem horis canonicis, ad effundendum dictæ Virgini & eius Filio preces ac supplicationes & Laudes, ex tunc semper conuenerunt. Et consequenter cæteri ab eorum Religione extranei eos FRATRES BEATÆ MARIÆ DE MONTE CARMELI vocauerunt. Hæc Ioannes Hierosol. Patriarcha vt suprà.

Eremitæ mœtus Carmeli in primæua Ecclesia quotidie cõuenientes in horis Canonicis peculiariter SS. Virginẽ Deiparam colebant.

92. Et eximius Doctor Thomas Waldensis *lib.* 3. *de sacramentalibus contra VViclef hæreticum titulo* 9. *cap* 89. Idem similiter affirmans exprimit illud Oratorium sub nomine Capellæ.

93. Similiter Dominus Armachanus in quodam sermone coram Venerabili cœtu Cardinalium in festo Conceptionis Gloriosæ Virginis MARIÆ habito anno Domini 1342. inter alia sic dicit: *An non meritò dicimus illi* AVE, *quæ sic erat illustrata virtutibus in sua Origine? Vtique hanc illustrationem in suo ortu hic sanctus, & peculiaris, & antiquus* ORDO SVVS *Carmelitarum per candorem sui habitus prætendit.* Et post pauca sequitur; *vt dicunt historiæ fide dignæ; à tempore* ELIÆ *& Elisei, qui sæpiùs morabantur in monte Carmeli, iuxta ciuitatem Dominæ nostræ ad tria miliaria, solebant homines deuoti secretiùs habitare, vsque ad tempora Saluatoris: Et tunc illi Eremitæ, prædicantibus Apostolis, inter cæteros sunt conuersi: & in latere ipsius montis primò*

Ecclesiam, seu Oratorium in honorem beatæ MARIÆ *Virginis construxerunt. Et ob hoc nimirùm Dominæ nostræ primitùs sunt asscripti, vt dicerentur* FRATRES BEATÆ MARIÆ VIRGINIS DE MONTE CARMELO. Hæc ille.

NOTÆ.

DE Capella, seu Oratorio istò in præcedentibus quædam sunt tacta; plura autem dicentur *parte* 3. *cap.* 13. Vbi ostendemus, duplex fuisse constructum Oratorium in Carmelo, primum quidem, circa annum Christi 38. Secundum verò anno 83. quo prius istud fuit translatum, seu renouatum, siue aliud ædificatum.

CAPVT III.

De congruentiis, seu rationibus istius Tituli.

Rationes tres cur ordo hic intituletur B. Virginis MARIÆ *de monte Carmelo.*

94. QVibus ex dictis habentur tres rationes huius Tituli dicto Ordini adscripti. Prima ratio est, quia, vt habetur in prima particula, sanctus Propheta ELIAS ipsum Ordinem ob honorem Virginis MARIÆ, ei in nubecula ostensæ, instituit.

95. Secunda ratio est, propter conformitatem primitiarum spontaneæ Virginitatis inter huius Ordinis fundatorem & Dei Genitricem: quæ conformitas olim prophetata, postea fuit impleta. Vnde Ioãnes Patriarcha Ieroſol. vbi suprà,[a] *Beata Dei Genitrix præputium impudicitiæ sciuit exemplo* ELIÆ *à se pœnitùs circumcidere; dum quasi vestigium hominis istius elegit prima fœminarum propter Deum in perpetua Virginitate viuere.* Ideo ait sponsus Ecclesiæ, Cant. 5. *Caput tuum vt Carmelus.* Carmelus verò, cognoscens Circumcisionem interpretatur. Rectè igitur sponsus huic Virgini congratulans ait: *Caput tuum*, id est, mens tua, *vt Carmelus*, id est, verè cognoscens circumcisionem: quæ prima fœminarum per spontaneam Virginitatem circumcidisti omnem venereã voluptatem. Vnde Isidorus; *Fœminarum Virginum beata* MARIA *caput*

[a]

put est. Hæc ille *in primo libro de origine officiorum cap.17.*

96. Tertia ratio est, quia primò Capellam in honorem beatæ MARIÆ Virginis construxerunt: & ipsam in Patronã eligentes, eidem specialissimè seruierunt.

NOTÆ.

ALiam etiam istius tituli congruentiam vidimus in Ioannis de Bachone Opusculis; Regulam videlicet huius Ordinis conformem vitæ ipsius Virginis Deiparæ Ordinis Patronæ.

a *Beata Dei Genitrix præputium impudicitiæ scinit exemplo* ELIÆ &c. Locus hic, vt scopus, sic scopulus fuit multorum: offendit enim, quòd B. V. MARIAM innuat pro exemplo votæ virginitatis habuisse Prophetam ELIAM. Non offendit illum, qui temporis respicit prioritatem; nongentis enim, & ampliùs, annis Sanctissimam Virginem ELIAS virgo præcessit: offenderet, si naturæ ordinem & prioritatem author assereret. Vouit ELIAS; sed, vt voueret, monit MARIA. Sic constans Carmelitolarum est explicatio. Vnũ nunc adnoto (plures alibi daturus) Eximium Patrem Petrum Wasteliun. *Quòd Carmelitanus*, inquit, *Ordo S. ELIÆ hic exemplum dicit, idem re ipsâ est atque si dicat, Intuitu Virginitatis futuræ Deiparæ, institutum suum illud* ELIAM *inchoasse, significatæ per Nubeculam ascendentem in montem Carmelum; ipsam autem Virginem* MARIAM, *vti figuratam per eamdem Nubeculam, idem mysterium in seipsa adimpleuisse. Qui profectò honor, quòd eius intuitu institutus fuerit Propheticus ille Ordo, maior omnium iudicio est, quàm si pro virgineo voto seu primate eius vouendere fingas* IPSA *lumuxit* TEMPORA. Ita profundissimè doctus ille Pater lib.2. Vindic. Sect.5. art.4. §.5. Pende & expende, Lector, & alia alibi, eidem firmandæ rei, momenta exspecta.

Vidit & istud alius, in spiritu quamuis poëtico, è nostris Poëta, dum in Epigrammatibus *Marianis*, S.P. ELIAM nubeculam mysteriosam contemplantem, Virginem agnoscentem, & Ordinem suum ei dicantem, dicentemque inducit:

DIVA, *tuum veneror nubi sub imagine numen,*
Exemplumque *Tuæ virginitatis amo.*
Templa dico, vitamq; nouam Tibi consecro: Genetrix,
ELIANA *simul, &* MARIANA *mea, est.*

Sanè vidit *Marianum* exemplum ELIAS: & quod vidit nongentis annis post futurum, ita veneratus est & amauit, vt in longinquum anhela mittẽs suspiria, eius secutus tum sit EXEMPLVM, quam tanto præibat tempore; sicque suum ei dedicans Ordinem, ab illa MARIANVM à se fecit ELIANVM. Hæc per transennam modò pauca, quæ in sequentibus latius prosequemur.

CAPVT IV.

De eiusdem tituli confirmatione.

Romani Pontifices istum titulum confirmauerunt.

97. QVibus rationibus diligenter consideratis Romani Pontifices ipsum Titulũ & Ordinem tutissimè confirmauerunt; vt patet illorum Bullas intuentibus. Vnde Ioãnes XXII. in Bulla de translatione Conuentuum, eam prosequendo sic scribit. *Dum sacrum vestrum Ordinem præcelsæ Dei Genitricis* MARIÆ *vocabulo insignitum & sublimium vestrarum virtutum merita pensamus* &c. Hæc ille Pontificatus sui anno 7.

98. Item Calistus Papa tertius, in quadam Bulla Indulgentiarum pro Capitulo Generali Parisiis celebrato in festo Penthecostes anno 1456. recitans laudes Gloriosæ Virginis MARIÆ, & quomodo vt mater misericordiæ, & sedula oratrix pro salute fidelium ad Regem, quem genuit, intercedat, consequenter prosequendo intẽtionem suam dicit: *Dilectissimi filij vniuersi Ordinis ipsius Beatæ Virginis* MARIÆ *de monte Carmeli pro laudabili Reformatione in ciuitate Parisiensi Capitulum Generale celebrare intendant.* Hæc ille Pontificatus sui anno 2.

99. Cum ergo, quod Sedes Apostolica approbat, hodie teneatur acceptum, *distinctione 19. Si Romanorum.* Ideo non detrahendum sed congratulandum est his, qui florem pulchritudinis, & tantæ Virginis titulum optimè meruerunt. Quàm malum enim est, à Sedis Apostolicæ obediẽtia resilire, patet *Extr. de elect. & electi potestate cap. significasti.*

NOTÆ.

De isto titulo vide dicta nu. 66. & 71.

TItulum istum etiam spectaliter confirmatum fuisse tempore celebertimi istius Concilij Ephesini, communi fere omnium historicorum nostrorum calculo receptum esse, tradit Lezana in Annalibus ad annum Christi 430. Quod etiam refert Carthagena *in Homiliis lib. 17. homilia 1.*

Glorio-

Digitized by Google

Glorioſum hunc FRATRVM MARIÆ titulum, dum in Anglia inuiderent & oppugnarent æmuli, ipſa glorioſiſſima cœli Regina MARIA ſtupendo miraculo approbauit, dum nos Carmelitæ, Ceſtriæ in proceſſione ligneam eius imaginem ſalutantes dicendo AVE MARIA, ſuos eſſe FRATRES aſſeruit. *O miraculum!* (lib. Maria patrona referens Lezana) *lignea imago eos capite inclinato ſalutat, & digito extenſo ter dicit alta voce,* Ecce ſunt FRATRES MEI. *Et tertia vice:* Ecce ſunt FRATRES MEI; qui viderit vnum ex eis, viderit vnum ex FRATRIBVS MEIS. Magnum hoc beneficium conſiderans è noſtris Poëta *in Epigrammatibus marianis,* ad æmulos ſic cecinit:

Rumpere iam, liuos; Marianos *dicere* Fratres
Dum vemis, nos en ipſa MARIA *probat.*
Ecce mei Fratres, *inquit. Tu perge negare,*
Vt velit hæc FRATRES *dicere ſæpe ſuos.*

Sic ſemper nocet inuidia, vt attollat; ſemper ſuos offundit tenebras, vt ſplendidior ex illis lux coruſcet. Sed de glorioſi huius tituli, tum impugnatione in Anglia, tum multiplici defenſione ac Confirmatione per ipſam Cœli Reginam; tũ etiam per Summum Pontificem Vrbanum VI. fidelibus, Ordinem ipſiuſque alumnos ſic nuncupantibus, Indulgentias largientem: & per Vniuerſitatem Cantabrigienſem, ſolemni decreto motas circa eum controuerſias dirimentem, dicemus *parte* 3. *cap.* 33. Quodque paſſim Summi Pontifices in ſuis Bullis ſeu Litteris Apoſtolicis, eo titulo ordinem compellant, & inſignitum declarent, irrefragabile perhibet teſtimonium Bullarium Ordinis: prout latiùs dicemus *parte* 5. *cap.* 1.

PARTI-

PARTICVLA TERTIA

DE REGVLA,

CONFIRMATIONE ET HABITV ORDINIS,

AC DE EIVSDEM TRANSLATIONE

A TERRA SANCTA:

ATQVE MVLTIPLICATIONE

IN EVROPA.

CAPVT I.

De Regula Ordinis scripta anno Christi quadringentesimo duodecimo, graui persecutione Ordinis per Cosdroem & Humar, ac mutatione pallij albi in Barratum.

100 FVit de Religione prædicta vir miræ sanctitatis nomine Ioannes, superiùs sæpè nominatus, tempore Archadij Imperatoris, Ierosolymitanus Patriarcha, & Episcopus XL iv. post Sanctum Iacobum: de quo habetur Lib. XI. histor. Eccles. *In Ierosolymis post Cyrillum Ioannes Apostolicas reparauit Sedes.*

Tempore Arcadij & Honorij Imperatorum scriptus fuit Liber qui vt Regula in hoc Ordine receptus & diu obseruatus fuit.

101. Hic videns, quòd propter ministerium susceptæ officij suis cum sodalibus Religiosis manere non posset, Fratrem Caprasium eis Patrem constituens, librum illis scripsit (superiùs allegatum) anno Domini quadringentesimo duodecimo, tempore Innocentij Papæ primi: in quo Libro primariam

riam suę Religionis institutionem & Fundatoris dignitatem, & gesta sancta comprehendit, vt successores illorum Patrũ in libro illo, tanquam in nitido speculo, institutionem suam intuentes eam propensiùs obseruare conarentur: secundùm quam vsque ad tempora Heraclij Imperatoris, ad exemplũ Fundatoris, & priscorum Patrum dictæ Religionis, pacificè in Terra Sancta sunt conuersati.

102. Circa annum verò Domini sexcentesimum decimum septimum sacrilegus Cosdroes Rex Persarum Ierosolymam aduenies totam Terram sanctam deuastabat: de quo cum Heraclius victoriam obtinuisset, & post reparationem Terræ Sanctæ cum triumpho ad propria remeasset, mox quidam Rex Arabiæ, nomine Humar, discipulus perfidi Mahometi, atque regni eius successor tertius, cum ingẽti multitudine Saracenorum contra Terram Sanctam venies, eam obtinuit, sanctamque Ciuitatem Ierusalem anno Domini sexcentesimo trigesimo nono cepit.

Terra Sancta deuastatur à Cosdroe Rege Persarum.

deinde Homar.

103. Et vt refert Cyrillus ad Fratrem Eusebium, tempore illo, inter alia, quæ à Saracenis passi sunt, quia eorum satrapæ vestibus albis induti fuerunt, dictis Religiosis interdixerunt, ne de cætero pallio albo vterentur: quapropter, coacti dimittere Pallia Alba, ex tunc pallia barrata, quæ carpitas vocabant, vnanimiter assumpserunt, & successores eorum per longissimam temporis successionem portauerunt. Vnde Constitutione Capituli Generalis prædicti Ordinis in Londoniis celebrati anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo primo, sic inuenitur: *Frater professus habeat vnam Carpitam, quæ est nostræ Religionis signum, non de petiis consutam, sed contextam, & habeat septem radios tantùm, vt simus vniformes.* Quo moraliter significabatur circumamictos nos esse debere virtutum & septiformis gratiæ varietate.

Qui cogit deponere cappas albas & assumere barratas.

104. Processu verò temporis, quia signum hoc in partibus Galliarum & Italiæ minùs religiosum hominibus videbatur; ideò authoritate Nicolai Papæ quarti in Capitulo Generali in Monte Pessulano anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo septimo celebrato, Cappam Albam in signum suæ Religionis assumpserunt.

Pro quibus successu temporis iterum resumpta sunt alba.

105. Ipse etenim Nicolaus Papa quartus concessit, & ordinauit,

Digitized by Google

dinauit, vt pallia Barrata deponentes, pallium Album, quod ad imitationem Fundatoris, & priscorum Patrum huius Religionis olim portauerant, vnanimiter assumerent: vt patet in Registro primi anni pontificatus sui. Cui pallio caputium addiderunt, & Cappam vocauerunt vsque in presentem diē. Quorum palliorū Barratorum depositionem, & Capparum albarum assumptionem confirmauit eius successor Bonifacius Papa octauus, Pontificatus sui anno primo.

NOTÆ.

ISta de Ioanno Patriarcha Hierosolymitano, & libro per modum Regulæ ab eo scripto desumpsit Bostius, ex S. Cyrilli Opusculo hic suprà *cap. 1.* vbi adnotauimus Ordinis huius fuisse Regulam triplicicē, seu potiùs vnam sub variis circumstantiis.

De pontificationibus Cosdroæ & Homar ac mutatione capparum albarum in barratas longè ante Bostium scripsit idē S. Cyrillus dicto libro *cap. 2. & 3.* quæ elucidabuntur *parte 3. cap. 26.* & sequentibus. Depositio autem capparum Barratarum, & receptio albarum viuæ vocis oraculo ab Honorio Quarto, de consilio Cardinalium, permissa erat fieri, vt testes sunt litteræ D. Geruasij Cardinalis tituli S. Martini in Montibus ad Priorem Generalem, cæterosque Patres Capituli Generalis congregandi, quod celebratū fuit in Conuentu Montis-pessulani anno 1287. festo S. Mariæ Magdalenæ factumque postea per specialem Bullam probauit Bonifacius Octauus. Quòd Nicolaus IV. id fieri concesserit (magis credimus iam factum approbasse) indicat Lezana *in Annalibus ad annum Christi* 1295. *nu. 3.*

CAP. II.

De recuperatione Terræ Sanctæ per Godefridum de Bulyon, & refloreſcentia, ac reſtauratione Ordinis per Aymericum Patriarcham Antiochenum: deq; compendioſiori Regula per S. Albertum Patriarcham Ieroſolymitanum data, atque iure ordinario ab eodem confirmata.

106. ANno verò [a] Domini milleſimo nonageſimo nono Terrâ Sanctâ per Godefridum Ducem Lotharingiæ

gia, & exercitum cruce signatorum restituta Christicolis, multi percipientes dictorum Religiosorum Montem Carmeli inhabitantium, constantiam & deuotionem, relictis mundi oblectamentis, affectabant eorum consortio aggregari *i.* *Carmelitana Religio restauratur.*

107. Vnde Iacobus de Vitriaco: *Sancti viri*, inquit, *& solitarij seculo renuntiantes, varijs desiderijs tracti, & feruore Religionis accensi, relictis turbis, & vrbibus, elegerunt sibi loca eremitica ad imitationem sancti Prophetæ* ELIÆ *in monte Carmeli iuxta fontem, qui fons* ELIÆ *dicitur, vitam solitariam ducebant in alueariis modicarum cellularum tamquam apes Domini dulcedinem spiritualem mellificantes.* Hæc ille Lib. primo Historiæ Orientalis, quæ incipit: *Terra Sancta promissionis Deo amabilis: cap 52.*

108. Et Aymericus Patriarcha Antiochenus, qui ad huc Terræ Sanctæ venerat, eorum sanctitatis gratia eos specialiter in Domino nutriuit; &, cum esset Apostolicæ Sedis Legatus, statuit vt deinceps, qui diceretur Prior, eis ita præesset, vt quilibet aliorum ei obedientiam deuoueret. Quamuis enim ante Patrem habuerant, cui obediebant, quem hebraico sermone *Abba* vocabant, minime tamen voto astricti fuerant. Elegerunt ergo vnanimiter Fratrem Bertholdum in Priorem, sub cuius cura & regimine erant multis annis secundum Institutionem Patrum, per Ioannem Patriarcham eis traditam. *Per Aymericum Patriarcham Antiochenum,*

109. Deinde successit ei Frater Brocardus: quo eis præsidente, Venerabilis Albertus, tunc Patriarcha Ierosolymitanus, & Sedis Apostolicæ Legatus, omnes in vnum congregauit: & quædam salubria, maximè quæ sunt de substantia voti, & aliquas obseruationes, ex prædicta institutione Ioannis sui prædecessoris interserens, quas in speciali magis determinauit, scripsit eis certam Regulam ante Concilium Lateranense, in quo Institutio Religionum fuit Sedi Apostolicæ reseruata, vt patet. *Extr. de Relig. domibus cap. Ne nimia.* *& Alberti.*

110. Quòd autem huius Religionis Institutio dictum Concilium præcesserit patet 6. Decretalium *rubr. de Religiosis domibus cap. Religionum diuersitatem.* Et etiam patet ipsius Regulæ prima confirmatio iure communi, siue ordinariæ institutionis. Et ex tunc coeperunt dicti Religiosi, tam ante mu-

nificentia virorum nobilium, diuersa construere Monasteria, secundùm formam in Regula descriptam: vt posteà dicetur.

NOTÆ.

a. COnsentit ad eumdem annum Baronius, & in nostris Annal. Lezana noster, qui & *ibidem num.* 16. munificæ eiusdem Godefridi in Carmelicolas, sic ex Mantuano nostro *in sua contra detractores Apologia*, meminit pietatis: *Habeo apud me decretum* Godefridi, *qui captâ Hierosolymâ de Syria triumphauit, super quadam pietate, quam omni Sabbato inhebat exhiberi fratribus nostris, qui tunc incolebant montana Iudææ, per quæ transiit* MARIA, *cum ad salutandum Elizabeth se conferret.* Meminit etiam Guilielmus Tyrius *de bello Sacro lib.* 9. *cap.* 9. Dictum Godefridum Carmelum Montem ascendisse, nostrumque ibi monasterium visitasse, ex Coria notat idem Lezana ad ann. 1100. num. 2.

b. Ita quoque Iacobus de Vitriaco *in historia Ierosolymit. cap.* 51. Inter illos verò, qui se *eorum* tum *consortio aggregarunt*, S. Bertholdus de Malephayda, voti in obsidione Antiochena reus, vnus fuit, vt notat idem Bostius *lib.* 6. *suæ historiæ cap.* 9. Votum sic refert Lezana ad an. 1099. num. 9. *In hac tribulatione S. Bertholdus de Malephayda magno mœrore confectus, promisit se Deo & B.* MARIÆ *Virgini iugiter in Monte Carmeli seruiturum, si Dominus respiceret plebem suam.* Prosequitur tum cœlestem apparitionem Bertholdo factam, quam ibi videre poterit curiosus. Hanc tum Ordinis multiplicationem considerans pius & eruditus Abbas Trithemius, *lib. de laud. Carmel. cap.* 8. sic scribit. *Numerus fratrum de Monte Carmelo valde multiplicatus est, in tantum, vt præ multitudine Montes implerent & vrbes. O si tunc Ordinis Carmelitici decorem in sua maiestate vidisses? numquam fuisse similem alium exclamares. Erat videre delectabile, fratres innumerabiles, circa Montem Carmelum habitantes in cellulis & cauernis petrarum &c.*

De Aymerico, S. Alberto & Regula ab eo tradita accuratè satis actum est suprà in libro S. Cyrilli cap. 4. & 5. in notis.

CAPVT III.

De Confirmatione Regulæ, & Ordinis per summos Pontifices.

1. SImiliter inter speciali multi summi Pontifices prædictam Regulam, & Ordinem approbantes tutissimè firmauc-

firmauerunt. Quod etiam notatur *in speculo Historiali Lib. 31. cap. 123.*

Carmelitarum Regula & Ordo multipliciter cõfirmatur.

112. Primò per Honorium Papam tertium, vt ibidem habetur. Sed *a* notandum hoc fuisse factum sanctissimæ Dei Genitricis MARIÆ monitione. Tempore enim istius Honorij, felicis recordationis, anno decimo octauo Pontificatus sui, vindicta Dei contra æmulos dicti Ordinis ita sæuit, vt repentino interitu vnâ nocte interierint: frustrà enim laborabant, qui Ordinis confirmationem, consilio Dei ab ELIA instituti, & à Christo in Transfiguratione confirmati, impedire nitebantur. Sic Religionem Christianam destruere volentibus dixit Gamaliel: *si ex hominibus est consilium hoc aut opus, dissoluetur: si verò ex Deo est, non poteritis dissoluere: ne fortè & Deo repugnare videamini. Actor. 5.* Patet ergo, quòd opus, consilio Dei factum, homines dissoluere non poterunt.

& quidem ab Honorio III. jubente SS. Deipara.

113. Solemnis itaque Commemorationis Festiuitas, quę in dicto Ordine 16. mensis Iulij celebratur, edocet tam præcellẽtis Aduocatæ laudes ampliare deuotas, quæ suum Ordinem ab illorum persecutione liberauit, vt expressiùs patet in Legenda prædictę Commemorationis, quæ incipit, *Inuiolabilis antiquitatis authoritas.*

114. Secundò fuit confirmata à Gregorio nono. Tertiò Innocentius IV. prædictam Regulam declarauit, mitigauit, & confirmauit. Similiter Alexander Papa quartus & alij successores, sub beati Petri & sua protectione ipsum Ordinem, cum bonis, & personis suis, suscipientes, diuersis priuilegiis & prærogatiuis munierunt.

115. Denique Ioannes Papa XXII. formando intentionem suam ex præmissis approbationibus, & tangendo illud sexti Decretalium § *Cæterum*, dixit: *nos autem ad dictum Ordinem, quem in statu suo firmo & solido & stabili decernimus, & valumus permanere: considerationis initium dirigentes, ad ea libenter intendimus, per quæ professores iam dicti nullum internę pacis patiantur excidium &c.*

116. Et volens idem Romanus Pontifex, vt de cætero feruentiùs, & plus solitò verbum Dei per mundum seminarent, eos parificauit Prædicatoribus & Minoribus in omnibus gratiis, & Clementinis, eisdem concessis. Quod per om-

nes ſucceſſores ſuos Romanos Pontifices confirmatum, gratum, & acceptum eſſe dignoſcitur.

117. Ex præmiſſis patet Confirmatio ſacri Ordinis Beatiſſimæ Dei Genitricis MARIÆ de Monte Carmelo. A quo Monte propter paganorum inſultus compulſi ſunt anno Domini milleſimo ducenteſimo trigeſimo octauo per varias mundi regiones diſpergi, vt expreſsè habetur in hiſtoriali ſpeculo priùs allegato.

NOTÆ.

118. DE antiqua & multiplici Ordinis Confirmatione ſpecialiter agemus *parte* 8. *cap.* 9.

a *Notandum hoc* (Confirmationem Ordinis noſtri & Regulæ) *fuiſſe factum SS. Dei Genitricis* MARIÆ *monitione.* Hiſtoriam referunt Scriptores noſtri priſci, & neoterici ac plures cæteri, citati in Annalibus Ordinis ad annum Chriſti 1226. Vnius nobis hic ſufficiente verba Ioannis Paleonydori in ſua Hiſtoria Carmelitana, lib. 3. cap. 5. vbi ſic rem deſcribit: *Fratres Honorium Tertium cum Cardinalibus ſuppliciter orant, vt antiquam Prophetican Religionem, Ordinem, Albertique Regulam ſuæ iam confirmationis munimine roboraret. Diſtulit autem Matris Dei milites exaudire Vicarij Chriſti Curia. Quapropter ſacratiſsima Dei Mater* MARIA *tenebris noctis interruptis, ætherea cum lumine adueniens, Summum Pontificem admonuit, ad petentium vota animum flectere. Nec eſſe* (inquit) *aduerſandum in his dum iubet, nec diſſimulandum, dum præmonet. Nonnunquam eidem duos de Curialibus ſuis, dictæ Religionis æmulos, Deo vltore eſſe plexos, diſpari exitu, ſed diſceſſu pari.* Bzouius in Annalibus, & Gonopus in Chronico Mariano caſum commemorant ad annum Chriſti 1217. Lezana autem ad dictum annum 1226. Vbi etiam habet Bullam Honorij Tertij Regulæ confirmatiuam.

Quæ æmulos Ordinis è medio ſuſtulit.

CAPVT IV.

De multiplicatione Ordinis in Terra Sancta, & recenſet præpotentium aliquot Monaſteriorum ibidem.

119. REligioſi Carmelitæ, ſicut in Terra Sancta exordium Religionis ſuæ ſumpſerunt, ita in illa patria diu dum habitare

Digitized by Google

habitare consueuerunt. Et Diuus Albertus Patriarchà, in Monte Carmelo prope fontem ELIÆ monasterium eis ædificauit, secundùm formam figuræ in Regula descriptæ, in situ isto, vbi ELIAS orando Nubeculam viderat, & SEMNION cõstruxerat: & eius successores capellam beatæ MARIÆ habuerant. Propter quod ex tũc, iuuãte munificentiâ virorum nobilium, & largitate hominum fidelium, cœperunt dicti Religiosi in diuersis eremis, & vrbibus Syriæ Monasteria suæ Religionis similiter construere, apta & commoda ad vitam solitariam seruandam, secundùm memoratam Regulam.

Ordinis huius monasteria in Terra Sancta designãtur.

120. Horum autem Monasteriorum nunc quædam exprimamus. Quippe in Prouincia Syriæ, quæ appellatur Phœnix, à Monte Carmelo procedendo versùs partem Aquilonarem ad quatuor milliaria, est Acon ciuitas magna super mare sita, quæ alio nomine in sacra Scriptura vocatur Ptholemaida, in qua dicti Religiosi ædificauerunt Monasterium sui Ordinis.

121. Procedendo verò à Ptholemaida vlterius ad quatuor leucas, est Tyrus, ciuitas munitissima, in corde maris sita: cuius exterior planities rigatur riuis procedentibus ex puteo aquarum viuentium, cuius meminit Salomon in Canticis Canticorum: qui nimirum per leucam distat à Ciuitate Tyro: vbi habuerunt dicti Fratres Monasterium sui Ordinis.

122. Porrò de Tyro procedendo vsque ad quinque leucas, est Sarepta Sydoniorum, supra mare sita, ciuitas quoque glorioſa; nunc verò habens octo domos: ante cuius portam Australem Fratres huius Religionis olim ædificauerunt Capellam quamdam, ad honorem Virginis MARIÆ, quæ adhuc extat, in eodem loco in quo ELIAS obuiauit mulieri Viduę, apud quam in Sarepta mansit & cuius filium Ionam à mortuis suscitauit.

123. Vlteriùs autem ad viginti sex leucas est Tripolis, ciuitas nobilis, in qua prædicti Fratres similiter habuerunt suæ Religionis Monasterium. Sed de Tripoli procedẽdo vlteriùs, quasi ad tres leucas, occurrit mons Libani: & ibi in solitudine, prope fontem hortorum, habuerunt dicti Fratres

tres Monasterium appellatum *Belli Loci*, propter pulchritudinem loci.

125. In Prouincia autem Syriæ, quæ Palęstina nominatur, habuerunt dicti Fratres antiquitùs pæne omnes mansiones suæ Religionis: sed propter crebras dissipationes huius Prouinciæ, Samaria, Bethel, Galgala, Ierico, vbi olim habitauerant, fuerunt penitùs euersæ.

126. Verumtamen iuuantibus deuotis peregrinis Christianis, sepulchrum Domini visitantibus, habuerunt in ciuitate sancta Ierusalem, iuxta portam Auream, Monasterium sui Ordinis: quæ à Monte Carmelo distat per triginta duas leucas, versùs Austrum.

127. In eadem quoque Prouincia, in Regione Samariæ, inter Galgala & Ierico, est desertum Quarantenæ, distans à Monte Carmelo per viginti leucas versùs Notum, vbi dicti Religiosi ædificauerunt, prope fontem *Elisei*, suæ Religionis Monasterium, quod fuit appellatum, *Domus in Eremo Quarantenæ* In eadem autem Prouincia in Regione Galilææ ad duodecim leucas de Monte Carmelo, contra Orientem, est Eremus illa, in qua Christus frequenter prædicauit: vbi & dicti Religiosi habuerunt suæ Religionis Monasterium.

128. Hæc omnia & alia Monasteria, sumpserunt Institutionem & Regulam à Monasterio Montis Carmeli & fuerunt subiecta dicto Monasterio, & eius Priori. Hæc omnia ex chronicis Fratris Gulielmi de Sanuico.

129. De quorum multiplicatione Philippus Abbas Ieropolitanus dicit super illud Ioan. 1. *Miserunt ab Ierosolymis Sacerdotes & Leuitas. O Carmelitarum Religio! quàm magnificata es in domo Domini! Numquid olim à modico & tenui fonte Prophetæ Dei* ELIÆ *principium habuisti? Et ecce nunc in magnum fluuium creuisti. Tu olim plantata in Eremo, nunc facta es ciuitas magna in populo. Tu autem habes Fundatorem in paradiso adhuc viuentem: & gloriosam Virginem* MARIAM, *Reginam cœli, Dominam mũdi, & Imperatricem Infernorum, in Patronam singularem.* Et post pauca subdit: *sicut de te olim processerunt Patriarchæ & Prophetæ, sic nunc procedunt à te Sacerdotes Leuitæ.* Hæc ille.

NOTÆ

Digitized by Google

NOTÆ.

IN Terra Sancta olim potissimùm floruit hic Ordo: & quidem in ea fetè sola, tempore Legis Veteris: in Noua autem ad alia loca varia dilatatus fuit, vt dicenda *parte* 3. declarabunt. Post recuperatam autem Ierosolymam per Godefridum de Bulyon, Religio hæc, persecutionibus diuturnis grauiter afflicta, & oppressa, quantoperè refloruerit, tradunt passim nostri historici & Annales.

Præter istos à Bostio recensitos Conuentus in Terra Sancta erant ibi alij plures: habuit enim ibi Ordo Conuentus septuaginta septem: quorum omnium fecit iacturam, sub annum Christi 1290. prout videre licebit hîc inferiùs *parte* 3 *cap.* 32.

Nequaquam omittenda hic sunt, quæ doctissimus Commentator Iacobus Tirinus ad tertij Regum cap. 17. adscripsit, quibus Bostio de locis à Carmelitis in Terra Sancta inhabitatis subscribens, ait: *Non vna erat & certa Sedes* ELIÆ, *sed pro varia discipulorum suorum necessitate vel solatio, nunc in Galgalis, nunc in Bethel, nunc in Iericho (vt colligitur ex* 4. *Reg.* 2.) *nunc aliis locis degebat: sed omnium frequẽtissimè in Monte Carmelo.* Subdit paulò post: *Et videtur hæc in Carmelo Prophetarum colonia, ob frequentiorem istic* ELIÆ *atque* Eliſei *frequentiam, & præclariora ibi patrata miracula, inter reliqua eorumdem cœnobia principem locum tenuisse: vnde & nomen illis adnatum* CARMELITARVM.

CAPVT V.

De Ordinis extirpatione è Terra Sancta, eiusdemq; transplantatione ac multiplicatione in Europa.

131. SEd, proh dolor! infidelibus postmodum in Terra Sãcta contra Christianos insultantibus, facta est desolatio magna in populo. Et quibusdam prædictorum Religiosorum Monasteriis destructis, Innocentius Papa quartus, non parùm eis compatiens, omnibus Christi fidelibus per Apostolica mandata scripsit, ad quos peruenire eos contingeret, quatenùs de opportunis locis, in quibus possent securè Domino famulari, eis prouiderent: sicut in Registro secundi anni sui Pontificatus expressiùs habetur. *Ordo destruitur in Terra Sancta.*

132. Quidam tamen Ecclesiarum Rectores contra eos insultantes, diuina celebrare eis non permiserunt, alij ne *In Europa multiplicatur.*

Digitized by Google

cœmiterium haberent, prohibuerunt. Et cum multi eis molesti essent, Virgo MARIA, eorum singularis Patrona, Priori ipsorum reuelauit, vt ad summum Pontificem Innocentium intrepidè accederent. Quo facto molestationes huiusmodi, per censuram Ecclesiasticam, appellatione post-positâ, compescuit: sicut diffusè habetur in Registro noni anni Pontificatus sui.

133. Et quia eorum plantatio erat dexteræ Excelsi, ideò, diuina prouidente clementiâ, quanto plùs in Terra Sancta decrescebant, tantò plus in aliis mundi Regionibus multiplicabãtur. Nouissimè tamẽ sancti Ludouici deuotione in partibus Occidentalibus manere cœperunt.

134. Quibus sic multiplicatis prædicta Monasteria in Terra Sancta funditùs fuerunt euersa. Monasterium autem Montis Carmeli nouissimè post aliorum dirutionem anno Domini millesimo ducẽtesimo nonagesimo primo igne crematum est, Fratribus in eo inuentis gladiis trucidatis.

NOTÆ.

LAmentabilem historiam desolationis Terræ Sanctæ, & euersionis omnium Monasteriorum huius Ordinis, nec non translationis eiusdem in Europam, posteritati commendauit illorum temporum Scriptor accuratus, multorumque testis oculatus, Gulielmus de Samuco (alij scribunt de Sanuico) & post eum alij nostri historici: nosque post illos, & de illis compẽdiariam relationem dabimus hic *parte 3. cap. 31. & sequent.*

EPILOGVS.

135. ET hæc de Institutione, Intitulatione & Confirmatione dicti Ordinis, cum suis annexis, sufficiant; de quibus similiter Vniuersitas Cantabrigiæ tradit testimonium validum: in cuius Registro, sub Ioanne de Donewico, eiusdem Vniuersitatis Cancellario, habetur sic: *Ordinem Beatæ* MARIÆ *de Monte Carmelo in iure communi, & speciali confirmatum, & titulo Beatæ* MARIÆ *Dei Genitricis fore specialiter insignitum, ac Fratres dicti Ordinis, prout sufficienter apparuit, per præmissa,*

missa, exhibita, producta & allegata, ELIÆ *& Eliſei Sanctorum Prophetarum fore imitatores & ſucceſſores, reputamus, decidimus, & decidendo declaramus. Datum Cantabrigiæ 23. die menſis Februarij anno Domini milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo quarto.*

NOTÆ.

EX illo ſolemni Vniuerſitatis Cantabrigienſis decreto plura mox adducemus *parte 2. cap. 2.* Hoc autem celebre decretum debita æſtimatione attollit, & æmulis, maximè cuidam Cõmentatori, opponit, eximius Pater Waſtelius *lib. 3. vindic. ſect. 3. art. 4. §. 5.* quem quoad Carmelitanam hiſtoriam lectum velim ab omnibus & intellectum.

APPENDIX.

De varijs nominibus, quibus Eliani Inſtituti ſectatores appellati fuerunt: Deq; duratione Ordinis huius ad finem mundi, à S. P. ELIA *exorata, & à gloriosa Virgine Deipara promiſſa.*

136. IN veteri Lege profeſſores huius Religionis vocabãtur *Prophetæ*, id eſt pſallentes; quia per ELIAM Prophetam fuerũt ad illud officium inſtituti, vt prophetarent, id eſt Domino pſallerent: & vt ipſum non ſolùm corde & ore, ſed & muſicis etiam inſtrumentis laudarent. *Religioſi huius Ordinis in Lege veteri dicti Prophetæ,*

137. Et quia ELIAS quoſdam ex profeſſoribus, excellentes Prophetas, ſicut Eliſeum & Ionam ſecum aſſumpſit ad alios regendos, ideò ſecundò appellati fuerunt *Filij Prophetarum*, quia diſcipuli eorum, & ſub diſciplina regiminis eorum, quaſi Patrum ſuorum, conſtituti; de ELIA enim dicitur Eccleſiaſtici 48. *Facis Prophetas ſucceſſores poſt te.* *Filij Prophetarum,*

138. Et quia Montem Carmeli, exemplo ELIÆ & *Eliſei* Prophetarum frequentabant, & eorum ſucceſſores ibidem in ſancta pœnitentia degebant, ſicut dictum eſt; ideo Tertio appellati fuerunt *Carmelitæ.* *Carmelitæ,*

139. In noua verò Lege primò vocati erant *Religioſi*, vt diuino cultui totaliter mancipati. Et ideò beatus Lucas inter alios, in diuino cultu deuotos, ſub eòdem titulo eorum memoratus *Deinde nũcupati fuere Religioſi.*

moratus fuit, dicens, Actorum 2. *Erant in Ierusalem habitantes viri Religiosi.*

Monachi. 140. Consequenter, quia eorum conuersatio à seculari vita discrepabat, quam fugientes, extra vrbes soli in montibus & solitudinibus præcipuè stabant, se & mundum exemplo ELIÆ, lugentes, quartò etiam appellati sunt *Monachi*, quasi tristes & soli. Dicitur enim Monachus à Μόνος græcè, quod est vnus Latinè; & χάος græcè, quod est tristis Latinè.

Eremitæ. 141. Sed quia Monachorum alij sunt Cœnobitæ, alij Eremitæ, & professores huius Ordinis olim in eremis maximè degebant: propterea appellati etiam fuerunt *eremitæ*, quasi à conspectu hominum remoti.

Anachoretæ. 142. Septimò vocati erant *Anachoretæ*, quasi angentes corda ieiunijs & afflictionibus, & sursum corda ad Deum leuantes. Vnde in Collationibus Patrum *Anachoretæ*, id est secessores, meritò nuncupabantur; eo quòd nequaquam hac contenti victoriâ, quâ inter homines occultas dæmonum insidias calcauerunt, aperto & manifesto conflictu dæmonibus congredi cupientes, vastos Eremi recessus penetrare non timuerunt ad imitationem S. Ioannis Baptistæ, qui in Eremo totâ ætate permansit; ELIÆ quoque & *Elisei*, atque eorum, de quibus Apostolus ita commemorat: *Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, angustiati, afflicti, egentes: quibus non erat dignus mundus.* Hoc idem *cap. 7. Collationis Abbatis Pyamonis*, & incipit, *Cum perueniissemus* &c. Sed quidam prædictorum titulorum sunt cõmunes aliis, qui propter prædictas causas vocantur *Religiosi*, & *Monachi*, & *Eremitæ.*

143. Sed quia his diebus professores huius Ordinis magis inhabitant villas, & ciuitates, quàm deserta; ideo ex dissimilitudine quasi euenit, quòd nunc raro appellantur *Anachoretæ* & *Eremitæ*, sed suum specialem titulum retinentes, locum vbi, & Patronam ob quam originem sumpserũt, exprimentes, vocãtur, *Fratres Ordinis Beatissimæ Dei Genitricis* MARIÆ *de Monte Carmelo.* Igitur ratione primariæ institutionis, quia ob honorem Dei Genitricis MARIÆ ELIÆ per Deum in Nubecula præostensæ, inueniũtur instituti, meritò simili præfulgent titulo.

Fratres Ordinis B. V. MARIÆ de Monte Carmelo.

144. Ve-

Digitized by Google

144. Verum est, quòd tempore Christi insurgebant adulterinæ frondes, religiosè exteriùs incedentes, sed interiùs Christum odientes & miraculis eius inuidentes; de quibus *Matthæi* 15. dicit Christus: *Omnis plantatio, quam non plantauit Pater meus cœlestis, eradicabitur.*

145. Sed ELIAS in Transfiguratione cum Domino apparens, obtinuit suis precibus, vt Religio instinctu Spiritus sancti ab ipso plantata, crescceret, & vsque in finem mundi perduraret. De quo Ioannes Hildesheim [b] eiusdem Religionis Professor *in Tractatu suo cum detractore Ordinis Carmelitici*, qui incipit: *Vetustæ Religionis Carmeli montis*: vbi capite quinto sic: *Tempore felicis recordationis D. Clementis Papæ sexti fui studens in Auenione: seruituiq; pro tunc, recolendæ memoriæ, Magistro Petro Thomæ, tunc scholas Regenti, viro magnæ scientiæ, magnæ famæ, magnæ opinionis, quoad sanctitatem vitæ. Cumq; more solito coram ipso dormirem, in sancta nocte Pentheostes vocibus dulcibus & miris motibus expergefactus, repente surrexi. Petij pro tunc ab eo quid secum habuisset? ipse verò noluit indicare mihi: multiplicaui preces flexis genibus; & tandē vix obtinui: præmisso tamen iuramento, quòd non reuelarem, quam diu foret ipse superstes, & tunc, dixit: In tristitia mentis & feruentibus desideriis obdormiui, desiderans à Beata Virgine Religionis meæ patrocinium, & conseruationem. Ipsa mihi respondit: Petre, ne timeas; quia durabit in finem Carmeli Religio nostra; nam & pro ea supplicauit filio meo primus Ordinis Patronus* ELIAS *in Transfiguratione, ac impetrauit. Iste Petrus Thomæ postea Patriarcha Constantinopolitanus multis claruit miraculis,* [c] *martyr Domini glorioſus.*

[b] *B. Petro Thomæ à SS. Virgine Deipara ſpondetur patrocinium, & perpetua conſeruatio Ordinis.*

[c]

NOTÆ.

146. CVltores huius Ordinis antiquitùs etiam vocati fuêre a *Esseni*, de quibus latè agit Bost. us in libro de Patronatu cap. 3 & nos infrà parte 3. cap. 4. De variis titulis & nominibus, quibus Professores huius Religionis nuncupati fuêre, latiùs tractat Lezana tomo 1. Annalium in apparatu,

[a] *Religioſi huius Ordinis etiam Dicti fuere Eſſeni.*

147. Ioannes iste Hildesheim discipulus fuit S. Petri Thomæ Patriarchæ Constantinopolitani, doctrinâ & pietate conspicuus, insigni elogio commendatus à Trithemio lib. de Scriptoribus Eccles. vbi inter alia hæc:

Ioannes Hildesheymensis &c. Beati Petri Thomæ viri sanctissimi in Auenione olim familiaris & deuotus minister fuit. Scripsit metro & prosâ multa præclara Opuscula: quibus nomen suum cum gloriâ transmisit ad posteros. E quibus subiecta feruntur. Ad Florentium Episcopum Monasterienſem edidit prolixum volumen. De tribus Sanctis Regibus lib. 1. *Chronicam Historiarum lib.* 1. *Defensorium Ordinis lib.* 1. *&c.* Plura alia eius Opera ibi commemorat: in isto autem Defensorio, per modum Dialogi scripto *cap.* 5. refert istam suprà memoratam sponsionem de Ordinis Carmelitani perpetuitate. Arnoldus Bostius de viris illustribus huius Ordinis cap. 21. hæc de eodem habet: *Ioannes de Hildesheim Westphalus & Sapientiâ & eloquentiâ latè rutilans, non mediocrem in litterarum cultu laudem assecutus est. Conscripsit etenim librum de Fonte vitæ. Dialogum quoque inter detractorem, & directorem de Ordine Carmelitano &c. B. Petro Thomasio in Auenione tempore Clementis Papæ Sexti, vt Eliseus olim* Eliæ, *ministrauit (vt in quinto capitulo præscripti sui Dialogi sequentibus testatur verbis) tempore, inquit, felicis recordationis Domini Clementis Papæ sexti sui studens in Auinione; seruiuiq; pro tunc &c.* Vbi eadem Reuelationis Historia ab ipso S. Petro isti suo discipulo (post multas preces, & præmisso iuramento, de ea non reuelanda, dum superstes esset) declarata, describitur, ex eodem Hildesheymensi, qui tandem subiicit. *Retulit ista mihi lacrymantibus oculis eius, præ gaudio; ex quo similiter ad fletum prouocabar.*

Reuelationem illam & sponsionem Deiparæ de Duratione Ordinis ad finem mundi referunt authores alij vetustiores & recentiores, tum exteri, tũ domestici, adducti à nobis in peculiare Tractatu Apologetico, subiuncto Vitæ ipsius S. Petri Thomæ, per R. P. Godefridum Henschenium Societatis Iesv editæ, & Commentario præuio, notis ac Analectis illustratæ. Contigit autem circa annum Domini 1351. sicut infra dicemus.

c *Martyr Domini glorioſus.* Circa illa Quæritur.

An S. Petrvs Thomas *Confessor, an verò Martyr nuncupandus?*

S. Petrum Thomam *alij* Martyrem, *alij* Confessorem *nuncupandum censent.*

148. Hic non importunè disquirendum occurrit id, de quo inter scriptores est disceptatio, an dictus S. Petrvs *Martyr*, an verò *Confessor* dicendus? Alij simpliciter *Confessorem*, & non *Martyrem* nuncupandum eum tuentur. Alij verò absolutè *Martyris* elogio condecorandum censent. Nos mediâ gradiendum viâ arbitramur: atque ita litigantium partes conuenient.

Ratio cur Confessor *dici possit.*

149. Et quidem *Confessorem* esse ac dici propriè, probatur rationibus per R. P. Henschenium deductis, in prolegomenis ad eiusdem Vitam, per Philippum Mazzerium Cancellarium Cypri, testem oculatum scriptam: quam idem eruditissimus Pater præclaris Notis & Analectis illustrauit, iteratisque typis edidit Antuerpiæ Anno 1659. Præcipua ratio est, quòd si, vt scribunt

Digitized by Google

ſcribunt authores mox referendi, telis infidelium fuerit vulneratus apud Alexandriam (refragante, quo-ad iſtud, dicto P. Henſchenio) non inde obiiſſe videatur: etenim poſt Alexandriæ expugnationem, quæ contigit anno 1365. die 4. Octobris, ſuperuixit vltrà trimeſtre, nimirum vſque ad anni ſequentis vigiliam Epiphaniæ, quâ ad cœlum abiit: & interea iter fecerat, Miſſam celebrauerat, aliaque munia obierat, quæ non ſunt hominis lethaliter vulnerati.

150. Quòd verò etiam rectè, & conuenienter appellari poſſit *Martyr*, & vt talis coli officio Eccleſiaſtico, declaratur. *Primò*, quia eo encomio celebratur à pleriſque tum vetuſtioribus, tum recentioribus authoribus. Primus adeſt idem Philippus Mazzerius c. 22. vitæ eius his verbis: *Quoties proprium corpus Martyrio expoſuit, ſuperiùs clarè oſtenditur. In conflictu igitur & captione ciuitatis Alexandrinæ, vulneratus inimicorum telis obiit. Martyr igitur & voluntate & facto fuit.* An non illa verba, *vulneratus inimicorum telis, obiit*, & proximè ſequentia; *Martyr igitur & voluntate & facto fuit*; perſpicuè intentum declarant? At quæret quiſpiam, ſi infidelium telis vulneratus fuerit S. Petrvs Thomas in expugnatione Alexandriæ, cur id non expreſſerit Mazzerius cap. 6. vbi expugnationis hiſtoriam deſcribit? Reſpondeo, ſilentio eum ibi tranſiiſſe; quia in ſequentibus videlicet dicto capite 22. verbis iam adductis hoc diſertè refert; neceſſe enim non fuit bis idipſum commemorare. Itaque S. Petrvs Thomas telis inimicorum vulneratus fuit, non tamen adeo grauiter, vt mox inde mors fuerit ſecuta, ſed trimeſtri poſt. Dicere autem illa Mazzerij verba, *Vulneratus inimicorum telis, obiit*, ſic exponenda, *obiit, id eſt obire potuit*, extortum nimis videtur, vti rectè notat Lezana noſter *in Annalibus, ad annum Chriſti* 1366. *num.* 8. cum ſubiungatur: *Martyr igitur & voluntate & facto fuit.*

Martyris titulo donatur à vitæ eius ſcriptoribus.

151. Mazzerium ſubſequitur ipſius S. Petri diſcipulus Ioannes Hildesheym (de quo iam antè) qui in Defenſorio Carmelitani Ordinis per modum dialogi inter detractorem & directorem *cap.* 5. expreſsè ſatis adſtruit, ipſum in expugnatione Alexandriæ Paganorum telis vulneratum; & propterea Martyrem nuncupat his verbis: *Factus enim poſtea Patriarcha Conſtantinopolitanus, multum viriliter, fideliter & deuotè miſſus Legatus à Summo Pontifice, iuuit Regem Cypri in expugnatione Alexandriæ, & ibidem Paganorum telis vulneratus, & ad Cyprum reductus interiit, clarens miraculis, Martyr glorioſus.* Iiſdem ferè verbis adſtipulatur Balduinus Leerſius *in Collectaneo exemplorum cap.* 7. Ioannes quoque Leydenſis *lib.* 8. *Speculi Carmelitani* in Vita B. Petri Thomæ ita ſcribit: *Bello adueniente eum à telis volantibus grauiter vulneratus eſſet, nec faciem mutauit, nec aliquod ſignum timoris oſtendit.* Palæonydorus autem *lib.* 3. *Hiſtoriæ Carmelit. cap.* 12. ſic ad propoſitum: *factus Legatus in Alexandriam vulneratus infidelium telis, in Famaguſta Cypri in die Epiphaniæ migrauit ad Chriſtum.* Ferè eadem habet Siluester Marulus in Oceano Religionum, vbi de Ordine Carmelitano. Erudritiſſimus quoque Odoricus Raynaldus Congregationis Oratorij Presbyter, qui Annales Eccleſiaſticos accuratiſſimo Car-

mo Cardinalis Barronij iudicio editos pari felicitate pergit continuare, *ad annum* 1359. *num.* 18. agens de S. PETRO THOMA scribit, ipsum in Alexandria expugnanda gloriosissima pro Christo vulnera accepisse.

152. Prolixitatis vitandæ gratiâ authoribus aliis referendis supersedentes, ad aliam rationem transgredimur. Demus violentâ morte, causatâ ex vulnere telorum, sublatum non fuisse; certum tamen est, ipsum fidei profitendæ & defendendæ causâ plurima passum ab infidelibus: vnde licèt mortuus non fuerit, meritò tamen mors eius accelerata fuisse credi potest. Hoc autem sufficere, vt *Martyr* dicatur (quamuis non in strictissima significatione) & vt talis colatur, variis potest confirmari exemplis. Molanus *in Martyrologio ad diem* 11. *Ianuarij* & Onuphrius Panuinus *in addit. ad Platinam* S. Higinum Papam, qui passim in Martyrologiis *Martyr* dicitur, eo titulo (*Martyris* scilicet) honorari tradunt, non quòd reipsâ sanguinem fuderit, aut vulneratus fuerit; at *quia pro Christi confessione multa passus sit*. Idipsum etiam de aliis quibusdam Pontificibus, qui *Martyres* vocantur, dici posse tradit Onuphrius ibidem his verbis: *Porrò autem omnes hi Pontifices fortè Martyres dicuntur, quòd etsi violentâ morte non decesserint, multa tamen pro Christi confessione à furente plebe, & iniquis Magistratibus, qui perpetuum in Christianos odium retinebant, passi sint, sed eiusmodi à beato Cypriano Confessores video appellari.*

Quandoque etiam Martyres dicuntur qui ab Infidelibus multa passi fuerunt, etsi violentâ morte non decesserint: eius varia exempla.

153. Idem Molanus *ad diem* 17. *Nouembris* agens de S. Gregorio Thaumaturgo hæc habet: *Apud Neocæsaream Ponti Natalis B. Gregorij Episcopi & Confessoris*: ad marginem ponit, *alias Martyris*. Et infrà in Annotat. *Vsuardus eum Martyrem nominat, Rufinum secutus: sed nec nouum est, nec singulare, eum Martyrem nuncupare, qui in fidei confessione multa passus est*. Et *ad diem* 12. *Aprilis* de S. Zenone: *honorari eum vt Confessorem constat ex Romano Martyrologio, & Officio Mediolanensis Ecclesiæ die* 8. *Decembris & aliundè*. Et paucis interiectis, *Gregorius interim* 3. *Dialog. cap.* 19. *bis eum Martyrem nominare maluit, quàm Confessorem; eò quòd inter procellas persecutionis multa viriliter pertulerit, quâ eâdem de causa Iuuenalem quoque Martyrem nominat*. Conformiter loquitur Card. Baronius *tom.* 2. *Annalium ad annum Christi* 194. *nu.* 1. Scribens de S. Eleutherio Papa: *Centesimo nonagesimo quarto Christi anno, Commodo Imperatore septimùm & Pertinace secundùm Coss.* VII. *Kalend. Iunij Eleutherius Papa, cum sedisset annos quindecim & dies viginti tres, ex hac vita sublatus est*. Postea subiungit: *sed an gladio, nobis incompertum est: nisi quòd antiquis omnibus Martyrologiis Martyr reperitur adscriptus; cum tamen certum sit* (vt *in nostris notationibus pluribus demonstrauimus*) *Martyris nomen tribui consueuisse, non iis tantùm, qui violentâ morte Christi causâ mori quoquo modo coacti essent, sed & commune fuisse illis etiam, qui fidei confessionis causâ cruciamentum aliquod subiissent, licèt Martyrium minimè consummassent*. S. Felix Presbiter Nolanus passus, pro Christi fide cruciatus, non tamen iis immortuus, sed & incolumis plures annos superstes vixit, à S. Paulino & aliis *Martyr* apppellatur, & sub ritu *Martyris* colitur in Breuiario Romano: alij autem plurimi *Confessorem* statuunt, & vt talis commemoratur in Breuiario Carmelitano iuxta vsum Ecclesiæ Hierosolymitanæ. Et magis ad propositum

Lezana

Digitized by Google

Lezana *tom. 2. Annal. ad annum Christi 221. num. 2.* sic: *Moritur etiam Zepherinus Papa, vocatus Martyr, tum in Breuiario, tum in Martyrologio, antiquâ forsan cõsuetudine, quâ Confessores dicebantur Martyres, vt notat Gordonus, vel quia, vt inquit sub eo anno Baronius, olim maiores consueuerant Martyres appellare omnes, qui Christianæ confessionis occasione supplicia aliqua sustinuissent, licèt post tormenta superstites diem extremum in pace clausissent, vel forsan (quod in idem recidit) quia iuxta dicta sub anno 194. ex eisdem auctoribus, Martyris nomen olim tribui consueuit non solùm ijs, qui violentâ morte Christi causâ mori cogebantur, sed & ijs quoque, qui fidei confessionis ergo cruciamentum aliquod subijssent, licèt Martyrium non paterentur. Quo autem modo ex ijs id contigerit in Zepherino incertum est.* Et paucis interiectis, *Obiter tamen sed opportunè hinc habere poterunt Carmelitæ nostri causam, cur de S. Dionysio Papa & B. Petro Thoma quandoque sub Confessorum, quandoq; verò sub Martyrum titulo, & etiam Sede Apostolicâ plaudente, officia celebrentur; etsi enim violentâ morte extremum diem non clauserint, vt propterea meritò solùm inter Confessores censeri debeant; quia tamen pro Ecclesia multa perpessi fuêre, laboresq; tolerati ipsorum accelerasse credantur mortem; ideò Martyrum quoque nomine, maiorum consuetudine perfectâ, insigniri meruêre:* Eadem ex professo tractat *tom. 4. Annal. ad dictum ann.* 1366. Per iam dicta disceptantes inter se Scriptores in concordiam reuocatos existimamus.



Digitized by Google

RECOLLECTIO PRÆCEDENTIVM, ET COMPENDIARIA, ELEGANSQVE DELINEATIO POSTERITATIS ELIANÆ,

AD DVO ANNORVM MILLENARIA, ET QVINQVE SECVLA,

Ex AVBERTO MIRÆO, *Cathedralis Ecclesiæ Antuerpiensis Decano, in libro, Belgarum Principibus Alberto & Isabellæ dicato, cui titulus est:* Ordinis Carmelitani ab ELIA primùm inchoati *&c.* Origo & Incrementa.

154 VT hactenùs dicta, & deinceps dicenda, ceu in exiguâ tabellâ, depicta, oculis vnico velut intuitu obiecta sint, eorumdem Epitomen succinctam ex insigni illo Antiquitatis illustratore subiicimus. Is igitur in præfato suo libro perspicuè & ornatè sic cuncta complectitur.

Ordo Prophetici Carmelitanus instituitur per S. Prophetam Eliã.

„*Anno ante Christi ortum circiter* nongentesimo tricesimo „ ELIAS Propheta clarissimus in Carmelo, *Syriæ monte*, quem „ cultu suo fecit insignem, prima instituti *Monastici fundamenta* iecit: quæ grauissimorum Patrum consensio est. „ Postquam enim Dei iussu primogenitum suum, & ex asse „ paternæ laudis hæredem, *Elisæum*, ex agricultura euocatum, „ sibi sociauit; plurimos alios excelsum & à fluxis mundi cu„ ris exemplum vitæ genus affectantes (quos *filios Prophetarum* appellatos Scriptura sacra demonstrat) in agmine illo „ primæuo recensuit: qui eius domum post raptum, in Ora„ torium, tanti vatis nomine decoratum, in *Carmelo* dedi„ carunt.

155. Nec

155. „Nec Palestinæ Syrique tantùm finibus cœlestis in- *Propagatur per Essenos:*
„stitutio circumscripta est; in Ægyptum enim temporis ex-
„cursu, lectissimæ gentis coloniæ, quos *Essenos* nũcupabant,
„deductæ sunt, vt ELIÆ imitatione Alexãdria quoque cla-
„resceret. Quidquid enim Orientis, Austriqué primores,
„quorum genere Monachorum cœtus gloriantur, tradidê-
„re: quidquid etiam ab Oriente in Occidentem extat inue-
„ctum, non minima ex parte Institutionis ELIÆ quædam
„expolitio, & ad nationes diuersas coaptatio est, siue con-
„templationis studium, siue solitudinem, siue austerita-
„tem, siue paupertatem velimus expendere. Omnia quippe
„capita hæc in cœnobiis laudatissima, sic in eo Prophetâ
„splenduerunt, vt IOANNI BAPTISTÆ laudi Christus verte-
„rit, imaginem ELIÆ ad viuum expressisse, quasi animi sus-
„pensio, eremus, asperitas, castimonia, inopia, cæteraque in-
„stituti monastici notæ, quibus Ioannes claruit, totde m E-
„LIÆ dotibus harmonicè consentirent.

156. „Illi verò Prophetarum Filij, *Essenique* Palest:nã *continuantur usque ad Christi aduentum:*
„incolentes (quemadmodum & *Esseni* postea in Ægyptum
„traducti) miris exemplis cœptam institutionem, vsque ad
„Virginis partum produxerunt; neque enim Chaldęorum,
„aut aliorum hostium feritas, quæ vindictam, spoliaque si-
„ebat, in homines innoxios, & nihil mortale curantes desæ-
„uiit, Deo sic agente, vt tanti *Vatis* eruditio ad eum, cuius ty-
„pum prætulit, illæsa pertingeret. Cum ergo gens diuinis re-
„bus addicta, id in *Carmelo*, quod in Oriente tres illi Reges, *In primordiis Ecclesiæ aduentũ Christi prædicat, Deipara Oratorium fabricat, eãq; vt Patronã peculiarem colit.*
„Barlaam posteri, modis licèt diuersis, moliretur, vt scilicet
„Deo intentissimè vacaret; mox vt Christi splendor illuxit,
„benè comparata, Euangelicæ veritatis studium arripuit, &
„vnà cum Apostolis in opus prædicationis incubuit: cui fidē
„struit Sacellum, quod in Beatissimæ Virginis honorem ab
„ea exædificatum authores nonnulli prodiderunt.

157. „Nec sanè decuit Prophetæ tanti posteritatem igna-
„uiâ torpescere, cum densas Orbis terrarum tenebras lux
„noua discuteret; sed antiquum pietatis cultum cum nouo
„potiùs conciliare, quem & ipsa Orbis domina Roma sus-
„ciperet. Strenuam ergo primi Christi sementi, & Virginis
„laudi cum ELIÆ posteri operam nauarent, illustrissimum

„ cognomentum adepti sunt, vt VIRGINIS FRATRES appel-
„ larentur. Quem sanè honorificum titulum clementissima
„ Regina, & visis, & miraculis, vti rem inuidiosam, propu-
„ gnauit, multisque aliis prærogatiuis gentem auxit (inter
„ quas superhumerale, seu Scapulare temporis processu B.
„ Simoni Anglicano donatum mirificè elucet) noua igitur
„ Christi agmina, concepto fidei orthodoxæ calore, validiùs
„ dimicantia, Virginis auxilio feliciter egerunt: & *Carmelus*
„ cœlestibus iam viris, quàm plantis fœcundior, cœpit ani-
„ mos excelsos procreare, ac in hunc modum, non tam scripto, quàm traditione instructus vsque in annum à Christi
„ natali quater centesimum perdurauit.

Regulam scriptam accipit anno 412. In ea persistit vsque post annum Christi sexcentesimũ.

„ 158. Creuerat mirum in modum noua Virginis proles,
„ quam scriptis iam legibus temperari opus erat: quamob-
„ rem *Ioannes Hierosolymitanus* Patriarcha quadragesimus
„ quartus (quem Molanus inter Sanctos refert) Regulam è
„ Scripturæ sacræ consiliis, & veterum Patrum; qui ab E-
„ LIÆ tempore Carmelum incoluêre, documentis contextã,
„ ei præscripsit. Series verò longa, sub ea Regula per annos
„ plurimos excurrit, multisque laboribus, & infestationibus
„ *Carmelus* afflictus est: ad annum quippe sexcentesimum vs-

Exinde affligitur per infideles: subleuatur per Sũmos Pontifices.

„ que numerosa proles increuit: at posthac persecutionibus
„ grauissimis Ecclesiæ hostium exagitata in patrio Monte,
„ quo se velut in asylum tota recepit, vsque ad octingente-
„ mum annum perseuerauit: post eum verò annum Pontifi-
„ ces Summi (à Leone illo, qui Pontificatum ad annum 848.
„ gessit vsque ad *Gregorium* VII.) statum rerum aduersarum
„ commiserati, gentem afflictam augere perrexerunt.

Reflauratur per Aymericum Patriarcham Antiochenum.

159. „ Verùm interlapsis annis aliquot, *Aymericus*, Le-
„ mouicensis, Antiochenus Patriarcha, & Apostolicæ Sedis
„ in Oriente *Legatus* institutionem ELIÆ pœnè collapsam
„ conspicatus, Regulâ *Ioannis* è græco in latinum traductâ, &
„ à multis latinis, qui eo commigrauerant, exactiùs percep-
„ tâ, deiectos animos in auitam obseruationem erigere stu-
„ duit: & Eremitas *Carmeli* ad communem vitæ rationem,
„ Latinorum Monachorum moribus consentaneã, induxit.
„ Refecit pius Patriarcha sedulitate ac authoritate sua *Car-*
„ *meli* vires vt aliquando vigerent: at post nonnullos annos,

cum-

Digitized by Google

„ cum multa intellectu difficilia è Ioannis Regula emerge-
„ rent, quæ explanatione indigebant, *B. Albertus* Hieroſoly-
„ morum Patriarcha breuiorem quamdam Regulam com-
„ pendio & perfectione laudatam edidit. Hactenus ex Mi-
„ ræo

Compendioſiori Regula donatur per Albertum Patriarchã Hieroſol.

160. Regula illa à B. Alberto tradita fuit paulò poſt annum 1200. & in eius obſeruantia Ordo perſtitit in *Carmelo* per annos ferè nonaginta, videlicet ad annum 1291. circa quem ex illo Monte, totaque Terrâ Sanctâ exturbatus fuit & in Europam traductus, ibiq; dilatatus. Sed hæc ſtrictim ſic exhibita explicatius in ſequentibus conſpicienda proponentur.

Exturbatus ex Oriente propagatur in Europa.

161. Sicut autem inter ſæuiſſimas Saracenorum ac Turcarum perſecutiones patrocinio SS. Virginis MARIÆ ſuæ ſingularis Patronæ Ordo hic præſeruatus fuit, ne omninò interiret, ita quoque ex Oriente in Occiduas partes eiuſdem ſub tutela tranſmiſſus ac illius protectione ab æmulis ſæpè liberatus fuit, ac propagatus per totam Europam, & multiplicatus in prouincias plures. Ac demum nouiſſimis temporibus veteraſcens *Carmeli* ſtipes nouo per S. Seraphicam Virginem *Tereſiam* inſerto ſurculo: veteri quoque renouato candicæ, non iam in vno, ſed binis arboribus (Ordinibus) abundanter floret & fructificat.

Per S Tereſiam renouatur & multiplicatur.

162 En Ordinis Prophetici ELIANI & MARIANI inſtitutionem ac ſucceſſionem, indeſinenti ſerie contextam ad bis mille quingentos octoginta ſex annos; tot enim effluxerunt ab anno ante Chriſtum 926. quo inchoatus (licèt triennio ante fuerit conceptus, & rudi delineamento adumbratus: prout latiùs in ſequentibus declarabitur) vſque in præſentem, à Saluatore nato 1661.

En Ordinis delineationem, ceu in exigua tabella expreſſam.



Digitized by Google

PARS SECVNDA

DE MAGNO PROPHETA ELIA MONASTICI INSTITVTI ANTESIGNANO, ET AVTHORE ORDINIS PROPHETICI CARMELITANI: CVIVS ORIGO ILLVSTRATVR.

Asserta Pontificum & Patrum ac grauium Authorum sunt fundamenta seu fulcimenta historiarū.

162. *QVemadmodum ædificia insistunt fundamentis, & ideò hæc primùm locantur, & sicut scientiæ innituntur suis principiis seu basibus, & idcirco illæ ante aliæ tradi solent; ita & in historiis se habent Summorum Pontificum, Patrum, grauiorumq; Authorum testimonia, & assertiones: quibus tamquam fulcimentis, sustentatur vniuersæ historiæ corpus. Vnde etiam ad conciliandā posteriorem authoritatem subsequentibus, ante tractationem de Origine & propagine* Ordinis B. Virginis MARIÆ de Monte Carmelo, *conuenienter eiusce modi asserta, tamquam fundamenta, præmittuntur, vt in breui sententiarum schemate, oculis subiecto, lector Ordinis huius Institutionem antiquam, & successionem continuam intueatur, quæ in sequentibus latiùs explicabuntur.*

CA-

Digitized by Google

CAPVT I.

Prophetam ELIAM *Monachum, Monachorum Principem ac Monasticæ vitæ prototypon appellandum authoritatibus Patrum & Doctorum comprobatur.*

163. DEclaraturi Ordinem Carmelitanum à magno illo antiquatæ Legis Propheta ELIA ortum habuisse, conuenienter præmonstrandum censuimus, totius Monasticæ Institutum ab eodem, tamquam fontali origine, promanasse: quod manifestis Patrum & Doctorum testimonia euincunt: è quibus præcipua aliquot subsequuntur.

S. Athanasius celeberrimus Ecclesiæ Doctor Græcus in Vita S. Antonij cap. 7.

164. S. *Antonius secum reputans oportere Dei famulum ex instituto magni* ELIÆ *exemplum capere, & ad illud speculum vitam suam debere componere, ad sepulchra, non longè à villa constituta, secessit, vni de cognitis mandans, vt statutis diebus sibi alimenta deferret.* Vetustus quoque Græcus scriptor vitæ S. Pachomij: quę habetur in Vitis Patrum, ferè eadem habet de S. Antonio *cap.* 1. dictæ Vitæ S. Pachomij: *Erat per id tempus B. Antonij Vita cunctis ad imitandum præclarè posita, qui magni* ELIÆ *atque* Eliśei, *nec non &* S. IOANNIS BAPTISTÆ *æmulator existens, secreta interioris eremi studio sectatus est singulari.* Ex quibus patet, S. Antonium imitandum sibi proposuisse exemplum ELIÆ, tamquam eius, quem agnoscebat Monasticæ eremiticæ vitæ perfectionem, & primum exemplar in se expressisse.

S. Antonius habuit pro Monastica vitæ exemplari S. Prophetam ELIAM.

S. Gregorius Nazianzenus oratione 5. *quæ est Monasticæ Eremiticæ vitæ commendatio.*

165. VT *ab omni* (inquit) *negotio feriatus tranquillè philosopharer, mecumque ipse cum Spiritu colloquium haberem;* ELIÆ *Carmelum animo agitabam.* Et *Oratione* 13. *Pulchra res solitudo, & quies, idq; me docet* ELIÆ *Carmelus.* Similia de ELIA & *Carmelo* habet *Oratione* 19. Quibus Vitam solitariam, & Monasticam commendat, ac commemorat, eiusdem authorem ELIAM; ac locum originalem, vbi inchoata fuit *Carmelum:* circa quem ipsum per annos aliquot cœnobiticam exercuisse vitam, refert Lezana *tom.* 2. *Annal. ad annum* 324, *&* 353.

Macarius

Macarius Discipulus magni Antonÿ in sermone ad Monachos, qui incipit: Fratres charissimi.

Quia ipse eiusq; discipuli Filij Prophetarum & veraciter primi fuerint Monachi in veteri testamento:

165. Eliam & Eliseum, *ac Filios Prophetarum, quos constat veraciter veteris Testamenti Monachos, imitari curate.* Et infrà *Quorum exempla Fratres charissimi in Ordine Monastico quem sectari cœpistis, debetis sollicitè curare, vt ab eorum recto tramite, id est Monastica, Vita, nullatenus recedatis. Hoc secuti sunt Paulus & Antonius & multi huius propositi sectatores, qui idcirco laudibus extolluntur, quia à cœpto Ordine nullatenus legitur deuiasse.* Quibus clarè indicatur SS Paulum & Antonium imitatores fuisse SS. Prophetarum Eliæ & *Elisei*, ac *Ioannis Baptistæ*: quem ibidem *Monachum noui Testamenti* nuncupat.

S. Hieronymus in Epistola ad Paulinum, *quæ est, de Institutione Monachi.*

idcircò Principes, Duces & Authores Monachorum nuncupantur à S Hieronymo,

166. Habet *vnumquodque propositum principes suos: Romani Duces imitentur Camillos, Fabricios &c. Philosophi proponãt sibi Pithagoram, Aristotelem &c. Poëtæ amulentur Homerum, Virgilium &c. Oratores Demosthenem, Tullium &c.* Deinde ad Monachos deueniens subiungit: *Nos autem* (scilicet Monachi) *habeamus propositi nostri principes, Paulos, Antonios, Iulianos, Hilariones, Macarios: &, vt ad Scripturarum auctoritatem redeamus, noster Princeps,* Elias, *noster Eliseus, nostri Duces Filij Prophetarum, qui habitabant in agris, & solitudinibus, & faciebant sibi tabernacula propè fluenta Iordanis.* Item *in Epistola ad Rusticum* hæc: *Filij Prophetarum, quos Monachos in veteri Testamento legimus, ædificabant sibi casulas prope fluenta Iordanis, & turbis vrbium derelictis, polentâ & herbis agrestibus victitabant.* Hæc Hieronymus.

S. Isidorus Hispalensis Episcopus lib. 2. de Origine Offic. *cap.* 15.

& à S. Isidoro.

167. Vnde *autem ad Monachos studium defluxerit paupertatis? vel quis huius conuersationis extiterit author, cuius isti habitum imitantur? quantùm enim, inquam, pertinet ad authoritatem veterum Scripturarũ huius propositi Princeps* Elias, *& discipulus eius Eliseus fuerunt, siue alij Prophetæ, qui habitabant in solitudine, vrbibusq; relictis faciebant sibi casulas propè fluenta Iordanis. Huius deinde propositi in Euangelio Ioannes author extitit, qui eremum solus incoluit locustâ tantùm & agresti melle nutritus. Iam deinde progeniti sunt conuersationis huius nobilissimi Principes Paulus, Antonius, Hilarion, Macharius cæteriique Patres.* Istis SS. Hieronymi & Isidori verbis Elias, *Eliseus*, & *Filij Prophetarum* absolutè Monastici & Eremitici Instituti *primi Authores & Principes* asseruntur: & *S. Ioannes Baptista primus sub Lege Euangelica:* ex quibus processerunt alij eiusdem conuersationis Authores, aut rectiùs primarij Propagatores.

Doro-bus

Digitized by Google

Dorotheus in Synopſi Prophetarum *tractans de S. Propheta* ELIA, *extat tom. 7. Biblioth. SS. PP. Edit. Paris.*

169. *HIc primus ex hominibus eſt, qui hominibus curſum ad cœlum ſubmonſtrauit; primus ex hominibus vnam Angelorùm & hominum vitam oſtendit.* Quæ verba ELIÆ, Monaſticæ ſeu Religioſæ vitæ principatum attribuere, eumque primum illius Authorem ſupponere, clarum eſt. Hoc enim vnico modo ELIAM *primum eſſe, qui curſum hominibus ad cœlum ſubmonſtrauerit*, poteſt intelligi, cum conſtet ante ipſum plures ſanctè, ſed non ex vitæ Monaſticæ norma, in Caſtitate, Paupertate, & obedientia, vixiſſe. S.P. ELIAS *vitam Angelicam in terris traducendam præmõſtrauit.*

Idem Author ibidem Viſionem quamdam prognoſticam, ante natiuitatem eiuſdem S. Prophetæ, Sabach Patri illius præoſtenſam ſic refert: *Cum naſcituras eſſet* ELIAS *Pater eius Sabbacha vidit illum ab Angelis albicantibus ſalutari.* Viſionem illam S. Epiphanius *lib. de vitis Prophetarum*, agens de S. ELIA commemorat his verbis: *Quem cum enixuram parens eius, eiuſmodi Sobach Patri viſio apparuit: Viri niueum quemdam præ ſe ferentes* HABITVM *puſionem ſalutabant* &c. *Id ante eius ortum mirabili viſione fuit prænuntiatum.*

Ferè eadem ſcribunt Petrus Comeſtor *in Hiſtoria Scholaſtica ſuper c. 2. lib. 4 Regum.* & Ioannes Hieroſolymitanus Patriarcha *lib. de Inſtit. primorum Monachorum cap. 47.* vbi Viſionem illam ſic explicat: *Quæ Viſio præſignauit, quales* ELIAS *Imitatores ſuæ vitæ Monaſticæ habiturus eſſet. Cernens namque Sabacha viros* CANDIDOS, *vidit in Spiritu Religioſos per* ELIAM *inſtituendos. Quos ideo* CANDIDATOS *vidit, quia* ELIAM, *velut monaſticè viuendi exemplar erant imitaturi in* CANDORE, *nedum mentali ſinceræ pietatis, ſed etiam corporali* HABITVS ALBI *eos deſuper tegentis.* Et in eodem libro cap. 2. *Hic Propheta Dei* ELIAS *Monachorũ Princeps primus extitit à quo ſancta primæua inſtitutio exordium ſumpſit.* Id latiùs proſequitur ibidem, & per totum ferè librum.

Ioan. Caſſianus vetuſtus, Scriptor Monaſticarum rerum peritiſſimus lib. 1. de Inſtitutis Monachorum cap. 2.

170. *ITaque Monachum vt militem Chriſti in procinctu belli ſemper poſitum accinctis lumbis iugiter oportet intedere; hoc enim habitu etiam illos ambulaſſe, qui in veteri teſtamento huius Profeſſionis fundauére primordia,* ELIAM *ſcilicet & Eliſeum, diuinarum Scripturarum auctoritate demonſtratur.* *Eius habitum imitati fuerunt antiqui Monachi.*

Digitized by Google

Petrus Damianus Cardinalis, non minùs ſanctitate quàm eruditione clarus, ex Ordine S. Benedicti tom. 3. opuſculo de Origine vitæ Eremiticæ cap. 2.

171. HVius vitæ normam, *vt anteriora prætream*, ELIAS cœpit, *Eliſeus verò, auctò Diſcipulorum Collegio, dilatauit*. Ita ille. ELIAS enim primarius, *Eliſeus* ſecundarius fuit Author Vitæ Monaſticę & Eremiticæ.

Rupertus Abbas Tuitienſis, Inſtituti quoque Benedictini, Vir in Diuinis Scripturis, Spiritu ſancto per viſionem illuſtrante doctiſſimus, *prout de eo Scribit Trithemius lib. de Scriptor. Eccleſ. fol.* LXXXIII.

172. IS in expoſitione Cantici Cantic. illa verba Capitis 4. *Capilli tui ſicut greges caprarum, quæ aſcenderunt de monte Galaad*, exponit de S. Propheta ELIA, qui erat de Galaad, & de gregibus Monachorum, quos ipſe inſtituit. *Qui*, inquit, *greges caprarum? vel quandò greges caprarum apparuerunt de Monte Galaad? Vtique greges rationales, greges caprarum rationalium tunc apparuerunt, quando cœperunt homines eiuſmodi eſſe, de qualibus Apoſtolus dicit: Circuierunt in melotis, pellibus caprinis, &c. Quando cœperunt homines eſſe eiuſmodi, vel vnde apparuerunt homines huiuſcemodi conuerſationis? Nimirùm quando Ieſabel interficiebat Prophetas Domini, tunc apparuerunt in Monte Galaad, id eſt, de ciuitate eiuſdem nominis Galaad. Sic enim Scriptum eſt: Et dixit* ELIAS *Thesbites de habitatoribus Galaad ad Achab: Viuit Dominus Deus Iſrael, in cuius conſpectu ſto, &c. Hæc dixit, & hæc fecit ille primus auctor, & Inſtitutor eorum, qui dicti ſunt filij Prophetarum; quos fuiſſe Monachos in veteri teſtamento conſentit auctoritas Patrum Venerabilium. Et rectè dicuntur apparuiſſe, quia iam dictus Inſtitutor illorum* ELIAS *ſic repentè illic introducitur, vt antea nuſquam Scriptura meminerit quis vel vnde fuerit progenitus.* Iſta intentum clariſſimè exprimunt; Vnde Martinus Delrio *ad caput* 4. *Cantici ſect.* 1. hæc habet: *Capras Galaad ad Monaſticæ vitæ ſectatores, quorum primum exemplar* ELIAS, *refert Rupertus.* S. Gregorius Nyſſenus *oratione* 7. *in caput* 4. *Canticorum* præfata verba: *Capilli tui ſicut greges caprarum* &c. etiam exponit de ELIA, eiuſque imitatoribus in vita Monaſtica.

Verba illa: Capilli tui ſicut greges Caprarum &c. appropriantur S. P. ELIÆ Galaadita & Religioſis ab eo inſtitutis.

Ioan. Trithemius, etiam eiuſdem Ordinis Abbas, celebris ſcriptor lib. de Ortu & laudib. Carmelit. c. 3.

173. MOnaſtici propoſiti Princeps fuit ELIAS, *& diſcipuli eius: qui relictis vrbibus ſibi caſulas circa Iordanis fluenta in deſerto conſtruxerunt*: Ibidem paulò antè: *De Monachorum Inſtitutione dicit Hieronymus*: *Noſter Princeps* ELIAS *eſt, Dux*

Qui in ſolitudinibus & circa Iordanē caſulas ædificabant.

Digitized by Google

est, Dux noster Eliseus &c. Erant isti viri de quibus dicit Apostolus: Circuierunt in melotis & in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti: quibus dignus non erat mundus, in solitudinibus errantes, in montibus, in speluncis, & in cauernis terræ, &c.

Cardinalis Bellarminus è Societate IESV Tom. 1. Controuers. De Monachis cap. 5.

174. SCribens contra Magdeburgenses Centuriatores, impugnantes antiquitatem Monastices, illis opponit ex veteri Testamẽto ELIAM & *Eliseum* ac Filios Prophetarum. *Habemus,* inquit, *in eodem Testamento veteri,* ELIAM *& Eliseum, ac Filios Prophetarum sine vxoribus, & diuitiis in hoc mundo vixisse. De quibus B. Hieronymus in epist. ad Rusticum, quæ est ordine quarta: Filij Prophetarum, inquit, quos Monachos in veteri Testamento legimus, ædificabant sibi casulas propè fluenta Iordanis: & turbis vrbium derelictis, polentâ & herbis agrestibus victitabant. Et epistola 13. ad Paulinum, de Monachis loquens, Noster Princeps* ELIAS, *noster Eliseus &c.*

Franciscus Suarez, ex eadem Societate celeberrimus Doctor de Religione tomo 4. tract. 9. lib. 2. cap. 10.

175. CErtum est, ELIAM *vitam Eremiticam coluisse, vbi cum magna corporis austeritate diuturnam animi contemplationem coniunxit, quamuis interdum diuino iussu, & propter Dei honorem, & proximorum salutem ad prædicandum & docendum descenderet.* *Et in magna austeritate degebant.*

Benedictus Haftenius Præpositus Affligemiensis, Ascetic. rum Opusculorum perutilium fœcundo partu celebris, Disquisitionum Monastic. Lib. 1. Tract. 11.

176. EXimium *Prophetarum, veteriſq; Testamenti decus* ELIAS *Propheta, qui præter naturæ ordinem factus est Paradisi colonus, & in mortali corpore immortalitatis candidatus, Religiosorum omnium iure merito Dux & Patriarcha est appellandus. De quo, ne sine teste loquamur, Ita Hieronymus: Noster Princeps* ELIAS &c. Ibidem ad probandum assertum istud plures alios Patres & vetustos Scriptores adducit. Deinde refert, quo pacto S. P. ELIAS *Eliseum* & alios Discipulos & imitatores suos habitu, cultu, conuersationeque à ceteris distinctos *Filios Prophetarum* nuncupatos, secundùm formam sibi à Deo traditam in vita solitaria & monastica instituerit in monte Carmelo. Consequenter declarat normam seu Regulam viuendi, quam seruabant. Tandemq; infert ex dictis videri posse colligi, ELIAM *non tam vmbram quàm corpus, non typum sed veritatem, non figuram, sed ipsam substantiam Monasticæ Religionis* *In habitu & conuersatione à cæteris distincti.*

gionis exhibuisse. Quæ tamen ab ipso Christo perfectionis complementum acceperit.

178. Alios plures Patres & graues Authores, qui Monachatus principatum ELIÆ & eius alumnis tribuunt habet Lezana *tom. 1. Annal. cap. 5.* per totum: vbi pro coronide adfert verba nostri Baptistæ Mantuani: qui *lib. 3. Parthenices* de *Carmelo*, Monastici Instituti loco Originali, & ELIA primo Religionum omnium exemplari, ita cecinit:

Inter Cæsareas arces, Tyriosque colonos,
Et vada Iordanis frontem Carmelus *in auras*
Tollit & assiduos latices in vertice Summo
Parturiens Syluas, salientibus irrigat vndis, &c.
Mons Patrum pietate sacer, lateq; priorum
Inclytus hospitio Vatum: nam dicitur illinc
Discipulo ambustam iaciens ex aëre vestem,
ELIAS *ardenti cœlum petiisse volatu.*
Illinc perpetuis ceu missi è fontibus amnes
Religio, & sacri fluxit reuerentia cultus.
Quidquid habent alij montes pietatis, ab isto
Ducitur: hac vna plures è vite racemi
Diffusi latè terras, atque æquora complent.
Hinc Carthusiacis aterna silentia claustris,
Hinc varias Benedictus oues collegit: ab isto
Canabe nodosa tunicas arcere fluentes
Lignipedes didicêre viri, quique arua colebant
Inuia, & assiduo terras ardore calentes:
Et quos Cyriacus de littore vexit Ibero,
Hinc orti, Sanctum & Summo genus æthere dignum.
Hinc nostri venêre PATRES, *habitacula Montis*
Culmen adhuc seruat, toto apparentia ponto,
Quæ nostri posuêre Atiui, modò possidet hostis
Barbarus, expulsæ solem petiêre cadentem
Arctoasq; domos, & gentis regna latinæ.
Relliquiæ antiqui generis, Vatumque propago.

Ab ELIA, *ceu fonte, Religiones omnes tamquam riui processerũt.*

179. Denique ELIAM Monachum, & Eremitam fuisse perspicuum erit ex Monasticæ & Eremiticæ vitæ *essentia*, & *circumstantijs* in eo consideratis. *Essentia* in tribus istis consistit, *Paupertate*, *Castitate*, *Obedientia*, quæ in eo reperiri ostendetur infrà, & à Ioanne Hierosolymitano satis indicatur *lib. de Institut. Monachorum cap. 26.* Quoad *circumstantias*, eæ sunt, *habitus*, *habitatio*, & *conuersatio à cæteris differentes.* Habitus eius Melote, vestis pilosa & hispida (instar tunicæ seu togæ) & desuper zona pellicea ac pallium album: quibus tamquam signo Religionis ab aliis distinctiuo, amictus incedebat, prout notat Abulensis *in caput 1. libri 4. Reg. quæst. 14.* dicens: ELIAS *non vtebatur habitu suo vili pro paupertate tamquam non potens alium habere, sed pro Religione.* Hinc cum Ochoziæ Regi interroganti *cuius figuræ & habitus est vir*

Tranſit. in eo essentialia vitæ Monasticæ.

est vir ille, qui occurrit vobis? Nuntij responderunt: *Vir pilosus est & zonâ pelliceâ accinctus renibus.* Agnouit Rex Prophetam ex habitu, dixitque protinùs: ELIAS *Thesbites est.* Non vtique aliis vsitatus & communis erat habitus, quo ab aliis omnibus ELIAS distinguebatur. Eiuscemodi etiam vestimenti genere postmodum vsos Monachos & Eremitas (ad imitationem ELIÆ Monastici instituti Principis) tradit Cassianus, relatus iam ante.

180. CARMELVS autem Mons, Religiosæ vitæ aptissimus (de quo latiùs infrà c. 6.) potissimùm habitatio eius erat: ibique morabatur in spelunca, quandoque dumtaxat ob Dei honorem, & proximorum salutem ad prædicandum, & docendum atque ad discipulos suos Filios Prophetarum, in Asceteriis, seu Collegiis commorantes, visitandum, inde egrediens. Collegia autem illa erant instar Monasteriorum huius temporis, de quibus specialiter agunt Abulensis loco citato *quæst.* 3. quæ est: *Cur* ELIAS *ante raptum suum, quem apprimè callebat, loca multa, quæ Scriptura commemorat, lustrauerit:* cui quæstioni respondet, *id eum fecisse, quòd ibi essent certa Prophetarum Collegia, qualia nunc sunt Religiosorum, quorum ille Pater erat & Princeps:* Gaspar Sanctius *in librum 3. Regum ad caput* 17. & Iacobus Salianus, *ad annum mundi* 3139. vbi elegantem texit ELIÆ ante suum raptum, discipulos per varia Collegia diuersos visitantis, exhortationem.

Quam potissimum in Carmelo spelunca exercuit: interea visitans Collegia Filiorum Prophetarum.

Porrò ea quæ hactenùs adduximus de Religioso Instituto & vero Monachismo sub veteri Testamento per S. Prophetam ELIAM initiato, accipienda sunt, prout in eo statu imperfectæ Legis esse potuit. Itaque fuit Religiosus status tempore Legis naturæ adumbratus (quia tunc cœperunt varij specialiter ad Dei cultum congregari) & clarius delineatus tempore Samuelis (à quo instituta fuerunt Collegia, quasi Cœnobia, Propherarum, id est virorum specialiori ritu Deum laudantium, orationi & contemplationi, ac sacrarum litterarum studiis vacantium). tandemque expressus à S. Propheta ELIA, & realiter, ac essentialiter, sub obseruantia Paupertatis, Castitatis, & Obedientiæ inchoatus, atque per eiusdem discipulos propagatus (prout in sequentibus declarabitur) denique à Christo perfectus, & cõsummatus; tum propter iurisdictionem clauium in Superioribus Religiosorum erga subditos, tum ob prærogatiuas Religiosæ professionis instar Baptismi remittentis omnes pœnas temporales, nec non sponsalia, & etiam matrimonium ratum dissoluentis & alias etiam excellentias; tùm quòd post Christum ille status quàm maximè fuerit per totum Orbem amplificatus, & multiplicatus: prout videre licebit parte 3. potissimùm *capite* 20. Cardinalis Bellarminus *lib. 2. de Monachis c. 5.* sic paucis id expressit: *Dicimus itaque primùm vitã Religiosam adeò esse antiquam, vt quædam eius adumbratio fuerit in Lege naturæ ante diluuium: maior quædam expressio in Lege Moysis: perfectio autem Apostolorum tempore.*

Ex dictis perspicuum est, S. Prophetam ELIAM & Monachum, & Monasticæ vitæ primum Authorem extitisse: consequenter adferemus authoritates Pontificum, aliorumq; grauiorum scriptorum, quibus specialiter, ipsum Carmelitani Ordinis Patriarcham, & Institutorem fuisse adstruatur.

Digitized by Google

CAPVT II.

Summorum Pontificum, aliorumq; Scriptorum testimoniis declaratur, S. Prophetam ELIAM *specialiter Prophetici Carmelitani Ordinis Patriarcham, & Fundatorem extitisse.*

Summi Pontifices asserunt in Ordine Carmelitano esse successionem hereditariam ab ELIA, *illumq; eius Authorem.*

182. COnsiderato dignitatis merito primus hic locus deberetur Summis Ecclesiæ Pontificibus, & Sacris Cardinalium Congregationibus, à quibus àssertum hoc nostrum perspicuè traditur. Ioannes quidem XXII. & Alexander V. explicatissimè dicunt *Ordinem Carmelitarum per* ELIAM *& Eliseum in Monte Carmelo inchoatum.* Sixtus IV. Iulius II. & Gregorius XIII. asserunt Ordinem hunc eiusq; Professores *à SS. Prophetis* ELIA *& Eliseo* &c. *Successionem tenere.* Clemens autem VIII. scribit *Religionis huius Professores sui instituti authores habere Sanctos Prophetas* ELIAM *& Eliseum.* Haud dissimilia habentur in variis officiis Ecclesiasticis, à Sacra Rituum Congregatione iteratis vicibus approbatis. Istorum Pontificum, & Sacræ Congregationis Rituum testimonia suo quæque loco producentur, conuenientiùs enim visum fuit non Ordine dignitatis sed temporis, quo vixerunt authores referendi, procedere, exemplo Ioannis Trithemij & aliorum de Scriptoribus Ecclesiasticis, & Principis Annalistæ nostri Venerab. P. Ioan. Bapt. de Lezana *tom. 1. & 2. Annal. in Apparatu.*

Illud magni ponderis argumentũ perpendunt plures.

183. Obiter autem hic notandum, argumentum hoc ab authoritate tot Pontificum, & Sacræ Congregationis Cardinalium, magni ponderis fore: imò solùm sufficere potuisse: quod non premo vlteriùs, dùm premũt alij. Ioannes de Carthagena, qui post allata ista Pontificum verba, subiicit: *Quamuis autem prædictorum Pontificum testimonia, non id tradant tamquam rem fide diuinâ credendam; ipsa tamen limites tamẽ humani testimonij, nullum maius aut firmius proferri potest, quàm tot Summorum Pontificum testificatio.* Gaspar Sanchez è Societate Iesu in Academia Complutensi quondam percelebris sacrarum litterarum interpres *in Commentario super Libros Regum,* postquàm magni Prophetæ ELIÆ genus, patriam, ortum, Virginitatem, aliasq; laudes executus esset, eumdem cœtus & Collegia Religiosorum virorum, qui à monte Carmelo, sicut Carthusiani, Camaldulenses, & alij à locis in quibus inceperunt, habuisse & instituisse demonstrat. Cumq; plurima assertionis exempla protulisset, subdit: *Accedit ad hæc à Pontificum iudicio grauissimum pondus, quò sacrum hunc Ordinem ab* ELIÆ *disciplinâ atque instituto exordium habuisse testantur. Ita sanè in suis Bullis Sixtus Quartus &c. qui docent familiæ Carmelitanæ viros ab* ELIA *& Eliseo hæreditariam successionem tenere. Hæc mihi grauissima sunt.*

Carthagena homiliâ 1. lib. 17. ad obiect 5.

Gaspar Sanchez in ca. 17. l. 3. Reg.

Alius

Alius quoque Societatis IESV Doctor eximius Franciscus Suarez tom.4. de Relig.tract.9. libr.2. cap. 10. illam Pontificum authoritatem sic ponderat: *Est autem valde recepta, & satis antiqua traditio, Religionem hanc à temporibus Prophetarum, & signatim ab* ELIÆ *institutione suam ducere originem, & quasi hæreditariam successionem in Monte Carmelo, à quo nomen etiam accepit: quam traditionem, vt veram suscipimus; præcipuè quia Summi Pontifices, Sixtus IV. Ioannes XXII. Iulius III. Pius V. Gregorius XIII. Sixtus V. & Clemens VIII. in Bullis huic Ordini concessis de Professoribus huius sacri Instituti ita loquuntur: Tamquam Religionis speculum & exemplar charitate fulgentes, sanctorumq; Prophetarum* ELIÆ *& Elisei, & aliorum sanctorum Patrum qui montem Sanctum Carmeli iuxta* ELIÆ *fontem habitarunt, successionem hæreditariam tenentes &c. Vnde Sixtus V. huic Religioni concessit vt* ELIAM *& Eliseum tamquam suæ Institutionis Patronos coleret, dies festos in eorum honorem celebrando, propriaq; officia in eorum memoriam recitando: quod ipsa Religio studiosè seruat, & in ipso officio nomen & solemnitatem Patroni* ELIÆ *tribuunt.* Franciscum Suarez. Planè similia habent ex eadem Societate Salianus infrà referendus, & Marianus scriptor Petrus Poyreus de Triplici Corona B. Virginis Mariæ. At de istis satis, itaque nunc sigillatim ab antiquioribus descendendo, testimonia pro Patriarchatu ELIÆ in Ordine Carmelitano prodeant. Poyre tract.1.ca.12.n.14.

Iosephus Antiochenus (qui iuxta Possevinum & alios vixit proximè post tempora Apostolorum, circa annum videlicet 130.) in speculo perfectæ militiæ Christianæ cap.12.

184. *PErfectorum militum Christi, Apostolorum coadiutores surrexerant strenuissimi, viri solitarij, contemplationique dediti SS. Prophetarum* ELIÆ *& Elisei imitatores, qui de Monte Carmelo descendentes per Galilæam, Samariam, & Palæstinam fidem Christi constantissimè sparserunt: quiq; in Virginis* MARIÆ *honorem in Montis Carmeli decliuio fabricantes Oratorium, Saluatoris Matri specialissimè seruierunt.* Id etiam habet Bostius in Breuiloquio. *Testimonium insigne de gestis Carmelicolarum in primordijs Eccles.*

De Iosepho isto Antiocheno, & illo speculo, plura scribunt Lezana to. 1. in *Apparatu cap.6.num.2.* Et Aubertus Miræus *libro de Origine & increm. Ordinis Carmelit. cap.7.* vbi ista: *Ioseph Antiochenus Vetustissimus Auctor scripsit librum prænotatum, speculum perfectæ militiæ primitiuæ Ecclesiæ: in quo multoties de hoc Ordine tractat atque inter alia docet, Carmelitas Coadiutores fuisse Apostolorum in disseminanda fide Christi.* Eiusdem meminerunt Thomas Waldensis *tom.1. Doctrinal. fidei lib.4, artic.2. cap.27.* Philippus Ribotus, Ioannes Palæonydorus, Ascensus Badius, Syluester Marulus & alij, quos refert Lezana ibidem; & alibi. Eusebius Cæsarienſis *lib.2. Historiæ c.3.* Istos SS. Prophetarum ELIÆ *& Elisei imitatores* vocat *viros Prophetici Ordinis.*

Ioannes

Ioannes Hieroſolymitanus Epiſcopus in libro de Inſtitutione primorum Monachorum in lege veteri exortorum & in noua perſeuerantium, *habetur tom. 3. Annalium per Lezana ſub initium, apud VVaſtelium to. 1. inter opera ipſius Ioannis, nec non apud Thomam à Ieſu libro de variis Regulis Carmelitarum, & tom. 9. Bibliothecæ SS. Patrum editionis Pariſienſis.*

185. TOto illo libro ex profeſſo ſcribit de Principio huius Religionis Propheticæ Elianæ, deque ſupremo eius fundatore, & primaria Inſtitutione: quomodo, & vndè proceſſerit. Cap. 1. ſcribit *de Ortu magni Prophetæ* Eliæ. Cap 2. oſtendit quòd Elias *ex Dei inſtinctu primus Monachorum Dux ſit.* Cap. 3. 4. & ſeq. vſque ad 10. latè explanat *quatuor gradus quibus ad Propheticæ Eremiticæ perfectionis culmen peruenitur*, ſcilicet, *Normam vitæ monaſticæ, quam à Deo ipſe accepit, in ſe expreſſit, & diſcipulis obſeruandam tradidit.* Cap. 10. & ſequent. fusè tractat *de primis diſcipulis Imitatoribus, & ſucceſſoribus* Eliæ, *quos in Monaſtica vita Eremitica, quam primus hominum inchoauerat, ſucceſſores poſt ſe in perpetuum relinquere diſpoſuit, & habuit in Monte Carmelo ad vitam ſolitariam Religioſam ducendam aptiſſimo.* Cap. 17. Declarat *Cur S.* Eliæ *Spirituales poſteri à Carmelo potiùs quã à Carith dicti ſint. Capitibus ſequentibus* totus eſt, vt demonſtret Religioſos Eremitas Montis Carmeli in eo degentes ante Chriſti ortum, & in primordiis Eccleſiæ Chriſtianæ, vſque ad annum quadringenteſimum, hæreditariâ, & iugi ſerie ſucceſſionis eſſe poſteros ipſius S. Prophetæ Eliæ, & hunc illorum Patriarcham, ac Fundatorem.

Illa & alia de Origine & ſucceſſione huius Ordinis luculentiùs traduntur à Ioanne Hieroſol.

De iſto Ioanne Hieroſolymitano, eius fidei ſinceritate, & ſcriptis copiosè tractant Hiſtorici Ordinis noſtri, & Exteri non pauci: latiſſimè autem & pleniſſimè Venerandi & doctiſſimi Patres Petrus Waſtelius libris tribus Vindiciarum, & Lezana *tom. 3. Annal. ad annum Chriſti* 412. De eodem, & ipſius libro præfato (qui in hoc Ordine noſtro habitus & obſeruatus fuit pro Regula per annos circiter octingentos, nempe ab anno 412. vſque poſt 1200.) actum eſt ſuprà à S. Cyrillo *cap. 1.* & in Notis. Alia dicemus in ſequentibus.

S. Brocardus Hieroſolymitanus, Prior Generalis Ordinis in exordio Conſtitutionum, *quas compilauit circa annum Chriſti* 1191.

186. CVm quidam *Fratres noſtri Ordinis iuniores, quærentibus à quo, vel quomodo Ordo noſter ſumpſit exordium, vel quare dicimur* Fratres Ordinis

DINIS BEATISSIMÆ DEI GENITRICIS ET VIRGINIS MARIÆ DE MONTE CARMELI, *nesciant satisfacere competenter: Hinc est quòd in scriptis formam talibus respondendi volumus relinquere, & testimonium veritati perhibentes, dicimus: quòd tempore* ELIÆ, *& Eliſei eius discipuli Montem Carmeli, qui non longè ab Achon distat, deuotè inhabitarunt multi sancti Patres, tam veteris, quàm noui Testamenti, solitudinis Montis eiusdem pro contemplatione cœlestium veri amatores, ibidem iuxta fontem* ELIÆ *in sancta pœnitentia sanctis successibus continuatâ sunt procul dubio conuersati laudabiliter, ac Religiosè: prout testatur quarti Regum historia cap. 6. Et Iosephus Antiochenus libro de perfecta militia primitiuæ Ecclesiæ ca. 12. dicens: Perfectorum militum Christi* &c. Eadem habentur in prima Rubrica *Vexilli* seu *Constitutionum* recognitarum per B. Ioannem Soreth, etiam Generalem Ordinis, in Capitulo Generali Bruxellis celebrato anno 1464. publicatarum. Constitutiones illæ, à S. Brocardo editæ, à vetustis Ordinis Historicis Ioanne Bachone, Ioanne Vineto, Bernardo Olerio, & aliis vocantur *Constitutiones: antiquæ*: de quibus latè tractat Wastelius *lib. 1. Vindiciarum sect. 5. cap. 14* vbi etiam adfert Diploma Alexandri IV. circa illas Constitutiones: & etiam Lezana *tom. 2. Annal. in Apparatu cap. 6 num. 10.* De iisdem adhuc sermo redibit in Notis ad Chronologiam vitæ S. Simonis Stock, sub initium.

De ijsdem instrumenta Constitutiones antiquissima.

Edita à S. Brocardo.

187. Hic subsequi ordine deberet S. Cyrillus Constantinopolitanus, quondam Prior Generalis, successor S. Brocardi, qui scripsit librum *de Processu & Regula Ordinis*: in quo succinctè successionem eiusdem vsque ad sua tempora perstringit: & S. Prophetam ELIAM Fundatorem huius Religionis supponit & nuncupat: ac Regulam, seu normam viuendi traditam anno 412. à Ioanne Episcopo Hierosolymitano fuisse secundùm formam institutionis ipsius Prophetæ ELIÆ: at is totus hic præcessit.

Ioannes Papa XXII. in Bulla, dicta Sabbatina, *cuius initium est*: Sacratissimo vti culmine.

188. IBi sic refert verba Beatissimæ Virginis Mariæ, sibi apparentis, & loquentis, *Mihi flexis genibus Virgo visa fuit* Carmelita (id est Carmelitani Ordinis habitu amicta) *sequentem affata sermonem: O Ioannes, ô Ioannes, Vicarie dilecti filij mei, veluti à tuo te eripiam aduersario* &c. *Istam gratiam, & amplam* MEO *sancto & deuoto* CARMELITARVM ORDINI *Confirmationem debes præconcedere, per* ELIAM *& Eliseum in Monte Carmeli inchoato.* Notanda præcipuè illa verba: *Per* ELIAM *& Eliseum in Monte Carmelo inchoato.* Istam Bullam confirmarunt alij Romani Pontifices Ioannis successores, Alexander V. (qui illam integram suo Diplomati, cuius initium est: *Tenore cuiusdam*, inseruit) Clemens VII. Paulus III. Pius V. Gregorius XIII. de quibus latiùs infra parte quintâ, vbi ea integra refertur.

Ioan XXII. in Bulla refert Verba Virginis Deiparæ, quibus asseritur Ordo iste ab ELIA *inchoatus.*

Digitized by Google

Beatissima Virgo Deipara ad S. Petrum Thomam *Patriarcham Constantinopolitanum, orantem pro suo Ordine Carmelitano grauiter afflicto.*

Id ab eiusdem Virginis testimonio roboratur.

189. CVm in graui quadam Ordinis afflictione circa annum Christi 1351. S. PETRVS THOMAS piis & ardentibus precibus ipsa nocte Pentecostes à Beatissima Virgine MARIA patrocinium & conseruationem suæ Religionis imploraret, ab eadem mirabili hoc, & summæ consolationis responso dignatus est: *Confidito, Petre, Religio enim Carmelitarum in finem vsque seculi est perseueratura.* ELIAS *namq; eius Institutor iam olim etiam à filio meo id impetrauit.* Ita ad diem 29. Ianuarij, (quâ colitur ipsius B. PETRI THOMÆ festum per totum Ordinem Carmelitanum) legitur in Officio, Ecclesiæ authoritate approbato, *lect. 6. ad Matutinum*: Quantę autem authoritatis eiuscemodi censenda sint, dicetur *cap. 3. nu.* 207. Istis autem clarissimè Patriarchatus ELIANVS in Ordine Carmelitano asseritur ab ira quæ eo in statu est, vt falli aut fallere non possit. De reuelatione ista actum est latiùs post appendicem Breuiloquij tripartiti, hic supra. Pro eiusdem veritate declaranda scripsimus Opusculum apologeticum, sicut ibi quoque indicauimus.

Decisio celeberrimæ quondam Vniuersitatis Cantabrigiensis in Anglia quoad Institutionem, Confirmationem & Intitulationem Ordinis huius.

190. ANno Domini 1374. grauis controuersia mota fuit in Anglia circa antiquitatem, Confirmationem, & Intitulationem Ordinis Carmelitani. Pro ea dirimenda deputati fuêre ab Vniuersitate Cantabrigiensi D. Ioannes Donewicus Cancellarius, Ioannes de Barnebag Ordinis Minorum, Rogerus de Falesiei Ordinis Eremitarum S. Augustini Sacræ paginæ Professores, cum aliis Theologiæ & Iuris ac Decretorum Doctoribus, & Magistris: vt, auditis & examinatis vtrimque rationibus, litem dirimerent. Sub quibus tandem eiusmodi prodiit Decretum: *In nomine Domini, Amen. Per præsens publicum instrumentum cunctis appareat euidenter, quòd anno eiusdem secundum cursum & computationem Ecclesiæ Anglicanæ* M. CCCLXXIV. *Indictione XIII. Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri, Domini Gregorij dignâ Dei prouidentiâ Papæ XI.* &c. Et multis solemnitatibus interpositis sequitur: *Auditis rationibus & allegationibus, visisq; priuilegiis, lectis & examinatis vnà cum Chronicis & Scripturis antiquis,* ORDINEM FRATRVM BEATÆ MARIÆ DE MONTE CARMELI, *in iure communi ac speciali confirmatum, titulóq;* GLORIOSÆ VIRGINIS B. MARIÆ DEI GENITRICIS *specialiter fore insignitum; ac* FRATRES *dicti Ordinis, prout nobis apparuit per chronicas, & alias scripturas antiquas, imitatores ac Successores esse Sanctorum Prophetarum* ELIÆ *ac Elisei pro-*

Cantabrigiensis Vniuersitas ex Chronicis & vetustis Scripturis declarat ac decidit Ordinem prædictum titulo Gloriosæ Virginis Deiparæ specialiter

Digitized by Google

sei pronunciamus, decernimus & declaramus. Aliud etiam Decretum tum editum fuit tenoris sequentis: *Vniuersis Sanctæ Matris Ecclesiæ Filijs præsentes litteras inspecturis Ioannes de Donewico Cancellarius Vniuersitatis Cantabrigiæ, salutem in Domino sempiternam. Cùm nuper à nonnullis Vniuersitatis prædictæ studentibus institutio, intitulatio & confirmatio* ORDINIS FRATRVM BEATÆ MARIÆ DE MONTE CARMELI *nimis præsumptuosè reuocabantur in dubium, vndè discordiæ & rixæ quamplurimæ inter scholares eiusdem Vniuersitatis fuerant suscitatæ, nec non magna perturbatio inualescebat in eadem. Ea propter* &c. Et infrà *Nos verò Cancellarius memoratus attendentes præmissa consona esse iuri & rationi, auditis rationibus & allegationibus, visisq; priuilegiis, & lectis, & examinatis, vnà cum nonnullis alijs munimentis & Scripturis antiquis, de consilio, & consensu discretorum & iuris peritorum dictæ Vniuersitatis, nobis assistentium in ea parte, & per eamdem deputatorum, dictum* ORDINEM FRATRVM BEATÆ MARIÆ DE MONTE CARMELI *in iure communi ac speciali confirmatum, & titulo* B. MARIÆ DEI GENITRICIS *fore specialiter insignitum; ac* FRATRES *dicti Ordinis, prout sufficienter apparuit per præmissa exhibita, producta & allegata,* ELIÆ *& Elisei Sanctorum Prophetarum fore imitatores, & successores, causæ cognitione & iuris Ordine in ea parte de iure requisitis, ad plenum reseruatis, reputamus, decidimus, & decidendo declaramus in his scriptis: inhibentes quibuscumque nostris & dictæ Vniuersitatis subditis, ne contra has decisionem & declarationem nostras, in ipsorum Fratrum præiudicium, & dictæ Vniuersitatis vituperium, & studentium in eadem inquietationem venire temerè præsumãt: sub pœnis & censuris nostro & successorum nostrorum arbitrio* &c. *Datum Cantabrigiæ 23. die mensis Februarij anno Domini* 1374.

insignitum, eiusq; Religiosos imitatores & Successores S. Prophetæ ELIÆ.

Richardus Armachanus Hiberniæ Primas in Sermone de Concep. Beatiss. Virg. MARIÆ, *habito Auenione coram cœtu Cardinalium anno* 1342. *cuius initium est,* AVE MARIA.

191. AN non meritò illi dicimus AVE, *quæ sic erat illustrata, virtutibus in suæ Origine? vtique hanc illustrationem in suo ortu hic Sanctus ac peculiaris & antiquus* ORDO SVVS *Carmelitarum prætendit in habitu, qui hoc festum singulariter in eo solemnizat, candorem habitus sui, vt existimo, prudenter & deuotè referens ad hoc festum. Miramini forsan, quia dixi,* ORDO SVVS *peculiaris, & antiquus; cum, veritate attentâ, nullatenùs sit mirandum; quoniam, vt dicunt fide dignæ historiæ, à tempore* ELIÆ *& Elisei, qui sæpiùs morabantur in Monte Carmelo iuxta* Nazareth *Ciuitatem Dominæ nostræ ad tria milliaria solebant homines deuoti secretiùs habitare vsque ad tempora Saluatoris: & tunc illi Eremitæ prædicantibus Apostolis inter cæteros sunt conuersi,* &c. Vide etiam dicta superiùs *num.* 93. De isto Armachano scribunt Trithemius *lib. de Scriptoribus Eccles.* Lezana *tomo* 4. *Annal. ad annum* 1306. *&* 1342. *n.* 11. *& alij.*

Idem ex fide dignis historiis refert Armachanus.

Digitized by Google

Thomas VValdensis Anglus, dictus Validus Ecclesiæ ensis.

Confirmat. & Thomas VValdensis.

192. IS variis in locis tractat de Institutione huius Ordinis per S. Prophetam Eliam: specialiter autem *tomo* 3. *de Sacramentalibus tit.* 9. *c.*89. vbi scribens cõtra Wiclephum de Antiquitate Vitę Monasticæ & Ordinis Carmelitani, ait: *A Prophetis sanctis* Elia *& Eliseo prius incepit: post Saluatoris aduentum cum Apostolis in Euangelio sollicitissimè laborauit*: pro cuius confirmatione ibidem etiam adfert testimonium istud Armachani: *An non meritò dicimus illi* Ave &c. ac deinde subiungit: *Taceant Carmelitæ, dum talis ac tantus testis, magnus indubiè Præsul Ecclesiæ, & vir altæ peritiæ in sacris litteris, testimonium perhibet Carmelitis.*

& Ioannes Bacho.

Alter quoque Ordinis nostri percelebris Doctor, etiam Anglus Ioannes de Bachone in variis opusculis idipsum tradit & probat: & quidem in eo, quod hic supra habetur *c.*2. cuius titulus est: Elias *& Eliseus dicti Carmelitæ Beatæ* Mariæ *meruerunt*: vbi subdit: *In Carmelo, Beatæ* Mariæ *dato, Propheta* Elias *& Eliseus Patres nostri inhabitabant.*

Sixtus Papa IV. in Bulla Dum attentâ, data anno 1476. quæ vocatur Mare magnum priuilegiorum Ordinis huius,

193. *Dum attentâ meditatione pensamus, quòd Virgo Venustissima & omnium virtutum floribus insignita, Virgo Dei Genitrix gloriosissima, cuius pulchritudinem sol & luna mirantur, cuiusq; precibus iuuatur populus Christianus, & quæ florem pretiosissimum, immarcessibilem & æternum, Dominum nostrũ* Iesvm Christvm, *ineffabili sancti Spiritus cooperante virtute, genuit: produxitque Sacrum* Ordinem Beatæ Mariæ de Monte Carmelo, *à Sede Apostolica, pluribusq; Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris probatum. Quem eiusdem gloriosissimæ Dei Genitricis, semperq; Virginis* Mariæ *speciali titulo voluit insigniri; vt ob eiusdem Virginis reuerentiam Ordo ipse à Christi fidelibus meritò perampliùs veneraretur. Ipsique fideles propterea, eiusdem Virginis* Mariæ *adiuti suffragiis, æternæ retributionis præmia facilius consequi mererentur. Dumque sublimium dicti Ordinis vtriusque sexus personarum, virtutum merita, Deo quidem grata, & in conspectu Apostolicæ Sedis accepta, dignâ memoriâ recensemus, ac ordinem ipsum, & illius personas sub Sedis Apostolicæ, & Ecclesiæ Romanæ protectione immediatè existentes, & inter cæteros Regularium Ordinum professores in firmamento Catholicæ fidei militantes, tamquam Religionis speculum, & exemplar, speciali charitate fulgentes, Sanctorumque Prophetarum* Eliæ *& Eliseï, & aliorum Patrum, qui Montem sanctum Carmeli, iuxta* Eliæ *fontem, inhabitarunt, successionem hereditariam tenentes: fructus quoque vberes, quos dictus sacer Ordo in agro militantis Ecclesiæ, in propagatione Religionis, & fidei Orthodoxæ, hactenùs produxit vtiliter, & producit, ac in futurum producturum*

At diserte adstruit Romanus Pontifex Sixtus IV.

Qui insigni elogio hunc Ordinem cõmendans eius hereditariam à S. Elia successionẽ exprimit.

Digitized by Google

fore indubitanter speramus, Paternâ charitate intuemur; dignam potiùs, quinimò, & debitum reputamus, nos ad illum nostros debere dirigere cogitatus, &c. Isto Diplomate approbat, innouat, & confirmat aliorum Pontificum Prædecessorum quorum concessiones & Bullas: quas de verbo ad verbum inserit. Præterea in eadem Bulla plura resoluit dubia, quæ circa prædicta priuilegia, seu concessiones suboriri possent, declarat obscura, concedit & indulget noua. Idcirco *Mare magum* nuncupatur. Quo sensu Pontifex iste & alij asserant *Beatissimam Virginem* MARIAM *produxisse hunc Ordinem*, dicetur infrà parte 3. sect. 1.

194. Idem Pontifex in alia Bulla data anno 1477. cuius etiam initiū est, *Dum attentâ*, eadem habet de *successione Ordinis huius à SS. Prophetis* ELIA *& Eliseo*, In ea *motu proprio & ex certa scientia, vt* loquitur, Indulgentias Ordini & Ecclesiis nostris à Summis Pontificibus Prædecessoribus suis concessas, specialiter à Leone IV. Hadriano II. Stephano V. Sergio III Ioanne X. & XI. Sergio V. Innocentio IV. Clemente III. Alexandro II. Gregorio V. & VII. Clemente IV. Lucio III. Gregorio VIII. Honorio III. Nicolao IV. &c. refert specialiter & confirmat, earumq; omniū tenores & effectus, acsi de verbo ad verbum suo illi Diplomati insertæ forent, pro sufficienter expressis haberi vult.

Indulgentias antiquas suorū prædecessorum confirmat.

Vnde errorū coniuncuntur, qui initia huius Ordnis referunt ad Albertum aut Aymericum Patriarchas.

195. Obiter hic notandum, quàm à vero aberrent nonnulli, Originē, & Institutionem huius Ordinis referentes ad B. Albertum Patriarcham Hierosol. aut Aymericum Patriarcham Antiochenum; cum aliquot seculis ante illos tot Pontifices Ordini huic Indulgentias concesserint. Sed de istis latiùs infrà.

VVarnerus Roleuinc Carthusianus in fasciculo temporum.

VVernerus Carthusianus varijs locis originem Carmelitani Ordinis ad ELIAM *refert.*

196. IS variis locis S. ELIÆ, vt primario Authori, & *S. Eliseo* vt secundario Institutionem huius Ordinis attribuit, ac in primis ad annum à creatione mundi 4300. ante Christum 923. sic paucis: ELIAS *Propheta auriga Israel, &* ORIGO RELIGIONIS CARMELITANÆ *Eliseo viuente rapitur.* Ad annum autem post Christum 1291. Scribit, tum Ordinem perstitisse 2221. annis: eius verba referentur par. 3. cap. 32. Iste Warnerus fuit *in Diuinis Scripturis studiosissimus, & valde eruditus*, vt de eo scribit Abbas Trithemius.

Ioannes Trithemius Abbas Ordinis S. Benedicti, & Gilbertus Genebrardus &c.

197. EOdem tempore multigenâ eruditione præstans varia scribebat ipse Trithemius, & inter ea speciale Opusculum de Institutione & laudibus Ordinis Carmelitani: in quo declarat ELIAM fundatorem extitisse:

titisse huius Ordinis: vnde initio *capitis* 2. hanc statuit assertionem: ELIAS. *Propheta Domini rectè & catholicè Carmelitanæ Religionis Fundator dicitur.* Quod triplici ratione ostendit: *à Loco, ab Habitu, à Conuersatione*: & quidem *à Loco* scilicet, *Carmelo*, in quo vt plurimùm ipse moratus & prodigia operatus fuit: vndè & hic Ordo Originem, & nomenclaturam habet. *Ab Habitu*; sicut enim pallio albi coloris ipse vsus fuit, sic & Religionis huius Professores desuper albis vestiuntur: quod & patri eius Sabachæ præsignatum fuisse dictum est capite præcedenti, ex S. Epiphanio & aliis. *A Conuersatione*: forma enim vitæ Religiosæ & Monasticæ à S. P. ELIA primùm concepta & discipulis tradita etiam nunc in Ordine Carmelitano obseruatur. Deinde agit de Conuersatione Filiorum Prophetarum & Eremitarum ante Natiuitatem Christi in Monte Carmelo. De Titulo, Habitu, Regula, Confirmatione, Transmigratione Ordinis è Terra Sancta in Europam. Ex eodem sacro, & virorum illustrium fœcundissimo Ordine, alij plures scriptores in eamdem conspirant sententiam. Ij sunt Antonius Abbas Vercellensis in Cantica, Carolus Fernandez Abbas Maurolicus, Leander Granatensis, relati ab aliis: nec enim intenta à nobis breuitas singulorum verba adducere sinit. Vnius dumtaxat, ex illo instituto, Genebrardi Chronographi accuratissimi, paucula verba subnectimus: is *in sua Chronographia circa annũ Christi* 1142. vbi scribens de Carmelitani Ordinis initio, cum Polydorum, illud ad tempora Aymerici circa annum Domini 1141. referentem adduxisset, eius sententiam corrigens, suam subiicit his verbis: *Eorum* (Carmelitarum) *origo altiùs repetenda est, nempe à Prophetis* ELIA *& Eliseo, qui Carmelum Montem Terræ Sanctæ primi consecrarunt, & discipulos ibi reliquerunt, quos Scriptura Filios Prophetarum appellat.*

Trithemius triplici ratione id declarat:

Adstipulãtur alij plures eiusdem Benedictini Instituti illustres Scriptores.

Iulius secundus in Bulla data anno 1504. Ad sacrum Ordinem.

198. IN ea confirmans Indulgentias Ordini nostro concessas à Leone Quarto, Adriano secundo, Stephano Quinto aliisque suis prædecessoribus & nouas superaddens, iisdem vtitur verbis, quibus Sixtus Quartus (cuius etiam Bullam illam datam anno 1477. integram suo inserit Diplomati) scilicet *Ordinem Beatæ semper Virginis* MARIÆ *de Monte Carmelo eiusque Professores Sanctorum Prophetarum* ELIÆ, *Elisei & Enoch nec non aliorum Sanctorum Patrum, qui Montem sanctum Carmeli iuxta* ELIÆ *fontem inhabitarunt, successionem hæreditariam tenere.* Habetur Bulla in speculo Ordinis fol. 99. Ille *Enoch* cuius ibi mentio fit, est Enoch de Amathim, de quo specialiter infra parte 3. cap. 14.

Roborat & Iulius II. Pontifex.

Indocus

Iudocus Clichtoueus, præstans sui temporis Theologus, in sermone de Carmelitano Ordine, *cuius initium est*: Cum dixerint vobis filij vestri.

199. IN prima istius Orationis parte agens de Ordinis huius exordio, declarat illud triplici gaudere prærogatiuâ: Prima est, *quòd ipsum ante institutionem diuino nutu, & reuelatum est, & præcognitum; dum ante* ELIÆ *ortum Sabbacha eius Pater vidit in somnis viros niueis vestitos amictu ipsum benevolè ac benigniter salutantes.* Secunda *à loco, in quo Ordo institutus,* vtpote *Mons Carmelus, in Terra Sancta: quem conscendit* ELIAS *primum Carmelitanæ Religionis Caput & Princeps, vt in eo cœlibem castamq; vitam duceret* &c. Tertia *ob propinquitatem loci institutionis eius, ad locum nostræ Redemptionis.* *Et virtutes declarat Clichtoueus.*

In secunda parte demonstrat ELIÆ *primi Institutoris huius Religionis triplicem excellentiam*: primo *quia à Christo Ioannes Baptista* (*quo inter natos mulierum non surrexit maior*) ELIÆ assimilatus. Secundò quia ELIAS in quamplurimis Christo persimilis. Tertiò, quòd à Christo in Transfiguratione vt testis eius diuinitatis, adscitus.

In tertia parte triplicem patefacit vtilitatem huius Religionis. Primò quia ELIAS eius Institutor primus Virginitatis votum emisit, & alios exemplo præcessit. Secundò, quòd ipse aliis omnibus exemplar fuerit monasticæ vitæ. Tertiò, quia Religio hæc adiutrix fuerit Apostolorum in disseminanda fide & doctrina Euangelica.

CAPVT III.

Aliorum plurimorum assertis Patriarchatus Ordinis eiusdem eximio isti Prophetæ vindicatus adstruitur.

200. GRegorius XIII. in Bulla, *Vt laudes datâ* anno 1577. *Vt laudes Gloriosissimæ V.* MARIÆ *referre, quæ salutis nostræ protulit authorem, lingua numquam cesset humana, sed eius sanctissimum nomen piâ deuotione celebret ac veneretur; Sacrum Ordinem sub inuocatione eiusdem Beatæ* MARIÆ *de Monte Carmelo* (*quem eadem Virgo venustissima & omnium virtutum floribus insignita edidit, propriiq; nominis titulo insigniuit*) *à pluribus Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris: probatum, variisq; priuilegiis, & facultatibus iam pridem decoratum* (*ex quo in agro Domini vberes fructus manarunt, & indies non mediocres producuntur*) *gratiâ nostrâ speciali complectendum esse censemus.* Et infrà. *Præclarum Pontificis elogium in hunc Ordinem.*

Nos igitur ipsum Ordinem illiusque personas, inter cæteros Regularium Ordinum Professores in Catholica Ecclesia militantes, tamquam Religionis exemplar, speciali charitate

charitate fulgentes, sanctorumq; Prophetarum ELIÆ Eliſei, & Enoch, nec non aliorum ſanctorum Patrum qui Montem ſanctum Carmeli, iuxta ELIÆ fontem, inhabitarunt, ſucceſſionem hæreditariam tenentes, ſpecialibus fauoribus & gratiis proſequentes, &c. Omnia & ſingula priuilegia, facultates, gratias, exemptiones, immunitates, libertates dicto Ordini, illiuſq; Eccleſiis ac domibus ac ab illo dependentibus locis conceſſa, quatenùs ſint in vſu, & Concilio Tridentino non contraria, Apoſtolicâ auctoritate tenore præſentium confirmamus & approbamus, illiſq; perpetuæ & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus ac præſentis ſcripti patrocinio communicamus. Et infrà: ſummarium autem Indulgentiarum conceſſarum ſequitur & eſt huiuſmodi, videlicet.

Dei eius hæreditaria ſucceſſione ELIÆ,

Antiquis Indulgentijs datis ante octingentos annos,

201. Leo Papa IV. Omnibus Chriſti fidelibus, qui Eccleſiam B. MARIÆ de Monte CARMELO huiuſmodi feſtis Natiuitatis Dominicæ, Paſchæ, Apoſtolorum Petri & Pauli, Penteceſtes, Aſſumptionis, Natiuitatis, Annunciationis, Purificationis eiuſdem Beatæ Dei Genitricis MARIÆ, S. Michaelis Archangeli, Omnium Sanctorum, in duobus feſtis S. Crucis, Natiuitatis S. Ioannis Baptiſtæ, SS. Martyrum Fabiani & Sebaſtiani, & in die Paraſceues, & per Octauam prædictarum feſtiuitatum, & vocabulis omnium Eccleſiarum dicti Ordinis deuotè viſitarent, ſeptem annos & totidem quadragenas.

202. Et Adrianus II. Stephanus V. Sergius III. Ioannes X. Ioannes XI. Sergius IV. & Innocentius quartus (qui dictum Ordinem confirmauit) omnibus Chriſti fidelibus verè pœnitentibus, contritis & confeſſis, qui prædictas Eccleſias piè viſitarent in prædictis feſtiuitatibus & earum Octauis, vel Confraternitatem dicti Ordinis aſſumerent & eam intrarent, tertiam partem omnium peccatorum in Domino relaxarunt. Et multis aliorum Pontificum interpoſitis Indulgentiis de Bulla, & Indulgentia SABBATINA, hæc habet: Ioannes XXII. pro animabus, quæ in purgatorio exiſtunt, & habitum Religionis geſtarunt vel eorum Confraternitatem ingreſſi fuerunt, vel Confratrum numero adſcripti in honorem eiuſdem B. MARIÆ Matris Dei, die Sabbathi poſt earum tranſitum, interceſſionibus eiuſdem continuis, pijs ſuffragijs & meritis, ac ſpeciali protectione adiuuandis, priuilegium publicauit, corroborauit & cõfirmauit. Et infrà: Quibus omnibus etiamſi de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica & expreſſa, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, aut quæuis alia expreſſio habenda eſſet, illorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, &c. Datum Romæ apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris die decimo octauo ſeptembris 1577. Pontificatus noſtri anno ſexto.

& ſingulari Ordinis Priuilegio Bulla Sabbathina.

Omnia cõfirmantur.

203. Hæc prolixiùs retulimus; quia ſeruiunt pro ſequentibus; & ne ibi repeti debeant. Obiter circa illa hic quatuor notanda occurrunt. *Primum* (pro præſenti) in illa Bulla declarari Ordinis huius Profeſſores eſſe *Succeſſores SS. Prophetarum* ELIÆ *& Eliſei. Secundum*, Ordinem hunc ſpeciali titulo Beatiſſimæ Virg nis MARIÆ inſigniri, & ab ea productum modo explicãdo ca. 5. *Tertium*, Religionis huius antiquitas, & exiſtentia longè ante Albertum Hieroſolymitanum & Aymericum Antiochenum Patriarchas; cum Leo IV. & alij ibi relati Pontifices aliquot ſeculis præceſſerint, & Indulgẽtias Ordini conceſſerint prout hîc antè tactum & latiùs infrà. *Quartum* Cõfirmatio magni Priuilegij *Bullæ Sabbathinæ* à Ioanne XXII. iuſſu SS. Virginis Dei-

Seruium illa proſequentibus.

nis Deiparæ, primùm publicati,& ab aliis Pontificibus roborati,quoad liberationem ex Purgatorio:de quo specialiter tractabitur postea *par.4.*

Ioannes Molanus In Martyrologio ad XV. Kal. Iulij.

204. IN *Arabia raptus in cœlum S.* ELIÆ *Prophetæ Domini &* CARMELITANÆ RELIGIONIS PATRIARCHÆ; *qui tantam inuenit coram Domino gratiam,vt verbo clauderet & aperiret cœlum.*

Eadem habentur in Agiologio Ioannis Gillemani Canonici Regularis in Rubea valle prope Bruxellas: & in Martyrologio Ordinis ad diem 20. Iulij.Ad eumdem quoque diem in Martyrologio Gallico per D.Saulayum Episcopum Tullensem hæc leguntur: *Raptus* ELIÆ *Prophetæ Ordinis* CARMELITARVM INSTITVTORIS,*hodie solemnis est in vniuerso Ordine.*

SIXTVS QVINTVS

In Bulla, Eximium quod in vobis, *data Romæ ann.*1589. *habetur* tom.2. Bullarij *Laërtij Cherubini.*

205. APprobat & confirmat Officia SS. Prophetarum ELIÆ & *Elisei* veluti FVNDATORVM ORDINIS. Inde accedit firmitas Apostolici testimonij de Patriarchatu ELIÆ in hunc Ordinem. Quod ponderat doctissimus Franciscus Suarez his verbis: *Vnde Sixtus V.huic Religioni cõcessit,vt* ELIAM *& Elisæũ tamquã sui Instituti Patronos celebret,* &c.Et doctissimus Homiliographus Ioan. de Cartagena postquam luculentis authoritatibus probasset Religionem Carmelitanam traxisse Originem ab ELIA, id etiam hac ratione concludit. *Accedit, quòd extat Apostolicæ Sedis Decretum cum Cardinalium consilio à Sixto V. editum in quo cautum est, vt Carmelitarum Religio* ELIAM *& Elisæum sui instituti Patronos colat & in eorũ memoriam dies festos celebret, & propria eorum Officia recitet;inter alia autem,quæ in* ELIÆ *festiuitate & officio per Sedem Apostolicam approbato decantantur, ille insonat hymnus:*

Hic sacri est ductor, columen decusque
ORDINIS NOSTRI, *superisque gratus;*
O PATER *Salue, placidus tuosque*
Excipe Alumnos.

Certè vniuersa nostra Hispania non alio grauiori innixa fundamento profitetur, Apostolum Iacobum terram eius calcasse, quàm quòd Romani Pontifices speciali officio, in quo aduentus eius in Hispaniam mentio fit, illum colendi facultatem præbet. Hæc ille.

Propterea de illo tamquam Ordinis Patrono solẽnissimè celebratur Officium authoritate Pontificia concessum.

Cartag. l. 17.hom.2. ad obiect. 5.

Digitized by Google

CLEMENS VIII.

In Bulla, quæ incipit: Apostolicæ dignitatis, *data pro RR. PP. Discalceatis, inter alia hæc habet,*

Clemens VIII. in variis Bullis asserit Carmelitas hæredes ELIÆ & ipsum eorum Authorem

206. IN vtrumque Instituti sui finem, priorem scilicet ac potiorem, qui est diuina vnio per orationem & contemplationem, & posteriorem quæ est salus proximorum verbo & opere, Sanctorum Prophetarum, ELIÆ & Elisæi, aliorumq; Sanctorum Patrum, QVORVM HÆREDES SVNT, vestigiis insistentes incumbunt. Vbi notanda illa: *Insistentes vestigiis SS. Prophetarum* ELIÆ *& Elisæi* &c. *quorum hæredes sunt.*

Idem Pontifex in Bulla, *Dominici gregis, Prophetam sanctissimum* ELIAM *huius* [Carmelitici] *Instituti Auctorem* nuncupat.

Quòd ea sit à Romanis Pontificibus traditio.

Idem in litteris ad Regem Persarum, datis Romæ die 5. Octobris anno 1604. *Illustri ac Potentissimo Sciahabas Regi Persarum Clemens Papa VIII. Illustris ac potentissime Sciahabas Persarum Rex, adsit tibi Deus, & perfectam in omnibus rebus veritatem & vitam ostendat. Misimus iam ad te Paulum Simonem, Ioannem Thadæum, & Vincentium, Fratres Ordinis B.* MARIÆ *de Monte Carmelo, eisq; mandauimus, vt nonnulla negotia nostro nomine tibi exponerent.* Et infrà, *Habuerunt olim Religionis huius Professores, sicut à Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris memoriæ proditum est, sui Instituti auctores Sanctos Prophetas* ELIAM *& Elisæum, omnibus nationibus & gentibus notos.* Quibus apertè declaratur ex sententia Romanorum Pontificum ELIAM & Elisæum Ordinis huius esse Authores & Fundatores. Litteræ illæ integræ referuntur in Historia Prophetica per Franciscum à S. MARIA *lib. 1. cap. 10.*

Sacra Congregatio Rituum.

Idipsum clarè exprimitur in diuersis Officijs authoritate Ecclesiæ & S. Congregationis Rituũ approbatis:

207. SAcra illa Congregatio Cardinalium, à Summo Ecclesiæ capite de splendore diuini cultus, & Officiis Ecclesiasticis in Ecclesia canendis, ac recitandis, iudicandi potestatem habens, Officia propria huius Ordinis antiqua & noua iteratis vicibus examinauit & approbauit, anno quidem 1609. sub Paulo Quinto, subscribente Eminentissimo Cardinali Bellarmino, & tempore Vrbani Octaui subscribente Eminentissimo Cardinali de Torres. Inter illa autem sunt Officia SS. ELIÆ & *Elisæi* veluti Patronorum & Fundatorum Religionis. In variis etiam aliis clarè exprimitur S. Prophetam ELIAM Ordinis Institutorem extitisse. Ad diem XXIX. Ianuarij *lectione quintâ* in Officio S. Petri Thomę recitatur historia Reuelationis ipsi S. factæ, in qua ELIAS INSTITVTOR *Religionis huius* nuncupatur. vide supra cap. 2. In Officio S. Angeli ad diem V. Maij *lect.* 5. hæc habentur: *Insignem sanctitate virum Patribusq; suis* ELIÆ *& Elisæo persimilem, miraculis Deus similibus illustrauit.* In Officio S. Spiridionis die XIV. Decembris ad Officium

Digitized by Google

Officium & Missam ista legitur Oratio *S. Spiridionis Confessoris tui atque Pontificis nos Domine festa tueantur; & sicut ille Religionis à Propheta* ELIA *institutæ, orationibus & operibus fuit fidelis imitator*, &c. In Officio Commemorationis Solemnis Beatissimæ Virginis ad diem XVI. Iulij, ad Matutinum *lect.* 4. recitatur: *Viri plurimi, qui vestigiis sanctorum Prophetarum* ELIÆ *& Elisei institerant, & Ioannis Baptistæ præconio ad Christi aduentum comparati fuerant, rerum veritate perspectâ, atque probatâ, Euangelicam fidem confestim amplexati sunt, ac peculiari quodam affectu Beatissimam Virginem (cuius colloquiis ac familiaritate feliciter frui potuêre) adeò venerari cœperunt, vt primi omnium in eo Montis Carmeli loco, vbi* ELIAS *olim ascendentem nubeculam, Virginis typo insignem, conspexerat, eidem purissimæ Virgini sacellum construxerint.*

Quantæ authoritatis sint ea, quæ in Breuiariis sic approbatis continentur, & publicè in diuino Officio recitantur ac canuntur, expendunt Thomas Aquinas à S. Ioseph in *Dissertatione de Patriarchatu* ELIÆ *par. 1. sect. 6.* Irenæus à S. Iacobo *Tractatu de immaculatæ Virginis protectione sect. 1. c. 1. §. 2.* Et Lezana *tom. 1. Annal. in Apparatu cap. 6. n. 24.* Vbi ex decisione Sacræ Rotæ refert *historias in præfatis Breuiarijs contentas veluti canonizatas ab Ecclesia censeri.* Non quidem, quòd fide diuinâ suscipiendæ sint; sed quòd maiorem habeant moralem certitudinem, quàm ex cuiusuis priuati authoris narratione. Hoc de Patriarchatu S. Prophetæ ELIÆ in Ordinem Carmelitanum adstruunt variorum Ordinum Scriptores quamplurimi ex iis sunt: *(Quod magni roboris argumentum est)* *& traditur à Scriptoribus aliorum Ordinum.*

Chrysostomus Henriquez Historiographus Cisterciensis in Apologia pro Benedicto Papa XI. & in Vita Venerab. M. Annæ à S. Bartholomæo.

208. CErtum est, *Ordinem Carmelitarum nomenclaturam accepisse à Monte Carmelo, vndè & originem trahit, & magnum Prophetam* ELIAM *esse Patrem & Institutorem Religiosorum istius nominis.* Similia habet Sylvester Marulus eiusdem Instituti Cistercienlis *in Mari Oceano Religiosorum lib. 4.* *Cisterciensis.*

Prosper Stellartius, Petrus Valderama, & alij ex Ordine Eremitarum S. Augustini.

209. PRosper Stellartius, vir politissimi ingenij, in erudito opere, *de Tonsuris & coronis* gentium, Iudæorum, & Christianorum *lib. 2. cap. 13.* cui titulum præfixit *De* ELIA *Thesbite, Propheta, Religioso, Nazaræo, Philoso, Comato, Monachorum Patre, & Ordinis à se denominati fundatore eiusq; discipulo Eliseo.* Ipsum S. Prophetam ELIAM fuisse totius Monastices Principem, & Carmelitanæ familiæ Patriarcham probat SS. Patrum & Scriptorum plurimorum testimoniis. Ibidem de Eliseo subiungit: *Eidem Archimandritæ (*ELIÆ*) per aëra sublato succenturiatus est Eliseus: qui sibi, suisq; quotidie magno numero crescentibus, monasteriola fabricaturus descendit ad solitudinem Iericuntis.* Petrus Val- *Eremitarii S. Augustini.*

trus Valderama, Concionum voluminibus clarus, *in Theatro Religionũ sermone de S.* ELIA, cui præfixus est titulus, *De magno Patriarcha Fundatore Ordinis nostræ Dominæ de Monte Carmeli*, hæc habet: *Illustrissime Patriarcha, anteſignane, & primum caput Religionum! felices amici tui: Beati ſunt qui te viderunt*, &c. *Beata Religio tua ſacra, quæ tali Patre & Fundatore fruitur, quem nos omnes Patrem appellare poſſumus; quandoquidem vitæ monaſticæ initia dedit.* Percelebris etiam Chronologus Onuphrius Panuinus, ex eodem Ordine, contra eos qui exiſtimant Carmelitanam Religionem non ab ELIA, ſed ſub Aymerico Patriarcha Antiocheno originem ſumpſiſſe in Chronico Eccleſ. ad annum Chriſti 1141. ſcribit: *Aymericum reſtituiſſe & reformaſſe Ordinem.* Verba eius referuntur *par.* 8. *ca.* 3. Scribit quoque, ad intentum, alius Ordinis illius Baptiſta à Glano in hiſtoria Pontificia, vbi de Deodato ad annum 615. & de Honorio III. ad annum 1216. Baſilius item Pontius de Matrimonio lib. 7. capit. 1. & Leonardus Coquius relati à P. Matthia à S. Ioanne *in Hiſtoria Paneg. parte* 1. *cap.* 30.

Dionyſius Mudzaert candidi Ordinis Præmonſtratenſis in hiſtoria Eccleſiaſtica Belgico idiomate conſcripta ad ann. Chriſti 1206.

IBi referens qualiter ſub ea tempora Ordo Carmelitanus perſecutionibus Saracenorum exagitatus, & exturbatus Terrâ Sanctâ, tranſplantatus fuerit in Europa, commemorat quoque Regulam à S. Alberto Patriarcha Ieroſolymitano traditam, excerptam fuiſſe ex libro Ioannis XLIV. Patriarchæ Ieroſolymitani & ex S. Baſilio, modò ſcilicet à nobis exa num. 33. plicato *parte* 1. *in Notis ad cap.* 6. a Liber autem ille Ioannis totus eſt de ortu & progreſſu huius Religionis à S. Propheta ELIA. Peculiaria nonnulla, quæ de Carmelitano Ordine habet Marianus Scriptor eiuſdem Ordinis Auguſtinus Wichmans Præſul Tongerloenſis, adferemus in ſequentibus.

pag 33.

Dominicus Grauina Ordinis Prædicatorum egregius Scriptor in libro de florenti Religionum ſtatu, intitulato Vox turturis *parte* 2. *cap.* 15.

Prædicatorum.

210. *De Carmelitarum vinea quid eloquar? Certè gloria Libani data eſt ei, & decor Carmeli. Mons verè celeberrimus, in quo fructuoſus ille palmes* ELIAS *commoratus ſolitariam, ab hominum conſortio ſemotam profeſſus eſt vitam, quem primum colendæ Virginitatis authorem Patres & Doctores appellant, Obedientia & Pauperiatis prototypum, quem Principem Monachorum Hieronymus vocat cum Eliſeo, cum Filiis Prophetarum, qui habitabant in agris, in ſolitudine, & ædificabant ſibi tabernacula iuxta fluenta Iordanis, ad quos alluſit Apoſtolus: Circuierunt in melotis, in pellibus Caprinis, in ſolitudinibus errantes, in montibus, in ſpeluncis, & in cauernis terræ. Quorum alij etiam in Galgala, alij Bethel, alij Hiericho, alij in Samaria morabantur,*

eration.

orationi & contemplationi vacantes, ad quos Elisæus post ELIÆ *translationem, eiusdemq; pallij receptionem se recepit. Ex Lyrano permanserunt verò hi Prophetarum filij vsque ad tempora Apostolorum, ex Eusebio. Successerunt enim eis illi, qui supra* ELIÆ *Institutiones supererogauerunt, fortè ab Elisæo Propheta eorum magistro & auctore acceptæ. Hi fuerunt Esseni.* Quibus compendiosissimè totam Institutionis & successionis, vsque post Christum, rationem complectitur. Ibi consequenter, & rursus *cap.* 27. varios Ordinis euentus, à primordiis Ecclesiæ ad hæc vsque tempora prosequitur.

Ex eodem Ordine asserti nostri fautores sunt Petrus Calvus in Defensorio Religionum, Ferdinandus de Castriglio, Franciscus de Arauio, relati ab aliis nostris Scriptoribus. De existentia Carmelicolarū in Ecclesiæ primordiis scribitur in Chronicis compendiosis Prædicatorum, vbi de Ioanne Theutonico, & Hugone Cardinali, & in Historia eiusdem Ordinis per Iacobum Suzatum. Dominici Soto eximij Theogi testimonium insigne dè Essenis habetur infrà *par.* 3. *cap.* 4. Et Iustini Miechouiensis de SS. Virgine Deipara ELIÆ præsignata, hic infra *cap.* 5.

Iacobus Salianus Societ. IESV *Annalistarum Veteris Testamenti facilè Princeps*, tom. 4. Annal. ad annum ante Christum 914.

211. POstquam eruditè, suo more, prosecutus esset Monasticæ, seu Eremiticæ vitæ Institutionem, & varios cœtus, congregatos per S. Prophetam ELIAM, eiusq; raptum descripsisset, in elegantissimo illius elogio hæc habet: *Hic est, qui per medios iniquitatis torrentes lectos Prophetarum & Religiosorū in Carmelo totaq; Chananitide manipulos, sui æmulos atque imitatores Instituti ad cœlestem vitam, mundo ignotam, ac contemptam, traducendam adduxit.* & postea subiungit: *Ac ne quis nostrum hoc beneuolentiæ potiùs erga Religiosissimum Carmelitarum Ordinem, quàm veritatis testimonium putet, quòd eos* ELIÆ *Sanctissimi Discipulos ac Imitatores agnoscamus. Audiat is Sixti quarti Romani Pontificis Constitutionem anno à sacrosancto Christi natali* 1477. *editam, vbi inter alia Ordinem, inquit, ipsum ac illius personas sub Sedis ipsius Apostolicæ & Romanæ Ecclesiæ protectione immediatè existentes &c. SS. Prophetarum* ELIÆ *& Elisæi, & aliorum Patrum, qui montem sanctum Carmeli, iuxta* ELIÆ *fontem habitarunt, successionem hæreditariam teneutes.*

Societate IESV.

V. elóg. istud tom. n 251.

Cornelius à Lapide ex eadem Societate IESV *in* 4. *Reg.* 18.

AD capitis citati versum 42. ELIAS AVTEM ASCENDIT IN VERTICEM CARMELI, ita celebris hic Author subiungit. *Porrò Abulensis hic colligit,* ELIAM *ab hoc tempore, quo in Monte Carmelo cœlitùs ignem deuocauit, eóque Baalitas prostrauit, habitationem suam in eodem Monte, ad memoriam tanti beneficij, & miraculi deinceps fixisse, atque eodem confluxisse ad ipsum plures viros Religiosos,*

ligiosos, qui se totos Deo, orationi, & diuinis rebus laudibusq; tradebant. Ibi consequenter Patriarchatum S. Prophetæ ELIÆ in Ordinem Carmelitanum, & hæreditariam ab eo successionem adstruit authoritatibus septem Summorum Pontificum: atque in confirmationem subiungit: *Quamobrem iure S. Hieronymus hos omnes, quos diximus, veteris testamenti, Monachos vocat, idemque alio loco seipsum Monachus annumerans, noster inquit Princeps* ELIAS. Ad caput autem subsequens, ex S. Ignatio *epistola ad Philadelphios*, & ex Abulensi tradit *Eliseum fuisse cœlibem, & Virginem* &c. Ad *cap.* 14. *lib.* 4. *Reg.* quod *in Religiosa disciplina vixerit octoginta annis*, Eliseus scilicet.

Istis haud multùm dissimilia scribit Paulus Schentner *in Promontorio malæ Spei libro* 3 *parag.* 13. vbi peculiariter tractat de S. Scapulari B. Virginis MARIÆ de Monte Carmelo, eiusque occasione, de Ordinis origine, & successione, de quibus inter alia sic: *Sed Carmelitana Religio, ex* ELIA *sanctissimo Vate, eiusq; affectu, hæreditariâ quasi successione originem suam trahit; quod non tantùm copiosis rationibus Carthagena adstruit, sed etiam diuersi Pontifices diuersis Bullis confirmant.* Ibidem refert posteros & successores S. P. ELIÆ *tenaces arrepti semel instituti, eodem in loco semper perstitisse vsque ad ipsa Christi Saluatoris tempora.* Et aliquanto infrà. Quod *voluntariâ paupertate, castimoniâ, obedientiâq; sese Deo adstrinxerint in arctius eiusdem obsequium, auspicaturi simul & religiosæ vitæ exemplar, & daturi aliis pulchræ imitationis occasionem.* Et consequenter tradit, qualiter Deiparens Virgo adumbrata fuerit S. Proph. ELIÆ in specie exilis nubeculæ, præsignante eius ab omni peccato immunitatem, Virgineam fœcunditatem, & profundissimam humilitatem: *Ecce nubecula parua quasi vestigium hominis* [a]. De qua videri poterunt dicenda hic paulò infrà.

[a] Lib. 3. Reg. c. 18.

Alios aliquot è Societate IESV qui in eamdem conueniunt sententiam, vide suprà cap. 2. Quibus adnumerandi Tirinus *in cap.* 17. *libri* 3. *Regum.* Et Petrus Ojeda *in Informatione pro SS. Virginis Deiparæ immaculata Conceptione, & alij plurimi.*

Ægidius Camartus Generalis Minimorum non minùs pietate quàm sapientiâ præclarus in erudito Opere de ELIA Thesbite cap. 6. sect. 8.

Minimorū.

212 IBi comparans ELIAM cum aliis Prophetis, ait: *At* ELIAS *id habet præeminentiæ supra illos, quòd non solùm Virginitatem excoluit, sed & præterea author fuit, cur plurimi Discipulorum ei se penitùs addixerint: collegia enim, quæ ibi instituit, viris in cœlibatu degentibus referta erant; quo fit, vt Hieronymus, Ioannes Hierosolymitanus, Cassianus & alij quotquot de monasticis rebus scripserunt, asseruerint* ELIAM *omnium Monachorum parentem fuisse, qui tria essentialia Religionis vota primus opere adimpleuit.* Et *cap.* 5 *sect.* 10. agens de Discipulis eius: *si tot & tam celebres discipulorum scholas reliquit Propheta in Carmelo, Bethel, Iericho, Galgalis, cur non in Galaad? Credibile certè est,* ELIÆ *discipulos diu in illa viguisse, nec defuisse.*

Digitized by Google

defuisse, donec ad Christi Discipulos, Euangelicamq; doctrinam confluerent, Et infrà: ELIÆ *tamen Discipulos ijs in locis numquam defeciſſe, ſed vſque ad Chriſti tempora perſeueraſſe author eſt Ioannes Ieroſolymitanus. Ex eorum verò reliquijs, tamquam ex equo Troiano prodijt celeberrimus in Eccleſia Ordo Beatiſſimæ Virginis de Monte Carmelo.*

Ioannes de Carthagena Seraphici Ordinis Minorum Homiliographus percelebris, lib. 17. Homiliarum, homilia 1. 2. 3. & 4.

213. IS inter Scriptores, quibus ſpecialiter obſtringitur Carmeliticus Ordo, ex primis eſt; etenim ægrè ferens quoſdam ſui temporis *inuidiæ liuore ſaucios, vel veritatis ignaros*, vti loquitur, in dubium reuocare Religionis huius antiquam inſtitutionem per S. Prophetam ELIAM, librum ſcripſit integrum de prima origine & ſingulari priuilegio huius Ordinis (eſtque decimus ſeptimus inter eius opera) diſpertitum in quatuor homilias in quarum prima, & ſecunda luculentè, eruditè, ac ſolidè probat S. Prophetam ELIAM huius Religionis Inſtitutorem fuiſſe: & obiecta diluit. In principio autem hanc ſtatuit aſſertionem: *Quemadmodum inſcientijs edocendis prima earum principia non probantur, ſed ſupponuntur, tamquam lumine naturæ per ſe nota; ita Prophetam* ELIAM *primum ſacræ huius Carmelitanæ Religionis Inſtitutorem fuiſſe (B. Virgine ſpecialiter ad eius conſeruationē poſtea cooperante) primaque eius fundamenta inſtar peritiſſimi architecti ieciſſe, probatione non indigebat, cum tamquam rem notiſſimam Sancti Patres teſtentur, Sacri Pontifices ei ſubſcribant, ac diuerſarum traditionum monumenta confirment; ſolùm ſupercilioſi negent, inuidi inficientur, hiſtoriarum ignari diſcredant, & ſi qui viri perdocti ac ſapientes inficias ierint, argumentum hoc non ex profeſſo, ſed per tranſennam, & obiter attigerunt, quorum excellenti doctrinæ, nihil detrahere nos arbitramur, ſi in hac parte eorum opinioni refragemur: vt tamen deinceps in hoc genere argumenti nulla ſuperſit ratio dubitandi, grauiſſimis teſtimonijs id nunc conſtabiliam, & latiùs in ſequentibus*, ac deinde in rem & ſermonem ingreditur: plura ex eo non excerpimus; quia paſſim obuius extat.

Minoritarum.

P. Cæleſtinus à monte Marſano Capucinus in libro cui titulus: Clauis Dauid, *ſiue* Arcana Scripturę Sacræ, *obſeruatione* 79.

IS inter recentiores Scriptores Carmelitani Ordinis originem à S. Propheta ELIA diligenter indagauit, & accuratè perſtrinxit dicto loco, indè præcipua quædam, ceu anacephalæoſim trium præcedētium capitum, hic damus. ELIAS *natione Thesbites, Prophetarum coryphæus, Anachoretarum in Monte Carmelo, aliiſq; ſacris Paleſtinæ locis Religioſam vitam agentium ſupremus*

Capucinorum.

Digitized by Google

mus fuit Archimandrita. Zelus potissimum ELIÆ *stemma fuit, & ab eo Ecclesiasticus, illud quod de ipso protulit, auctoritatis est elogium, dum eum surrexisse quasi ignē verbumque illius, sicut faculam, arsisse affirmauit. Hunc verò Prophetæ zelum, nulla non eius verba loquuntur, nulla non exhibent actiones... Ardentissimum* ELIÆ *zelum, vt suam effectus causam, subsecuta est singularis, nondumque audita castitas; ipse etenim primus omnium mortalium votiuâ se castitate insigniuit & ad illius exemplum (si typus aliquis proponi possit summo prototypo) Sanctiss. Deipara cunctarum fœminarum prima Virginitatis voto sese adstrinxit... Si hæc pauca summo notata calamo, Lectori benevolo ingrata non sint; gratum etiam, obsecro, sit ei vt ea paulò fusiùs exponantur, & patriarchatus* ELIÆ *vindicetur: & quando is cœperit, & quâ ratione in secula posteriora propagatus fuerit, subiungatur... Patriarchatus pijssimi Carmelitarum Ordinis Sanctissimi Prophetæ* ELIÆ *pluribus argumentis vindicari potest; & quia in ore duorum vel trium testium stat omne verbum, duas diuersorum testimoniorum classes in medium adducam, & in qualibet classe tres testes proferam. Prior classis erit Ordinum Religiosorum, qui aliud à Carmelitano professi, sunt institutum... Posterior classis erit virorum aliquot illustrium extra Religiosos Ordines. In priori classe primus sese offert Ordo ille Religiosus, qui in noua Lege, apud Ecclesiam Occidentalem prior apparuit, scilicet Ordo D. Augustini, è quo tres testes prodeunt, vnus Baptista à Glano in Historia Pontificali in vita Deodati, & in Honorio Tertio ad annum 1216. Alter est Prosper Stellartius &c. Occurrit postea Ordo S. Benedicti, qui Augustinianum proximè consecutus est, è quo tres quoque testes sese offerunt. Primus Abbas Maurolicus, secundus Ioannes Trithemius etiam Abbas, vinque doctissimus, &c. Tertius est Gilbertus Genebrardus inter primos Chronologos nominatissimus &c... His suffragatur pijssimus Carthusianorum Ordo, cui libenter subscribent Apostolicæ Seraphici S. Patris Francisci, ac Societatis* IESV *familiæ: vno tantùm ex vnoquoq; trium horum Ordinum, breuitatis gratiâ, teste prolato...* (eos ibi consequenter adfert) *Quibus adiunxit* authoritatem Summorum Pontificum, nec non celebrium aliquot Scriptorum non Religiosorum... Ibi consequenter stringit successionem Ordinis huius vsque ad Christi ortum, indeque ad annum Christi quadringentesimum... Et tum vsque ad annum Christi sexcentesimum... posteaque vsque ad Aymericum Patriarcham Antiochenum, & Albertum Patriarcham Hierosolymitanum... Denique vsque ad Seraphicam Virginem Teresiam.

Atque aliorum multorum.

Plures sunt alij illustres Scriptores, nostri thematis assertores: tum ex eodem Seraphico Ordinis Minorum, & Capucinorum, atque aliorum Ordinum, tum seculares, vt Aubertus Miræus, Gulielmus Eisingrenius, Carolus de Tapia, Laurentius Beyerlinck, Petrus Bertius Geographus Regius in Gallia: quorum testimoniis sigillatim adducendis ne prolixiores simus, supersedendum est: curiosus lector ea repetiet in Lezana, Matthia à S. Ioanne, aliisque Ordinis huius recentioribus.

Ordinis

Ordinis Historici omnes, & Traditio.

215. ARgumentum hoc, de Patriarchatu ELIÆ, & initiata per eum vita Monastica, ac instituto Ordine Carmelitano concorditer traditum, & studiosè subactum est calamis omnium Historicorum huius Ordinis: nonnulli historiam ab ipso S. P. ELIA exordientes continuatâ serie ad sua vsque tempora contexunt. Ij sunt Ioannes Patriarcha Hierosolymitanus vsque ad annum Christi 412. Et exinde S. Cyrillus vsque ad annum 1200. Philippus Ribotus à Regno Achab Regis Israel annis circi 930. ante Christum, vsque post annum Christi 1300. Arnoldus Bostius luculenter in speculo Historiali libris septem, & strictim in *Breuiloquio Tripartito.* & Ioannes Palæonydorus libris tribus, etiam ab exordio Institutionis ad vsque annum post Christum 1500. Inter omnes autem ordinatissimè, de anno in annum, ponderosè & grauiter Venerab. P. Ioan. Baptista de Lezana Procurator Generalis Ordinis, Historiam Institutionis huius Religionis per S. Prophetam ELIAM, & iugis successionis eiusdem complexus est tomis quatuor Annalium. Variis etiam locis idipsum tradit Ordinis huius quondam Generalis, & singulare decus Baptista Mantuanus: quædam relata sunt sub finem capitis præcedentis. *Omnium & historicorũ Carmelitarum.*

216. Præterea, vt ipse Lezana *in Apparatu ad tom. 1. Annal. cap. 6. numer.* 28. testatur, illa ab antiquo semper fuit traditio in Ordine de Institutione per S. Prophetã ELIAM, & hæreditaria ab eodẽ successione: *Animaduertere operæ-pretium duximus, hanc scilicet, communem nostrorũ sententiam de successione hæreditaria ab* ELIA *repetenda antiquam semper Ordinis traditionem fuisse, adeoque firmam & constantem, vt nunquam alius præter ipsum titulo Fundatoris ac Institutoris creditus vel nominatus reperiatur. Quod magni argumenti loco apud prudentes haberi oportet. Nec enim vel leuiter suspicari licet tot viros, sanctitate & doctrinâ conspicuos, qui in Ordine nostro, Dei gratiâ claruerunt omni seculo, in hac re vel inscitia seductos, vel ambitione seductores extitisse.* Hæc Lezana. Quam traditionem consequenter ibi probat. Ea quoque confirmatur ex antiquissimis Constitutionibus, de quibus suprà. Illam etiam valdè receptam traditionem, *Ordinem hunc ab* ELIÆ *Institutione suam ducere originem* admittit, & vt veram suscipit Franciscus Suarez relatus suprà cap. 2. Imò & apud ipsos Summos Pontifices vigere illam traditionem, clarè innuunt verba Clementis VIII. hic ante. Hoc argumẽtum perpetuæ, constantis & concordis traditionis, latè probant & multùm vrgent (ac meritò) Wastelius, Thomas Aquinas à S. Ioseppho, & alij. *Qui vnanimi consensu, & ex antiqua traditione id vt indubitatum sustinent.*

217. Siste hic tantisper, lector beneuole, æquâ iudicij lance ponderans, quòd, cùm, Christo ipso asserente, ad fidem faciendam, satis sit duorum aut trium testimonium: an non meritò vt veræ suscipiendæ binæ illæ propositiones: *S. Propheta* ELIAS *primus Monachus, & Instituti Monastici Princeps extitit.* Et: *S. Propheta* ELIAS *Carmelitani Ordinis Author & Institutor fuit. Tantam* Ad Hebr. 12.

habentes impositam nubem testium & tot, tantorumque Scriptorum, celeberrimæ Vniuersitatis, summorum Pontificum, ipsiusque SS. Virginis MARIÆ assertæ verbis, ac stabilitæ authoritatibus? & perpetuâ, constanti, vniuersali totius Ordinis traditione receptæ?

In historiis potissimùm audiendi sunt domestici, vtpotè scribentes quæ viderunt, aut ab ijs qui viderunt, auditu aut traditione exceperunt.

218. Præterea, cum de Scriptoribus domesticis facta sit mentio, animaduerte id, quod vulgari adagio iactatur: *Plus sapere stultum in domo sua, quàm sapientem in aliena*: & quod Palestinæo æquè prouerbio aiebat Dominus: *Ipsos videre lumen, qui domum ingrediuntur.* In historiis, inquam, audiendi & sequendi magis, cæteris paribus, domestici; qui quod sciunt, vtpote vel viderunt, vel ab aliis, qui viderunt, aut audierunt, exceperunt. Cum enim vnusquisque (teste Aristotele *lib. 1. moral. ca. 3.*) ea rectè iudicet quæ cognoscit, ambigendi locus non est, quin vnius familiæ seu Reipublicæ homines de iis, quæ in ipsa acciderunt, cæteris aptiùs iudicare possint; ac proindè, veluti legitimi testes, testimonium de ipsis proferre. Quod & probat intemeratus & inoffensus omnium Religionum, quæ in Ecclesia florent, vsus: quo semper peculiaria, & domestica ipsarū, alumnorumq; gesta, à domesticis auctoribus descripta, fidem apud exteros quoscumque promeruisse, omnibus compertissimum est, prout copiosè & egregiè demonstrant RR. PP. Lezana *tom. 1. Annal. in Apparatu cap. 10. numer. 1.* & Wastelius *lib. 1. Vindiciarum sect. 5. art. 1.*

CAPVT IV.

De magni Propheta ELIÆ *prima apparitione, & eminenti Sanctitate: vbi & præcipua eius decora delibantur.*

Cantic. 6. Ecclesia successiuè creuit & profecit.

219. ECclesia, *quasi aurora consurgens*, primùm obscuriùs in fide implicita, deinde clariùs in fide explicita, nunc vmbrosiores, nunc nitidiores lucis gradus, donec sol exspectatus, qui est Christus, adueniret, semper crescendo, delineauit. Ab ipsis enim mundi incunabulis, per quatuor priores Ætates, Dei cultores, specialiori ritu, & formâ ab aliis, etiam fidelibus, distincti, Religiosi seu Monastici status, temporibus sequentibus futuri, quasi figura, & rudia veluti delineamenta, ac vmbra extiterunt.

ELIAS *Monasticū Institutum inchoauit, quod perfectionis complementum accepit à Christo.*

Quinta vero Ætas luciferum, solis præambulum, magnum illud Prophetarum lumen ELIAM protulit, qui inter medias iniquitatis tenebras rutilans, Religiosæ ac Monasticæ vitæ facem, antea sub figuris, & vmbris quasi absconditam & latentem, accendit: ab ipso Christo, omnium rerum cōplemento, magis illustrandum, & perficiendum. Diuino enim instinctu vitæ Eremiticæ, ac normæ Religiosæ, per Obedientiæ, Castitatis, & Paupertatis obseruantiam, primus Auctor fuit: vti ex iam dictis satis probatum manet:

Digitized by Google

manet: & adhuc infrà confirmabitur. Quod, qualiter contigerit, hic consequenter demonstrabimus.

220. Anno à condito mundo ter millesimo centesimo vigesimo tertio, Achabi Regis Israelis, septimo, ante Christi ortum nongentesimo trigesimo, primùm apparuit, &, sicut olim Moyses contra Pharaonem, ita & contra impium Achab, & populum Israel, turpiter in idololatriam prolapsum, à Deo missus est magnus ELIAS, inter istius æui Prophetas longè clarissimus: de quo Scriptura testatur: *Surrexit* ELIAS *Propheta quasi ignis, & verbum ipsius quasi facula ardebat.* *Ante eius natalē annū 930. primùm apparet.* Eccli 48.

221. Patria ipsius fuerunt Thesbę, non Græcorum neque Ægyptiorũ, sed Hæbreorum: vnde non Thebæus, neque Thebanus, sed *Thesbites* appellatus est: ex paterno genere stirpis Sacerdotalis, de tribu Aaron, originem ducens. Ante cuius natiuitatem pater eius Sabacha vidit viros CANDIDATOS apparentes, qui pugionem salutabant, vt referunt S. Epiphanius, Dorotheus, Ioannes Hierosolymitanus Antistes, Petrus Comestor relati *cap. 1. numer. 6.* & plures alij. Quæ visio, vt ibidem dictum est, præsignauit quales ELIAS imitatores suæ vitæ Monasticæ habiturus esset. Sic per visum scalæ, quâ homines in veste candida ascendebant, & descendebant, Sancto Romualdo præmonstrati sunt Camaldulenses Monachi, quorum ipse author est. De illa visione Sabachæ exhibita plura habet R. Adm. Lezana noster *tom. 1. Annal. ad annum mundi 3123. num. 7. & 8.* Exinde, & aliis fundamentis ibidem, elicit, in vtero eum fuisse sanctificatum: prout etiam Camartus lib. supra relati c. 3. sect. 16. adstruit, multisq; stabilit congruentiis, & validis rationibus confirmat. *Qua eius patria fuerit.*

222. Clarissimus hic Dei Propheta, à SS. Patribus honorificentissimis epithetis, & elogiis, Prophetæ, Præcursoris Christi, Apostoli, Doctoris, Martyris, Virginis, Monastici instituti, & Monachorum Principis, Antesignani, ac perfectissimi exemplaris celebratur: alij ipsum *magnum, sublimem, eximiū, mirabilem, præstantissimum Principem Prophetarum* appellant. *A SS. PP. magnis encomiis celebratur.*

223. S. Chrysostomus *homil. 3. de* ELIA, Beda, Sedulius, & alij asserunt ELIAM dici quasi ἥλιον, id est SOLEM, eò quòd ipse fuerit SOL Israelis & curru igneo vectus sit in cœlum, indeque à Poëtis fingi solem curru igneo vehi.

Iuxta S. Athanasium, S. Hieronymum, & Isidorum ELIAS idem est quod, *Dominus Deus*, quo præcelsa eius & supereminens sanctitas adumbratur. *Quasi humanitatis nihil haberet, sed totus quasi Deus diuinitus è cœlo ad terras missus*, vt scribit Antonius Fernandez *a*.

224. Eximia eius præstantia etiam innotescit ex magna vitæ similitudine cum Christo Domino (cuius perfectissimus typus fuit) Hanc autem prærogatiuam instar omnium & palmarem censendam esse non ambiget quisquam, qui doctissimi Iacobi Saliani *b* elegantem expenderit ratiocinationem, & probationes, quas luculentè ac eruditè prosequitur: & ELIANAM imaginem viuis coloribus ac subtilibus lineamentis depingit, & maximam cum Christo Domino similitudinem exprimit. Vnde aliqua in cō-

a Fernandez de vis. vet Test. vis. 9. *Christi similitudinē in multis gessit.*

b Salian. ad an mūdi 3139. n. 30. & seq.

Digitized by Google

pendium contracta (quia breuitatem sectamur) exhibebimus, postquam præmiserimus ea, quæ de eadem re scribit S. Augustinus [c] in hunc modũ:

[c] Serm. 201. de tẽpore.

ELIAS, inquit, *figuram habuit Domini Saluatoris.* ELIAS *orauit, & sacrificium obtulit,* & CHRISTVS *pro vniuerso mundo seipsum immaculatum sacrificium tradidit.* ELIAS *orauit in Monte Carmeli,* & CHRISTVS *in Monte Oliueti.* ELIAS *orauit, vt pluuia in terram veniret,* & CHRISTVS *vt in cordibus humanis gratia diuina descenderet. Quod autem* ELIAS *dixit ad puerum suum, vade, & considera septies; septiformem sancti spiritus gratiam, quæ danda erat Ecclesiæ, designabat. Et quia ipse dixit se vidisse nubeculam paruulam ascendentem de mari; carnem* CHRISTI *figurabat quæ in mari mundi istius nasciturа erat.* Hæc S. Augustinus. Nunc ex Saliano vtriusque comparationem instituamus. Imprimis, Christi *generationem quis enarabit?* sine Patre natus est in terris, sine Matre in cœlis: ELIÆ generatio in Scripturis ignota est; sic vt quasi alter Melchisedech repentè appareat, sine patre, sine matre, sine genealogia.

Vtriusque generatio ignota,

Ambo ieiunauerunt 40. diebus & ab Angelis ministerium accipiunt:

CHRISTVS quadraginta diebus & noctibus in deserto ieiunauit, tunc accesserunt Angeli & ministrabant ei: ELIAS totidẽ dierum & noctiũ transacto ieiunio Angelicâ visione & cibo recreatur.

Terrã imbre perfundunt.

CHRISTVS rore gratiæ vniuersam Ecclesiam perfudit & fœcundauit: ELIAS impetratâ pluuiâ post diuturnam siccitatem totam terram rigauit & fertilem reddidit.

pauperes ab alienis pascuntur: inque hospitij remunerationẽ mortuum suscitant.

CHRISTVS pauper pascitur à Martha & Magdalena; quarum fratrem mortuum resuscitauit: ELIAS pauper sustentatur à Vidua Sareptana, cuius filium defunctum vitæ reddidit.

Sicco vestigio per aquas incedunt,

CHRISTVS sicco vestigio cum discipulo suo *Petro* ambulat super mare: ELIAS cum *Eliseo* discipulo suo Iordanem sicco pede præterit.

De CHRISTO legitur: *Zelus domus tuæ comedit me.* ELIAS dixit: *Zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituum.*

Diuini honoris zelo repleti fuere:

CHRISTVS imminẽte morte crudelissimâ cœpit pauere, tædere & mœstus esse, & Angelus apparens confortauit eum: ELIAS, persequente impiâ Iesabele, mortem vicinam arbitratus, grauiterque afflictus, ab Angelo refocillatur.

Intristitia ab Angelo confortantur:

CHRISTVS pro salute mundi, peccatis inueterati, se extendit & contraxit in cruce: & sic ELIAS pro mortuo puero.

Pro salute proximi extensi & cõtracti.

CHRISTVS ab impiis Iudæis occisus tertiâ die Resurrexit, & tandem cœlos conscendit. ELIAS Christi Præcursor secundus ab Antichristo interficiendus etiam gloriosus resurget, & in cœlum ascendet, vt statim dicetur.

Tertia die resurgunt.

CHRISTVS ex hoc mundo recedens corpus suum & sanguinem nobis reliquit, spiritum sanctum Apostolis misit: ELIAS, dum raperetur, corporis sui tegumen, pallium scilicet, dimisit, & duplicem Spiritum *Eliseo* legauit.

225. Ipsum quoque Sanctissimæ Deiparæ in duodecim priuilegialibus donis insigniter parifacit Marianus encomiastes Arnoldus Bostius lib. de Patronatu B. Virginis MARIÆ *capit.* 11. Nos aliqua dumtaxat (cætera breui-

Digitized by Google

breuitatis studio seponentes) contingemus.

MARIA sole amicta apparuit; ex illa enim *ortus est Sol iustitiæ Christus Dominus*: Et ipsa, instar solis, radiorum suorum fœcundissimâ luminositate vniuersam decorat, illuminat, & clarificat militantem Ecclesiam, & triumphantem: ELIAS verò *Solem* sonat in nomine, vt iam dictum. Hinc rectè Sedulius

Hæc sole amicta describitur, ille verò solem sonat nomine.

Quàm benè salminei prælucens semita cœli
Conuenit ELIÆ! *meritô qui & nomine fulgens,*
Hac ope dignus erat: nam si sermonis Achiui
Vna per accentum mutetur littera, SOL *est.*

Si nempe pro ELIAS, dixerit ἥλιος.

MARIA cœlestem paranymphum Gabrielem quasi domesticum habuit, aliique Angelici Spiritus frequenter, vt tradit S. Hieronymus, ei astiterunt; quorum cœtu vallata, venerando fouebatur obsequio & mulcebatur alloquio: ELIAS vir Angelicus ab Angelis familiariter sæpe visitatus & pastus fuit.

Vtrique familiares Angelis

MARIA Creatorem suum in vtero portans, & brachiis constringens diuini conscia sacramenti reuerendissimè venerabatur, & contemplabatur vt Deum: ELIÆ, terras adhuc incolentis, conuersatio in cœlo cum Deo fuit: *Viuit Dominus*, ait, *in cuius conspectu sto.* Quinimò mortali adhuc carne circumdatus diuinam conspexit essentiam, in monte Horeb, (vt graues tradunt Authores) & tremebundus adorauit.

Cum Deo conuersantur.

MARIA Virginum Primiceria & Regina, candoris & decoris virginalis forma primordialis, ipsos Angelos puritate superauit; Paupertatem etiam adamasse & coluisse, testantur Bethleemiticum stabulum & præsepe: Humilitas autem eius & Obedientia mundum lætificauit vniuersum, dum dixit, *Ecce Ancilla Domini, fiat mihi secundùm verbum tuum*: Silentij quoque, solitudinis, orationis cæterarumque virtutum Monasticarum exercitatrix fuit, & exemplar perfectissimum: ELIAS verò Propheta magnus atque mirabilis, Virginitate suâ Euangelicum virum Ecclesiæ Christi dedicans, Virorum primus Virginitatem coluit: paupertatem etiam voluntariam amplexatus est, & obedientiam exercuit integram, primus habitator solitudinis, in exercitatione districtus, in disciplinæ sanctæ meditatione assiduus, Religiosorum typus fuit perfectissimus, & vitæ monasticæ dux ac antesignanus.

In Virginitatis primitiis aliisque virtutibus assimilantur.

MARIA Prophetarum Regina meritò nuncupatur & est, Prophetes illuminatissima, sapientissimaque doctrix disciplinę Dei, Doctorum Ecclesiæ, Apostolorum videlicet & Euangelistarum Magistra prænobilis: quæ mirabili & compendioso suo Cantico omnia Redemptionis humanæ mysteria complexa est, quæ *sola cunctas hæreses interemit*: ELIAS vir Splendoris atque scientiæ, Prophetarum sui temporis summus, & illuminatissimus, occulta futuraq; multa longè præcognouit, & vnus ipse idololatriam & Baalitas multos debellauit.

Prophetiæ dono sublimiter eminent.

Denique MARIA à carnis corruptione præseruata, die tertiâ glorificata in

Digitized by Google

A carnis corruptione seruantur immunes.

cata in corpore & anima, magno cum triumpho suprà omnes Angelicos sublimata est Ordines. ELIAS quoque ante communem mortem ab omni interitu immunis, per Angelos in Paradisum translatus, & ad diem iudicij reseruatus, occidendus tandem ab Antichristo, *post tres dies & dimidium spiritus vitæ à Deo intrabit in eum: & audiet vocem magnam de cœlo dicentem ei* Apocal. 11. *ascende huc, & ascendet in cœlum in nube,* & Angelorum choris inseretur.

ELIAS mirabilia operatur,

226. Magnus & mirabilis hic Dei Propheta omnibus virtutibus eminenter præditus, ornatus, & armatus ad certamen cum Rege idololatra Achabo & Iesabele impia, ac Baalitis processit: & fide plenus stupenda miracula patrauit, multisque signis virtutum effulsit. Verbo enim Domini ignem ter è cœlo deiecit, & triennio siccitate clausit imbribus cœlum. Animaduertens enim deplorabilem interitum diuini cultus, & fidei in regno Israel, ad flectendum & emolliendum obstinatum, obduratum, impium Regem & populum, idololatras, *oratione orauit vt non plueret super terram, & non pluit annos tres & menses sex,* vt scilicet intelligeret impius populus à quali & quanto Deo defecisset: & sic debitâ peccatis suis calamitate affectus, pœnitentiam ageret, & conuerteretur ad Deum.

Cœlũ claudit & aperit oratione:

227. Tandem cum fames esset vehemens, & homines, & iumenta deficerent, commiseratione permotus, *rursum orauit, & cœlum dedit pluuiam & terra dedit fructum suum.* Ascendit enim in verticem Montis Carmeli, & pronus in terram posuit faciem suam inter genua sua: orauitque magnâ cum humilitate, & summâ reuerentiâ septies, vt habetur 3. Reg. 18. *In septimâ autem vice, ecce nubecula parua quasi vestigium hominis ascendebat de mari:* & secuta est pluuia grandis. In illa autem visione tunc Deus reuelauit ELIÆ quatuor magna mysteria, de quibus iam statim.

Iacobi 5. *Qua proinde meritò clauus cœli dicitur: si debitè fiat.*

228. Hinc discamus Orationis humilis & attentæ efficaciam: de qua S. Iacobus *in sua Epistola Canonica: Multũ enim valet deprecatio insti assidua:* quod confirmat hoc S. Prophetæ ELIÆ exemplo. ELIAS *homo erat similis nobis passibilis, & oratione orauit, vt non plueret super terram & non pluit annos tres & menses sex. Et rursum orauit, & cœlum dedit pluuiam, & terra dedit fructum suum.* Vt non immeritò Oratio clauis cœli nuncupetur: si tamen debitè fiat; quãdoque enim non impetramus quod petimus; quia incongruè, aut non perseueranter, aut minus attentè & reuerenter, aut non cum firmâ in Deum fiducia oramus, aut non salutaria nobis postulamus: Ista obiter.

CA-

Digitized by Google

CAPVT V.

Sanctus Propheta ELIAS *diuino instinctu, & expresso mandato vitam à turbis hominum abstractam Monasticam, Eremiticam primus hominum inchoauit: & Ordinem quemdam Religiosum Propheticum, ad honorem Virginis Deiparæ, in nubecula ipsi typicè præostensa, instituit.*

229. QVòd instinctu Spiritus Sancti, diuinâ reuelatione, & expresso Domini præcepto permotus fuerit hic S. Dei Propheta ELIAS ad inchoandam vitam Religiosam & Eremiticam, tradit Ioannes Hierosolymitanus *libro de Institutione primorum Monachorum cap.* 2. His verbis: *Hic Propheta Dei* ELIAS *Monachorum Princeps primus extitit; à quo sancta primæua Institutio exordium sumpsit. Ipse enim obtentu contemplationis diuinæ, & desiderio sublimioris profectus, longè ab vrbibus recedens, & seipsum cunctis terrenis ac mundanis exuens, Religiosam & Prophetalem vitam eremiticam primus hominum à proposito ducere cœpit: quam sancto dictante Spiritu, & mandante, inchoauit & instituit; quippe Deus ei apparens, mandauit, vt communem hominum habitationem fugeret, & si à turbis in deserto absconderet, atque deinceps in Eremo, monasticè, secundùm formam ei indicatam viueret, quod euidenti Sacræ Scripturæ testimonio comprobatur: Legimus enim ita de hoc Scriptum in libro Regnorum: Factum est verbum Domini ad* ELIAM *dicens: recede hinc, & vade contra Orientem: & absconde in torrente Carith, qui est contra Iordanem: & ibi de torrente bibes: coruisq; præcepi, vt pascant te ibi.* Quæ ibidem mysticè sic explicat: *Recede hinc, scilicet à rebus caducis mundi, & transitorijs: Et vade contra Orientem, id est contra originalem tuæ carnis cupidinem: & absconde in torrente Carith; ne in vrbibus moreris simul cum turbis: qui est contra Iordanem; vt scilicet per charitatem sis diuisus à delictis. His namq; quatuor gradibus ad culmen Propheticæ perfectionis conscendens, ibi de torrente bibes.* Hãc explicationem ibidem latè prosequitur per plura capita, demonstrans quòd in illa visione, à Deo Prophetæ ELIÆ fuerit proposita, & tradita forma vitæ Monasticæ Eremiticæ, consistens in quatuor gradibus, quibus ad culmen perfectionis conscenditur, videlicet 1. *Abrenuntiatione* possessionum terrenarum, & diuitiarum, seu *Paupertate.* 2. Carnalium concupiscentiarum crucifixione, & propriæ voluntatis abnegatione, siue *Obedientiâ* 3. *Solitudine* & continentiâ, seu *Castitate.* 4. Dei & proximi *Charitate*: quibus adiungitur *humilis perseuerantia.*

ELIAS *Dei mandato à turbis hominum secedens in eremo vitã solitariam secundùm formam ei præscriptam inchoat.*

230. Aliam

230. Aliam insuper habuit visionem, & reuelationem in Monte Carmelo (de qua sub finem capitis præcedentis dici cœptum) quandò ibidem oranti pro impetranda pluuia, apparuit nubecula quasi vestigium hominis de mari ascendens; tunc enim Deus ei reuelauit quatuor mysteria, quæ per ordinem explicantur in eodem libro Ioannis Patriarchæ cap. 39. in hunc modum: *Traditum tenemus, Deum sub figurata Visione reuelasse tunc* ELIÆ *quatuor magna mysteria, quæ per ordinem explicabo. Primò, quòd quædam infantula nasceretur, quæ ex vtero matris suæ ab omni peccato munda egrederetur. Secundò, tempus in quo hoc adimpleretur. Tertiò, quòd hæc infantula Virginitatem perpetuam ad exemplum* ELIÆ *amplecteretur. Quartò, quòd Deus iungens naturam suam humanæ, de Virgine illa homo nasceretur. Per hoc namq; quòd ille puer* ELIÆ *vidit de mari nubeculam paruam oriri, reuelauit Deus* ELIÆ, *quòd quædam infantula, scilicet* B. MARIA, *per illam nubeculam significata, & instar illius nubeculæ, per humilitatem parua, nasceretur de humana natura peccatrice, designata per mare: quæ infantula iam in suo ortu esset munda ab omni peccatorum sorde: quemadmodum nubecula illa de mari amaro orta; sine tamen aliqua amaritudine. Licèt namq; nubecula illa esset eiusdem naturæ cum mari, alterius tamen fuit qualitatis, alteriusq; proprietatis. Mare quippe ponderosum est, & amarum: sed nubecula illa leuis fuit, & dulcis. Sic quamuis in quolibet alio homine natura humana instar maris sit in sua origine, ita amaritudine peccatorum & pondere vitiorum pressa, vt fateri cogatur; Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauatæ sunt super me; Beata tamen* MARIA *de hoc mari, id est natura humana, aliter fuit orta: quoniam in suo ortu non fuit onerata amaritudine delictorum, sed instar istius nubeculæ fuit* LEVIS *per immunitatem peccatorum, &* DVLCIS *per plenitudinem charismatum: Ipsa enim in suo ortu fuit nubes illa, de qua per Moysen figuratè ist scriptum, Ecce gloria Domini apparuit in nube.* Hæc ibidem pulcherrimè explicantur *cap.* 40. 41. 42. 43. Et ex tunc proposuit ad exemplum & imitationem istius Virginis parituræ virginalem puritatem, non tantùm ipse seruare, sed & discipulis, ad eiusdem honorem, cum Paupertate & Obedientia, seruandam tradere: & cœtum, seu Congregationem illam suam eidem consecrare. Quod & mox præstitit, vt statim dicemus.

Per nubeculã quasi vestigium hominis è mari ascendentem ei reuelatur nascitura Deipara:

Quæ nulla esset infecta amaritudine cuiusuis peccati, nec grauata onere vitiorum.

Est ea pulcherrima explicatio & testificatio pro eiusdẽ immunitate ab omni peccato.

231. His conformia habet S. Methodius, Episcopus Tyri, & Martyr: qui claruit tempore Diocletiani Imperatoris in homilia de Simeone & Annã: *Puritatis*, inquit, *etiam tuæ* ELIAS *Propheta præscius, atque imitator in spiritu cum esset, vitæ illius igniferæ sibi coronam colligauit, in hunc vsque diem diuino suffragio morte superior declaratus. Te quoque eiusdem Successor Eliseus, à Sapiente Magistro hîc Sacris initiatus tanquam iam existentem, quæ tamen nondum existebas, præfigurans.*

Ex tunc ELIAS *ad honorem & imitationẽ istius Virginis Deum parituræ puritatem Virginalem seruãdã sibi proposuit.*

232. ELIAS ergo MARIÆ intuitu Virginitatem seruauit, & cœtum hominum cœlibem vitam agentium instituit; occasione sumptâ ex nubeculæ visione, quod etiam cæterorum priscorum nostrorum Patrum stabilitur testimoniis. Ex quibus Ioannes Grossius Generalis quondam Ordinis huius, in Viridario suo claui prima ita scribit: ELIAS *arctiorem aliis Filijs Prophetarum in cureis existentium cupiens ducere vitam, montem ascendit Carmeli &c.*

Habetur in Bibliotheca SS. Patrum.

Et

Digitized by Google

Et infrà: *In isto autem monte, vt habetur* III. Reg. XVIII. *& in aliis capitulis, multa fecit miracula: assumens autem, ex diuino mandato, Eliseum, ac Abdiam, & Ionam, & multos alios Prophetas, eos docuit viuere in Virginitate ad honorem prædictæ V. Gloriosæ, quæ sine corruptione parere habebat mundi Saluatorem, cuius caput esse debebat sicut Carmelus Cant.* VII. *& ob hoc Eremitæ dicti Montis* FRATRES VIRGINIS MARIÆ *dicti sunt, cum ad ipsius honorem Ordinem cœperunt ante eius aduentum & natiuitatem.*

Cæteros suos discipulos suo exemplo & hortatu instructos ad idem præstandum induxit.

233. Vetustus quoque inter Scholasticos Doctores illustris Ioannes Bacho *in tractatu hic supra-posito: cap.* I. disertè tradit, & probat *Ordinem hunc originem habuisse pro veneratione SS. Virginis Deiparæ* MARIÆ. Et suauiloquus noster Arnoldus Bostius *libro de Patronatu B. Virginis* MARIÆ *cap.* 2. eleganter sic ad propositum: *Hic itaque* ELIAS *in exercitatione disciplinæ districtus, & in laboribus fortis, iam Spiritu Redemptorem mundi nasciturum conspicabatur de purissima Virgine, omnium gratiarum plenitudine, virtutum, donorum, fructuũ, beatitudinum; ac meritorum omnium multiplicitate, ornandâ, & superimplendâ.* Et infrà: *Anhela trahens in longinquum suspiria totum se transfudit in amorem tam superexaltandæ Virginis, cui & annulum aureæ suæ fidei, veluti sponsæ suæ, amantium more, delegauit, & ad exemplum eius, quasi ad sigilli spiritualis imaginem, Eliseum, Michæam Moraſtiten, Abdiam, Ionam, ac cæteros, quos aduocauerat (quorum & virtutibus tamquam quibusdam Stellis Canonicæ micant historiæ) secum tamquàm* MARIÆ *Præcursoris continentiam Virginitatis edocebat.* Et infrà. *Ea propter Legislatrix* ELIÆ MARIA, *& totius Carmeli cœtus Legis-latrix Fundatrixq; primaria ritè dicitur. Ideoque quod stirpi rami, quod capiti membra, quod radij soli, quod fonti riuuli, hoc Serenissimæ Dominæ* MARIÆ *Carmelicolæ cuncti se iustè debere gratè, memoriter, & piè recognoscant.* Eadem tradunt Thomas Waldensis *tom.* 3. *de Sacrament. tit.* 9. *cap.* 89. *num.* 9. Palæonydorus *lib.* 2. *hist. Carmel. cap.* 8. & alij apud Lezana *tom.* I. *Annal. ad annum Christi* 34.

Ita tradunt alij Ordinis historici,

234. Ad propositum etiam eleganter scribit percelebris ille Theologus Iudocus Clichtoueus in sermone de Ordine Carmelitano, cuius initium est: *Cum dixerint vobis filij vestri:* vbi sic: *Prophetica quoque dignitatis in* ELIA *perpenditur excellentia, quòd ei clarius cæteris reuelatum credatur diuinæ Incarnationis mysterium. Nam cum in Carmeli Montis vertice prostratus septies puerum misisset, qui obseruaret an quicquam in aëre suboriri vidisset: cum prius nihil conspexisset puer, septimo regressu vidit nubeculam albam, continentem intra se speciem & effigiem hominis. Quo quidem indicio sentiant omnes,* ELIAM *Diuinæ Incarnationis indubitato prænouisse mysterium: & per nubeculæ candorem, sacratissimæ Virginis* MARIÆ *candidissimam puritatem: per hominis autem vestigium nubis ambitu & continentiâ comprehensum, Filium Dei susceptâ carne humanâ, in castissima Virginis vtero degentem, intellexisse.*

Et consentiunt cæteri.

235. Nec minùs clarè id exprimit Iustinus Miechouiensis in insigni Opere *super Litanias Lauretanas discursu* CCXXII. *§. 2. num.* 6. his verbis: *Cum enim* ELIAS *Propheta profundâ oratione ad cœlestia mentem intenderet, repentè in latere Montis Carmeli nubecula quædam apparuit, quæ, vt sacer Textus ait: Quasi ve-*

stigium hominis ascendebat de mari. Hec nubecula iuxta mentem SS. Patrum Deiparam Virginem præfigurabat.

Confirmatq; authoritate Ecclesiæ.

236. Confirmantur hæc quoque authoritate Ecclesiæ, approbanti Officium solemnis Commemorationis ad diem 16. Iulij: in quo *ad Matutinũ lect. 4.* legitur: *Viri plurimi, qui vestigiis Sanctorum Prophetarum* ELIÆ *ac Elisei insliterant, primi omnium in eo Montis Carmeli loco, vbi* ELIAS *olim ascendentem nubeculam, Virginis typo insignem, conspexerat, eidem purissimæ Virgini Sacellum construxerunt.*

237. Intuitu itaque Virginitatis futuræ Deiparæ, per nubeculam è mari in Carmelum ascendentem significatæ, institutum suum S.P. ELIAS inchoauit & eidem Virgini pariturę dedicauit.

Hinc summi Pontifices scribunt Ordinem istum editum, *seu* productũ *à B. Virg. Maria: Nempe vt à causa exemplari.*

Et hoc est, quod Summi Pontifices Sixtus IV. Iulius II. Gregorius XIII. in Bullis *cap. 2. & 3.* relatis expressissimè insinuant his verbis: *Virgo Dei Genitrix Gloriosissima, cuius pulchritudinem sol & luna mirantur &c. produxitq; sacrum Ordinem B.* MARIÆ *de Monte Carmelo &c.* Ita Xistus IV. & Iulius II. *Sacrum Ordinem sub inuocatione eiusdem Beatæ* MARIÆ *de Monte Carmelo, quem eadem Virgo venustissima, & omnibus virtutum floribus insignita edidit, propriique nominis titulo insigniuit.* Ita Gregorius XIII. nimirùm Ordinem Carmelitarum Virgo Mater *produxit*, vt causa exemplaris sed & meritoria in destinatione Diuinæ Maiestatis.

Per dictam nubeculam significatã & S.P. ELIÆ reuelatam fuisse immunitatem ipsius Deiparæ à peccato originali affirmant varij.

238. Sic grauissimus ille Theologus & hæresis Wicleffianæ expugnator Thomas Waldensis *tom. 3. de Sacrament. tit. 9. cap. 83.* relationem illam Instituti S. ELIÆ ad Matrem Dei pro signo distinctiuo agnoscit ab aliis in Ecclesia Dei Ordinibus. Et hæc vna est ex rationibus, cur hic Ordo specialiter dicatur, *Ordo B. Virginis Dei Genitricis* MARIÆ *de Monte Carmelo.* Porrò *Nubecula* ista purissimam Virginem Deiparam præfigurans, pro adstruenda ipsius, ab originali peccato, immunitate, insigne est argumentum, prout locis variis declarat Lezana, specialiter *libro de immaculata Conceptione cap. 2. & to. 1. Annal. ad annum mundi 4037. ante Christum 16.*

239. Præclarus etiam Euangelij Commentator Ioannes Sylueira *tom. 1. in Euangelium lib. 1. cap. 3.* ex S. Scripturæ testimoniis demonstrans *Immaculatam Virginis Conceptionem à peccato Oreginali immunem*, istud ita explanat: *Vidit Parens meus* ELIAS: *Ecce nubecula parua ascendebat de mari 3. Reg. 18. in qua mysterium immaculatæ Conceptionis ei reuelatum fuisse, testatur antiquissimus, & grauissimus auctor Ioannes Hierosolymitanus, qui floruit circa an. 400. lib. de Institut. Monach. cap. 32.* Deinde consequenter adfert eiusdem verba iam ante relata: post quæ satis eleganter subdit: *Nubes à mari oritur, valde tamen distincta qualitatis ab ipso est: mare amarum, grauidum & ponderosum, opacum & sterilizans, nubes verò valde est semota ab his imperfectionibus, dulcis, leuis, lucida, & fœcũdans. Sic Beatissima Virgo, licèt orta de humana natura, tamen tota pulchra sine macula humanæ propaginis venustissima apparet. De hac parentis* ELIÆ *reuelatione mentionem faciunt grauissimi Auctores:* quos ibidem citat: & ex eis asserit, ELIAM hanc reuelationem tradidisse Discipulis suis: à quibus postmodùm, tempo-

Vide hic ante num. 229.

ribus.

Digitized by Google

ribus Apostolorum, in honorem CONCEPTIONIS IMMACVLATÆ Capella in Monte Carmelo constructa fuit: de qua latiùs infrà. Id autem de traditione à S. Propheta ELIA per Discipulos primos deriuata ad posteros, de immunitate ipsius SS. Virginis Deiparæ ab omni peccato expresè testatur ipse Ioannes Hierosolymitan. ibidem. Hinc Petrus Ojeda, Societatis IESV *in Informat. pro immaculat. Virginis Conceptione, fundamento primo,* gratulatur Ordini nostro, quòd in eo à duobus millibus quingentis, & supra, annis, traditio eiusmodi extiterit. De isto Ioanne, & illo, pro immaculata Deiparæ Virginis Conceptione, testimonio alius quoque ex eadem Societate IESV insignis Scriptor Ferdinandus Quirinus de Salazar in Prouerbia argumento 12. cap. 42. ità scribit: *Absit vt ego gloriam istam Carmelitanis Patribus inuideam, vt & dictum Ioannem inter suos Protopatres numerent, & tam nobile tamque antiquum pro* IMMACVLATA VIRGINIS CONCEPTIONE *testimonium inter suæ Religionis ditissimas gazas ostentent.*

CAPVT VI.

De tempore & loco inchoati per Sanctum Prophetam ELIAM *Monachismi, seu vitæ Religiosæ, Monasticæ, Eremiticæ, & Ordinis sui Prophetici Carmelitani.*

240. POst visam in *Carmelo* prædictam nubeculam, è mari ascendentem (de qua capite præcedenti, & sub finem primi dictum) & in ea præfiguratam Virginem Deiparam: post glorioſissimam de pseudoprophetis Baalitis in Monte *Carmelo*, pro veri Dei cultu & honore, reportatam victoriam, de qua 3. *Reg.* 18. post mirabilem illam in spelunca montis Horeb visionem: anno mundi ter millesimo centesimo vigesimo septimo, ante Christum nongentesimo vigesimo sexto, Discipulos suos secum in Montem *Carmelum* duxit, & eos in vita prophetica, religiosa instituit, verbo & exemplo ad eius obseruantiam adducens. Ad istum proinde annum, cum Lezana nostro, *tom.* 1. *Annal. ad eumdem annum,* & aliis Historicis nostris, Monastici instituti originem, & Carmelitani Ordinis fundationem referendā meritò censemus.

Anno mundi 3127. *ante Christum* 926. *S. Propheta* ELIAS *Ordinem Propheticum Monasticū instituit.*

241. De hoc vetustissimus Ordinis Historicus Ioannes Hierosolymitanus sic ad intentum in libro præfato, *cap.* 11. *Cum autem de spelunca montis Horeb (in qua aliquandiu mansit) fuisset* ELIAS, *iussu Dei, reuersus in terram Israel, recollectis ipse in vnum suis Discipulis in Monte Carmeli, protinùs studuit, secundùm formam à Deo ei traditam, denuò inducere eos ad obseruandam vitam monasticam:* & *cap.* 19. *Reuersus itaque iussu Dei,* ELIAS *de spelunca montis Horeb in terram*

Discipulos suos congregans & instituens in monte Carmelo.

Israel, confestim instar aurae tenuis sibilauit, id est conuocauit suos discipulos. Et ibidem infrà: *Quia igitur ex tunc, & non antè studuit ipse deinceps Religionem, quam inchoauerat, in loco idoneo plantare. Anno quidem decimo Regni Regis Israel, ad suam & suorum discipulorum ingem mansionem, elegit, prae aliis eremis, Carmeli Montem, tamquam commodiorem ad propheticam disciplinam; & vitam monasticam in eo edocendam melius & exercendam. Mons quidem Carmelus praebet Eremitae homini ex sua solitudine silentium, & quietem: ex suis antris, congruam mansionem: ex suo saltu iucunditatem, ex suo eminenti situ, aërem salubrem: ex suo fonte aquae viuae, haustum dulcem: propter quae omnia* ELIAS *in Monte illo nedum habitare elegit, verùm etiã domum orationi consecratam, appellatam* SEMNION *in eo aedificauit.*

Ad vitam solitariam aptissimo.

S. Hieronymus, in caput 6. Isaiae, situm & fertilitatem Carmeli Montis ita paucis exprimit: *Idioma Scripturarum est, quòd semper Carmelum Montem opimum & nemorosum, qui Ptolemaidi imminet, & in quo erauit* ELIAS, *fertilitati, & abundantiae comparet.*

Eius situs & fertilitas:

242. Philippus Ribotus *in speculo Ordinis Carmelitani lib. 3. cap. 3.* eadem sic accuratè perstringit: *Hic Mons sicut latinè vocatus est* CARMELVS, *ita hebraicè* CHERMEL *dictus, qui cessit in possessionem tribui Azer, dum terra promissionis Filijs Israel sorte diuidebatur, sicut in decimo nono capitulo libri Iosue legitur. Distat autem iste Mons à ciuitate Nazareth tribus milliaribus, à ciuitate autem Ptholemaydae quatuor milliaribus, à ciuitate Caesarea sex leucis, sed à ciuitate sancta Ierusalem triginta duabus. Hic Mons fertilis est in pascuis, herbis, & fructibus, oliuetis consitus, arbustis, vineisq; condensus. Habet etiam plurimum saltus, & eremi, ac solitudinis. Iuxta hunc Montem ad partem eius aquilonarem est ciuitas quaedam, quae olim Porphiria appellabatur, nunc autem Caypha vocatur. In parte huius Montis, quae supereminet ciuitati Caypha, siue Porphiriae, est vnus fons, qui* ELIAE *fons nuncupatur, quia de illius fontis aqua* ELIAS *Propheta bibebat, quando in speluncis ac cauernis, ac tabernaculis huius Montis prope praefatum fontem cum discipulis suis Religiosam vitam Propheticam, & solitariam ducebat, in orationibus, ac silentio, & ieiuniis, atque aliis diuersis carnis mortificationibus, ibidem in cultu diuino persistens.*

Rigabatur fonte circa quẽ in antris, speluncis & casulis ipse ELIAS, *eius discipuli & successores illorum degebant.*

Ad domum autem istam orationis, quam ibi aedificauit S. P. ELIAS, *Semnion* seu *Semneion* aut *Seunion* nuncupatum, ipse & discipuli eius tribus vicibus quotidie, Vesperae, scilicet, mane, & meridie conueniebant ad diuinas laudes concinendas, prout habetur ex Ioanne Hierosolymitano *eodem libro cap. 19.* Concurrebant etiam fideles ad eum locum Sabbathis & in kalendis, vt verbum Dei à Prophetis audirent.

Quotidie ter ad Sẽnion seu domum orationis cõuenientes.

243. Scriptores nonnulli Monasticae & Eremiticae vitae ac Carmelitani Ordinis originem & institutionem referunt ad annum ante Christum nongentesimum trigesimum. Hoc eatenùs veritatem aliquam habet, quòd sub illud tempus aliqui eius se addixerint disciplinae: quos quidem tum instruere incepit, monasticam vitam veluti delineando, & adumbrando: ast demum dicto anno mundi 3127. ante Christum 926. istos & alios duxit ad Montem Carmelum: & ibi eos in vita Prophetica sanctiori, & Monastica, seu Eremitica, sub Paupertatis, Castitatis, & Obedientiae obseruantia ad honorem Virginis Deiparae Deum pariturae, exemplo & verbo vt iam dictum

Qualiter intelligendi authores, qui primordia vitae Monasticae adscribunt anno ante Christum 930.

Digitized by Google

tum est, instituit, ac proindè rectiùs huic anno Ordinis prima incunabula attribuuntur: prout *tom. 1. Annal.* ad istos annos latè declarat Lezana, & breuius eodem tomo *ad annum mundi* 4006. *Christi* 34. *num.* 45. his verbis: *Diximus in præcedentibus, sub anno videlicet* 3124, *eo tempore* ELIAM *in Carith Torrente à facie Iezabelis absconditè manentem cum quibusdam piis & deuotis viris, qui ad ipsum recurrerant, Ordinem suum inchoare cœpisse, non quidem perfectè instituendo (hoc enim pro commodiori tempore, & loco reseruabat, prout fecit post trienniũ, sub anno scilicet* 3127.) *sed veluti delineando, & adumbrando, periti pictoris instar, qui priusquam viuis coloribus imagines perficiat, fuscis & subobscuris, & vmbraticis eas delineat. Quia ergo tempore hoc intermedio, quo de eo, quod in Carith inchoauerat, perficiendo proculdubio meditabatur, sub anno videlicet* 3126. *celebrem illam nubeculæ in Carmelo visionem habuit, prout ibi diximus, per eamque, iuxta sæpiùs dicta, Incarnationis mysterium expressiùs cognouit, & Verbi Incarnati Matrem futuram purissimam, tum corpore, propter Virginitatem, quam spontaneè secutura erat, tum Spiritu, propter præseruationem ab omni peccato, etiam ex vtero matris; nullus dubitabit, quin in tantæ Virginis, Matris Messiæ futuræ, amorem, reuerẽtiam & deuotionem piissimus Propheta, veluti æstuans, & succensus, quidquid in ipsius obsequium facere posset, opere perfecisset. Ordinis igitur institutionem, quam tunc cogitabat proculdubio in Virginis Beatissimæ gloriam & honorem direxit.* Ferè similia scribit Tirinus in caput 17. libr. 3. Reg. & ad eumdem locum breuiter Gaspar Sanchez his verbis: ELIAS *extra Montem Carmelum Religiosum habuit cœtum, quem tamen postea in Montem Carmeli situm adduxit, vbi discipulis, qui postea Filij Prophetarum vocati sunt, Monasticæ vitæ normam indixit.*

CAPVT VII.

De Discipulis primis S.P. ELIÆ: *deq; normæ Vitæ Religiosæ in Castitate, & Obedientia, eius exemplo & verbo traditæ.*

244. DIscipuli illius, qui in Sacra Scriptura exprimuntur, fuerunt *S. Eliseus* primarius (licèt non tempore primus) & gratiæ ac duplicis spiritus eius hæres, atque in officio successor, quem mirabilis vocatio, egregia facta, illustria miracula notissimum reddiderunt. Hunc sequitur *Ionas* filius mulieris Viduæ in Sarepta Sidoniorum, quem puerum à mortuis suscitarat: & hic fuit primus ordine temporis: deinde *Micheas* & *Abdias*: quorum gesta in præfato libro Ioannis describuntur. Hos, & alios, qui eius disciplinæ se tradiderant, exemplis præcessit, & verbis instruxit, in obseruantia vitæ Propheticæ, secundùm formam ei à Deo præmonstratam: sic in supradicto libro Ioannes Hierosolym. tradit: ELIAS, inquit, *vt suo exemplo animos*

Discipuli primi S.P. ELIÆ fuerunt S. Eliæus Ionæ, Micheas & Abdias.

Ioan. Ierosol. c. 16.

Digitized by Google

animos omnium prædictorum Monachorum eius discipulorum promouaret ad suæ Religionis exercitium, studuit secundùm formam, per Deum sibi traditam, pollere coram eis frugalitate Paupertatis, vti abstinentiâ parcimoniæ, domare concupiscentias carnis, nitere candore castitatis, abnegare libertatem voluntatis. Idcirco Bartholomæus Medina sacri Ordinis Prædicatorum Doctor percelebris inter eos, qui Obedientiam, Paupertatem & Castitatem in lege veteri obseruabant, Filios Prophetarum recenset: quod & testatur alter eiusdem Instituti egregius professor & doctrina celebris Dominicus Grauina relatus super cap. 3. nu. 110. ex mente Patrum & Doctorum ELIAM appellans *Primum colendæ Virginitatis Authorem, Obedientiæ & Paupertatis prototypum.*

Quos, & alios, exemplo præiuit, & verbo instruxit.

Medina 1. 2. qu. 108 art. 4.

245. Et quidem quoad *Paupertatem* & contemptum rerum terrenarum patenter constat ex sacris litteris, & SS. Patribus: de illis enim Apostolus scribens ait: *Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes.* Et S. Chrysostomus *a*: ELIAS *ita erat pauper, vt, præter melotem, nihil terrenum, ei suerit,* & *b Vnde mirabilis factus est* ELIAS? *Nonne à repudiatione possessionum?* Et S. Isidorus Hispalensis. *c Vnde ad Monachos studium defluxit paupertatis?* &c. *Quantum attinet ad authoritatem veterum Scripturarum, huius propositi Princeps* ELIAS, &c. Vide istud prolixiùs relatum c. 1.

In obseruatia paupertatis,

Ad Hebr. 11.

a S. Ioan. Chrys. l. 3. de prouid.

b Homil. 46. in Math.

c S. Isidor. l. 2. Offic. cap. 2.

246. De *Castitate* testatur S. Ambrosius lib. 1. de Virginibus: ELIAS *nullius corporei coitus fuisse permistus cupiditatibus inuenitur. Ideò ergo curru raptus ad cœlum: ideò cum Domino apparet in gloria: ideò Dominici venturus est præcursor aduentus.* S. Hieronymus ad Eustochium de seruanda Virginitate scribens: *Virgo namque* ELIAS, *Virgo Eliseus, Virgines multi Filij Prophetarum:* Et Ioannes Ierosol. ELIAS *primus præputium impudicitiæ scinit à sua carne & mente prorsus circumcidere: dum primus inter homines studuit Virginitatem perpetuam sponte inchoare. Et congregauit ex tunc in Virginitate sua Eliseum & Filios Prophetarum, & in voluntaria castitate eos viuere instituit.* Hinc de Eliseo in hymno festi eius ad Matutinum canitur:

Castitatis.

Eliseus namq; Virgo plenè permanens,
Beatis cœli coæquatur Angelis,
Qui prauos carnis motus sciuit premere,
Et mentem puram Christo nouit gerere.

247. De *Obedientia* ELIÆ & Eliseï ita scribit idem Ioannes cap 9. ELIAS *semetipsum*, inquit, *prorsus abnegans, & voluntati propriæ abrenuntians, semper Superiori, id est Dei, voluntatem prorsus sequutus fuit: quemadmodum de eo Scriptum est: Abiit, quocumque eum ferebat voluntas Dei.* Sic ille. Et subdit: *Ipse Eliseum obedientiam docuit.* Hinc etiam Filij Prophetarum, post raptum ELIÆ, *venientes in occursum* Eliseo, in signum reuerentiæ & obedientiæ, ipsi deinceps præstandæ, *adorauerunt eum proni in terram.*

Obedientia.

Hæc autem tria, in quibus verè Religionis essentia consistit, etiam voto ab illis firmata fuisse, tradunt non pauci & manifestè satis insinuare videntur ij Patres, qui ELIAM *Virginem consecratum*, aut *dedicatum*, vel *Virginitatis sacræ* aut *sacratæ auctorem* nuncupant. Sic Isidorus scribit S. ELIAM *primum*

Quæ etiam voto firmauerunt: Isidor. l. 2. Offic. cap. 17.

sacræ

Digitized by Google

sacræ Virginitatis integritati studuisse: & Adelmus, seu Altelmus de eo conformiter cecinit:

ELIAS *Vates, quem terna volumina Regum*
Insignem memorant, &c.
Virgo sacer fuerat, famâ per sæcula notus.

Aldelm. lib 1. de laud. Virg.

Istis indicatur, ipsum Virginem ex voto fuisse; votum enim est quod Deo sacrat, seu dedicat rem: sic enim Sanctimoniales ob votum *Deo sacræ*, aut *dicatæ*, stylo Ecclesiæ, dicuntur. Ista de votis monasticis in veteri lege copiosè, & solidè pertractant, & probant ex sacris litteris & Patribus Lezana *a*, Wastelius *b*, Michael Munnoz *c* & alij ab istis relati: Inter eos autem sic paucis celebris Homiliographus Cartagena *d* illis verbis: *Nec mihi vllâ ratione persuadere possum, antiquos illos Monachos, ab* ELIA *institutos, tria vota substantialia Religionis non emisisse.* De castitate sermo redibit infrà *parte* 8. *capit.* 6.

a In apparatu ad to. 1. Annal. c. 4. n. 11. & seqq.
b lib. 1. Vindic.
c In Propugnaculo ELIÆ lib. 2. c. 2. art. 5. & 6.
d tomo 4. Homiliarū lib. 17. homil. 2. Obiect. 7.

248. *Abstinentiam & ieiunium* eorum commendat S. Hieronymus *epist.* 22. *ad Eustochium* scribens: *Eliseus Filios Prophetarum inuitat ad prandium, herbis agrestibus eos alens:* & S. Ephrem *Parænesi* 41. *Vides*, ait, *charissime, quibus alebantur Prophetæ, modicâ nimirum aquâ, & buccellâ panis.*

Docuit quoque eos abstinentiam,

Solitudinem & silentium eorum testantur loca, quæ incoluerunt *Carmelus*, aliæque solitudines, in quibus sedebant solitarij & tacebant, & leuabant se supra se, à terrenis ad cœlestia spiritu tendentes. Iugis enim *conuersatio cum Deo*, & oratio præcipuum eorum erat exercitium. Ideo ore, & magis corde id ingeminabant frequenter: *Viuit Deus, in cuius conspectu sto.* Tribus etiam vicibus, vt insinuatum est, conueniebant in vnum, ad domum orationi consecratam, appellatam *Semnion*: & ibi psalmos, cantica, & hymnos, corde & ore Deo canebāt. Ideo sunt appellati *Prophetæ*, id est psallentes, de his latè Ioannes Hierosol. *cap.* 10.

Solitudinēm, silentium, iugem cum Deo cōuersationem,

249. Denique *charitatem*, in congregatione planè necessariam, idem Ioannes Hierosol *cap.* 6. & 7. pluribus prosequitur.

Et fraternā charitatem.

En monasticæ conuersationis perfectissimum exemplar, omnibus Religiosis, specialiter autem Carmelitani Ordinis professoribus, imitandum, à Deo magno ELIÆ præmonstratum: ab ipso in se, vt viuo & primo prototypo, expressum, & suis discipulis traditum: ab his ad posteros deriuatum: & hereditariâ non interruptâ successione continuatum, prout infrà parte tertiâ, per totum, ostendetur.

CA-

Digitized by Google

CAPVT VIII.

De Raptu, seu translatione in Paradisum magni Prophetæ ELIÆ.

Anno mundi 3139. ante Christum 914. Magnus Propheta ELIAS *ministerio Angelorũ, in curru igneo raptus, trãslatus est in Paradisũ.*

250. ANno mũdi ter millesimo centesimo trigesimo nono: ante Christum nongentesimo decimo quarto, sanctissimus Dei Propheta ELIAS diuinâ reuelatione præsciens se de mundo mirabiliter tollẽdum, suos discipulos, varia loca incolentes, visitauit, ad fiduciam animauit, ad perseuerantiam in religiosæ vitæ forma, à se tradita, hortatus est, eisque valedixit. Concionem eius pulcherrimam ad suos piè meditatus est, & refert Salianus ad dictum annum.

Cumque veniſſet ad Iordanem, vnà cùm chariſſimo ſuo diſcipulo *Eliſeo*, pallio percuſſit aquas: *quæ diuiſæ ſunt in vtramque partem & tranſierunt ambo per ſiccum; & ecce currus igneus & equi ignei*: nempe nubes ſplendida, & quaſi ignis rutilans, inſtar currus & equorum, per Angelos efformata, & in quandam ſoliditatem addenſata, ac ab eis quaſi aurigis directa: eleuatus per turbinem, ſeu ventum validum, viuus tranſlatus eſt in Paradiſum. Cuius triumphalis aſcenſus dilucidè accurateque deſcribitur 4. *Reg. cap.* 2. De eodem ſic canit Eccleſia in hymno feſti eius:

Te triumphali ſuper alta curru
Igneis vectum celeres quadrigis
Angeli attollunt, nimium coruſcâ
Luce micantem.

251. Eius, non epitaphium mortui (quoniam communis Patrum conſenſus adhuc viuentem prædicat) ſed viui elogium elegantiſſimum ad limen Carmelitanæ ſpeluncæ, quam inhabitauit, appendendum, exhibet Salianus, ad eumdem annum 3139. quod hic damus; quia mirabilis vitæ illius quaſi compendium eſt.

Eius epitaphium ſeu elogium ex Saliano.

Hanc aliquando ſpeluncam incoluit viator, qui præter naturæ ordinem factus Paradiſi colonus, & immortalitatis in mortali corpore candidatus: magnum illud Prophetarum lumen ELIAS *Thesbites, in veſte cilicina, in horrido ac neglecto capillo, in propheticæ pallio, in melote, pelliceaq; zona. Hoc ille ſolum rigabat lacrymis, has tenebras, diuinarum illuſtrationum copiâ efficiebat illuſtres: ipſum denique informe, olidumque antrum, precum ſuarum balſamo reddebat odoratum. Hic ſpiritum ferueris vates hauriebat, quo decem tribus ſacrilegæ impietatis reas, duorum & quadraginta menſium ſterilitate afflixit; quo impuriſſimæ vanitatis architectos, Magos, Ariolos, Pſeudoprophetas, præſtigiarum conuictos, ad octingentos & quinquaginta morti dedit: quo profanum ipſum Regem, in ſuam perniciem coniuratum, increpuit palam: & verborum pondere afflictum, ad ſaccum & cineres, infimamque compulit humilitatem. Hic*

ille eſt

Digitized by Google

ille est ELIAS, *qui quadraginta dierum continentis ieiunij prolusione vsus, ad bis mille quingentos & triginta quinque annos, iugem ad hanc diem, ac perpetem cibi potusque abstinentem protraxit, ad illumq; protrahet diem, quo post rigata mortalium corda, tot mensium curriculo, quot terram sterili siccitate damnauerat, in conspectum se dabit omnium, impiissimi cruentissimiq; tyranni Antichristi. A quo cum consorte prædicationis Enocho morti datus, post triduum rediuiuus recipietur in cœlum.*

Hic est, qui medios inter sonoræ tempestatis fragores, & cotuscos flagrantesq; in Horebo Monte, suauissimæ auræ sibilum operto vultu pallio attentus excipit; qui reges vngit, ac Prophetas vindices iniuriarum Dei; qui corda filiorum conuertit ad Patres, imò ad omnium parentem Deum: & per medios iniquitatis torrentes, lectos Prophetarum, & Religiosorum in Carmelo, totaq; Chananitide, manipulos, sui Æmulos atque imitatores, instituit, ad cœlestem vitam, mundo ignotam, ac contemptam traducendam adduxit, tot seculis suarum precum, quasi facularum ardore calefecit, & ad hanc diē tot inter rerum, locorum, temporumq; varietates, constantes reddidit, magni sui Patriarchæ sectatores. Abiit ab hominibus Iosaphati Regis Indæ anno decimo nono, mundi ter millesimo centesimo vnde quadragesimo: post Enochi translationem bis millesimo centesimo quinquagesimo secundo. Hactenus Salianus.

CAPVT IX.

Quo in loco & statu nunc degat S.P. ELIAS, *& quibus potissimùm virtutibus tam glorioſum promeruerit triumphum.*

252. LOcum autem, ad quem translatus fuit, esse Paradisum, in quo Adā creatus, solidè authoritatibus Patrum, Doctorum, & ratione probat Michael Munnoz *in propugnaculo* ELIÆ *lib. 2. tit. 1. art. 2.* Intentæ à nobis breuitati sufficient duorum testimonia, alterum vetusti Patris Ioannis Ierosolymitani (qui præ omnibus accuratiùs & copiosiùs S.P. ELIÆ vitam & gesta elucidauit) his verbis: [a] ELIAS [*receptus in curru equorum igneorum*] *ascendit per turbinem ignis in cœlum, id est, in Paradisum voluptatis: qui longo maris, & terræ tractu à nostra habitabili secretus, adeò est editus, vt penè vsque ad cœlum attingat. In quo loco vnà cum Enoch, qui longè ante illic* ELIAM *præcesserat, viuit ipse* ELIAS *in magna quiete carnis & Spiritus, vsque ad tempus Antichristi; sed tunc in hunc mundum reuertetur: quemadmodum testatur Dominus dicens* [ELIAS *quidem venturus est, & restituet omnia*] Abulensis [b] de hoc ita scribit: *Doctores Catholici omnes & tota fidelium Ecclesia credit Henoch translatum fuisse in Paradisum terrestrem, sicut* ELIAM, *& manere ibi vsque ad Antichristum.* Hoc etiam satis insinuat S. Augustinus, verbis mox referendis: & expressè tradunt S. Irenæus, S. Iustinus, S. Hieronymus, S. Thomas, & alij apud Lezana [c]. Si quæras quo instatu sunt in Paradiso ELIAS & Enoch? Respondeo eos non frui Dei

Locus vbi vnnc degit ELIAS, *Paradisus in quo Adā creatus.*

[a] Lib. de Institut. primor. Menoch. cap. 24.

[b] In cap. 2 & 5. Venes.

[c] Tom. 1. Annal. ad ann. mundi 3139. n. 8.

Visione intuitiuâ, sicut Sancti in cœlis: nec gloriæ dotibus eorum corpora fore insignita. Fomes peccati illis ademptus est, & in magna carnis ac spiritus quiete degunt impeccabiles ac confirmati in gratia. Probabiliter tamen (vt idem Abulensis in *cap. 2. lib. 4 Regum quæst. 24.* & plures alij sustinent) sunt in statu merendi. Vnde, licèt sequatur eos in numero meritorum excedere Deiparam Virginem cæterosque Sanctos, non tamen consequens est, maiora ipsorum futura merita quàm sint Virginis MARIÆ, aut Apostolorũ, vti doctè & copiosè declarat Michael Munnoz in Propugnaculo ELIÆ *lib. 3. titulo 2.* per plura capita, & articulos, ac Lezana *a*. Verisimilius est, quod innuit S. Augustinus *b*: Quod *habeant de lignorum fructibus refectionẽ contra defectionem, & de ligno vitæ stabilitatem contra vetustatem.*

Magnâ fruitur carnis ac Spiritus quiete & impeccabilis, cõfirmatus in gratia. Verisimiliter adhuc meretur: vnde tamẽ nõ sequitur maiora futura eius merita quũ Sanctissimæ V. MARIÆ aut Apostolorum.

253. ELIAS itaque ante Christum natus, cum Christo conuersatus, post Christum contra Antichristum reseruatus, annosus sine carie, senex sine senio, longæuus sine ærumnis, mortalis sine morte, felicissimè, & sanctissimè viuit, eumq; tamquam mundi prodigium, gratiæ & naturæ monstrũ terra adhuc possidet, cœlum expectat, Ecclesia colit, & totus veneratur orbis. *Sic amplificatus est* ELIAS *in mirabilibus suis.*

254. Virtutes autem, quibus tam glorioſum triumphum, & singularis vitæ prærogatiuam promeruit, sunt potissimùm quatuor. *Prima*, zelus ardens Diuini honoris, & obseruantiæ legis ipsius, prout sacer textus testatur: ELIAS, *dum zelat Zelum legis, receptus est in cœlum* 1. Machab. 2. *Secunda*, conuersatio iugis in cœlo & cum Deo: solitus enim erat corde ruminare, & ore ingeminare istud: *Viuit Deus, in cuius conspectu sto. Tertia*, Virginalis castitas, quam primus hominum seruauit, & alios docuit: prout ex supradictis constat. *Ideo* enim ait S. Ambrosius suprà relatus, *raptus ad cœlum*; & S. Hieronymox referendus: *Virgo* ELIAS *raptus* &c. *Quarta*, ieiunium & vitæ austeritas. *Ieiunium*, inquit Basilius, ELIAM *magnæ visionis spectatorem fecit.* Idem tradit S. Ambrosius: ELIAS *ieiunus pluuias ore depositi: ieiunus ignes de cœlo eduxit: ieiunus curru raptus est ad cœlum: & quadraginta dierum ieiunio diuinam acquisiuit præsentiam* &c. *meritò illum dignum cœlo diuina iudicauit sententia, vt cum ipso raperetur corpore, quoniam cœlestem vitam viuebat in corpore.* Et S. Hieronym. *lib. 2. contra Iouinianum* pro abstinentia disputans, ait: ELIAS *Virgo igneo curru raptus ante immortalis effectus, quàm mortuus: quod ebrietas perdidit, inedia reperit.* Finiturum hoc caput, iuuat Venerabilis Bedæ *c* accensum ELIÆ zelum super miracula attollentis verba, cuidam minùs rectè de illo sentienti meditanda apponere. *Admirandum*, inquit, *in* ELIA *ego minimè reor, quia cœlum clausit, quia induxit famem, quia ignem de cœlo sermone composuit; sed quia* ZELAVIT *pro Deo, eratque in hoc mentis affectu ipso igne vehementior.*

Virtutes autem quibus potissimùm promeruit tantum triumphũ, fuêre zelus diuini honoris. Conuersatio in cœlis virginalis castitas. Ieiunium.

a Tom. 1. Annal. ad an. mundi 3139.

b Lib. 1 de baptismo paruulorum.

c Hom de laud D. Pauli.

CA-

Digitized by Google

CAPVT X.

De cultu S. Prophetæ ELIÆ: *cuius singularem interceſsionem tempore peſtis experta nuper insignis ciuitas Capuana, eum in Patronum & Protectorem, ſolemni ritu, aſſumpſit.*

255 FEſtum S.P.N. ELIÆ, cum officio & Miſſa propriis ſolemniſſimè per totum Ordinem Carmelitanum celebratur die 20. Iulij, & ſeptem diebus conſequentibus. Ad eumdem diem in Martyrologio Romano hæc leguntur: IN MONTE CARMELO SANCTI ELIÆ PROPHETÆ. Vbi in notis Card. Baronius ita ſcribit. *Agunt & Græci de eodem hoc die in Menologio; ſicá, colunt, vt abſtineant à ſeruilibus operibus, vt apparet ex Emmanuelis Imp. conſtitutione apud Theodorum Balſ.* Quod etiam ab antiquiſſimis temporibus, in Eccleſia, tum Græca, tum Latina officium S. Prophetæ ELIÆ inter veteres Chriſtianos vſu receptum, Miſſæ de eo celebratæ, & Altaria, ac tẽpla plurima ſub titulo eius erecta fuerint: quod rectè ac piè à fidelibus inuocari poſſit, latè demonſtrat Lezana *tom. 1. Annal. ad annum mundi 3139. num. 14.* vbi etiam declarat, quomodò preces ſibi oblatas cognoſcat, videlicet, per Dei & Angelorum reuelationes, illuſtrationes & colloquia, quibus in eo feliciſſimo ſtatu frequẽter fruitur. De ſacello, ſeu Oratorio, ei poſt raptum in Mõte Carmelo dicato, in quo vigebat Oraculum, dicetur *par. 3. c. 16.*

S.P. ELIÆ feſtum ſolemniſſimè celebratur.

Ab antiquiſſimis temporibus illi dedicata fuêre altaria & templa.

256. Cæterùm, quod in cultu glorioſiſſimæ Dei Genitricis euenisſe annotat Cardinalis Baronius *a ad diem 8. Septembris* (& etiam locum habet in Sanctiſſimo eius ſponſo Ioſepho) deuotionem illam paulatim per orbem increuiſſe, occaſione miraculorum ac beneficiorum, quæ ad inuocationem illius, variis in locis, Deus operatus fuit, & hominibus præſtitit: id quoque in hoc eximio Propheta ELIA contingere videmus; illius etenim efficax patrocinium, dum nouiſſimis his temporibus Deus nouis miraculis manifeſtat, eius quoque publica veneratio incrementa capit; anno enim 1656. cũ luctuoſæ peſtilentiæ facibus vſtulata ingemiſceret Italia, ab illis plures liberati fuêre vncti oleo ex lampade S.P. ELIÆ. Cuius rei authenticum & publicum teſtimonium perhibuit nuper inſignis Vrbs Capuana in Regno Neapolitano ſita, quæ propterea ipſum in ſingularem Patronum & Protectorem elegit. Illud ad huius magni Prophetæ commendationem hic opportunè ſubnectitur: ſed (quia breues eſſe affectamus) abbreuiatum, eſtque eiuſmodi: *Teſtor ego Notarius Cæſar Sauone de Capua, qualiter inter cætera contenta in publico Actu, edito manu meâ ſub die 27. menſis Ianuarij 1657. ad ſunt infraſcripta; qualiter prædictâ die ad requiſitionem nobis factam per Illuſtriſſimos Do-*

a Baron. in notis Martyrologis.

Deuotio ad illum hiſce temporibus aucta.

Digitized by Google

minos Ioannem Bernardinum Pelligrino, Pompeium Frappiero, Laurentium Vecchi, Paulum Manna, & Ioſephum del Honofrio quinque ex ſex electis ad regimē & gubernationem fidelisſimæ Ciuitatis Capuæ, cum interuentu Domini Iacinti Scarano Ordinarij Syndici dictæ Ciuitatis, agentes ad infra-ſcripta omnia & pro ſeipſis quibus ſupra-dictæ nominibus, ac pro dicta fidelisſima Ciuitate Capuæ & eius parte & ſucceſſoribus in eain perpetuum. Nos ad hoc ſacrum templum Glorioſæ Virginis MARIÆ de Carmelo Conuentus RR.PP. Carmelitarum huius fidelisſimæ Ciuitatis Capuæ magnâ ciuium copiâ comitati contulimus, & dum ibidem eſſemus fuſis ante omnia precibus SS. Euchariſtiæ Sacramento & dictæ SS. Virgini ac S. Patriarchæ & Prophetæ ELIÆ, & in eius altari re ſacrâ peractâ cum harmonico concentu, dicti Illuſtriſſimi Domini electi & Syndicus aſſeruerunt infra-ſcripta coram nobis & RR.PP. Magiſtro Alberto Stoſolino Capuano Priore & Commiſſario Generale huius venerabilis Conuentus P.M. Alberto Caſtello Regente, P. Paulo Stoſolino Capuano, primo Definitore Prouinciæ Neapolis & Baſilicatæ, P. Baccalaureo Eliſeo Merola Capuano, P. Baccalaureo Andrea Imperato, P. Baccal. Petro Tomaſi Moſcarella, P. Antonio Taularo, P. Ioſepho Picoriello, & aliis Fratribus dicti Conuentus: Dicti verò R.P. Sacerdotalibus veſtibus albis amictus cum eius Aſſiſtentibus in Altari dicti Sancti Patriarchæ & Prophetæ ELIÆ ad nos audiendum intenti & attentè ſteterunt &c. Qualiter interceſſione S. Patriarchæ & Prophetæ quàm plures perſonas ſimili morbo laborantes ſanitati reſtitutas fuiſſe viderunt & audierunt, non ſolùm in multis Regni huius Ciuitatibus, terris & oppidis, verùm etiam in hac fidelisſima Ciuitate vngentes ſe oleo eius lampadis, & eius ſanctum nomen inuocantes. &c. Qua propter &c. deſiderantes dicti Illuſtriſſimi Domini Electi tāquàm veri Patres huius Patriæ ipſam Ciuitatem totaliter à ſimili morbo liberā videre, illius Sanctos Protectores & Defenſores apud Diuinam Maieſtatem multiplicare ſtatuerunt & in nouum Protectorem & defenſorem dictæ Ciuitatis eligere dictum S. Patriarcham & Prophetam ELIAM, cuius precibus placuit Diuinæ Maieſtati infirmos ſimili morbo laborantes liberare; ita ſperantes ipſos multiplicatis Protectoribus & Interceſſoribus optatam gratiam facilius obtinere poſſe. Quamobrem volentes dicti Illuſtriſſimi Domini Electi piam & optimam hanc eorum deliberationem ad effectum ducere, & publicum actum confitere, vt eorum Poſteris & Succeſſoribus perpetuò innoteſcat in futurum, elegerunt, prout præſenti Actu eligunt, & faciunt Protectorem & Defenſorem huius fidelisſimæ Ciuitatis Capuæ, & Populi dictum Glorioſum Sanctum Patriarcham & Prophetam ELIAM, non ſolùm in hoc peſtilentiali currente flagello, verùm etiam in omnibus aliis ſuis tribulationibus, periculis & neceſſitatibus, quæ forſan in futurum ſibi acciderint (quod abſit) Potentiſſima quidem eſt non tantùm apud Diuinam Maieſtatem dicti Sanctiſſimi Patriarchæ & Prophetæ interceſſio, cum zelantiſſimus ſemper fuerit diuini honoris, propterea poteſtatem ſuper elementa, mortem & vniuerſum Orbem illi contulit &c. Et vt perpetuò in futurum dictus Glorioſus Sanctus Patriarcha & Propheta ELIAS à dicta fidelisſima Ciuitate totoq; illius populo veneretur, & honoretur tamquàm ſuus particularis Protector & Defenſor, vt alij glorioſi prænominati Sancti Protectores; dicti Illuſtriſſimi Domini Electi die 20. menſis Iulij Sanctæ feſtiuitatis dicti S. Protectoris quæ annis ſingulis ſolemniter celebrabitur in hoc ſacro templo ab ipſis RR.PP. ipſos & Succeſſores ſuos

Eo quòd plures oleo lampadis eius ſe vngentes aut ipſum piè inuocantes à morbo epidimia liberati fuerint:

Propterea à Senatu in clyta ciuitatis Capuanæ electus fuit in Protectorem & defenſorem iſtius Vrbis:

suos interesse promiserunt, & in signum dictæ sanctæ protectionis planetam cum insignibus dictæ Ciuitatis illi dono præsentare. Sperantes dicti Illustriss.mi Domini Electi protectionem Sanctorum Protectorum huius fidelissimæ Ciuitatis & præsertim dicti S.Patriarchæ & Prophetæ ELIÆ *semper Ciuitati prædictæ profuturam esse, qui non tantùm Ciuitatem ipsam à præsenti flagello liberabunt, sed omnes optatas gratias illi impetrabunt, non obȳcientes peccatorum obstacula, quæ omnium flagellorum causæ sunt semper: imò dictum S. Patriarcham & Prophetam Protectorem suo inuincibili gladio Ciuitatem ipsam contra hostes visibiles & inuisibiles defensurum. Non desinenter hæc Ciuitas, eiusq; populus suas preces interponere & vitam in terra exemplarem ducere, vt veniam peccatorum obtinere possint, & postea paradisi gloriam, cum quo regnabunt per infinita secula seculorum. Amen.*

His omnibus prænarratis Canticum Sanctorum Ambrosij & Augustini, pro gratiarum actione harmoniacus concentus canere cœpit, dum in honorem Sacræ Imaginis dicti S.Patriarchæ & Prophetæ aromatici odores profundebãtur: prout hæc & alia latiùs patent ex facie dicti Instrumenti seu publici Actus manu meâ conditi & in fidem me subscripsi & signaui. Signatum est. *Notarius Cæsar Sauone de Capua.* Et inferiùs scripta sunt sequentia: *Nos electi ad regimen & gubernationem fidelissimæ Ciuitatis Capuæ testamur Supradictum Cæsarem Sauone Laicum Capuanum fuisse & esse publicum Regiâ authoritate Notarium Legalem & fidelem eiusq; publicis Scripturis ab omnibus adhibitam fuisse & adhiberi plenam fidem. In cuius rei testimonium præsentes fieri iussimus manu ordinarij dictæ Ciuitatis Secretarij sigilliq́ue ipsius impressione munitas Capuæ die duodecimo mensis Februarij* 1657. Signatum erat *Matthias Pizzus secretarius,* & sigillum impressum in pane rubro.

257. Istam S.Prophetæ ELIÆ solemnem electionem probatam & ratificatam fuisse per Capitulum Cathedralis Ecclesiæ Capuanæ, & Congregationem Curatorum ac Capellanorum fidem faciunt bina subiecta Instrumenta. primum hoc est:

Quam electionem ratã habuerunt R. Capituli Cathedralis Ecclesiæ Capuanæ.

Fidem facio atque testatum volo ego Ioannes Vincentius Bouentius Ecclesiæ Cathedralis vrbis Capuæ Canonicus, & eiusdem Capituli à Secretis, me cùm librum capitularium Conclusionum peruoluissem, inter cætera folio 126. *hæc obseruasse: Cum iam Canonici tertio Nonas Augusti proximi elapsi anni millesimi sexcentesimi quinquagesimi sexti post Vesperas in loco, vbi de rebus capitularibus agere consueuerunt, essent de more ad sonum campanæ congregati, & ad eos eiusdem Vrbis viros ex ordine Senatorio amplissimos accessisse Ioannem Bapt. Nouellonium & Hiacinthum Scaranum, qui exposuerunt vnanimi consensu Capuani Senatus susceptam esse protectionem Sanctissimi Prophetæ* ELIÆ, *qui Vrbem fœdissimâ peste liberaret, idemq; efflagitabant, vt Canonici concluderent, qui iustissimæ inhærentes petitioni, & eiusdem Prophetæ enixè implorantes opem, eum in numerum Cathedralis Ecclesiæ Protectorum coptarunt. Quod, quia verum ac certum est, me hic subscripsi ac consueto signaui sigillo quarto Idus Martij* 1657. signatum est, *Ego Ioannes Vincentius Bouentius Canonicus & à Secretis fidem facio vt suprà.* Sigillatum in pane albo in quo impressa sunt hæc verba *Capitulum Capuanum.*

Secundum verò eiusmodi est: *Testor ego D.Saluator Cepullo Capellanus coadiutor*

Nec non Cõgregatio Curatorum ac Sacellanorum.

coadiutor Rectoriæ S. Marcelli maioris Capuæ, Secretarius Congregationis Curatorum, & Capellanorum, vulgò nuncupatæ del estra coro Ciuitatis prædictæ, inspecto libro conclusionum dictæ Congregationis reperisse inter alia fol. 92. à tergo hanc Conclusionem videlicet 4. Idus Augusti anni 1656. Congregatis in loco solito Ecclesiæ S. MARIÆ *Confratrum Curatis ac Capellanis ad eos adierunt viri amplissimi, Ioannes Bapt. Nouellonius. & Hiacinthus Scaranus, qui regiminis Capuani nomine postulalarunt, vt Congregatio prædicta accederet ad ea quæ regimen Capuanum ac R. Capitulum maioris Ecclesiæ Capuanæ decreuerant, de assumendo, ac conscribendo in patronum & tutelarem Vrbis Capuæ Sanctissimo Propheta* ELIA, *cuius opem in peste depellenda fuerant experti, cuiusq; præsidio securi deinceps forent. Quibus auditis Curati omnes, ac Capellani, qui maiorem partem conuenerant, nemine discrepante, vnanimiq; consensu assenserunt, tuleruntq; suffragium, vt Vir Dei* ELIAS *in Capuæ Patronos referretur, ratum habentes, atque habituri quidquid de re hac Reuerendum Capitulum & Capuanum Regimen decreuissent. In quorum fidem hic me subscripsi, ac sigillo solito signaui, Capuæ Idibus Aprilis* 1657. Signatum erat: *Ego qui suprà D. Saluator Cepullo Secretarius*, & sigillatum in pane albo. Prædictorum apographa seu copiæ authenticæ, Romæ per Notarium Apostolicum expeditæ asseruantur in archiuio Prouinciæ nostræ Belgicæ.

258. Magnum hoc intercessione S.P. ELIÆ miraculum, vt animos, sic calamos mouit multorum, Poëtasque nostro etiam in Belgio, nedum, vbi visum est, in Italia, excitauit. Duo è multis, quæ hic è nostris, Amicus mihi, Poëta fecit, do Epigrammata; vt, sicut miraculum celebrando faciunt viuere, viuant cum illo.

Lecythus OLEI non est imminutus. 3. *Reg.* 18.

ELIAS *Viduam dum solaretur egentem,*
Lecythus *hic* OLEI *non minuetur, ait.*
Vrbs Capuę *sensit, non defeciſſe liquorem;*
Indeque pestiferam depulit illa luem.

Aliud.

Ibat per Capuę *Mors formidabilis agros,*
Et passim cunctos sub sua iura dabat.
Ad magni tandem THESBITHÆ *constitit Ædem,*
Et telum hunc stupuit non subiisse suum.
Dum stupet indignans, OLEVM *de* lampade *sensit*
Effluere, & falcem sic hebetare suam.
Extimuit, fugitq; ELIÆ *protinus Ædem,*
Et toto Capuæ *territa cessit agro.*
Nempe suam recolens illum euasisse sagittam,
Regnat vbi ELIAS, *nil mihi iuris, ait.*

E variis, quæ in solemnitate ista Capuæ Epigrammata, Anagrammata, & elogia appensa fuêre, vnum hoc fuit.

ELO-

Digitized by Google

ELOGIVM.

Pone metum,
Quisquis à morte times;
ELIAS *adest:*
Hunc mors ipsa timet,
Vt metuenda cunctis.
Scilicet à Thesbite manus abstinuit,
Congressum nec tulit.
Ab eius morte ipsa sibi mortem metuit.
Morbum inter lethalem
Lætus incedat
ELIÆ Cultor.
Etiamnum vivit, & vivit nobis.
Quid ni nostram diu producet vitam;
Qui tam diu produxit suam?
Multiplicatô mirificè oleô
Ambos viduæ filios seruauit
Elisæus:
Oppidò maior discipulo Magister
Qui olei *vel guttulâ*
Ipsum colentes Campanos seruabit ciues.
Pone metum,
Quisquis à morte times.

Digitized by Google

Alia quædam Epigrammata adferemus *par.* 3. sub finem.

Sed si curiosis Dei inter opera nobis esse liceat, & inquirendi cupido animos tenere; cur quæso, nouissimis his temporibus Deus S.P. ELIAM nouo miraculorum lumine exhibuit coruscantem? An vt quorumdam pruriginosorum hominum, qui præcipuam illius laudem impetunt, partamque ob Religiosæ vitæ institutionem capiti illius coronam deturbare satagunt, calamus coërceatur & retundatur? Offundat tenebras liuor, dum illos Superus ille Sol dispellat: nescit veritas latere, sed, vt notauit D. Chrysostomus [a], *vnde magis impugnatur, inde confirmatur magis.* An vt, magnificè olim & humanâ sorte sublimiùs *in mirabilibus amplificatus*, accensâ in cordibus nostris pietatis lampade, infuso noui cultus oleo magis *amplificetur*? lampadis oleo à peste Campanos liberat, vt piam in ipsorum mentibus deuotionis lampadem accendat, ac lumine illo interiores nostros illustret oculos, inertiam fuget, inque ipsius similiter faciat cultu ardere. Sic Con. Belga è nostris idem Poëta, ad lampadis S. P. ELIÆ *oleum* respiciens, & ominosæ deuotionis plenum augurans, eciuit in Epigrammate:

[a] Homil. 99. in Ioan.

Cur oleo THESBITA *suo miracula fecit,*
Quæris? vult oleum *mentu habere tuæ.*

Finio in omine, & solùm optantis animi votum adiungo, fiat!

De S.P. ELIA plura videri poterunt apud Ioannem Ieroſolymitanũ in libro sæpiùs huc adducto, de Institutione Monachorum in leg. vet. exortorum &c. S. Epiphanium de vitis Prophetarum cap. 5. ex Metaphraſt, apud Lipomanum. Ægidium Camartum Generalem Minimorũ in peculiari tractatu de ELIA Thesbite. Salianum tom. 4. Annal. veteris testamenti ad an. mundi 3123. & seqq. Wastelium in vindiciis pro Ioanne Hieroſol. Lezanam tom. 1. Annal. Michaëlem Munnoz in propugnaculo ELIÆ. Mathiam à S. Ioanne tom. 1. historiæ Panegyricæ. Dorotheum à S. Renato in lib. Reg. & Apocal. & apud Interpretes in lib. 3. & 4. Regum.

PARS

PARS TERTIA.

DISCIPVLORVM

ET POSTERORVM

S. P. ELIÆ,

ORDINISQVE AB EO INITIATI,

HÆREDITARIA,

AC IVGITER CONTINVATA

AD HÆC VSQVE TEMPORA,

SVCCESSIO,

Quæ per modum Hiſtoriæ, ſuccinctè texitur.

DEmonſtrauimus hactenùs Patriarchatum S. P. N. ELIÆ *in Ordinem Carmelitarum: is quoque quàm maximè confirmatur ex eiuſdem Prophetici Ordinis* hæreditaria, *vt Pontifices loquuntur, & non interruptâ ab eo* ſucceſſione: *quæproindè hic conſequenter ſubnectitur: procedendo à raptu eiuſdem S. P.* ELIÆ *per tempora ſubſequentia, vſque in præſens: & illuſtrando præcipuos in Ordine euentus, ac vicißitudines. In prioribus autem aliquot Capitulis generatim, grauiorum Scriptorum authoritatibus, continuata illa ſucceſſio & progreßio ſtabilitur.*

S CA-

Digitized by Google

CAPVT I.

Quòd Discipuli S. P. ELIÆ, dicti Filij Prophetarum, fuerint veri nominis Religiosi, seu Monachi veteris Testamenti.

259. DIscipuli, & spirituales posteri magni Prophetæ ELIÆ, nuncupati primitùs fuerunt, Prophetæ (*Prophetas facis successores post te,* [a]) & Filij Prophetarum (*Dixerunt autem Filij Prophetarum ad Eliseum: Ecce locus in quo habitamus coram te, angustus est nobis* [b]) non quòd omnes ex diuina inspiratione futura prænuntiarent, aut occulta manifestarent, prout *Propheta* communiter accipitur; sed *quia erant viri Religiosi simul collegiati, vacantes orationi & contemplationi, quorum aliqui habebant spiritum prophetiæ*, vt habet Lyranus, dicti *Filij Prophetarum, quia Discipuli eorum*, (scilicet Prophetarum). Sic etiam Abulensis explicans illud: *Ecce cuneus Prophetarum obuius ei* [c], ait: *Hic accipitur pro multitudine solùm cõgregatâ; quia Prophetæ illi erãt multi: & accipiuntur Prophetæ non propriè, sed largè pro viris sapientibus facientibus laudes.* Propheta enim in sacris litteris quandoq; idem est quod *psallens*, seu *psaltes*, aut homo pius, iustus & sanctus, Dei cultui, specialiori modo addictus, vitâ à mundo alienâ agens: Tales erant *Filij Prophetarum*, collegialiter conuiuentes, & Deo pariter laudes canentes: ex instituto Patris sui ELIÆ: quem verè Monachum, & Monastici instituti Antesignanum, Authorem, ac Principem extitisse, ex supradictis *parte 1. cap. 1.* euidenter patet. Vndè legitimâ sequelâ infertur: eiusdem discipulos, Eliseum, Ionam, Michæam & alios, qui ipsius vitæ normam, ab illo traditam, susceperunt, & sectati sunt, pariformiter verè Monachos fuisse, & dicendos esse, iuxta modum sanè quo in imperfectæ legis statu Religiosum Institutum esse potuit.

260. Quod etiam Patrum authoritate, ac clarissimis testimoniis, ibidem relatis, stabilitur. In primis id supponunt, & tradunt S. Hieronymus, S. Isidorus, & Cassianus, dum ipsum Eliseum & Filios Prophetarum nuncupant *Propositi, seu Instituti Monastici Duces & Principes: qui huius professionis primordia fundauêre.* Alij autem expressis terminis id adstruunt, & quidem Macarius Abbas Ægyptius *in sermone ad Monachos*, qui incipit: *Fratres charissimi*, his verbis: ELIAM, *& Eliseum, ac Filios Prophetarum, quos constat veraciter Veteris Testamenti Monachos fuisse, imitari curate:* & Ioannes Patriarcha Ierosolym. per totum ferè librum *de Institutione primorum Monachorum in Lege Veteri exortorum* &c. demonstrat S. Prophetam ELIAM primordialem, & primarium

[a] Eccli. 48.
[b] 4. Regum 6.
[c] Lyran. in cap. 4. lib. 2. Reg.
[d] lib. 1. Reg. c. 10.

Propheta *variè accipitur: quãdoq; idẽ est quod* psallens, *seu* psaltes, *aut Dei cultui speciali ratione addictus:*

Tales erant Filij Prophetarum *dicti: Veteris Testamenti verè Monachi*

Vt probat venerabilis authoritas Patrum.

marium fuiſſe Monaſticæ vitæ Authorem, Eliſeum autem, & alios eius diſcipulos, Filios Prophetarum, veros antiquæ Legis Monachos, & ſecundarios Monaſtici Inſtituti Duces ac Principes. Rupertus quoque Abbas *a* clariſſimè ad intentum loquitur: *Filij Prophetarum: quos fuiſſe Monachos in veteri Teſtamento conſentit authoritas Patrum Venerabilium.*

a Rup. l. 3. in Cant.

261. Nec minùs apertè fauet Abbas alius Ioannes Trithemius: qui *in libro de origine & laudibus Carmelit.* agens de ELIA, & *Eliſeo*, ac Filiis Prophetarū, ſic ſcribit *b*: *Iſti ſunt Viri fortes atque prudentes, qui Monaſticæ vitæ fundamenta iecerunt: qui poſt* ELIAM *Montem Carmelum inhabitantes, ſe habitu & conuerſatione Deo dignos exhibuerunt.* De ijſdem autem dixerat *capite ſecundo. Nec mireris ſi etiam Monachos ante Chriſti Natiuitatem in Iſrael fuiſſe dixerim, qui Montem Carmeli & deſerta ſolitudinis inhabitarent, quandoquidem & apud Gentiles in Gallia noſtra Belgica Monachatus celebris fuerit: cuius Profeſſores antiquitas Druides appellauit.* Ibidem deſcribit vitam illorum, ſimilem Monachorum, tandemque concludens ait: *Si Druides, ante natiuitatem Chriſti Gentiles ſolitariam ac Monaſticam vitam egerunt; quid mirum ſi ex Iudæa Fideles Montis Carmeli Eremitæ fuerunt? Denique ſi de Monachis, qui ante Chriſti natiuitatem in Iudæa floruerunt, altiora ſcire deſideras; hiſtorias Philonis Alexandrini & Ioſephi Hieroſolymitani Iudæorum legas: &, quales eo tempore fuerint, inuenies.* Eodem etiam capite de iugi & continua eorum ſucceſſione (de qua nos *capite ſeq*) hæc habet: *A tempore ſiquidem* ELIÆ *& Eliſei Prophetarum Dei vſque ad natiuitatem plures Montē Carmelum amore ſolitudinis incoluerunt, ſicut ex veterum hiſtoriis apertè demonſtratur.* Hæc Trithemius. Porrò Druides non idololatras, ſed multorū orthodoxæ fidei myſteriorum notitiâ illuſtratos ante Euangelium, vitam ſolitariam, & Religioſam ex inſtituto, ſeu ad imitationem Eſſenorum & Pythagoricorum egiſſe, pluribus oſtendit R. P. Matthias à S. Ioanne *Tomo 1. hiſtoriæ Panegyricæ Ordinis Carmelit.* c

b Trithem. c 3.

Antiquitùs tempore veteris Legis etiam inter Gentiles in Gallia Belgica erant Monachi, nuncupati Druides. *Quos myſteriorum, ſaltem aliquorum, veræ fidei, notitiam habuiſſe autumant quidam.*

262. Ratione etiam idem euincitur, nempe Filios Prophetarum fuiſſe veros Monachos, ſuprà enim *parte 2.* oſtenſum eſt, formam vitæ Monaſticæ à Deo ipſi P. ELIÆ inſpiratam, & ab ipſo diſcipulis eius *Filiis Prophetarum*, verbo & exemplo, traditam, conſiſtentem in obſeruantia Paupertatis, Caſtitatis, & Obedientiæ, inter illos viguiſſe: & quidem cum adiuncto aliquali voto, In iſtis autem ſitam vitæ Monaſticæ, & Religioſæ eſſentiam, tradunt Theologi communiter: modò adſit publica approbatio: quæ hic non defuit; cum iſta vitæ norma ex Diuino inſtinctu, & mandato proceſſerit, vt demonſtratum eſt *eadem parte 2. cap. 5.* Hæc latiùs deducta & probata videri poterunt apud Waſtelium *d*, Lezana *e*, Muchael Munnoz *f*, atque alios. Igitur Monaſticæ Vitæ norma ab ipſo S. Propheta Dei ELIA, tamquam à primordiali, & principali Authore, exemplariter emanauit: & primò quidem in prænominatos diſcipulos *Filios Prophetarum*, deinde ab illis in cæteros Religionis huius Profeſſores, eis tam in Monaſtica eorum conuerſatione, quàm in locorum habitatione, ſuccedentes, & demum ab his in reliquos alibi degentes: prout tradit, & latiùs proſequitur præfatus

c Part. 4. c. 27. & 28.

Filij Prophetarum *ſeruarunt paupertatē, caſtitatem, & obedientiam.*

d Lib. 1. Vindic. ſect. 5. art. 4 & ſeqq.

e Tom. 1. Annal. in App. c. 1.

f in Propug. ELIÆ lib. 2. tit. 1.

Digitized by Google

Ioannes Patriarcha Ierosol. *lib. de Institut. primorum Monachorum in Lege veteri exortorum &c. cap.* 16. & aliis.

CAPVT II.

Hæreditaria, non interrupta, Series successionis Sectatorum, & posterorum Magni Prophetæ ELIÆ *authoritatibus comprobatur.*

Discipuli S. P. Eliæ in observantia Monastica iugiter successerunt, & perstiterunt vsque ad Christum.

263. INstitutum autem istud Propheticum, & Monasticum ab ipso S. P. ELIA inchoatum, ab Eliseo, aliisque Filiis Prophetarum, propagatum, vsque ad Christum, & multis seculis post, in Carmelo, & aliis Iudææ, seu Palestinæ locis, perenniter perdurasse, plurimorum grauissimorum authorum cuiusuis classis testimonia euidenter euincunt. Prima se offert authoritas Summorum Pontificum: Sixti Papæ IV. Iulij II. & Gregorij XIII. qui in suis litteris Apostolicis, seu Bullis *parte* 2. *cap.* 2. *&* 3. productis explicatissimè asserunt: *Sacrum Ordinem Beatissimæ Virginis* MARIÆ *de Monte Carmelo* (qui nunc in Ecclesia viget) *illiusque personas sanctorum Prophetarum* ELIÆ *& Elisei* &c. SVCCESSIONEM HÆREDITARIAM *tenere.* Vix clarius ad intentum dici quid potest: non enim saluari posse videtur HÆREDITARIA SVCCESSIO, nisi ea fuerit continua & non interrupta: prout rectè notat Lezana. *a* Id ipsum quoque apertè pronuntiatur in celebri illo Decreto Vniuersitatis Cantabrigiensis (de quo etiam latiùs supra) his verbis: *Auditis rationibus & allegationibus, visisque priuilegiis, lectis & examinatis vnà cum Chronicis & scripturis antiquis* &c. *Fratres dicti Ordinis, prout nobis apparuit per Chronicas, & alias scripturas antiquas, imitatores ac successores esse sanctorum Prophetarum* ELIÆ *& Elisei pronuntiamus, decernimus & declaramus.* Ex istis testimoniis concluditur: Carmelitas huius temporis non tantùm Imitatores, vt quidam existimarunt, sed propriè successores esse SS. Prophetarum ELIÆ (vt primi Institutoris) & *Elisei* (sicut præcipui propagatoris) ac Filiorum Prophetarum, aliorumque, qui Prophetici Eliani Instituti fuêre sectatores, & continuatores.

Idprobat authoritas Pontificum, & plurimorũ Scriptorum.

a Lez. to. 2. Annal. in Appar. c. 5.

264. Successionis, & iugis existentiæ Elianæ posteritatis in Carmelo manifestum etiam testimonium reddunt vetustus author Iosephus Antiochenus (relatus *parte* 2. *cap.* 2.) Ioannes Ierosolymitanus *in libro de Institutione primorum Monachorum in Lege veteri exortorum & in noua perseuerantium à ca.* 20. *vsque ad* 44. luculenter tractans de Discipulorum & posterorum Prophetæ ELIÆ continuatione in Carmelo & aliis Terræ Sanctæ locis: necnon vetusta Chronica Romanorum, his verbis *b*: *A tempore* ELIÆ, *& Elisei Prophetarum Religiosi de numero eorum, qui morabantur in Carmelo Monte, iuxta*

b Apud Paleonyd. lib. 1 Hist. Carm. & Lezana to. 2. Ann. in App. c. 5. n. 5.

Ciuitatem

Ciuitatem Dominæ noſtræ Nazareth, ſecretiùs ſolebant inhabitare vſque ad tempora Saluatoris: qui tandem, prædicantibus Apoſtolis, in fide confirmati, in vno latere ipſius Montis primò Eccleſiam in honorem Virginis MARIÆ *conſtruxerunt.*

265. Luitprandus etiam (ſeu Eutrandus) Ticinenſis Eccleſiæ Diaconus, Berengarij Regis Italiæ quondam ſecretarius, qui claruit circa annum Chriſti 950. in Opere Hiſtorico, inſcripto Aduerſaria variis in locis ſcribit de poſteris ELIÆ, Carmeli incolis, tum in veteri, tum in noua lege. Teſtimoniis ex eo deſumptis vtemur in ſequentibus, ſcilicet *capite* 7. & 14. Fauent quoque Chronica compendioſa ſacri Ordinis Prædicatorum, dum agitur de Ioanne Teutonico, & Hugone Cardinali, vbi hæc leguntur: *Fuerunt ab initio naſcentis Eccleſiæ in Terra ſancta, maximè in Carmelo, Eremitæ multi, ſicut patet ex Chronicis, & multorum Sanctorum vitis. Horum conuerſationem videns felicis recordationis D. Albertus Patriarcha Hieroſolymitanus multùm eos ſpiritualiter in Domino nutriebat.* Et hiſtoria eiuſdem Ordinis per Iacobum Suzatum virum præclarum: *Fuerunt à principio naſcentis Eccleſiæ multi ſancti viri in Terra ſancta, & in Monte Carmelo, aſperrimè degentes*: quos Eſſenos fuiſſe, conſtabit ex mox dicendis.

266. Perſpicuè idipſum tradit accuratiſſimus Chronographus Gilbertus Genebrardus ad annum mundi 3272. aſſerens, poſt Eliſeum Inſtitutum eius manaſſe ad poſteros, qui dicti fuerunt *Eſſeni*. Clariſſimè etiam ad intentum non vno in loco ſcribit Thomas Waldenſis (cuius Opera ſunt approbata à Martino V.), & quidem *tom.* 1. *Doctrinalis fidei* [b] agens de Filiis Prophetarum ELIÆ Diſcipulis, in Monte Carmelo, & circum iacentibus locis commorantibus, deque illorum Inſtituto ait, *Manſit hæc Religio Prophetarum continuo vſque in aduentum Chriſti, & deinceps facti ſunt Principes Religioſæ militiæ Chriſtianæ.* Latiùs autem, & ex profeſſo id pertractat *de ſacramentalibus.* [a] Et in eiuſdē confirmationem adfert authoritatem Armachani *altæ peritiæ* (vt de eo dicit) *viri*, in ſermone de Concept. B. V. MARIÆ: cuius verba relata ſunt ſuprà *par.* 2. *cap.* 2. vbi etiam aliorum teſtimonia habentur, quæ idem comprobant.

[a] Lib. 3. an. 1. c. 4.

[b] Tom. 3. tit. 9. c. 89.

267. Non minùs diſertis, & expreſſis terminis iugem illam & continuatam ſucceſſionem poſteritatis Elianæ adſtruunt alij non pauci illuſtres Scriptores, relati à noſtris Hiſtoricis recentioribus. Abbatis Trithemij luculentam probationem vide capite præcedenti. Quorumdam aliorum teſtimonia occurrent in ſequentibus, vbi agetur de Carmelicolis, ac eorum geſtis tempore Chriſti & Apoſtolorum.

268. Denique id etiam apertè Eccleſiæ teſtimonio corroboratur in officio ab ipſa ſæpiùs approbato, de quo ſuprà *parte* 2. *cap.* 2. *ſub finem*, dum SS. Prophetarum ELIÆ & *Eliſei* ſectatores aſſeruntur, *S. Ioannis Baptiſtæ præconio ad Chriſti aduentum comparati, & Euangelicam fidem amplexati*, prout latiùs in ſequentibus declarabitur. Ex Iudæorum quoque & Ethnicorum ſcriptis apertè idipſum ſtabilitur, vt iam videbimus.

Digitized by Google

CAPVT III.

Scriptorum celeberrimorum Ethnicorum, & Iudæorum, de existentia Religionis, seu Ordinis Prophetici ELIANI, *antè, & longè post Christum continuati, & propagati per* Essenos, *testimonia proferuntur.*

Etiam Iudæorum & Ethnicorum Scriptores celebrarũt Institutum Monasticũ, in Carmelo, aliisq; locis continuatum.

269. SI quis etiam ab Ethnicis, & Iudæis de Carmeli incolatu, & vetusta ibi Religione, ante, & post Saluatoris tempora, expetat testimonia; nec illa desunt: eiuscemodi sunt Iamblici Chalcedonensis *in Vita Pythagoræ* (de quo infra *cap.*8.) Balbini Viri Consularis in epistola ad Imperatorem Antoninum: Cornelij Taciti; & Suetonij Tranquilli de Vespasiano & Tito (de quibus etiam hic infrà cap.16. & 17.) Plinius quoque & Solinus Ethnici, Philo ac Iosephus Iudæi, & Christiani Scriptores cuiusuis ferè seculi, magnis encomiis efferunt Institutum *Essenorum*: quos ante, & longè post Christi, ac Apostolorum tempora claruisse, ex dicendis patescet. Illos etiam fuisse Orthodoxæ fidei, & veri nominis Monachos, atque Imitatores, successores, ac Posteros SS. Prophetarum ELIÆ & *Elisei*, hic declarabimus: vnde manifestâ sequelâ infertur, Ordinem Propheticum tũc extitisse, quando illi clarebant. Testimonia autem illa Scriptorum de *Essenis* referemus ordine ferè temporis, seu antiquitatis.

Philo & Iosephus.

[a] Ioseph. de bel. Iud. l.2. c. 7. de antiq. Iud. lib.16. ca. 13. & l 18. c.2.

270. PHilo Iudæorũ disertissimus toto ferè libro *de vita contemplatiua*, in libro: *Quòd omnis probus sit liber*, & *in Apologetico*: Iosephus quoque Iudæorum Historiographus præcipuus, *De Bello Iudaico*, & *de Antiquitatibus*, variis in locis [a] tractant de *Essenis*, eorumque mirabilem, & sanctam vitam, quoad Castitatem, Paupertatem, Obedientiam, Orationis assiduitatem, silentium, aliasque Monasticas obseruantias, cibi potusq; parcimoniam, Nouitiorum probationem describunt. Vnde quædam excerpta hic damus.

Qui sic dicti fuere à vitæ sanctitate

I. De SANCTA ET MIRABILI EORVM VITA. *Essei à sanctitate dicti, quia summâ Religione Deo seruiunt.* Ita Philo in libro. *Quòd omnis probus sit liber.* Idem *in Apologia* de eorumdem celebritate: *Hæc igitur eorum, quæ contentione magnâ expetitur, vita est, adeò, vt non priuati tantùm, sed magni etiam Reges viros istos admirati obstupescant, taliq; vitæ maiestatem approbationibus, ac honoribus venerentur.*

Ob quã in populo, & apud Principes in magna veneratione erant.

Iosephus *lib.*6. *Antiquitatum cap.*13. scribit, etiam Herodem, etsi impium,

ob vitæ

ob vitæ ſanctitatem non tantùm *Eſſenos* honoraſſe, ſed & ſupra humanam naturam eos exiſtimaſſe: *Eſſenos autem*, inquit, *ex hac cauſa ſic honorabat, quia maius quiddam de his ſentiebat, quàm de mortali natura.* Ibidem: *Eſſeni ad Deum cuncta redigunt.*

II. De CASTITATE: Philo in dicto libro, *Quòd omnis probus* &c. *Caſtitatem in tota vita perpetuam*, ſcilicet ſeruant. Ioſephus libro & capite relatis *a*: *Vxores non ducunt.* Idem *lib. 2. de Bello Iud.* ſic: *Nuptias quidem faſtidiunt.* Eãdem plurimùm admirantur, & extollunt Plinius & Solinus: *Nullæ ibi fœminæ* &c. *Incredibile dictu, æterna gens, ceſſantibus puerperiis.* *Seruabant caſtitatem.* *a* Lib. 16. Ant. c 13.

III. De PAVPERTATE: Ioſephus Ibidem: *Omnes illis opes in medio ſunt, & ab eis omnia communia poſſidentur: nihil ampliùs inter illos ditior fruitur, nihil pauperior defraudatur.* Philo in libro: *Quòd omnis probus ſit liber*, & *de vita contemplatiua* eadem habet. *Paupertatem.*

IV. De OBEDIENTIA: Philo eodem libro: *Senioribus iuniores debitam curam, honorem, reuerentiam exhibent, tamquam germani filij.* Ioſephus *de Bello Iud.* de iiſdem: *Nihil ſine præcepto faciunt Curatoris.* *Obedientiã.*

V. De SILENTIO: Ioſephus eodem libro: *Neque verò clamor vmquam tectum illud, neque tumultus inquietat, cum etiam loquendi ordine aliis alij cedant: eorum ſilentium extra tectum conſtitutis arcanum quoddam videtur venerabile.* Deque ſilentio in cœnaculo, ſeu tempore refectionis adiungit: *Ibi cum ſilentio reſidentibus.* Philo, libro vltimo adducto, etiam de conuiuij tempore: *ſilentium maius, quàm antea, ita vt ne mutire cuiquam liceat, aut reſpirare vehementiùs.* *Silentium.*

VI. Iiſdem libris ſcribunt. De eorum COMMVNI REFECTORIO: *Communis eſt ipſis non menſa ſolùm, verum etiam veſtis, tenuis quidem omnis; ſed grauior in hyeme, quæ in vno depoſita loco eſt.* *Erat illis commune refectorium.*

VII. De ORATIONE, MEDITATIONE ET SOLITVDINE, *ſinguli habent ſacras ædiculas, quæ* SEMNEA *vocant: vbi ſolitarij ſanctæ vitæ myſterijs dant operã, Prophetarum Oracula diuinitùs prodita ſcrutantes, hymnoſq; perſonantes, & perpetuã Dei præſentiam habentes. Quotidie bis precari ſolent, manè ac ſub Veſperam: medium verò temporis interſtitium meditationi attribuunt: ſeiuncti ab aliis, ac ſolitarij ſanctæ vitæ dant operam.* Hæc ex Philone lib. *de vita contempl.* & Ioſepho *de Bello Iudaico.* *Orationi & meditationi inſiſtebant.*

VIII. De TYRONVM PROBATIONE, ET VOTA SEV IVRAMENTO. *Per annum integrum extrinſecus commoranti, cuique eumdem victus ordinem tribuunt.* Item: *Cumq; dignus apparuerit, tum demum in conſortium admittitur. Priùs verò quàm incipiat communem habere cibum, magnis execrationibus adiurat, ſe primùm quidem colere Deum, deinceps quoque erga homines ſeruare iuſtitiam.* Et infrà: *His quidem execrationibus explorant, & quaſi præmuniunt accedentes.* Poſtque alia *Illis quidem ſacramentis ac ritibus obligatus*, &c. Ita Ioſephus *lib. 2. de Bello Iud. cap. 7.* Quibus ſanè *Eſſenos* in ſuo inſtituto iuramento firmatos eſſe oſtendit. Sed clariùs Ioſephi intentum exprimit Cedrenus *in Compend. Hiſtor. in Claudio Imperatore*, vbi loquens de *Eſſenis*, & iuramento eorum, qui ad illud Inſtitutum ad- *Tyrones vtrò probabant.*

Digitized by Google

tum admittuntur, *Iurant*, inquit, *huic Diuinæ Religioni vnicè vsque ad sanguinem, si piè ac reuerenter operam nauaturos.*

Veste albâ vtebantur.

IX. De VSV VESTIS ALBÆ: *semper in veste sunt candida.* Ita Iosephus *lib.2. de Bello, cap.7.* Item infrà de tyronibus loquens: *Dolabellam quoque, &, quod prædictum est, perizoma, & albam vestem tradentes.* En Monasticæ conuersationis perfectæ formulam.

Erant obseruantissimi legum.

X. INVICTAM CONSTANTIAM AC ZELVM OBSERVANTIÆ LEGVM SVARVM. Sic Iosephus *lib.2. de Iudaico Bello cap.7.* commendat: *Sunt etiam contemptores aduersorum: cruciatus siquidem vincunt firmitate consilij: Mortem verò, si cum decore obeunda sit, iudicant etiã immortalitate meliorem.* Et infrà: *In mediis imò cruciatibus subridentes, & eis, qui tormenta admouerant illudentes, constantes animas cum quadam hilaritate reddebant, scilicet quasi qui eas essent denuò recepturi.*

Alia quædam excerpta promiscua de Essenis *ex ijsdem Philone & Iosepho.*

271. PHilo dicto libro *de Vita contemplatiua, siue supplicum virtutibus*, per totum de *Essæis* contemplationi deditis tractat: vnde præter ante dicta quædam adhuc non inutiliter hic inserenda videntur.

I. *Vocantur Therapeutæ, Therapeutrideſq́, hoc est curatores & curatrices, siue cultores & cultrices; quia, inquit animos colunt virtutibus, & vitia expurgant.*

II. Et infrà. *Illud hominum genus Therapeuticum semper in contemplatione diuinitatis proficiet, &c. amore correpti rerum cœlestium, & quasi furore diuino perciti, donec ad contemplationem illam desideratissimam perueniant. Præ immortalitatis, beatæque vitæ cupidine, quasi iam hac mortali defuncti, facultates suas relinquunt liberis, aut cognatis, vltrò eis possessionem cedendo, atque etiam sociis, & amicis, si cognati desunt.*

Essæi loca solitaria incolebant.

III. *Extra mœnia degunt in hortis aut villis solitariis, amantes solitudinem, non hominum odio, sed ad cauendos congressus cum dissimilibus, quos sciunt moribus bonis officere. Hoc genus reperitur in multis orbis regionibus, meritò vt absolutæ probitatis receptum à Græcis atque Barbaris, maximè tamen in Ægypto frequentatur per præfecturas singulas, præsertim circum Alexandriam. Ex omnibus autem locis optimus quisque Therapeutarum tamquàm in huius generis patriam colonus mittitur in locum quendam aptissimum, situm ad stagnum* Mariam *in terreno colle accliui leniter, tutum simul & laudatum ab aëris temperie &c. Domicilia verò conuenarum sunt admodum frugalia parata contra æstum tantummodò, & frigora, non contigua, vt in vrbibus, non enim placet id amantibus solitudinem: nec tamen longè remota, quia societatem diligunt.*

In Palestina, Ægypto, & ad stagnum Mariæ.

In iugi Dei præsentia versantur. Etiam cãtu Deum laudabant.

IV. *Perpetuam habent Dei memoriam: vt ne in somnis quidem aliud eis obuersetur, quàm imagines diuinarum pulchritudinum &c. Cantica hymnosq́, in Dei laudem componunt, vario metrorum carminumque genere, rythmis concinnatos in angustiorem, ac religiosam speciem. Per sex dies seorsim quisq́, in suis illis modò dictis monasteriis philosophantur non progredientes foràs, imò nè prospicientes quidem. Septimâ verò conue-*

ad conueniunt in cœtum communem, & iuxta ætatis ordinem considunt, decenti habitu manus continentes sub pallio, &c. natu maximus differit. Reliqui omnes auscultant per summum silentium annuentes oculis tantùm aut capite.

V. *Commune* SEMNEON, *in quod septimo quoque die conueniunt, septo claudituri duplici, separatis virorum & mulierum cœtibus: nam mulieres quoque simul ausultant, ex more dumtaxat, quæ institutum idem sectantur, medius autem paries à solo surgit cubitis quatuorue, in modum loriculæ: superiora vsque ad tecti patent: vndè gemina prouenit commoditas, & quòd pudori fœminei sexus consulitur, & quòd verba Doctoris exaudiantur facilè absque vllis obstaculis, quæ vocem eius intercipiant.* *In Ecclesiis erant separati Esseni à sacris Virgin.*

VI. *Temperantiæ tamquàm fundamento in anima iacto virtutes cæteras superstruunt. In cibatu vtuntur pane simplici, Sal vicem supplet obsonij: qui delicatiores sunt, hyssopum pro condimento adiiciunt, potum è fluentu hauriunt, contenti placare dominas à natura mortalibus additas, famem sitimq; absque omnibus lenociniis, fruendo rebus sine quibus non licet viuere. Edunt igitur, ne esuriant; bibunt, ne sitiant; saturitatem cauendo vt inimicam animo pariter ac corpori.* *Eorum abstinentia.*

VII. Idem Philo in libro: *Quòd omnis probus sit liber*, agens de *Essæis* vitam actiuam exercentibus: *Quidquid lucrantur è quotidianis operæ mercedibus, non sibi quisq; seruat, sed in medium conferendo cuicumque volenti fruendi potestatem faciunt. Tum si valetudinarij nequeunt victum quærere, non negliguntur, paratum habentes è publico infirmitati subsidium, quam securè sustentant ex communi copia.*

VIII. Iosephus in *Iudaicarum Antiquitatum libro* 13 *cap.* 18. & alibi cum laude commemorat gesta Iudæ *Essæi* Prophetæ: qui claruit tempore Pontificatus, & Principatus Ioannis Hircani, plus quàm vno seculo ante Christi ortum (vndè obiter notandum *Essæos* non incepisse demùm circa Saluatoris aduentum, vt aliqui putant, de quo latiùs infrà) *libro autem* 16. *cap.* 13. tractat de Manachemo insigni valdè inter Essenos etiam Propheta: de quo alia in sequentibus.

IX. Idem Iosephus *libro* 2. *de bello Iudaico capite septimo*, ad longum *Essenorum* institutum describit, vbi inter alia sic: *Esseni gente quidem Iudæi: verùm inter se amore coniunctissimi: & qui, præter cæteros, voluptates quidem quasi maleficia vitarent: continentiam verò seruare, neque cupiditati succumbere, virtutem maximam ducerent.* Et infrà: *Diuitiarum contemptores sunt, rerumque apud eos cõmunicatio admirationi habetur*, &c. *Designatos autẽ cõmunium rerum procuratores habent.* De Refectorio, & modo comedendi ista refert. *Velut in Sanctum quoddam templum in cœnaculum veniunt: quibus ibi cum silentio residentibus, pistor quidem panes Ordine, vnum autem vasculum ex vno pulmento singulis cocus apponit. Deinde verò cibum Sacerdos auteuenit: neque gustare quemquam fas est, nisi priùs Deo celebretur oratio. Post finem verò prandij vota repetunt.* Ibidem consequenter agitur de eorum silentio, labore manuum, lectione sacrarum litterarum, veste eorum alba, tyronum admissione, ac probatione, deque cæteris eorum virtutibus, & exercitiis: addit etiam de eorum longæua vita: *Viuunt autem quàm longissimè, ita vt plurimi eorum vsque ad centenariam proferantur ætatem,* *Voluptates vitabant.* *In Refectorio qualiter se gerebant.* *Propter abstinentiam diutissimè viuebant.*

propter simplicitatem victus &c. Tandem subiungit, etiam inter eos esse qui spiritu prophetico polleant (cuiusmodi fuerunt præfati Iudas, & Manachemus) *Sunt autem*, inquit, *in eis qui futura nosse promittant* &c. *rarò autem accidit, vt prædictiones eorum frustratio consequatur.*

X. Denique agit de alio quodam genere *Essenorum*, qui simile ferè vitæ genus profitebantur, præter cœlibatum (quem alij seruabant) *Est autem*, ait, *aliud etiam Essenorum collegium, cibos quidem, & mores, legesq; similes cum prioribus habens, distans verò opinione de coniugio.*

Esseni etiã dicti sunt, Therapeutæ.

In excerpendis istis & Philone & Iosepho nonnihil prolixi hic fuimus; vt contra hæreticos, antiquitatem Monastices impugnantes, euidentiùs pateat, & in Veteri Lege inter Iudæos, ac in Noua statim ab exordio, Institutum Monasticum viguisse in *Essenis*: qui iidem sunt cum illis Monachis, de quibus S. Dionysius Areopagita, eosque vocat *Therapeutas*: quo etiam nomine à Philone indigitantur, & Eusebius Cæsarienſis, atque alij nuncupant, *Viros Prophetici Ordinis*; eò quòd à Prophetis, & Filiis Prophetarum descenderent, non successione carnali, sed identitate Instituti iugiter continuati.

Vide infra cap. 16. n. 364.

De nõ astetrijs sacrar. Virgin.

Illæ, quas Philo (*num.* I.) nuncupat *Therapeutrides*, erant Virgines sacræ. Hinc Bellarminus infrà referendus: *Philo*, inquit, *describit & mores Monachorum & sacrarum Virginum.* Ex iis verò quæ *nu.* V. referuntur ex eodem Philone, confirmatur id quod in sequentibus *capite* 14. sub finem dicetur, antiquitùs fuisse quædam monasteria duplicia, id est Monachorum & Monialium simul commorantium, sepio dumtaxat aliquo inter se separatorum.

Notandum quoque specialiter id, quod Philo scribit de habitationibus *Essenorum* in Ægypto, circum Alexandriam, & iuxta stagnum, nuncupatum *Maria*. In quibus locis olim copiosi extiterunt greges Monachorum, qui ijdem fuerunt aut istis successerunt, quos Philo, Cardinalis Baronius, & alij *Essenos* nuncupant, posteri, & Sectatores SS. Prophetarum Eliæ & *Eliſei*; vti ex mox dicendis patescet. Circa ea quæ ex Iosepho adduximus *nu.* X. animaduertendum, quosdam *Essenorum* (licut & de Filiis Prophetarum, Rechabitis & Assidæis dicemus *capite* 9.) fuisse iunctos matrimonio: sed illi verè Monachi non erant; ast potiùs veluti nunc sunt Tertiarij Ordinum Religiosorum.

Essæi, & Esseni iidem.

Cur autem Philo & Iosephus Iudæi etiam Christianorum Monachorum (cuiusmodi tum erant *Esseni*, cùm ipsi scriberent) historicum & encomiasten egerint, dicemus *cap.* 15. Ex dictis etiam & dicendis habetur *Essæos* & *Essenos* eosdem esse; cum de iisdem scribant Philo, Iosephus, Plinius & alij statim referendi; ac promiscuè vtantur istis vocabulis: Philo plerumque habet verbum *Essæi*, Iosephus verò *Esseni*: cæteri nunc hoc, nunc illud vsurpant indifferenter.

Plinius

Digitized by Google

Plinius lib. 5. Hist. natural. cap. 17.

172. IBi describens regionem Terræ Sanctæ circa Iordanem (vbi fuerunt mansiones Filiorum Prophetarum, & Eremitarum Montis Carmeli, de *Essenis* subdit: *Ab Occidente littore Essenifugitant, gens sola, & in toto orbe præter cæteras, mira: sine vlla femina, omni venere abdicata tâ, sine pecunia, sociapalmarum. In diem ex æquo conuenarum turba renascitur largè frequentantibus, quos vitâ fessos ad mores eorum fortunæ fluctus agitant. Ita per seculorum millia (incredibile dictu) gens æterna est, in qua nemo nascitur; tam fœcunda illis aliorum vitæ pœnitentia est.* Ferè eadem scribit Caius Solinus referendus in *cap.* 15. Notanda autem verba ista *per seculorum millia gens æterna*, quæ hyperbolicè Antiquitatem & stabilitatem *Essenorum* commendant, & illa: *in quo nemo nascitur*, seu, vt loquitur Solinus, *cessantibus puerperiis*: quæ continentiam, & castimoniam declarant. Etiam impius Porphyrius plura scribit de mirando *Essenorum* Instituto *lib.* 4. *de rerum animatarum abstinentia apud S. Cyrillum* [a], & apud Eusebium *Præparationis Euangelicæ lib.* 9. [b] vbi inter alia de vestibus eorum *Perpetuum candidæ vestis vsum honori ducunt.* Alia ex eodem Eusebio adferentur *cap. seq.*

Eorum vitam admirantur Ethnici.

Potissimùm quòd nemo in ijs nasceretur (quia continentes erant) & tamen semper durabant.

[a] Lib. 4. contra Iulian.

[b] l. 9. c. 3.

Porrò istos *Essenos*, de quibus Philo, Iosephus, Plinius, Solinus &c. Ordinis Prophetici cultores ac SS. Prophetarum ELIÆ & *Eliſei* posteros fuisse, probant Bostius, Carthagena, Adrianus Adrianius, Wastelius, & Lezana locis infrà citandis: & perspicuè indicat Gilbertus Genebrardus *libro* 2. *Chronographiæ ad annum mundi* 3911. ad tempus perfidi Alcimi, *Assidæos* (*id est Essæos quasi sanctos, Hosidim Hebr.*) *sexaginta occidit Alcimus.* 1. *Machab.* 7. *Erant ergo ante Machabæos & Pharisæos Essenι, de quibus Plinius lib.* 5.

Esseni, & Assidæi *ijdem longè ante Christum.*

Inde etiam habetur, *Essenos* longè ante Christum exitisse, & illos eosdem esse cum *Assidæis*, vti latiùs infrà *cap.* 9.

CAPVT IV.

Essenos *fuisse Monachos, sinceræ fidei, & Elianæ Carmeliticæ posteritatis, authoritatibus Patrũ & Scriptorum Orthodoxorum adstruitur.*

S. Hieronymus epist. 22. ad Eustochium.

173. IBi scribens de Monachis Ægypti, cùm prolixè eorum descripsisset obseruantias, planè easdem cum iis, quas Philo & Iosephus *Essenis* attribuunt, tandem concludit, illos Ægyptios Cœnobitas fuisse *Essenos*

Esseni erant verè Monachi.

nos Christianos: *Tales*, inquit, *Philo, Platonici sermonis imitator, tales Iosephus Græcus, Liuius in secunda captiuitatis Historia Essenos refert.* Eadem ferè habet Abbas Trithemius suprà relatus: *si de Monachis, qui ante Christi Natiuitatem in Iudæa floruerunt, altiora scire desideras. Historias Philonis Alexandrini, & Iosephi Hierosolimitani legas.*

S. Chrysost. Homil. 44. in Acta Apostolorum.

Sancta vita.

274. *Essenі, qui etiam Hosij, id est sancti, dicuntur. Hoc enim vult nomen Essenorum à vitæ honestate.*

Eusebius Cæsariensis lib. 8. de Præparatione Euangelica cap. 4. *scribens de* Essenis.

Viri sublimes:

Horum (Essenorum) *disciplinam omnes, qui nouerunt, vehementer admirati sunt, Iosephus verò atque Philo Iudæi perpetuæ memoriæ vitam commendarũt. Itaque ne tam sublimes viri neglecti esse videantur, à libro Philonis, quem pro Iudæis composuit, nonnulla sumenda mihi esse arbitror.* Ibi consequenter, & etiam *libro 9. cap. 3.* ex Philone, Iosepho, & Porphyrio Essenorum paupertatem, commune vestiarium, ac refectorium, perpetuam castitatem, cæteramque vitæ eorum rationem prolixè commemorat.

Georgius Peccator Monachus Græcus in Chronico mundi *latinitati donato per Leonem Allatium*, ad tempora Claudij Imperatoris.

Et admirandi.

275. *Essei isti sanè admirandi magis, ac magis diuitiarum opumque despectum (qui omnium calculo veluti virtutis apex in admiratione est). & vnà cum eo vitam duram illam quidem, & laboriosam, sed piam, & sanctam, sanctitatemque non leuibus incrementis auctam, intensamque propagarunt, vt eorum singula examinanti manifestè patebit.*

[a] Ex Cassiodoro lib. 1 Hist. Trip. c. 11. [b] Mariani.

Thomas Valdensis in tomo primo DOCTRINALIS FIDEI lib. 2. cap. 14. art. 2. [a] num. 11. *cuius titulus est.* Monachorum quorundam apud Hebræos commorantium, regula, ac viuendi ratio describitur.

Philo Pythagoricus suis temporibus refert, vndique egregios Hebræorum in quodam prædio circa stagnum marinum [b] in colle positum philosophãtes: habitaculum verò eorum, & cibos, & conuersationem talem introducit, qualem & nos nunc apud Ægyptiorum Monachos esse conspicimus. Deinde de eorum conuersatione subdit: *Domus autem eis esse* SACRARIA, *quæ apud nos* MONASTERIA *nuncupantur, & in eis, com-*

Digitized by Google

eis, conuersatione solitaria, honesta celebrare mysteria, diligenterque Psalmis, & Hymnis placare diuinitatem, & ante solis occasum nullos gustare cibum: alios autem per tres dies, & amplius, certisq; diebus in pauimento habere cubilia, vino semper, & sanguinem habentibus, abstinere: cibum eis esse panis & salis, & hysopi, & potum aquæ. Et infrà de iisdem: *Præcipuè verò insignissimam Ecclesiam demonstrarunt, & dogmata dilatauerunt vitæ uirtutibus, qui conuersatione monastica illo tempore frueb ntur.* Per vltima ista verba, *Ecclesiam insignissimam demonstrarunt*, confirmantur ea, quæ scribunt Iosephus Antiochenus relatus parte 2. cap. 2. *c* & Ioannes Hierosolymitanus in libro *de Institutione primorum Monachorum cap.* 38. sub finem, vbi hęc de Eremitis Montis Carmeli in Ecclesiæ primordiis: *Eorum multi ea, quæ ab Apostolis hauserant cæteris effundentes, fidem Christi per Phœnicen & Palestinam prædicarunt, dilatantes dogma fidei & moribus vitæ, ac monasticâ cõuersatione Ecclesiam Dei insignissimam demonstrantes.* Sed de istis latiùs hic infra *cap.* 14. Vnde patet, Essenos, de quibus Philo, Cassiodorus, & ex eo Waldensis, eosdem, vel Instituti eiusdem esse cum Monachis, seu Eremitis Montis Carmeli.

c nu. 184.

Arnoldus Bostius libro de Patronatu B. Virginis MARIÆ cap. 3.

276. VItam Virorum Prophetici Ordinis, seu Carmelitarum qui tempore sacratissimæ Virginis MARIÆ Matris incircumscriptibilis, & super dignissimi Dei, Reginæ & Imperatricis totius Viuersi, Montem Carmelum, Galilæam, Iudæam, Palæstinam, multas quoque re iquas Orientis Prouincias incoluerunt: quique, vt Sozomeni verbis vtar, præcipuè Ecclesiam insignissimam demonstrarunt, & dogma vitæ virtutibus dilatauerunt, velut astra clarissima, in nocte mundi huius refulgentes (quos & ob admirandam conuersationis integritatem, plerique sanctos aghominarunt) Philo Alexandrinus vir disertissimus, quem vel alterum, vel secundum Platonem doctissimi viri pronunciant: ac reliqui multi, temporis illius Historici, præcipuæ memoriæ commendarunt. E quorum Scriptis, vt tam sublimes viri cogniti semper habeantur, hic aliqua libet adducere. Exhibet deinde Excerpta potissimùm ex Philone, quæ instar Regulæ Monasticæ meritò haberi possent. Tandemque subdit: *Hæc ferè omnia Philo Iudæus, sui generis honori studens, in diuersis libris suis de Carmelitis, seu Prophetici Ordinis viris, successoribus* ELIÆ *disseruit. Quos constat Hebræos quidem fuisse, &, veluti cæteros Israelitici generis Christianos, sanctissimæ Dei Matris* MARIÆ, *& Apostolorum (quibus Philo conuixit) tempore, Iudaicis adhuc Institutionibus, & Legis obseruationibus licenter adhæsisse. Non enim Lex vetus mala fuit, quemadmodum Idololatria; & ideo neque subitò repellenda, sed debuit cum honore sepeliri synagoga; vt tempore suo bona fuisse palam ostenderetur.*

Prophetici Ordinis cultores.

S. P. ELIÆ Successores.

Dominicus Soto clarissimus Ordinis Prædicatorum Theologus in 4. sentent. dist. 30. quæst. 2. art 1.

277. IBi tractans de voto Virginitatis, & castitate veteris Legis, ita scribit. *Veritas hæc præterea multis Prophetarum exemplis comprobatur. Isaias namque, Eliseus, & Ieremias, vt Hieron. lib. 1. contra Iouin. auctor est, complures quoque alij, à re vxoria se prorsus abdicarunt: circumeuntes (vti ait Paulus ad Hebr.) in melotis & in pellibus caprinis, in solitudinibus oberrantes & in speluncis, & cauernis terræ: & Iosephus, ac Solinus referunt, ante Christi aduentum Essenorum Collegium in deserto Iudææ, more nostrorum Anachoretarum, sanctissimam degusse vitam, ab vxoribus prorsus, & ab omni conspectu femineo semotissimam: quorum institutum secutus est Ioannes Baptista.* Istis manifestè declaratur, *Essenos* fuisse Monachos, orthodoxæ fidei, & vitæ sanctissimæ; cum eiusdem Instituti inter eos vixerit Christi Præcursor: quod infrà ex Zeglero & dicendis *cap.* 11. confirmabitur. Ferè eadem scribit Dominicus Grauina, ex eodem sacro Ordine Prædicatorū, in libro inscripto *Vox turturis parte 2. cap.* 15. vbi etiam tradit expressis terminis, *Essenos* ELIÆ & Elisei, ac filiorum Prophetarum discipulos, & successores fuisse. Inde aliqua relata sunt suprà *parte 2. cap.* 3.

Quos inter vixit S. Ioannes Baptista.

Gilbertus Genebrardus libr. 1. Chronographiæ ad annum mundi 3272.

Ille Eliseus cellas construxit erātq; continentia incredibilis. Eorum Institutum perstitit in posteris.

278. ELiseus miris, & inusitatis operibus insignis 4 Regum 12. &c. *construxit cellas Prophetis in Ierichuntis solitudine: manauit Institutū, & loci Religio ad posteros: fuitque desertum hoc vsque ad Engaddi ab Essenis habitatum hominibus continentiæ incredibilis.* Alia ex eodem vide sub finem capitis præcedentis.

Cardinalis Baronius in Annotat. ad Martyrolog. Roman. ad diem 19. Octob. agens de S. Varo.

Etiam longe post Christum.

279. COmplures Monachos *sub Maximino coronatos esse non tantùm ex Martyrologijs & Menologio expressum habes, sed apud Eusebium Histor. libr. 8. Porrò ipsum Monachorum Institutum non recens, sed ab initio nascentis Ecclesiæ viguisse ex his, quæ scribit Philo de Essæis, quæ habet Dionysius Areopag. & alij, facilè colliges, licèt nomen ipsum non adeò vetus fuerit; vnde Augustinus in Ioannem Tract. 97. sic ait, Monasteria & Xenodochia postea sunt appellata nouis nominibus; res autem ipsæ ante sua nomina erant.* Hęc Baronius.

Idem *in Annalibus ad annum Christi* 188. Agens de Philippo Præfecto Augustali Ægypti, & de S. Eugenia Martyre eius filia, hæc habet: EVGENIA *in Christum credens nuptias auersata, vna cum fidelibus Eunuchis Protho & Hyacintho, virili habitu delituit inter Monachos, quos Essenos à Philone dictos esse, superiùs demonstrauimus.*

Idem

Digitized by Google

Idem *tomo 3. Annal. ad annum Christi 342. § illo.* Aquibusdam: *Erat quidem in Oriente summum illud viuendi genus instar* ELIÆ *ac Ioannis Baptistæ, cunctis hominibus etiã Ethnicis, & Imperatoribus ipsis venerandum, sed & impiis quoque hæreticis reuerendum; atque adeo cœlestibus ciuibus admirandum, vtpotè qui se in terris conciues habere lætantes, cum eisdem tamquam gentilibus suis æquè assiduò versabantur.*

Ex istis Cardinalis Baronij testimoniis quædam hoc loco notanda occurrunt. *Primum, Essenos* de quibus Philo &c. verè Monachos fuisse, & fidei orthodoxæ, vt ibi & alibi sæpiùs explicatissimè asserit ipse Baronius. *Secundum,* Sanctos Antonium & Hilarionem non fuisse primos Cœnobiticæ seu Monachalis vitæ *Institutores*, at potiùs *Restitutores*; cum longè ante illos natos *Essenj* Monachi, & Monasteria quamplurima extiterint: quod latiùs demonstrabitur infrà. *Tertium,* Plerosque Monachos, Ascetas, Therapeutas, Anachoretas, Eremitas in primordio Ecclesiæ, & per quatuor prima secula, *Essenos,* aut *Essenorum* sobolem, & posteros, ELIÆ imitatores fuisse (quod satis indicat Baronius, dum ait: *Instar* ELIÆ, & ex sequentibus confirmabitur) atque adeo iure optimo inter Eliades & Prophetici Ordinis Asseclas referri. Quod ex Patrum & Scriptorum plurimorum testimoniis latè demonstrat Lezana *a*, de quo & nos infrà. Atque hinc mirum, aut parum credibile nemini debet videri, dum legit plures ex antiquis Monachis, vt Enochum de Amathim, Agabum, Basilidem, S. Theleſphorum Papam, S. Dionysium Papam, S Spiridionem, S. Serapionem, S. Basilium, S. Hilarionem, & alios, primis quatuor seculis Monachos, Prophetici Eliani Ordinis cultores fuisse, & Carmelitanæ Religioni accenseri.

Notanda quædã circa allata D. Baronij verba de Monachis Essenis.

a Lez. to. 7. Annal. in Appar. c. 7. per tot.

Cardinalis Bellarminus, è Societat. IESV Tom. 1. Controuers. libr. de Monachis cap. 5.

281. IBi antiquitatem Monachorum, & status Monastici probat ex Philone: *Philo igitur in libro de Vita Contemplatiua supplicum prolixè admodùm describit & mores Monachorum & Sacrarum Virginum.* Deinde ostendit, illos, de quibus scribit Philo, fuisse *Essenos*, orthodoxæ fidei, & non hæreticos illos Samaritanos, de quorum secta agit S. Epiphanius *b Probemus igitur*, inquit, *breuiter non dialecticâ ratiocinatione, sed testimoniis Patrũ. Philonem de Christianis esse loquutum:* quæ ibi consequenter adfert, ac inter illa, verba S. Hieronymi supra recitata: & obiecta in contrarium, diluit.

Card. Bellarminus peculiariter demonstrat Essenos, de quibus Philo, fuisse Monachos, *& orthodoxe fidei.*

b Hæresi 10. & 19.

Nicolaus Serarius, Iacobus Salianus, Martinus Becanus, Adrianus Adrianius, etiam è Societ. IESV *præclari Scriptores.*

282. NIcolaus Serarius apertè & accuratè inter cæteros scripsit de *Essenis & Actæis*, & quidem libro *de Esseis cap.* 18. de eorum antiquitate:

Digitized by Google

quitate: *Etsi* ELIAS *& Eliseus rectè nostrorum* (id est Christianorum) *quandoquè Monachorum conditores appellantur, vt ex Hieronymo nuper audiuimus, cur Esseni veteres posteriorum istorum Duces vocari non queant? Hinc S. Hieronymus ad Eustochium, cum Cœnobitas describeret: Tales, inquit, Philo Platonici Sermonis imitator, &c. rerum omnium imperfecta sunt principia. Perfectionem attulit Christus Saluator, eamq; vitâ & verbo sacri expresserunt Apostoli.* Idem variis locis id quod sub finem capitis præcedentis ex Genebrardo adnotabamus, *Essenos* & *Asidæos* eosdem esse demonstrat: & quidem *in Trihæresio libro 3. cap. 7. num. 3.* ita scribens: *Vt eosdem tamen Hessæos, & Hasidæos esse tanto stet firmatius, adiicio, licet nihil necesse sit, ipsam nominum originem, & significationem, quæ in vtriq; est prorsus eadem.* Et infrà: *Illos enim esse puto, qui primi Machab. septimo Asidæi appellantur, Iudæorumq; primi & præcipui dicuntur. Essæos seu Essenos Asidæos esse, arguit, quòd apud Iosephum filium Gorionis, Hebraicè scribentem, qui Esse siue Esseni dicuntur ab aliis, & præsertim à Iosepho, græcè eadem historias describente.* CHASIDIN *id est benigni, seu pij appellantur.* Denique *in Harmonia Machabeica parte 2. ad 7. libri primi & 14. secundi* peculiari titulo *De Asidæis.* vbi post multa egregiè super illo nomine, & re disputata tandem concludit: *Sed iam maneat, Essenos & Asidæos solis inter se nominibus differre.* Hactenus ex Serario. Adscribit illi eiusdem Societatis meritissimus Theologus Martinus Becanus *libro Analogiæ veteris ac noui Testamenti*[a]: *Esseni*, inquit, *quos alij vocant Essæos, alij Hasidæos vel Asidæos.* Eodem facit quod paucis complexus multa, tum seriò monuit Franciscus Lucas.[b] *Caue reponas nomen generale Iudæorum pro particulari* ASSIDÆORVM, *quod aliis dicitur* ESSENORVM. Ante hoc denique dicebat Georgius Wicelius ad Euangelium Dominicæ 18. post Trinitatem, *Haliſei, quos nos Essenos siue Essæos vocamus.*

Esseni ijdē fuerunt cū Assidæis, de quibus in libris Machabæorū.

[a] Cap. 11. 4. 10.

[b] Ad 1. Machab. c. 2. v. 42.

2831. Adrianus Adrianius *lib. de orig. Monastices cap. 2.* sic Essenorum Institutum commendat: *Cum Doctores, Scriptoresq; antiquiss mi, tum fideles quàm infideles mirabilem horum vitam egregiis laudibus efferant, mihi videtur de iisdem hic agendum paulò latiùs: atque eo quidem iustius licèt temporibus Christi de multis malis redarguti inueniantur Pharisei atque Sadducæi, de nullo tamen Esseni.* Et infrà in eodem capite: *Iudæorum meliores* ELIÆ *atque Eliſei discipuli, Hesseni appellati sunt: atque è vis inioribus Engaddi locis totam peruaserunt Ægyptum, quæ Schiti appellatur: sanctaq; sua conuersatione victoriam adepti sunt Euangelicæ veritatis; haud dubium post martyres ipsi Christianorum spiritales milites, ipsorumq; fortissimi. Vnde liquet hos Essenos, vel Hessenos, ipsos esse Filios Prophetarum, de quibus capite antecedente dictum fuit: qui quidem diuersis in locis temporum decursu admodum multiplicati vsque ad Christi Domini tempora in prima sua Institutione vitæque spiritualis amplexu multis annorum centuriis constantissimè perstiterunt, vt infra adhuc liquebit.* Ibidem doctissimè vndequaque dicta sua communit, variis adductis ex antiquitate authoribus. Istis concinit Iacobus Salianus in Annalibus veteris Testamenti *ad annum mundi 3893. num. 48.* vbi hæc de Essenis: *Esseni Religiosi erant illorum temporum, sicut & Filij Prophetarum.*

SS. ELIÆ & Eliſei fuerunt discipuli ac Successores.

Iacobus

Iacobus Zeglorus in Descriptione Palestinæ in *monte Adumim Hengaddi.*

284. IN *huius solitudinis parte sedit Eliahu Propheta; & Eliasah construxit cellas Prophetis. Manauit Institutio & loci Religio ad posteros. Fuitque desertum hoc vsque ad Hengaddi habitatum ab Essenis, hominibus incredibilis continentiæ; sub quorum Institutis educatus fuit Ioannes Zachariæ, & habitus in Essenis vnus prædicatæ sanctitatis.* Deinde rationem reddit cur Ioannes, pœnitentiam prædicare incipiens, tam facilè receptus, & creditus fuerit à Iudæis, duræ ceruicis hominibus, vt, testante sacro Euangelio, *Mathæi* 3. Ierosolyma & omnis Iudæa ad eũ exiret, & baptizaretur: *Præcesserat genus vitæ probatæ publicè, acceserat testis sanctitatis Collegium Essenorum. Fama vitæ eius vulgata erat per eos qui hæc loca adibant. Ab his rebus impetrata auctoritas ipsi tantò ante fuerat. Quare tota Iudæa ab eo pendit, statim atque munus prædicationis obiuit.*

Et eiusdem Instituti fuit S Ioan. Baptista.

Indeq; sanctissimæ vitæ suæ testimoniũ accepit.

Ioannes de Carthagena lib. 17. Homiliarum, homiliâ 2. obiect. 8.

285. CVm ex Patribus & Scriptoribus varia adduxisset de *Essenorum* antiquitate, & Instituto, tandem infert: *Necessariò fatendum erit, Essenos etiam ab* ELIA *& Eliseo, siue Filiis Prophetarum, eorum successoribus, promanasse: quod præterea nominis demonstrat Ethymologia; nam licèt demus Essenos à vitæ sanctitate esse nuncupatos, quod voluit Chrysostomus homilia 44. in Acta Apostolorum, idque Philo in libro, cuius titulus est* [*Quòd liber sit probus*] *apertè significat, tamen, si nominis Ethymologia attentè consideretur, Essenos siue Essæos, vt alij volunt, ab* ELISEO *potiùs dictos, quasi Elisenos, verius apparet: quæ denominatio placuit etiã doctissimo Henrico Enriquez nostri temporis authori graui ac perdocto, in secundo Tomo lib. 12. cap. 5. in Glossa littera B.* Hæc Carthagena. Paucis sic idipsum exprimit Honufrius Manescal. *tom. 1. Concionum in Concion. B.* MARIÆ *de Mõte Carmelo,* loquens de Instituto, seu Religione ab ELIA inchoata: *Continuata est per Prophetarum Filios, aut per eos Religiosos, qui Esseni ab Eliseo appellati sunt.*

Essenei etsi à vitæ sanctitate dicti sint, inspectâ nominis ethymologiâ ab Eliseo quasi Elisenei *denominantur.*

Petrus Vvastelius lib. 1. Vindiciarum pro Ioanne Ierosolymit. sect. 5. artic. 8. §. 6. *qui est de antiquitate* Essenorum.

286. NEgatum velle ante Euangelicam Legem *Essæorum Institutum, reniti est contra totum historiæ torrentem:* quod ibidem probando ostendit *Essæos* ob vitæ probitatem, non priuatis tantùm, sed magnis etiam Regibus admirandos, liberos à captiuitatibus Iudæorum: & quidem ex Iosepho de eorum existentia longè ante Christum varia loca adducit. Ibidem luculen-

Longè ante Euangelicã Legem claruerunt: Wastel. sect. 5. art. 8. §. 7.

Digitized by Google

tè & solidè declarat *Essæos eosdem esse cum Assidæis* [*de quibus in libris Machabæorum*] *& Essæorum duplicem statum, alterum quem habuerunt in tempore Veteris Legis, alterum sub Euangelio, quando ijdem ipsi perfectiores redditi, fide, gratiâ, & statu per disciplinam Apostolicam, siue gratiam Euangelij: non alienatione, inquam Instituti, sed gratiæ ac perfectionis accessu. Quomodo si dicas, Matrimonium, quod in Lege naturæ ac scripta, status quidam erat, & non Sacramentum gratiæ, priuilegio Christianæ fidei factum esse perfecti nominis, nouæque gratiæ sacramentum. Sic enim distinguo inter Monachismum in veteri Lege, ac stricti nominis Religionem. Nam vnũ è Sacramentalibus esse Monasticam Religionem, receptissimum est apud omnes Catholicos, & olim sancti Patres ea de causa ingressum Religionis comparabant remissæ peccatorum, quæ obtinetur per Baptismum.* Alia etiam ibi de iisdem pertractat: ac denique *art.* 9. per totum demonstrat *Essæos, de quibus Philo & Iosephus, Filios esse* [*spirituales scilicet*] *sanctorum* ELIÆ *& Eliſei.*

Vnde duplex eorum status consideraui potest, alter sub veteri Lege alter sub Noua.

Lezana Tomo 1. Annalium ad annum mundi 3545. ante Christum 508. num. 33.

Rerum de etymologia nominis Esseni.

287. DE *etymologia porrò nominis Esseni (quod secundo loco examinandum proposuimus) multa Serarius in Trihæresio lib. 3. cap. 1. & 2. vbi ex duodecim, quas affert hanc sibi maximè probat, vt à Sanctitate sumatur, à verbo videlicet Hebræo Chasid, quod est sanctus, Græcè Hosius, ita vt, duritate vocis mollitâ, sit Asseus, vel Esseus, seu Essenus. Ita etiam habet Philo in Apologia Iudæorum, & in libro, Quòd omnis probus sit liber, quem alij sequuntur.* Ibidem aliam eiusdem nominis etymologiam adfert, & probat; quia sinceriùs & clariùs originem suam demonstrat: ea verò est, vt *Esseni*, seu *Essæi* quasi *Eliseni* ab *Eliseo* sint dicti: prout etiam sentiunt Carthagena, Honufrius, Manescalcus statim relati, & alij à Lezana ibi citati.

Ad dictum annum etiam de Essenorum ortu, conuersatione, & duratione acuratissimè tractat: & iterum tomo 2. in Apparatu, vbi per quatuor prima capita latè probat istas Assertiones. I. *Quòd Esseni tempore Christi, Apostolorum, & primorum Christianorum, conuersati sint in Palæstina, & Ægypto, eiusdem Instituti sectatores.* II. *Quòd Esseni isti ab Apostolis instructi, Monachi & Religiosi, ac Religiosorum, seu Monachorum nouæ Legis, Duces ac Antesignani sint dicendi.* III. *Quòd Esseni, Christiani magna ex parte, & Christianorum primitiæ fuerint.* IV. *Quòd Prophetici, & Eliani Ordinis continuatores, & propagatores Essæni cognominandi sint.*

De quibus accuratè & luculenter tractat Lezana.

CA-

Digitized by Google

CAPVT V.

De magni Prophetæ ELIÆ hærede ac successore S. Eliseo: qui Ordinem Propheticum dilatauit.

288. HActenus in genere, Prophetici Ordinis hæreditariam, iugem, & non interruptam seriem successionis ad posteros demonstrauimus: deinceps eamdem in particulari ad nos vsque continuatam pertexemus. Itaque in Paradisum translato sanctissimo Prophetâ ELIA eius duplicis spiritus, & gratiæ, hæres, ac in Officio Patris, Magistri & Rectoris Filiorum Prophetarũ Successor extitit S. Eliseus Propheta, Monastici instituti secundarius Author, & Princeps, ac præcipuus Propagator. De quo Gaspar Sanchez a in librum 3. Regum rectè ait: *Vnctio fecit Prophetam Eliseum, pallium autem contubernalem* (ELIÆ scilicet) *& Monachum.*

S. P. ELIA in Paradisum translato succedit Eliseus.

a In lib. 3. Reg. c. 19. ad v. 19.

289. Hic postquam Patrem suum spiritualem per aëra ab Angelis raptum conspexisset, *apprehendit vestimenta sua, & scidit in duas partes,* vt pium pro Magistro sublato dolorem ostenderet, iuxta ritum antiquitùs vsitatum: *& leuauit pallium* ELIÆ, *quod ciderat ei:* illoque opertus, à Filiis Prophetarum, in occursum ei venientibus, cum humilis reuerentiæ exhibitione, receptus fuit loco ELIÆ in Patrem: prout *libr. 4. Reg. cap. 2.* sic refertur: *Reuersusq; stetit super ripam Iordanis,* & videntibus Filiis Prophetarum, qui ecõtrà erant, *pallio* ELIÆ, *quod ciderat ei, percussit aquas;* confidens se ELIÆ meritis eas scissurum. Cumque secundò id faceret *diuisæ sunt huc atque illuc, & transiit Eliseus. Videntes autem Filij Prophetarum qui erant in Iericho è contra,* eum miraculosè transiisse Iordanem, & ELIÆ pallio indutum esse, dixerunt: *Requieuit Spiritus* ELIÆ, ille scilicet duplex, *super Eliseum, & venientes in occursum eius adorauerunt eum proni in terram,* veluti Superiorem & Patrẽ loco ELIÆ. *Magna quippe illi viro veneratio debebatur, qui tanti à Deo miraculi potestatem accepisset, & quem suum ipsi Superiorem & spiritualem Patrem agnoscerent in eius pallio, qui prius eodem officio fungebatur.* Ita Salianus b.

Qui pallio ELIÆ *percutiens & diuidens aquas Iordanis, ac sicco pede transiens, à Filiis Prophetarum receptus fuit in Patrem & Magistrum.*

b *Salian.* l. 4. Annal. ad an. mund. 3139. ante Christ. 914. n. 48.

290. Eliseus suscepto eorum regimine, licèt vt plurimùm in Carmelo moraretur, frequenter tamen occupabatur discurrendo per diuersa loca (Collegia scilicet seu habitacula Filiorum Prophetarum) visitando viros Religiosos, quorum ipse Pater & Princeps erat. Ita Abulensis *in caput 2. lib. 4. Regum quæst. 31.* Per signa autem & virtutes, quæ operabatur, plurimos permouebat ad amplectendum suum Propheticum Religiosum Institutum, prout scribit Ioannes Ierosolymitanus c. Hinc ita Ordo Propheticus multiplicatus fuit, vt Carmelus & loca vicina casulis, seu mansionibus, & tota fere syria Collegiis Filiorum Prophetarum replerentur. Nam, vt Ægidius

c Dein. stit. prim. Monach. c. 25. & 26.

Digitized by Google

gidius Camartus Generalis Minimorum [a] *in erudito Opere de* ELIA *scribit: Montes, deserta, vicos omnes obtinuerunt à mari, cui adhæret Carmelus, ad flumen vsque Æthiopiæ, ad quod vsque mons Galaad protenditur.* Vnde Eliano Instituto illud *psalmi* 79. applicat: *Plantasti radices eius & impleuit terram: operuit montes vmbra eius, & arbusta eius cedros Dei; Extendit palmites suos vsque ad mare, & vsque ad flumen propagines eius.*

[a] *Camart. c. 5. sect. 20.*

De illa mansionum, Collegiorum, seu Cœnobiorum Prophetici Ordinis multitudine tempore *Elisei* agunt Thomas Waldensis in Doctrinali fidei [b] Abulensis, Serarius, & alij apud Lezana *tomo* 1. *Annal. ad annum mundi* 3154. *ante Christum* 899.

[b] Lib. 2. art. 1. c. 4.

291. Carmelus autem inter omnes colonias principem locum semper tenuit: tùm ob frequentiorem istic *Elisei* residentiam, & illustriora ibi patrata miracula. Tirinus *in* 3. *Reg.* 17. Tum quòd sit Carmelus Patrium solũ Religiosæ normæ ab ELIA institutæ. *Ioannes Ieroſolym. cap.* 19. tum quòd in ipso ELIAS Sacellum, Templum seu Oratorium dedicasset. Lezana *ibidem*. Eorum exercitia præcipua, solitudo (humana enim cõsortia & turbarum tumultus vitabant). Silentium, Oratio, pax & animorum concordia describuntur à Propheta Isaia [c]: *Habitabit in solitudine iudicium, & iustitia in Carmelo sedebit, & erit opus iustitiæ pax, & cultus iustitiæ silentium, & securitas.* Loca autem alia, in quibus tum & subsequentibus temporibus mansiones habuerunt Filij Prophetarum, & eorum successores, describuntur infrà *capite* 12.

[c] Isaiæ 32.

Cuius præcipua mansio erat Carmelus.

Annis Circiter 65. præfuit.

292. Postquam annis circiter sexaginta quinque, à raptu scilicet ELIÆ (qui accidit annò mundi 3139. ante Christum 914.) vsque ad annum mundi 3204. ante Christum 849. (iuxta Chronicon Hebræorum ac computum Saliani & De Lezana) Propheticum Ordinem aurigasset, legibus instruxisset, & mirabiliter dilatasset, ætatis annum centesimum excedens, vitæ sanctissimæ cursum consummauit. Epitaphium perelegans ad eius sepulchrum appendendum exhibet præfatus Iacobus Salianus *tomo* 4. *ad iam dictum annum num.* 18, quod ecce abbreuiatum: *Hîc situs est magni Præceptoris maior, si fas est dicere, discipulus* ELISEVS *qui humili loco in Abelmeula natus, ab aratri tractatione ad nobilem animorum curam, ad Prophetæ scientiam, ac dignitatem, ad prodigiorum effectionem euocatus, &c. Patri matriq; valedicens, omnia in prolusionem Euangelicæ paupertatis; abdicauit à se, atque contempsit. Hîc est, qui innumerabilium Religiosorũ Parens, atque propagator ea semina annis penè* 80. *iecit, quæ superueniens Euangelij gratia eduxit, excoluit & ad debitam maturitatem perduxit. &c. Vixitq; ad annos centum, atque eò amplius.*

Eius elegãs epitaphiũ.

293. Primus hic est, qui post mortem miraculis clarnisse reperitur. Festum ipsius, tamquam Patroni & Patriarchæ secundarij Religionis huius, cum officio proprio, & Missa à Summis Pontificibus, & Sacra Rituum Congregatione approbatis, celebratur solemniter per totum Ordinem die 14. Iunij cum Octaua. Ad eumdem diem refertur in Martyrologiis Romano, Vsuardi, Adonis, & aliis.

Post mortẽ claret miraculis primus.

Festum eius solemnizatur in Ordine.

C A-

Digitized by Google

CAPVT VI.

De Prophetici Eliani Ordinis continuatione post S. Prophetæ Elisei *decessum: vbi de* Rechabitis.

294. PRæfatus Salianus ad eundem annum *numer.* 11. quærit: An *Eliseus* ante discessum suis Carmelitis communem aliquem Patrem suo loco præfecerit, qui omnibus Religiosæ vitæ Professoribus præesset? Quidam ex Historicis nostris Ionam Prophetam (quem puerum S. ELIAS à mortuis suscitauerat,) post obitum S. *Elisei* Ordini Prophetico præpositum fuisse existimant: Iacobus autem Boulducus [a] non sine probabilitate affirmat, *Eliseo* in munere, & Ordinis gubernio successisse Ionadabum. Vnde eum appellat *Prophetam Archimandritam post* ELIAM *& Eliseum.* Illud certiùs est, singulis Collegiis aliquem sapientiorem præpositum fuisse.

[a] Bould. l. 3. de Eccles. ante Leg. c. 12. *Eliseo quis successerit.*

295. Ionadab ille, filius est Rechab, vir clarissimus & celebris valde in Israel: qui viso insigni illo miraculo resuscitati ad S. *Elisei* preces filij mulieris Sunamitidis, eum secutus erat in Prophetica disciplina vitæ Monasticæ, vti refert Ioannes Ierosolymitanus *sæpè dicto libro cap.* 27. Filij autem & posteri, atque affines illius *Cinei*, dicti *Rechabitæ*, licèt plerique eorum cõiugij legibus adstringerentur, & liberorum procreationi vacarent, omnes tamen quasi Religiosam, Monasticam & Eremiticam vitam, iuxta formam ab *Eliseo* traditam, agebant; relictis omnibus, extra vrbes, in solitudine, in tabernaculis habitantes, vino abstinentes, superioribus exactè obedientes. Qui propterea in sacris litteris magnificantur, specialiter autem Ieremiæ *capite* 35. per totum.

Ionadab filius Rechab vir clarissimus discipulus fuit S. Elisei, & verisimiliter eius successor.

Eius posteri, dicti Rechabitæ, extra vrbes in locis solitariis habitabant Illorum multi Virginitatis cultores erant.

296. Multi autem eorum matrimonij iura repudiantes Castitatis & Virginitatis cultores extitêre: etiam ex aliquali voto, cùm obedientia & paupertate, prout authoritatibus & rationibus demonstrat Lezana *tomo* 1. *Annal. ad annum mundi* 3159. Vbi etiam ostendit illos ad seriem, & ordinem Eliani Instituti pertinere: vt proinde per illos etiam Ordinis continuatio deriuata sit: & sanè ex *Rechabitis* aliquos voto etiam perpetuo obstrictos fuisse, supponit Concilium Senonense *de Votis Monasticis Decreto* 9. illis verbis: *Si quis votum aliquod huiusmodi vouerit Domino; etiam si perpetuum fuerit.* &c. *Rechabitarum exemplo, omne quod promiserit, implebit.*

Postea etiam dicti fuêre *Esseni*, quos verè Monachos & SS. Prophetarum ELIÆ & *Elisei* posteros fuisse, & vsque ad Christum, ac longè post, perstitisse constat ex dictis *cap.* 3. *&* 4. & ex dicendis confirmabitur.

297. De *Rechabitis* scribunt quamplurimi Patres & Doctores, ac præ cæteris accuratiùs Ioannes Ierosolymitanus suprà relatus. Tostatus 1. *Paralipomenon*

Quinam peculiaritèr de illis scribant.

Digitized by Google

lipomenon 2. *quæst.* 21. (vbi de illis asserit: *Isti erant viri Religiosi in Veteri Testamento, sicut nunc sunt Monachi*) Serarius in Trihæresio *lib.* 3. *cap.* 9. §. *Alterum diuersa.* agens de *Essenis*, quos eosdem asserit cum *Rechabitis*, Lyranus, Bouldducus, & alij apud Lezana loco citato: vbi, & in sequentibus, de eorum nomine, origine, instituto, & continuatione accuratissimè tractat. Qualiter autem ex *Rechabitis* quidam vitam castam, pauperem & obedientem duxerint, adeoque veteris legis Monachi fuerint: alij autem coniugij legibus adstricti, quali vitam Religiosam egerint, latiùs declarabitur infrà *cap.* 9. *numer.* 312.

CAPVT VII.

Quòd Prophetici Monastici Ordinis cultores in Carmelo à captiuitatibus Iudæorum præseruati fuerint: vbi de Daniele Propheta, eiusdem Instituti alumno.

Posteri SS. Eliæ & Elisei ac cultores Ordinis Prophetici liberi fuerunt à captiuitatibus Iudæorum.

298. PRopheticum Monasticum Institutum à S. P. Elia inchoatum, & magnoperè propagatum per *S. Eliseum*, post eius obitum iugi successione perstitisse, & floruisse, vsque ad captiuitatem Babylonicam, perspicuè & luculentè tradit, ac probat Ioannes Ierosolymitanus *in præfato libro* per plura capita, quibus eorum gesta, conuersationem, successionem describit. Idipsum demonstrant alij historici Ordinis, specialiter verò P. Wastelius [a], vbi duobus sacræ Scripturæ locis probat prolixè Instituti S. P. Eliæ libertatem à captiuitate tam Babilonica quàm Assyriaca: & Lezana *in Annalibus ad annum mundi* 3310. *ante Christum* 743. *& ad annum mundi* 3447. *ante Christum* 606.

[a] Lib. 1. Vind. sect. 6. art. 5.

Id pluribus S. Scripturæ locis declarat Ioannes Ierosolym.

299. Ioannis Ierosolymitani verba retulisse sufficiet *ex capite* 26. (secundùm Wastelianam partitionem 29.) vbi inter alia: *Quoniam igitur prædicti Monachi dum regebantur per Eliseum, & etiam post eius decessum, quærebant ex totis præcordiis Dei regnum, pro quo facilius consequendo, terrenas diuitias, & carnales delicias respuebant, humanaque consortia, & turbarum tumultus vitabant; ideò præseruauit eos Deus à captiuitatibus, ad quas ante Incarnationem Christi* Iesv *induxit populum Iudæorum, propter peccata eorum.* Idque probat ex vaticinio Isaiæ a: *Habitauit in solitudine iudicium* &c. quæ verba explicans subdit: *Licèt namque temporibus Iudaicarum captiuitatum esset desertum in Carmelo, ita quòd Carmelus non in munitionem, vel ædificium, sed in saltum verè reputabatur; populus tamen Monachorum ibi commorantium faciebat in solitudine illa iudicium Dei, & seruabat in Carmelo iustitiam cælestis regni, sicut Propheta prædixerat: Habitabit,* inquit, *in solitudine iudicium, & in Carmelo iustitia sedebit. Cuius iustitiæ opus erat pax, quâ ad inuicem perimebant bellum. Et cultus prædictæ iustitiæ erat silentium,*

a Is. 32.

quo in

Digitized by Google

quo in ore vitabant multiloquium. Cuius quoque dicta iustitiæ erat securitas, quâ à corde fugabant inimicorum metum. Postea subditur: *Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulẽta, scilicet virtutibus, & pascuis doctrinæ, veræ Religionis vberibus.* Idipsum confirmat ex Michæa Propheta: *Michæas*, inquit, *Propheta concludendo Terram Iudæorum sore, propter peccata eorum, desolandam dicit* a: *Terra erit in desolationem propter habitatores suos, & propter fructum cogitationum eorum: subdit aliter de ipsis Monachis, inquiens, Pasce Domine populum tuum in virga tua, gregem hæreditatis tuæ, habitantes solos in saltu: In medio Carmeli, pascentur Basan & Galaad, iuxta dies antiquos. Vbi Propheta primò orat Deum, ne populus Monachorum Montis Carmeli concludatur simili sententiâ desolationis cum Iudæis, sed pascatur vt priùs doctrinâ Religionis per Deum sub virga id est regula sua directionis. Ideo ait Pasce Domine populum tuum in virga tua de qua Psalmista ait: Virga directionis virga regni tui &c. Deinde exponit Propheta, qualiter in medio Carmeli pasceretur, dicens: Iuxta dies antiquos:* de his latiùs Wastelius & Lezana locis citatis.

a Mich. c. 7.

300. Hoc quod dicimus, Filios Prophetarum, & Rechabitas, posteros SS. Prophetarum Eliæ & *Elisei* præseruatos â captiuitate Babylonica; etiam tradit insignis antiquitatis perquisitor Aubertus Miræus, relatus hic suprà *parte* 1. sub finem his verbis: *Illi verò Prophetarum Filij, essenive Palæstinam incolentes miris exemplis cœptam institutionem vsque ad Virginis partum produxerunt: neque enim Chaldæorum, aut aliorum hostium seritas, quæ vindictam spoliaq; sitiebat, in homines innoxios, & nihil mortale curãtes, desæuiit Deo sic agente, vt tanti Vatis eruditio ad eum, cuius typum prætulit, illæsa pertingeret.*

301. Benè tamen notat idem Lezana a, omninò credibile esse, aliquos, infirmiores præsertim, persecutoris gladium metuentes, ad alia loca extra Carmelum migrasse. Præterea, etsi Religiosi illi Prophetici Ordinis, Carmeli incolæ, ab illa, & aliis Iudæorum captiuitatibus fuerint præseruati, prout iam ostensum est, attamen eiusdem Instituti asseclæ alibi commorantes, immunes omninò non fuerunt, ac proinde aliqui eorum ad exteras regiones se transtulerunt: & quidem in Hispaniam traiecisse aliquos, asserunt nonnulli apud eumdem Lezana loco relato. Apertissimè autem id habetur ex libro historiali, inscripto *Aduersaria Luitprandi seu Eutrandi*, qui claruit sub Berengario Rege Italiæ: cuius etiam litterarum scriptor fuit, paulò post annum Domini nongentesimum: in eo enim (iuxta editionem Antuerpiensem anni 1640. in officina Plantiniana) *numer.* 187. hæc leguntur: *Magna pars eorum, qui ex Iudæa traiecerunt in Hispaniam tempore Nabuchodonosoris, erat ex Discipulis Sanctorum Eliæ & Elisei, & Successores illorum.*

a *Lez. tom.* 1. *Annal. ad an. mũdi* 3447. *Aliqui tamen ex Carmelo, aliisque locis occasione captiuitatũ, ad exteras regiones migrarunt. Et quidem in Hispaniam*

302. Quidam verò in Babyloniam cum reliquo populo traducti fuerunt: à quibus S. Propheta *Daniel* habitum, & institutum Elianum suscepit. Quem proinde Bolducus, *de Ecclesia post Legem cap.* 7. vocat. *Enoscæum*: *Essenos* autem Elianam sobolem fuisse satis, constat ex supradictis. Etenim *Danielem* eiusdem Instituti fuisse, confirmatur ex eo, quòd Ioannes Iustinianus Ordinis Prædicatorum, & ex eo Cartagena *lib.* 17. *Homiliarum*, *Homiliâ* 2. referunt, videlicet: cuidam Episcopo, dubitanti, an liceret celebrare festum

Ac in Babyloniam.

Huic Ordini adscribitur S. Daniel Propheta.

festum Susannæ Babylonicæ, apparuisse *Danielem* Prophetam, Carmelitico habitu indutum. Cumque mirabundus hæreret Episcopus, & quæreret, quâ ratione tali veste amictus conspiceretur? Respondit, plerosque Prophetarum istius fuisse Religionis.

Quod confirmat notabile visio,

303. Nicolaus Beltrandus Iuris Professor Tolosæ *lib. de gestis Tolosanorum, Tractatu, de Inuentione B. Susannæ Babyl.* similem refert visionem (nisi fortè sit eadem, vti apparet) factam circa annum Christi 1478. cuidam Sacerdoti Gallo: vbi inter alia hæc habentur: *Respiciens vidi speciosum iuuenem &c. habitu tamen Carmeli seu* ELIÆ *à summo vsque deorsum eum circumdante. Terrefactus autem Sacerdos tandem petiuit, quis esset? respondit: Ego sum Daniel &c.* Istis fauet Adelmus siue Aldelmus, grauis & vetustus author, *lib. 1. de laude Virginitatis* (in tom. 8. Nouæ Bibliothecæ SS. Patrum) de *Daniele* sic metricè scribens:

Quòd Daniel semper Virgo floresceret almus,
Qui nobis normam sacratæ Virginitatis
Imbuit, & speculum vitæ monstrauit alumnis, &c.

Et Virginitatis professio satis insinuat.

Quibus nedum *Virginem*, sed & *sacratum Virginem*, & *Virginitatis Monasticæ speculum* ipsum appellare videtur. Ita Lezana [a] vbi etiam rationibus aliis ostendit *Danielem* Prophetici Ordinis fuisse. *Quòd*, inquit, *Sancti huius Danielis & sociorum historia nostris debeat Annalibus inseri, vtpote Ordinis Prophetici Professorum, suadetur, tùm ex dictis in Apparatu, tum (inter alia quæ afferemus) ex modo rituque viuendi illorum; abstinebant enim à vino, quæ erat propria obseruantia Rechabitarum, & Prophetici Ordinis cultorum; tùm etiam, quia Virginitatem coluisse, Patrum sententia est.* Quod plurimorum authoritatibus demonstrat: specialiter de *Daniele*: qui eunuchus fuit, non sic natus, aut ab hominibus factus: sed de eorum numero, de quibus Christus Dominus: *sunt eunuchi, qui seipsos castrauerunt propter regnum cœlorum*, à se præcidentes præputium incontinentiæ, & Virginitatis florem illibatum seruantes.

[a] Tom. 1. An. ad an. mund. 3428. ant. Christ. 625.

304. Accedit, quòd *Daniel*, iuxta morem Filiorum Prophetarum, & Essenorum, tribus temporibus in die orabat, vt constat ex *cap. 6.* Prophetiæ eius. Animaduertit ibidem Lezana, quòd tres pueri, in fornacem missi, suo, *Danielis*, & aliorum Prophetici Ordinis cultorum nomine, dicere iure potuerint: *Benedicite omnes Religiosi Domino Deo Deorum.* Vbi notandum nomen, *Religiosi.*

Mirum fortè, parumque verisimile cuipiam primò intuitu videbitur id, quod de ELIÆ & *Elisæi* discipulis, ac posteris olim in Hispaniam profectis attigimus hic paulo ante [b] sicuti etiam ea, quæ hic infra cap. 14. sub finem de S. Elpidio primo Toletano Episcopo, & eodem capite, ac 29. [c] de antiquissimo nostro Toletano Monasterio dicturi sumus; quapropter propositi nostri metas transgressuros nos non autumamus, si quædam hic subiiciamus de Israelitarum in Hispanias transmigratione, & ibidem incolatu multis annorum centuriis ante Christi ortum, quos captiuitas aut bellicus furor sub Nabuchodonosore, aliisque tyrannis in eam Prouinciam impulerat. Etenim apud authores bonæ notæ id vt certum habetur. Videndi hac de re

[b] Subiicitur num. 301.

[c] Numer. 474.

Ioannes

Ioannes de la Puente *a*, Franciſcus Viuarius Ciſtercienſis in Commentariis ad Flauium Dextrum *b*, Pineda de rebus Salomonis *c*, Michael de Salinas in libello, quo contendit Hiſpaniam primogenitam fuiſſe Chriſti, Lezana noſter tomo primo Annalium *d* & alij ab iſtis citati. Hinc Mariana libro primo hiſtoriæ cap. 17. ex multorum opinione refert, Iudæos in Hiſpania commorantes multis locis nomina Hæbraica indidiſſe: *Atque* (ait) *ex ea gente Toletum, Scalonam, Nouem, Magnedam, Ioppem, aliaque minora oppida fuiſſe conſtituta ab Aſcalone, Nobe, Mageddone, & Ioppe Paleſtinæ vrbibus, appellationibus mutuatis. Toleti vocem à Toledoth deriuatam, quod nomen Hebræis progenies familiaſq; ſignificat. Quòd magno numero eius vrbis fundamenta poſuerunt.* Hæc Mariana. Quæ confirmantur ex variis litteris antiquiſſimis, extantibus in Archiuis Eccleſiæ Toletanæ Hebraicè, Arabicè & Latinè ſcriptis: ſunt autem Iudæorum Hiſpanorum ad Ieroſolymitanos, & horum ad iſtos: quarum epiſtolarum meminerunt Flauius dexter, & Cornelius à Lapide *in Abdiam verſu* 20. referunt Iulianus in Chronico *num.* 3. Michael Salinas in præfato libello, & alij: vnius dumtaxat, intento noſtro potiſſimùm fauentis, hîc partem damus. *Eleazar Archiſynagogus Hiſpaniæ gentis in Ieruſalem & ſeniores eius; Leui Archiſynago Toletano, Samueli, & Ioſepho, ſalutem in Domino Deo Iſrael. Fratres, ſcitote hîc prædicare virum bonum nomine* IESVM CHRISTVM NAZARENVM, *qui facit multa miracula, ſuſcitat mortuos, ſanat leproſos* &c. Et infrà: *Litteras Artagergis receperunt Patres noſtri, qui penes nos erant, & nunc intellexerunt Hebdomadas Danielis breui complendas, quod iuſtus occiſus, vel breui occidendus. Memẽtote etiam quod Patres noſtri admoniti ſunt à Daniele, tùm fuit in Babylone (vndè eius placito venerunt in Hiſpaniam) quod prophetauit ille de morte iuſti, cuius cauſa deſolandum eſſet Templum Hieroſolymitanorum* &c. *Bene valete, Hieroſolymis quinto die menſis Hiſam.* Inter iſtos autem Hebræos illi erant SS. Prophetarum ELIÆ & *Eliſei* ſucceſſores, de quibus Luitprandus iam antè relatus. Ex dictis etiam roboratur id, quod Ioannes Pineda *e*, & alij nonnulli referũt: Toleti extitiſſe antiquiſſimam & liberrimam Synagogam, quæ Chriſtum tamquam Meſſiam Deiq́ue filium ſemper venerata fuit. Propterea ibi à S. Iacobo ordinatus fuit primus Epiſcopus S. Elpidius, de quo plura dicto *cap.* 14. Ratio, cur in Hiſpanias fugerint Hebræi, ea aſſignatur; quòd à priſcis temporibus, etiam in medio Gentilitatis, antequam Euangelium annuntiaretur, plures ibi extiterint vnius veri Dei cultores: quodq́ue Hiſpani, teſte Diodoro *f* *cum aduenis humani, atque hoſpitales eſſent, & aduenientes exteros benignè hoſpitio reciperent.* Sunt etiam non ignobiles Scriptores, qui autumant nauem Ionæ, vndè proiectus fuit in mare, Hiſpanicam fuiſſe, & per *Tharſis*, quò fugiebat, deſignari Hiſpaniam (nempe *Thartheſſum* Boeticæ vulgo Tarifa: ſicut & per *Ophir*, de quo libri 3. Regum capite 9. Alij aliter, & veriſimiliùs, quoad hoc ſentiunt) Cæterùm nautas illos fuiſſe vnius veri Dei cultores indicant iſta Ionæ verba cap. primo ſub finem: *Et timuerunt viri timore magno Dominum, & immolauerunt Hoſtias Domino, & vouerunt vota.* Quod ſanè confirmat lectio Hebræa: *Timuerunt autem viri illi timore*

a Lib. 3. c. 6.
b Ad an. Chr. 34. & 37.
c Lib. 4. c. 14.
d Ad an. mundi 3449.

Littera antiquiſ. Iudæorum Hiſpanorũ.

e Lib. 4. Monarch. Eccleſ. c. 18.

f Lib. 6. c. 9.

Cur olim Iſraelita in Hiſpaniam fugerint.

ingenti IEHOVAM, & immolauerunt Hostiam IEHOVÆ, vouerunt q; vota. Ista occasionaliter: sed quæ nostri Instituti propria sunt, prosequamur.

CAPVT VIII.

Referuntur quædam notabilia de Ordine Prophetico post captiuitatem Babylonicam: & quando inditum nomen ESSENI.

305. QVòd à captiuitate Babylonica vsque ad Christi Domini aduentum, continuatâ successione, subsiterit Eliana posteritas, etiam probatum manet authoritatibus *cap.* 2. 3. & 4. adductis. Hîc autem consequenter dumtaxat quædam magis notabilia, quæ post istam captiuitatem contigêre, commemorabimus. Annis circiter septuaginta post captiuitatem Babylonicam Pythagoras ille celeberrimus in Phœniciam nauigauit, & Carmelum conscendit, ac ibi aliquamdiù moratus fuit: prout refert Iamblicus Chalcedonensis Philosophus, *in eius vita cap.* 3. cuius verba sunt: *Ab Ægyptiis quibusdam nautis opportunissimè in littora, quæ subsunt Carmelo, Monti Phœniciæ, appellentibus, transuectus fuit Pythagoras: vbi Solus in templo, vt plurimùm, degebat.*

Pythagoras Carmelum conscendit.

Homines autem loci illius benignè ipsum, datis dextris, exceperunt, &c. Si quid contulissent rerum, summam hominis æstimationem pretiumq; præuidentes, libenter conferebant. Infrà subiungit: *Iam tum descendens à summis extimisq; Carmeli collis visus &c. Hic Mons multis inaccessus erat.* Mansit itaque in Carmelo cum incolis eremitis, ELIÆ posteris, cum ipsis quandoque conferens: & ad imitationem eorum, solitariam vitam ibi agentium, etiam ipse *solus in templo* (ab ELIA ædificato, *Semnion* nuncupato, de quo *cap.* 16. dicemus) *vt plurimùm degebat.* Eamdemque vitæ rationem eo loco æmulabatur, & didicit, quàm discipulis posteà tradidit, prout palam innotescit ex collatione Instituti professionis Propheticæ cum dogmatibus & obseruantiis Pythagoricæ scholæ: in cuius alumnis vestigia, & veluti vmbrosa delineamenta cernebantur virtutum monasticarum: Obedientiæ, scilicet, Paupertatis, imò & Castitatis, Silentij, Abstinentiæ à vino, discussionis sui quotidianæ, vitæ collegialis: &, quod magis mirum, etiam albis vestibus, seu palliis, vtebantur, vt habet idem Iamblicus *de vita Pythagoræ cap.* 21. Hinc Iosephus *contra Appionem* hæc de Pythagora: *Pythagoras igitur Samius, cum sit antiquus quidem ætate, sapientia verò & diuinâ pietate Philosophorum omnes excellens, non solùm, quæ nostra sunt, agnouisse manifestum est, sed etiam æmulatus ea ex multis apparet.* Ex Hermippo, de eodem Pythagora scribit, *dicitur enim verè, quòd ille vir multas Iudæorum leges in suam transtulit Philosophiam.* Genebrardus lib. 2. Chronol. ad

Et aliquãdiu ibi mãsit, hausitq; dogmata, & vitæ rationem quã posteà suis tradidit discipulis.

In quibus Monastica vitæ imago aliqua cernebatur.

annum

annum mundi 3944. *Esseni*, inquit, *valde augentur, affines Pythagoreis.* Hæc larius prosequitur Lezana *tomo* 1. *Annal. ad annum mundi* 3515. *ante Christū* 538. vbi inter alia hæc habet: *Et vt vno verbo plura concludamus, legat qui volet Pythagoræ vitam, carmina, symbola, hieroglyphica, & documenta, & pleraq; prorsus iis similia, quibus Carmeli incolæ, & alij Prophetæ imbuti erant, reperiet.*

306. Anno mundi 3545. ante Christum 508. (sunt qui referunt ad annum sequentem) Romani, abrogato nomine Regis, quod in vsu apud eos fuerat per 244. annos, Consules introduxerunt, qui annuo Magistratu, Regiâ auctoritate, & pari iure fungentes, Romanæ præessent potentiæ. Eodem etiam tempore Iudæorum Respublica, antè per captiuitates attrita, restituta fuit: prout refertur *lib.* 1. *Esdræ cap.* 6. Tunc quoque restauratus fuit, & refloruit Propheticus Ordo: cuius cultores primùm nuncupati *Prophetæ & Prophetarum Filij*, deinde etiam dicti *Rechabitæ*: sub ea tempora tertium quoque sortiti sunt nomen, & vocati *Essæi, Hessæi*, seu *Esseni* à voce Hebræa *Chasid* quod est *Sanctus*: aut certe quasi *Elisæi* ab Elisæo. *Essenos* autem spiritualem sobolem fuisse Filiorum Prophetarum, & Rechabitarum, ac eiusdem Instituti, neruosè ostendunt Wastelius & Lezana locis *cap.* 4. adductis: & tradunt alij ibidem relati.

Annis circiter 500. ante Christum cum restaurare-tur Respublica Iudæorum, etiā refloruit Propheticus Ordo: Et sub ea tempora inditum nomen Essenii.

307. Nonnulli quidem *Essenos* quoad rem, & nomen circa Christi ortum primordiale habuisse principium existimarunt: at eos centuriis aliquot annorum præextitisse vt certum, & indubitatum habendum, ex testimoniis scriptorum Ethnicorum, Hebræorum, & Doctorum Christianorum, quin & Sacris Litteris. Breuitati hic studentes vnum ex singulis adduxisse contenti erimus. Ex Ethnicis primus occurrit Plinius relatus *cap.* 3. de Essenis scribens: quòd sit *Gens æterna* subsistens *per seculorum millia*. Quibus sanè longæua eorum successio innuitur, & quòd saltem aliquot seculis iam tum extitissent. Ex Hebræis adest eorum celeberrimus Historiographus Iosephus, qui variis locis scribens de Iuda, qui clarus erat tempore Ioannis Hircani, plus quam vno seculo ante Christi ortum, eum, *Essæum* vocat. Ita de Bello Iudaico *lib.* 1. *cap.* 3. & *de Antiquitatibus lib.* 13. *cap.* 18. Item *eodem libro cap.* 8. agit de Essenis tempore Machabæorum existentibus, & *lib.* 18. *cap.* 2. sic de eisdem: *Iudæi patriæ sapientiæ studiosi iam inde à multis retrò seculis in tres sectas erant diuisi, Essenorum* &c. In alia editione paulò aliter habetur. videlicet: *Iudæis igitur Philosophiæ tres erant, iam inde ab initio institutis patriis derelictæ: Essenorum* &c. Posterioris loci mentionem facit S. Hieronymus *lib.* 2. *contra Iouinianum*, vbi ait, *Iosephus in secundo Iudaicæ captiuitatis historiæ, & in* 18. *Antiquitatis libro, & contra Appionem duobus voluminibus tria describit dogmata Iudæorum, Pharisæos, Saducæos, Essenos. Secta* seu *dogma* idem est apud illos authores quod *Congregatio* seu *Institutum*.

Errant autem qui existimant Essenos primū incœpisse circa Saluatoris ortum.

Idque manifestum est ex Scriptoribus Ethnicis, Iudais & Christianis.

Plinio, & Iosepho.

Ex Christianis, disertis verbis id asserit celeberrimus Chronographus relatus hic ante sub finem *capitis* 3. & *cap.* 4. *numer.* 278. In sacra Scriptura etsi *Essenorum* mentio non fiat sub isto nomine, habetur tamen in libris

Ac Genebrardo ad an. mundi 3272.

Machabæorum sub nomine *Assidæorum* quos eosdem cum *Essenis*, solo nomine diuersos, aut certè eiusdem Instituti cum ipsis: atque SS. Prophetarum ELIÆ & *Elisæi* posteros, satis constat ex dictis eodem capite, & mox dicendis.

CAPVT IX.

De nomine Assidæorum, *attributo Prophetici Instituti alumnis, & de peculiaribus illarum exercitiis.*

Ordines Religiosi successu temporis varias quandoq; appellationes fortiuntur.

308. SIcut Euangelicæ Legis cultores primùm dicti, *Discipuli*, & *fratres*, deinde nuncupati fuêre *Christiani*: ita etiam eiusdem Instituti, seu Ordinis Religiosi professores quandoque occasione variationis alicuius notabilis, aut à locis, quæ inhabitarunt, aut ex aliis causis, varia sortiti sunt nomina: vt Ordinis S. Benedicti appellantur Benedictini, Cassinenses, Cluniacenses, &c. Ordinis S. Dominici Prædicatores, Dominicani, Iacobini, Ordinis S. Francisci Minoritæ, Franciscani, Recollecti. Similiter ELIANVS Carmeliticus Ordo intra spatium annorū bis mille quingentorum, & vltra, tot inter rerum, locorum, temporumque varietates, varia etiam acquisiuit nomina. In veteri autem Lege, præter iam dicta, etiam solemne fuit *Assidæorum*. Quando autem id primùm inditum fuerit, non ita compertum est: id certum, quòd saltem annis plus quam ducentis ante Euangelicam Legem; nam circa annum mundi 3847. ante Christum 206. illorum sub isto nomine aliquoties est mentio in libris Machabæorum: & quidem *libro 1. cap. 2.* his verbis: *Tunc congregata est ad eos Synagoga Assidæorum, fortis viribus ex Israël, omnis voluntarius in Lege.* Vocantur *voluntarij in Lege*; quia Legis, insuper & aliorum piorum exercitiorum consilij, seu supererogationis, erant obseruantissimi. *Fortes viribus*, tùm *quantùm ad robur corporis & spiritus*, inquit Lyranus: tum quia multi erant numero. Nomen *Synagoga* denotat Congregationem, seu aduationem; *Assidæi* enim vnum *corpus*, Collegium, seu Ordinem Iudæorum eo tempore constituebant. Vndè Serarius, qui præ cæteris accuratè scribit de *Assidæis*, de illis in Harmonia Machabæorum [a], ait: *Ex quibus etiam apparet, fuisse homines istos à cætero Iudæorum populo Institutis, & nomine distinctos, societate verò inter se sanctâ, & religiosâ deuinctos.*

Ita Prophetici Ordinis cultores in veteri Lege primùm dicti Filij Prophetarum, *deinde* Rechabitæ & Esseni *ac etiam* Assidæi.

a *Serar.* in c. 7. l. 1. & c. 14 l. 2.

Cuius nominis etymologia declaratur.

309. Quoad nominis Etymologiam *Assidæi ab assiduitate cultus diuini* dictos, sentiunt S. Thomas, Rabanus, Hugo Cardinalis, Lyranus, Dionysius, apud Lezana *tom. 1. Annal. ad dictum annum.* Ita etiam Essenos (quibus cum *Assidæi* Instituto conueniebant, aut iidem erant, vt iam dictum, & mox confirmabitur, ab assiduitate contemplandi & orandi, *Essæos*, di-

ctos-

Digitized by Google

ctos scribit vetustus Pater S. Nilus in Ascetico, vbi loquens de illis, dicit, *Contemplationi vacant assiduè, ex quo Essæi appellantur.* Alij verò, vt Lornus, Serarius, Boulducus &c. (apud eumdem) existimant, nomen *Assidæi* deriuari à voce Hebræa *Chasid*, seu *Hasid*, quod est *sanctus, pius, benignus, & misericors*: vnde etiam plerique deriuatum autumant nomen *Essæni*, seu *Essæi*: prout capite præcedenti dictum est.

Annotat autem Lezana ibidem, *Chasid* non significare quo modolibet iustos, pios, aut misericordes, & qui operibus supererogationis incumbebant, sed denotare vnam congregationem, & societatem talium hominũ, seu vnum cœtum, collegium, vel institutum illorum, qui societate inter se initâ, ex peculiari quadam viuendi forma, seu ritu, religionem ac pietatem sectabantur. Ita expressè Serarius *a*. Idem sequitur Gaspar Sanchez *b*.

a In Trihæresio lib. 3. c. 7. & in Mineruali lib. 5. c. 9.

b In cap. 2. lib. 1. Machab. nu. 38. & c. 7. n. 7.

310. *Assidæos* autem fuisse eiusdem Ordinis, seu Instituti cum Essæis seu Essenis, expressè tradunt Genebrardus istis verbis: *Assidæos, id est Essæos quasi sanctos.* Vide sub finem *capitis* 3. & Serarius variis locis: multorumque aliorum authoritatibus & rationibus idem confirmat Lezana ibi suprà. Vnde infert, eos iuxta illius temporis rationem, ac limitationem, Religiosos meritò appellari; quia inter ipsos aliqui saltem erant triplici Religiosi status vinculo (modo sanè illi imperfectæ Legi accommodato) obstricti. Propterea Salianus ad annum mundi 3893. nuncupat *Assidæos & Essenos Religiosos illorum temporum*: scilicet legis veteris.

Illorũ exercitia.

311. Idipsum etiam satis eruitur ex illorum peculiaribus exercitiis quæ ex Rabbinis proferunt iidem Serarius in Mineruali lib. 5. *c* & Lezana in Annalibus *d*, Ea sunt: *Distribuebant diem in tres partes, quarum vnam dabant precationi, alteram Legi, tertiam operi.* Peculiaria illis erant. *Non attollere oculos vsque ad decem cubitos. Non incedere retecto capite. Disponere cor suum ad precationem. Non respicere ad latera. Circuire, ne molestiæ Cœtum afficerent. Si quem ad iram prouocauerant, statim eum placare. Vocem dulcem habere, & descendere vel demittere, sed ad interrogationem Legis.* De ijsdem etiam illa feruntur: *Quotidie hostiam immolabant. Voluntas eorum non erat absque voluntate cœli, id est Dei. In mensa de Lege sermo erat: & dabant ex ea pauperibus. Custodiebant se etiam à cogitatione.* Quæ certè omnia pietatem spirant, & statum Religiosum denotant.

c Cap 11.

d Tom. 1. ad an. mũdi 3621. ante Christum 424.

Omnes quidem Dei cultui peculiariter erant mancipati: aliqui tamen matrimonio erant iuncti, alij non.

312. Animaduertendum verò, ipsorum *Assidæorum*, sicut & Rechabitarum, ac Filiorum Prophetarum, diuersas fuisse vitæ formas; etsi enim commune omnibus esset, pietatis, virtutis, & cultus Dei speciale studium; quidam tamen coniugij legibus adstricti erant (pauciores quidem ex Filiis Prophetarum, plures autem ex Rechabitis, & *Assidæis*) alij verò matrimonij iura repudiantes Castitatis & Virginitatis cultores erant, de quibus S. Hieronymus *ad Eustochium*, scribit: *Virgo* ELIAS, *Eliseus Virgo, Virgines multi Filij Prophetarum.* Et Bellarminus *tomo* 2. *Controuersiarum lib. de Monachis cap.* 5. de ijsdem: *Habemus deinde in eodem Testamento veteri* ELIAM *Eliseum, &*

Filios Prophetarum sine vxoribus & diuitiis in hoc mundo vixisse. Hi posteriores, in Castitate, & abiectis terrenis possessionibus, in Paupertate ac Obediētia, vni Superiori in Congregatione aliqua, seu collegialiter viuentes, Legis veteris Religiosi & Monachi, ac Monastici Instituti Duces, Principes, Coryphæi nuncupantur à Patribus, & Authoribus relatis *capite* 1. *& parte* 2. *cap.* 1. Alij autem, *quasi Religiosi* dici possent (sicut nunc sunt Ordinum Religiosorum Tertiarij) præsertim illi, qui (excepta Castitate) Monasticarum Institutionum obseruantes erant, prout Rechabitæ omnes: qui licet matrimonium iniissent, tamen *vinum in sempiternum non bibebant, & domos non ædificabant, & sementem non serebant, & agros non possidebant, & vineas non plantabant, nec habebant*; prout hæc, & alia, de ipsis plenius testatur Ieremias Propheta *cap.* 35.

Et hi veraciter erāt Religiosi. isti autē quasi Religiosi, sicut nunc sunt Ordinum Tertiarij.

CAPVT X.

Memorabilia quædam huius Ordinis quæ acciderunt propè Christi ortum.

Annis ante Christū 77 reuelatur Carmelicolis ortus S. Annæ, Virginis Deiparæ, & Christi, ex Emerentiana & Stollani coniugio.

313. ANno mundi 3976. ante Christum 77. contigit insignis illa visio & memorabilis historia Reuelationis factæ Filiis Prophetarum Montis Carmeli incolis, Instituti Eliani assclis, de ortu, Parentibus & consanguineis Deiparæ Virginis MARIÆ quām referunt authores graues non pauci, videlicet S. Cyrillus, Paleonydorus, Gulielmus Pepin, Petrus Morales, Ioannes de Carthagena, Laurentius Cuperus, & alij apud Lezana a Quorum verbis præterimissis, vitandæ prolixitatis causa, sic eam exhibemus: *Appropinquante plenitudine temporis, quâ per filium suum Deus humanum genus redempturus erat, septuaginta septem annis ante Verbi Diuini Incarnationem, Emerentiana Virgo ex stirpe Dauid, ætate nubilis, à parentibus ex veteri instituto, destinata matrimonio, primum refragata, rem detulit ad Filios Prophetarum, in Carmelo, quorum piis colloquiis, & sanctis Institutionibus educata, Vitæ Virginalis desiderium conceperat. Carmelitæ in ieiunio & oratione Deum consuluerunt, donec eorum vres, in spiritu rapti radicem videre pulcherrimam, geminam ex se arborem emittentem, è quarum altera speciosa prodiit virga pulchriorem producens florem: altera verò speciosior speciosissimum germinauit ramum, è quo prodiit flos purissimus atque fragrantissimus, odore Deifico cœlum & terram perfundens. Hac radice sic visa, audita est vox, dicens: hæc radix est Emerentiana nostra; magnæ propagationi destinata. Virgo itaque casta, accepto hoc oracvlo Deo & parentibus obediens, nupsit Stollano Viro iusto, & Deum timenti. Ex illo matrimonio prodiêre duæ frugiferæ arbores, altera Sobe (aliter etiam Esmeria nuncupata) Mater S. Elisabethæ, quæ genuit S. Ioannem Baptistam Præcursorem Domini: & altera gloriosissima Anna mater purissimæ Virginis* MARIÆ, *de qua natus est Iesus Christus.*

a Tom 1. Annal. & in libro Mariæ Patronæ cap. 15. n. 4.

314. Abbas

314. Abbas Trithemius *libro de B.Virgine in Vrticeto cap.13.* illustrans genealogiam eiusdem SS.Deiparæ, de parentibus S.Annę hæc habet: *Lucas scribit genealogiam Ioseph legalem,& Matthæus naturalem. Concordat in eã sententiam & Damascenus. Ioachim autem duxit vxorem nomine Annam,quæ filia fuit cuiusdam nobilis & iusti viri,qui dicebatur Stolanus, de tribu Iuda, & nomen vxoris eius Emerentiana,de qua genuit duas filias, Annam,sicut dictum est,vxorem S.Ioachim, quæ peperit ei* MARIAM *innocentissimã semper Dei Genitricem,& Esmeriam vxorem Aaron cuiusdam, Religiosissimi Iudæi, quæ peperit Elisabeth matrem S.Ioannis Baptistæ,& filium nomine Eliud, qui genuit S.Martialem.* *Quorũ genealogiam succinctè describit Trithemius.*

315. Huc quoque tendit historia,quam dictus Lezana ex libro de Ortu Virginis, inter Opera D.Hieronymi relato,ex Petro Dorlando & aliis refert eodem tomo Annal. *ad annum mundi 4051. ante Christum secundo.* De virga arida Ioſephi diuinitùs inter alias virgas sola floreſcente.Clarissimus Poëta Baptista Mantuanus Noster *Parthenices Mariane lib.2.* eamdem latè describit:vnde hæc pauca damus, *De aridæ virga S. Ioſephi floreſcente.*

Tum diuina, preces, mens, quæ non despicit æquas;
Ad summum secreta dedit responsa choragum
Sacrorum, tenues fugit lenis ille per auras
Ingressusq; senis nocturna cubicula somnos
Abstulit, & tali est aggressus voce pauentem:
Sumere thraicia virgas de fronde tribules
Quemq; suam, & ferri sumptas in templa iubetos
Manè reuertantur, cuius frondere cacumen
Videris, illius domino coniunge puellam.
Hæc ait: & motu, abiens euanuit, alis.

Deinde eleganter prosequitur, qualiter S.Ioſephus, cuius sola virga reperta fuit floruisse,iuuenibus aliis reiectis,Sanctissimam Virginem in matrimonium acceperit.Inter istos,ipsius Virginis connubium expetentes,vnus erat Agabus: de quo Petrus Dorlandus *in vita S.Annæ cap.6.* hæc enarrat: *Vox diuina ex propitiatorio ad Pontificem audita est, iubens omnes viros cœlibes de sanguine* MARIÆ, *& stirpe Dauid,postridiè ad templum conuenturos, cum virga arida quæ in cuius manibus florêre inciperet,eum Virginis sponsum declaret. Interea Agabus casto Virginis amore euentum magicâ arte sciscitans, nihil scire potuit, præterquam magnum in Virgine latere sacramentum. Quocirca repulsam passus,ad Carmelitas se contulit, vbi sanctam vitam vixit vsque ad Apostolorũ prædicationem,quâ illis(vt eorum attestantur actus)coniunctus est.* *De Agabo fabricatore primæ Capellæ in Monte Carmeli ad honorem Virginis Deiparæ.*

De quo insigni carmine canit Mantuanus ibidem: paucula dumtaxat excerpimus:

Solus in æriæ turris fastigia secum
Arma, togasq; ferens sacrauit manibus aram
Sub dio: testis nemo nisi ventus & astra:
Nocturnasq; preces iterans præscire volebat
Parthenicesne sibi thalamum sperare liceret.
Esce per æthereos tractus magno agmine ab orco

Spiritus

Spiritus obscuris ad turrim annauigat alis.

Et post multa,

Tœnituit, secumque putans audita, seueros,
Carmeli Patres adiit (tunc omnis Eremi
Cura fuit penes hos, & cælibus otia vitæ)
Moribus auxilium fractis habiturus, vt altam
Se tulit in Montis requiem, syluasq; silentes
Per secreta tulit gressum Speleæ: virûmque
Viuendi cœleste genus miratus, amorem
Imbibit immensum cœli: sicq; ipse perosus
Incolæ Carmeli vixit:

316. Illis etiam temporibus celebriores inter Essenos habebantur Manachemus: de quo Iosephus [a] referens quæ prædixerat de Herode: qui omnes Essenos propter ipsum honorauit. Quod etiam annotat Bergomensis circa annum Christi 30. *Hos Essenos seu Essæos propter Manachemum quemdam inter eos virum sanctum Herodes Antipas, dum vixit, honorauit.* (fallitur in Herode qui non erat Antipas, sed antiquior Herodes Rex Iudææ) Scariothus quoque, de quo Paleonydorus *lib. 1. cap. 5.* hæc scribit: *De horum* (Essenorum) *congregatione erat ille magnus Abbas & Propheta Scharioth:s, qui (teste magistro historiarum) fuit vnus illorum qui Christo resurgenti consurrexit.* Et Brocardus in Terræ Sanctæ descriptione hæc de eodem: *Ex Bethlem vnâ leucâ, & amplius, in via, quæ ducit Thecuam, est sepulchrum S. Carioth Abbatis cum suis Monachis, quo migrante omnes migrauerunt, & fuit illuc magnus populorum concursus.* Bartholomæus quoque Cassaneus [b] loquens de Monachis veteris Legis, consequenter sic habet: *In volumine Ecclesiast. historiæ in Rubrica de signis de morte Domini habetur de S. Scarioth, qui Abbas Monasterij fuisse dicitur: quo mortuo eius Monachi sub eius obedientia degentes inconsolabiliter doluerunt: Ex quo comprehenditur, quod Scarioth Abbas fuit, & non simpliciter Abbas, sed sub se Monachos habuit.* De eodem agunt alij relati à Lezana *tom. 1. Annal. ad annum mundi 4065. n. 9.*

[a] Lib. 15. Antiquit. cap 13.

Inter Essenos tunc celebres erat Manachemus,

Et Scarioth:s.

[b] In Catalogo gloriæ mundi 4. parte considerat. 83.

Eodem tempore viuebat Apollonius ille Eremita, natione Græcus de quo scribit Troilus Malvetius *in Tractatu de Canonizatione sanctorum,* sub ficem: *eum tempore Christi in quadam silua pastoribus prædicantem, Christū verum esse Messiam, à Iudæis clauis ligneis in Domino passum esse martyrium, & per Nicolaum primum canonizatum fuisse.* Existimat ipsum fuisse primum per Romanum Pontificem canonizatum de quo tamen Bellarminus & alij aliter sentiunt. De S. Ioanne Baptista, tunc quoque à puero in desertis agente, testimonium perhibet sacer textus: *Puer autem crescebat, & confortabatur Spiritu, & erat in desertis vsque in diem ostensionis suæ.* Ita Lucæ 1. De illo autem inter *Essenos* conuersante, eorumque Institutum profitente, & sua eximia sanctitate mirifice illustrante agetur capite sequenti.

De Apollonio Eremita tempore Christi martyrio affecto.

CA-

Digitized by Google

CAPVT XI.

Tempore Christi & Apostolorum, in primordiis Ecclesiæ, Institutum Propheticum Elianum magnoperè vigebat in Carmelo, ac alijs Palæstinæ, & Ægypti locis.

317. QVòd vinea Carmeli, ab ELIA plantata, ab *Eliseo*, ripata, & à Deo, cum incremento, iugiter conseruata, mirificè efflorueri, & fructificauerit in primitiua Ecclesia, comprobatur tum Sacrorum, tum cæterorum Scriptorum authoritatibus. Et quidem quoad Sacros, S. Lucas *in actis Apostolorum capite* 11. nomine *Prophetæ*, & *cap.* 3. per ista: *Vos estis Filij Prophetarum*, non denotat eos, qui futura aut occulta pandebant, sed qui specialiori Dei cultui, & obsequiis vitam suam nuncupauerant, imitatores scilicet, & posteros SS. Prophetarum ELIÆ & *Elisei*; tales enim plures cognoscens S. Petrus præsentes concioni, quam habebat, post miraculum in sanato claudo ex vtero matris; vt eos vehementiùs attraheret, cognominans eos proprio titulo, quem à Prophetis traxerant: dixit eis: *Vos estis Filij Prophetarum.* Ita Ioannes Patriarcha Ierosolymitanus *a*. Idem copiosè probant Lezana *b*, & Wastelius *c*, vbi concludens, ait: *Puto, quòd in vniuersa Scriptura non reperies, vbi vocabulo Filiorum Prophetarum totus ipse intelligatur populus, vel non ipsa posteritas Sanctorum* ELIÆ *& Elisæi.*

Per illa Vos estis Filij Prophetarũ, *& nomine* Prophetæ *in Actis Apost. designantur posteri & imitatores* SS. *Prophetarum* ELIÆ *& Elisei.*

318. Id etiam confirmatur ex Eusebio Cæsarienſi *libr.* 2. *historiæ Ecclesiast. cap.* 3. eos nuncupante *Prophetici Ordinis viros.* Verba eius referentur *cap.* 14. Est autem *Ordo Propheticus* seu *Prophetalis*, à Prophetis inchoatus & propagatus. Alij appellant *Professionis Prophetica viros.* Ita Genebrardus *lib.* 1. *Chronologiæ*: aut *Instituti Prophetici*, vt habet Bolducus *de Ecclesia ante Legem lib.* 1. *cap.* 5.

a Lib. de Institut. primor. Monach. cap. 37. & 38.

b Tom. 1. Annal. in apparatu

c Lib. 1. Vindic. sect. 5. art. 8. §. 7. *sub finem.*

Wastelius ibidem ex S. Chrysostomo, Theophylacto & aliis de iisdē veteribus Religiosis explicat illa S. Lucæ verba *d*. *Erant autem in Ierusalem habitantes viri Religiosi ex omni natione, quæ sub cœlo est.* Et certè illa intelligēda de Religiosis Filiis Prophetarū ELIÆ posteris, tradit apertissimè præfatus Patriarcha Ioannes, *in dicto lib. cap.* 34. vbi postquam declarasset, multos Iudæorum diuersis temporibus, ob captiuitates, & oppressiones, patriam suam relinquentes, ad diuersas mundi partes dispersos, in istis regionibus filios genuisse, & istos successiuè alios, loquentes linguas & idiomata gentium illarum regionum, in quibus nascebantur: *Ex his autem* inquit, *Iudæis natis in regionibus illis, multi, deuotione tracti Terræ promissionis, tempore Imperij Tiberij Cæsaris, ad terram illam, cum in pacis teneretur tranquillitate, re mean-*

d Act. 2.

Genuina explicatio istorũ verborum: erant in Ierusalem habitãtes viri Religiosi ex omni natione quæ sub cœlo est. Act. 2.

reneantes, studebant religiosè illic viuere, copulantes se prædictis Religiosis, habitantibus in Terræ promissionis vrbibus; præsertim illis, qui manebant in Ierusalem. Quorum memoratus fuit beatus Lucas in Actibus Apostolorum, dicens: Erant autem IN IERVSALEM HABITANTES IVDÆI VIRI RELIGIOSI EX OMNI NATIONE, QVÆ SVB COELO EST. *Habebant siquidem prædicti Religiosi tunc mansionem maximè in Ierusalem: quia cum esset Ciuitas insignis, & Metropolis Iudæorum, in qua cultus diuinus præcipuè vigebat, reperiebant in ea plures deuotos Iudæos, qui se ad eorum Religionem cõuertebant. Quos postquam prædicti Religiosi in rudimentis disciplinæ Prophetica, & Monastica vitæ erudierant, ad eremos transferebant.*

Mansio seu Collegium huius Ordinis Ierosolymis olim erat velut Seminarium seu nouitiatus.

Erat igitur in Hierosolymis velut Nouitiatus, & seminarium Ordinis Prophetici: & ibi instructi ducebantur ad eremos. Anno autem, quo pro salute generis humani Christus crucifixus in cœlos ascẽderat, in die Pentecostes Religiosi isti, tum qui Hierosolymis habitabant, tum qui ex eremis, aut aliis vrbibus Terræ Sanctæ, iuxta legis præceptum conuenerant, audientes, & videntes mirabilia quæ per Apostolos fiebant, ab ipsis baptizati, illorum facti sunt coadiutores, prout latè refertur in eodem libro per plura capita *b*. Et quidem quòd Apostolicæ militiæ pro Euangelij promulgatione, socij fuerint, latiùs demonstrabitur in sequentibus.

a De Instit. prim. mon. c. 35. 36. 37.

319. Quoad alios Scriptores primus occurrit, qui de Carmelicolis in Primitiua Ecclesia celebre testimonium perhibet, vetustus Author Iosephus Antiochenus Diaconus, suprà relatus *in Speculo perfectæ militiæ Christianæ cap.* 12. istis verbis (quæ quia pauca sunt, & exprimunt pertractanda in sequentibus, ea hic repetemus) *Perfectorum militum Christi, Apostolorum coadiutores surrexerunt strenuissimi viri solitarij, contemplationique dediti, sanctorum Prophetarum* ELIÆ *& Eliſei sequaces: Qui de Monte Carmeli descendentes, per Galilæam, Samariam & Iudæam fidem Christi constantissimè sparserunt. Quique in Virginis* MARIÆ *honorem, in montis Carmeli decliuio, fabricantes Oratorium Saluatoris matri specialissimè seruierunt.* De isto Iosepho, & eius Speculo, scribunt Gesnerus, Miræus, Possevinus, & alij plures vetusti & recentiores, quorum aliquos retulimus *par. 2. c. 2.*

b Lib. 5. c. 8.

320. Istis consonant peruetusta Chronica Romana producta *cap.* 2. & alia etiam antiquissima Chronica apud Philippum Ribotum *in Speculo Carmelitano* b *& Lezana tom. 2. Annal.* c ac alios de quibus capite sequenti. Quoad alios Scriptores Orthodoxos, Iudæos, & Gentiles, eorum testimonia de Religiosis in Carmelo & aliis Terræ Sanctæ locis degentibus circa Christi ortum, & temporibus Apostolorum videri poterunt suprà *cap.* 2. & etiam in sequentibus alia occurrent.

c In Apparata c. 5.

S. Ioannes Bapt. fuit sectator ELIÆ, *& in modo viuẽdi illis similis.*

Potissimùm verò, quantum in exordio Ecclesiæ efloruit Eliana posteritas, constat ex Philone scribente de Essenis: quorum Institutum sectatus etiam fuit sanctissimus Christi Præcursor Ioannes Baptista. Et sanè ipsum ELIÆ sectatorem extitisse, tum sacræ Paginæ, tum Patrum ac Doctorum testimoniis non obscurè ostenditur, dum inter alia eius encomia asseritur vixisse: *in spiritu & virtute* ELIÆ: id est omninò & prorsus in viuendi modo ELIÆ similis. Vnde S. Hieronym. *in Mattheum* 11. Ideo, inquit,

quit, dictum fuisse, *quia vitæ austeritas, rigorque mentis,* ELIÆ, *& IOANNIS pares sunt, ille enim in Eremo, & iste in Eremo; ille zonâ pelliceâ cingebatur, & iste simile habuit cingulum.* Sic etiam ibidem Theophylactus: *In Virtute & spiritu* ELIÆ *venit* IOANNES, *eò quòd Eremita fuit etiam ipse.* Ob hanc vitæ omnimodam similitudinem Christus loquens de Ioanne *Matth.*11. ait: *Ipse est* ELIAS: non in persona, prout Iudæorum nonnulli putabant, sed paritate: & quidem sicut Monastici Instituti Antesignanus, & Princeps extitit S. ELIAS, in veteri lege; ita etiam in noua S. IOANNES BAPTISTA, prout conuincit venerabilis authoritas Patrum. Vndè Cardinalis Bellarminus [a] hæc de illo habet: *Ioannem Baptistam Monachorum & Eremitarum Principem fuisse scribunt ferè omnes Patres.* Hinc & alter quoque Cardinalis Baronius [b] contra Centuriatores Magdeburgenses insurgit, quòd impiè, & temerè negauerint Ioannem Monachum esse, & Monachorum Antesignanum: *Eo* (inquit) *deuenerunt stultitiæ, vel potiùs meræ iniquitatis, vt malint corrumpere verbum Dei, & Ioannem vitæ otiosæ, & deliciosæ infamare, quàm Monasticam ab eodem met Ioanne dimanantem vitam, in Ecclesia altissimis defixam radicibus, euangelicâ attestatione; vt subripi & euelli vsquam possit, adstipulari vel profiteri velle.*

Adeo vt à quibusdam putaretur in persona ELIAS *ipse.*

Verè Monachus fuit, & in noua Lege Monachorũ Princeps.

a *Bellarm.* lib. 2. Monach. c. 5.

b *Baron.* tom. 1. Annal ad an. Chr. 31.

321. Quòd autem inter Essenos vixerit, & vnus fuerit ex eis, disertis verbis asserunt authores, relati suprà *cap.* 4. Istis concinunt Ferdinandus Vellosillus [c] dicens: *Iosephus libr.* 18. *Antiquit. ait, ante Christi aduentum fuisse in deserto Iudææ Collegium Essenorum more nostrorum Religiosorum, & Anachoretarum, qui sanctissimam ducebant vitam, ab vxoribus abstinentes, quorum institutum secutus est Ioannes Baptista.* Item Ioannes Carthagena [d] *Sine dubio,* ait, *Ioannes vitam egit in desertis illis inter Filios Prophetarum, tunc dictos Essenos, qui* ELIÆ *disciplinam profitebantur.* Hinc etiam sequitur, ipsius discipulos pleroſque inter Essenos meritò accensendos, quos de Christo Saluatore instruxit, prout latè declarat præsatus Ioannes Ierosolymitanus & confirmat authoritas Ecclesiæ, in Officio de quo suprà *parte* 2. *cap.* 3. vbi de ELIÆ imitatoribus & posteris dicitur, quòd *Ioannis Baptistæ præconio ad Christum, & Euangelicam fidem comparati fuerint.*

Vixit inter Essenos fuitq; vnus ex eis.

c In Aduert. Theolog. ad S. Ambros. quæst. 13.

d Tom. 4. l. 17. homil. 2. obiect. 10.

CAPVT XII.

Loca varia, quæ in primitiua Ecclesia, & etiam ante ac post, incoluerunt posteri successoresq; SS. Prophetarum ELIÆ *&* Elisei *designantur.*

322. LOca magis nominata, quæ inhabitarunt Filij Prophetarum, & Esseni, sunt Carmelus, locus originalis, & incunabula Ordinis:

Filij Prophetarum & Issæi

mansiones habuerunt in Carmelo, seu loco originali,

Regio etiam circa Iordanem familiarissima fuit habitatio eorum, vt patet ex *lib.4. Regum cap.2. & 6.* & ex S. Hieronymo ac Isidor. relatis *parte 2. cap. 1.* scribentibus quòd *Eliseus & Filij Prophetarum sibi ædificauerint casulas propè fluenta Iordanis*: & ibi moratus fuit S. Ioannes Baptista.

Circa Iordanem vbi ædificabant casulas.

323. Habitacula etiam habuerunt circa lacum Asphaltitem, cuius *lib.1. Machabæorum cap.9.* mentio fit: *Fugerunt in desertum Thecue, & sederunt ad aquam lacus Asphar*: qui iuxta Lyranum, Dionysium Carthusianum, & alios, idem est quod mare mortuum: estque in Palæstina haud longè à Iordane; illum autem lacum, cum Plinius [a] describisset, subdit: *Ab occidenti littore Esseni.* Et Solinus Plinij veluti Scholiastes: *Interiora Iudææ, quæ Occidentem contuentur; Esseni tenent* &c. De ijsdem Essenis Palæstinam & Iudæam incolentibus Philo in libro: *Quòd omnis probus sit liber*, agit, vbi inter alia: *Nec Palæstinæ Syriæque deest hoc genus hominum virtutem sectantium.*

In deserto Thecue.

[a] *Plinius* lib.5. c.17.

Circa Engaddi.

324. Circa illud desertum Thecue erat Oppidum Engadda, de quo ibidem Plinius: *Infrà hos* (Essenos) *Engadda Oppidum fuit.* Etenim Engaddi habitationem fuisse Discipulorum Eliæ, & *Eliſei*, Filiorum Prophetarum, ac Essenorum clarè habetur ex illis verbis Genebrardi: *Eliseum construxit cellas Prophetis in Ierichuntis solitudine* &c. *fuitque desertum hoc vsque Engaddi ab Essenis inhabitatum.* Similia habet Iacobus Zeglerus relatus *cap.4.* De eodem illo deserto hæc habet Andrichomius *in descriptione Terræ Sanctæ in Beniamin num.97.* dicens: *Quarentena desertum inter Ierusalem, & Iericho incipit iuxta Anathoth, & extenditur supra Galgala, vsque ad desertum Thecue, & Engbaddi iuxta mare mortuum. Hic commoratus est Ioannes Baptista, inibique in eius memoriam extructa fuit Ecclesia, & Monasterium, quod Græci Monachi inhabitabant.*

In Galaad, Galgala Sarepta &c.

325. Mansiones etiam olim habuerunt in Galaad, Galgala, Bethel, Iericho, Sarephta, & Ierosolymis, vbi erat locus amplus, & quasi Seminarium tyronum, atque hospitium magnum, aptum recipiendis aliunde aduentantibus ad solemnitates festorum, prout constat ex *libro de Institutione primorum Monachorum capite 35.* his verbis: *Religiosi viri Filij Prophetarum, Eremitæ Montis Carmeli, & alij iuxta fluenta Iordanis, & in cæteris eremis, & suburbanis Ciuitatum Terræ promissionis habitantes, ne præcepta Legis transgrederentur, annis singulis in Ierusalem ter conuenire consueuerant; vt iuxta Legis præceptum, tres festiuitates peculiares, Paschæ, Pentecostes & Scenopegiæ illis celebrarent. Et ob hoc quàm maximè mansionem Religiosi Filij Prophetarum habebant in Ierusalem, vt in dictis festis conuenirent ad eam.* Vide etiam, quæ de ista mansione Ierosolymitana ex eodem libro relata sunt capite præcedenti. Erat autem illud collegium, seu habitatio sita in monte Sion, in parte illa quæ dicebatur Mello, haud multùm remotè à Cœnaculo illo, in quo Christus vltimam cœnam instituit, vt ex eodem libro *capite 35.* habetur: & ex Thoma Waldensi *de sacramentalibus* [b] his verbis: *Prope hoc Cœnaculum contemplatione B. Virginis Carmelitæ hospitium acceperunt, illuc ad festum Pentecostes descendentes.*

Ierosolymis.

[b] Titulo 9. c.84. n. 2.

326. Post passionem autem Domini etiam aliam mansionem habue-

runt

runt Carmelicolæ in loco dicto *Porta Aurea*, prout habetur ex antiquis Chronicis Romanis & ex hiitoricis Ordinis: ij ſunt Ioannes de Vineta Armoricus, qui floruit ante annos trecentos, *in Chronico Ordinis* ita ſcribens: *Quidam illorum* (Religioſorum Montis Carmeli) *anno ſeptimo à paſſione Domini, regnante Romano Imperio vſque ad tempus Titi, & Veſpaiani Imperatorũ, apud Ieruſalem in Porta Aurea religiosè conſederunt.* & Ioannes Groſſius Ordinis Generalis electus anno 1389. *in Viridario Ordinis claui* 1. his verbis: *Sicut in Chronicis Romanis legitur tempore prædicationis Apoſtolorum, anno à natiuitate Domini quadrageſimo primo, regnante Imperio Romano, ad tempora Titi & Veſpaſiani apud Ieruſalẽ in Porta Aurea, vbi Ioachim & Anna, progenitores Virginis* MARIÆ *ſibi mutuo obuiauerunt, religiosè conſederunt. Et ibi ad honorem, vbi concepta fuerat, Eccleſiam conſtruxerunt, & vnà cum Apoſtolis in multis regionibus fidẽ Chriſti conſtanter prædicauerunt.*

Vbi etiam fuit celebre illud Collegium, ſeu Conuentus in loco dicto Porta aurea.

Prout habetur ex veteſtis Chronicis & hiſtoricis Ordinis.

Ita habent exemplaria antiqua MSS. In impreſſo Veneto paulò aliter id refertur: in quo rectè notat Lezana, errorem typographicũ quoad numerum annorum irrepſiſſe. Haud multùm diſſimilia ſunt quæ Ioannes Hildesheim, etiam veteſtus & inſignis ſcriptor, quondam S. Petri Thomę Diſcipulus, *in libro de principio Ordinis Glorioſiſſ. Virginis* MARIÆ *de Monte Carmelo, contra detractores cap.* 14. ſic commemorat: *Traditum tenemus à Patribus, quòd primus Conuentus Ordinis poſt Montis Carmeli Collegium fuit in loco, qui Porta Aurea dicitur, in quo Ioachim & Anna conuenerunt, & in illam coniunctionem conſenſerunt, ex qua Glorioſa Virgo concepta fuit, & nata: quaſi B. Virgo diceret, ibi meritò debent morari fratres mei, vbi primò tractatum eſt de conceptione mea.*

Ferè eadem habeat Ioannes Palæonydorus *in hiſtoria Carmelitana libro* 2. *cap.* 1. Balduinus Leerſius *in Collectario exemplorum cap.* 1. & Petrus Lucius *in compendio hiſtoriali.* Præ cæteris autem accuratè (vt ſolet) id pertractat Lezana *tomo* 2. *Annalium ad annum Chriſti* 40. vbi *num.* 4. circa præfata ex Ioanne Hildesheim, addit: *Potuit autem hic Pater hanc nouam manſionem primum Conuentum Ordinis, poſt Montis Carmeli Collegium, appellare; quia vel fuit primus in Lege noua, poſt receptum ab Elianis Chriſti Euangelium, vel quia fuit primus ſub titulo forſan B. Virginis de Monte Carmeli, prout relata ipſius indicant verba; cum ſub hoc tempore primùm eo titulo cognominari cœperint.* Ibidem *numer.* 7. ex Arnoldo Boſtio & Palæonydoro tradit, manſionem illam, ſeu Monaſterium in Porta Aurea, *Sanctæ Annæ* nuncupatum, renouatum fuiſſe à S. Helena circa annum Chriſti 326 & quòd illud ſequentibus temporibus ſemper celebre fuerit: prout etiam conſtat ex vita S. Angeli, ſcripta ab Enoch Patriarcha Ieroſolymitano: in qua *cap.* 3: legitur, parentes S. Angeli in Eccleſia illius Conuentus ſepulturæ traditos: ipſumque S. Angelum, & eiuſdem fratrem Ioannem in illo monaſterio habitum Religionis ſuſcepiſſe.

In eo S. Angelus & eius Frater habitu religioſum ſuſceperunt.

327. Colonias quoque duxerunt in Ægyptum, prout ſcribit Philo libro *de Vita contemplatiua*, ſic: *Hoc genus* (Eſſenorum) *reperitur in multis Orbis regionibus, meritò, vt abſolutæ probitatis receptum à Græcis atque Barbaris, maximè tamen*

mè tamen in Ægypto, frequentatur per præfecturas singulas. Et quidem circa Alexandriam, vbi à S. Marco in Euangelica Lege instructi fuêre: de quibus in sequentibus. Et circa locum seu stagnum *Mariam*: prout habetur ex eodem Philone, iam *dicto 3 libro*: Nec non in Schiti: de quibus Adrianus Adrianius suprà *cap.* 4. Istis verbis: ELIÆ *atque Elisæi discipuli Esseni appellati sunt: atque è vicinioribus Engaddi locis totam peruaserunt Ægyptum, quæ Sciti appellatur.*

In Ægypto etiam circa stagnum Mariam & in Schiti.

328. Olim etiam Instituti huius cultores mansiones habuerunt in deserto, haud longè ab Ierosolymis, *Laurę* nuncupatas, à magno illo Instituti monastici Eliani cultore, & propagatore Caritone extructas circa annum Christi 276. postea ab Euthimio, Saba, Theotisto & aliis amplificatas: de quibus, eorumque colonis tractat idem Lezana locis variis *to.* 2. *&* 3. *Annalium.* Vide etiam infrà cap. 19.

Mansiones illorum in quibusdam locis vocabantur Lauræ.

329. In istis porrò locis omnibus posteri & successores ELIÆ ac *Elisei*, Filij Prophetarum, & Esseni manebant in cellulis, & exiguis casulis, tabernaculis, vel tentoriis. Ita enim affirmat S. Hieronymus, dum de illis, qui iuxta fluenta Iordanis mansionem elegerant, *in Epistol. ad Rusticum* affirmat *casulas sibi ædificasse: & in Epist. ad Paulinum*, dum asserit *in tabernaculis habitasse*. Ea etiam *casulas* appellat S. Isidorus 2. *officior.* Habitabant quoque sæpiùs, in eremis, & montibus, in cauernis & speluncis terræ (quæ etiam antra vocantur,) de quibus S. Paulus, ad Hebræos[a] inter quas celebrior est, & omni nationi venerabilis, ac vsque ad hæc nostra tempora perseuerans, quæ in Carmelo Monte *spelunca* ELIÆ dicitur, & ad partem Occidentalem illius, ad Caypham Ciuitatem respiciens, cernitur.

[a] Ad Hebr. 11. v. 38.

CAPVT XIII.

De Capella, seu Oratorio, quod à Carmelicolis post Christi in Cœlos ascensionem SS. Virgini Deiparæ constructum & dicatum fuit in Carmelo.

In Carmelo Capella seu Oratorium constructū & dedicatū fuit SS. Virgini adhuc in viuis existenti.

330. DE primo sacello, seu Oratorio in Carmelo ad honorem SS. Virginis MARIÆ Deiparæ constructo, ipsâ adhuc viuente, & restaurato, seu verisimiliùs translato, aut alio ædificato post eius assumptionem, præ cæteris accuratè & luculentè tractat Lezana *tomo* 2. *Annalium* variis locis, & specialiter *in apparatu cap.* 6. vbi *num.* 6. hæc habet: *Nunc iam ad celeberrimum aliud nostrorum Patrum primæuæ Ecclesiæ facinus progrediamur. Est enim tum nostris, tum pluribus de exteris auctoribus pro comperto, hos primos nostros*

nostros in Legis nouæ crepundiis Carmeli flores Virgini Deiparæ èo dicatos fuisse, vt ipsi Oratorium, Sacellum, seu Cappellam in Carmelo primi nuncupauerint. Quod cũ plurimorũ authorum testimoniis probasset, *numer.* 10. Subiungit: *Circa hæc porrò tùm Ecclesiæ tùm veterum & recentiorum, tam nostri, quàm exteri Instituti Doctorum testimonia, quibus constanter & vnanimiter asseritur priscos illos Carmelitici Montis Colonos infantis Ecclesiæ æuo florentes, Virgini Oratorium, Capellam seu Ecclesiam dedicasse, de quibusdam præmonendus Lector, nostræ historiæ scopo propriis, & internis. Illud quidem primò, hanc veritatem veluti per iugem traditionem à nostratibus semper conseruatam, & de senioribus adiuniores inoffenso pede deriuatam fuisse. Vt enim omittamus omnes Ordinis Historicos (quorum aliquot retulimus) eam vltrò acceptasse, & confirmasse, exarata inuenitur in antiquissimis Religionis nostræ Statutis, quæ circa annum Christi* 1200. *à B. Brocardo, inter Generales Latinos secundo, edita fuêre, prout rectè Petrus Wastelius in Vindiciis libri Ioannis Iarosolymitani de Institut. Monach. artic.* 14. *& de quibus Alexander IV. in diplomate ab eodem Wastelio relato.*

331. Abbas Trithemius, qui de Ordine Carmelitano duos libros scripsit, in priore, qui est de ortu, & laudibus eiusdem, hæc *capite septimo*, de isto Oratorio habet: *Enimuerò non diu post Dominicæ passionem, crescente per Iudæam fide Christianâ, Fratres Montis Carmeli Capellam in eiusdem montis latere in Dei Genitricis honorem construxerunt: eamque in Ordinis sui Aduocatam, & Patronam elegerunt & Fratres eius deinceps appellati sunt. Sicut ergo à Carmelo Carmelitæ, ita à Capella, quam ædificarunt, vsque in hodiernum diem, Fratres Beatissimæ Dei Genitricis & Virginis appellantur. Et digna quidem Carmelitis denominatio, vt qui Dei Matrem speciali semper amore venerantur, etiam illius sint titulo clariores.* Et infrà: *Nec dubium mihi est, quin Dei parens* MARIA *hunc Ordinem speciali fauore prosequatur, quem & loco vicinum, & tempore primum sibi & Filio in obsequio exortum recognoscit.* *Et propterea Ordini huic adscriptus fuit titulus* B. Virginis MARIÆ de monte Carmelo.

332. De eodem Sacello latè tractat insignis Homiliographus Ioannes de Carthagena *libro* 17. *Homilia* 3. vbi adfert rationes ob quas hic Ordo singularem B. Virginis MARIÆ amorem ac patrocinium promeruerit: *Accedit*, inquit, *secunda ratio, quam grauissimi Auctores tradunt, nempe quia Fratres Carmelitæ fuerunt primi, qui in Ecclesia Dei Templum seu Sacellum in honorem B.* MARIÆ *Virginis erexerunt.* Deinde adducit Authores, qui de illo Sacello scribunt: tandemque illud fuisse primum in toto Orbe Templũ seu Oratorium Beatissimæ Virginis consecratum sic concludit: *Vetustius autem à Carmelitis fuisse constructum templum Virginis sacrum grauissimorum virorum authoritas, quos suprà retulimus, luculenter confirmat, quidquid Vincentius, Volaterranus, Beutherius & Bassæus scribant. Nam cum historiæ fides ex numero, & testium grauitate crescat, tot sunt pro hac sententia testimonia simul cum antiquissima eiusdem Religionis traditione, vt ab authoritate paucorum, ac singularium testium minimè superari queant.* *Fuit illud Sacellum primum in Orbe ipso erectum.*

333. Antiquiores Scriptores de illo Oratorio, seu Sacello sunt Iosephus Antiochenus, & Author Chronicorũ Romanorum, de quibus supra cap.

pra *cap.* 11. Ioannes Hierosolymitanus *libro de Institutione Monachorum cap.* 36. (alias 43.) his verbis: *In memoriam visionis de ortu huius Virginis præostensæ sancto Prophetæ* ELIÆ *sub specie nubeculæ, ascendentis de mari in Carmelum, monachi prædicti, anno incarnationis Filij Dei octogesimo tertio, diruentes eorum Semnion antiquum, ædificauerunt ad honorem huius primæ Virginis Deo dicatæ Capellam quandam in Monte Carmeli, iuxta fontem* ELIÆ, *in situ illo, in quo* ELIAS *orans viderat nubeculam illam quasi vestigium hominis, de mari ascendere in Carmelum, vbi professores prædicti seipsos huic Virgini commendantes singulis diebus [in septem horis canonicis] ad effundendum dictæ Virgini, & eius filio, sedulas preces, & supplicationes, atque laudes ex tunc semper conuenerunt, ibique de Verbo Diuino, culpisq; vitandis, & animarum salute procuranda humili colloquio ad inuicem contulerunt: & propterea cæteri, etiam ab eorum religione externi, eos deinceps Fratres B.* MARIÆ *Virginis de Monte Carmeli semper appellauerunt.*

Notandum autem non vnum dicatum, sed duo fuisse Sacella in Carmelo ædificata, aut vnum postmodum translatum seu renouatum.

334. Circa ista Ioannis Ierosolymitani verba rectè Lezana *tomo* 2. *Annalium ad annum Christi* 83. *n.* 5. hæc adnotat: Quòd non vnum, sed duo fuerint huiusmodi Sacelli Dei Matri à nostris dicata, vel potiùs vnum ad diuersum locum eiusdem montis, diuerso tempore mutatum seu translatum. Etenim sub anno Christi 38. id primo cœptum fuisse in decliuio, seu latere Montis, eâdem Deiparâ viuente, & testimonia illa, pietas & deuotio Ordinis erga tantam Patronam, ipsiusque erga Ordinem beneuolentia, ac titulus *Fratrum Beatæ* MARIÆ *de Monte Carmelo* à primæuæ Ecclesiæ æuo eidem competens, sufficienter suadent. Similiter sub anno 83. in mõtis summitate, vel vertice, ex priori loco translatum, seu mutatum, Sacellum fuisse consecratum eidem Deiparę, testimonia eis locis relata, & quę in præsenti retulimus, abundè quoque confirmant. Ita Lezana.

Agunt de eo scriptores plurimi vetusti & neoterici domestici, ac exteri.

335. Eiusdem etiam Sacelli meminerunt S. Cyrillus lib. *de Processu & Regula Ordinis cap.* 5. his verbis: *Monasterium in hoc Monte Carmeli, iuxta fontem* ELIÆ *Prophetæ ædificari fecit, infra cuius Septa includi ac renouari iussit Capellam, quam ad honorem Beatæ Dei Genitricis* MARIÆ *prædecessores eorum post Ascensionem Christi construxerant:* Et Ioannes Grossius, quondam Ordinis huius Generalis in *Viridario suo*, agens de Carmelo, hæc habet: *Iste verò mons Carmeli distat à Ciuitate Achon quatuor milliaribus, à ciuitate Cæsareâ nouem milliaribus, ciuitate sanctâ Ierusalem* XXXII. *Leucis. Sed à ciuitate Nazareth, quæ erat ciuitas Gloriosæ Virginis* MARIÆ, *in qua erat quando Angelus eam salutauit (vt habetur ex testimonio Euangelij) tantùm distat tribus milliaribus: & ob hoc ipsa Virgo Gloriosa* MARIA, *tamquam suos, ipsos Filios Prophetarum visitauit sæpius: & ipsi primi ad honorem ipsius Gloriosæ Virginis Capellam fabricauerunt.*

336. De illo quoque Oratorio agunt cæteri historici nostri, specialiter verò Arnoldus Bostius *in Breuiloquio, particula* 2. *cap.* 1. (habetur hic suprà *parte* 1.) & latiùs *in Speculo Historiali lib.* 4. & in *libro de Patronatu cap.* 2. Ioannes Palæonydorus *lib.* 2. *ca.* 8. Baptista Mantuanus variis locis, specialiter verò *lib.* 3. *Parthenices Marianæ*, vbi de Monte Carmelo, ac incolis eius, & quomodo SS. Virgo MARIA dictum locum quandoque inuiserit, sic cecinit.

Huc

Huc igitur, si quando quies, vacuumq́ negotI
Tempus erat, veniens curas lenibat, & ipsa
Maiestate loci, largè oblectata redibat.
Propterea montana viri spelæa colentes
Audito illius fato, sublime Sacellum
Apricis posuêre iugis primi, &c.

Et in Apologia pro Ordine Carmelitarum, tractans de eodem Sacello, tradit *fuisse illud à Palæstinis & Phœnicibus, Galilæisq́ gentibus celebratum, & summâ semper habitum in reuerentiâ; vtpote quod existimabatur ædium* MARIÆ *prima esse.* Hæc Mantuanus ibi.

Ioannes de Sylueira [a] asserit Capellam illam constructam in honorem Conceptionis Virginis Deiparæ, per Nubeculam S. P. ELIÆ iam olim præostensę.

[a] To. 1. in Euangeliũ lib. 1. c. 3.

337. Alij authores de eodem Sacello scribentes, præter iam dictos, quos adferunt Lezana, & Carthagena; sunt Thomas Waldensis, Armacanus, Ioannes Baco, Iudocus Badius, Sebastianus Murrho, Nauarrus, Didacus Yepes, Hieronymus Platus, Emanuel Rodriguez, Aubertus Miræus, Petrus Caluus & alij plures.

338. Illa autem omnia de Carmelo à SS. Virgine Deipara visitato & Sacello primo ad eius honorem ibi constructo, & quomodò Carmelicolæ, eam peculiariter venerati, in Patronam singularem elegerint, confirmantur quoque authoritate Ecclesiæ, & Sacræ Congregationis Rituum, sæpiùs approbantis Officium solemnis Cõmemorationis Beatissimæ Virginis MARIÆ ad diem 16. Iulij, in quo ad Matutinum *lectione 4. & 5.* hæc canuntur: *Rerum veritate perspectâ, atque probatâ Euangelicam fidem confestim amplexati sunt, ac peculiari quodam affectu, Beatissimam Virginem (cuius colloquiis, ac familiaritate feliciter frui potuêre) adeò venerari cœperunt, vt primi omnium in Montis Carmeli loco, vbi* ELIAS *olim ascendentem Nubeculam, Virginis typò insignem, conspexerat, eidem purissimæ Virgini Sacellum construxerint. Ad nouum ergo Sacellum sæpe quotidiè conuenientes, ritibus pijs, precationibus, ac laudibus Beatissimã Virginem, velut singularem Ordinis tutelam colebant.*

Eiusq́ historia recitatur in Officio Ecclesiæ authoritate approbato.

337. Illud autem Sacellum à plerisque vocatur *Oratorium* aut *Capella*, à Thoma Waldensi, & aliis nonnullis *Ecclesia*: illa enim antiquitùs pro eodem sumebantur, vt patet ex Officio Dedicationis Basilicæ S. Saluatoris, ad diem nonam Nouembris *Ab Apostolorum tempore loca fuerunt Deo dicata, quæ à quibusdam Oratoria, ab alijs Ecclesiæ dicebantur* [b].

A nonnullis vocatur Ecclesia.

b Sect. 4.

Digitized by Google

CAPVT XIV.

Quòd Carmelicolæ fuerint Apostolorum, in promulgatione Euangelicæ Legis, cooperatores.

340. ELiani Carmelitani Ordinis cultores, in fide & doctrinâ Christi instructos, Apostolorum coadiutores fuisse strenuissimos, & Catholicæ fidei pugiles, ac promulgatores, apertè tradunt iidem Iosephus Antiochenus verbis supra relatis & Ioannes Ierosolymitanus *cap.* 38. cuius titulus est: *Eremitæ Carmelitani facti Apostolorum coadiutores, amantes allegoriam veterum Scripturarum.* Vbi inter alia hæc: *Diuinâ & profundiori Sapientiâ Sacrorum Voluminum; tamquam copiosis dapibus, imbuebantur. Deniq; eorum multi ea, quæ ab Apostolis hauserant, cæteris effundentes, fidem Christi per Phœnicem & Palæstinam prædicarunt, dilatantes dogma fidei, & moribus vitæ, ac monasticâ conuersatione, Ecclesiam Dei insignissimam demonstrantes.*

Carmelicolæ temporibus Apostolorum fidē Christi per Phœnicem & Palæstinam prædicant.

341. Confirmant idipsum alij quamplurimi, vetusti & neoterici, tam ex nostris, quàm exteris: imprimis id apertè habetur in antiquissimis illis Chronicis Romanis apud Philippum Ribotum vetustum Scriptorem, *in Speculo Carmelitano lib. 4. cap. 8.* & alios, in quibus legitur: *Fuit tempore prædicationis* IESV *Christi, quod Fratres de monte Carmeli in Hierusalem accesserunt. Et quidam illorum anno Septimo à passione Domini, regnante Romano imperio, vsque ad tempus Titi & Vespasiani Imperatorum apud Ierusalem in porta aurea religiosè consederunt. Et tempore Beati Petri Antiochiæ Cathedrali, ipsi in circumquaque regione adiacente diuersis locis Catholicè pro fide insistebant.* Accedit Armacanus (de quo suprà *parte 2. cap. 2.*) illis verbis: *Insuper in principio nascentis Ecclesiæ in partibus illis prædicando Euangelium sollicitissimè laborauerunt.* Et celebris author Thomas Waldensis *in Doctrinali fidei* [a] cum idem asseruisset, subiungit: *Nec dedignentur Clerici moderni monachos Religiosos in Ecclesia Dei coadiutores habere, quos sancti Dei Apostoli dedignari nolebant; & tamen præsentes Clerici non sint suis Patribus peritiores, sed nec sanctiores Apostolis.* Adstipulantur Baptista Mantuanus *lib. 3. Parthenices*, & eiusdem Commentatores Iudocus Badius, & Sebastianus Murrho, circa illos ibi Mantuani versus.

Quod ex antiquissimis chronicis & quam plurimis Scriptoribus,

[a] Tom. 1. l. 4. art. 2. c. 27.

Namque ipsi sese, mox vt vulgata salutis
Fama fuit, Christi magnis iunxere ministris,
Fautores operis sancti, socioscq; laborum.

Et præcipuis historicis comprobatur.

342. Idem tradunt ex antiquioribus Sigibertus Gemblacensis, Luitprandus, Ioannes Grossius, Venerabilis Ioannes Soreth, Ioannes de Cimineto-

neto. Consentiunt ex recentioribus Ioannes Bonifacius, Carthagena, Laurentius Beyerlinck, Iudocus Clithoueus relati a Lezana *tomo 2. Annalium* [a] & Adrianus Adrianius *lib. de Origine vitæ Monasticæ cap. 2.* vbi postquam Essenorum Institutum commendasset, de iisdem subdit: *Iudæorum meliores* ELIÆ *atque Elisei discipuli Hesseni appellati sunt.* Et paulò infrà: *sanctaque suâ conuersatione victoriam adepti sunt Euangelicæ veritatis; haud dubium post Martyres ipsi Christianorum spirituales milites, ipsorumq; fortissimi.* Adstipulatur quoque Cardinalis Baronius *tomo primo Annalium* [b] ita scribens: *Et vndè, rogo tantopere, post Euangelij prædicationem, testante Philone, longè lateq; per Orbem auctus est numerus Essenorum; nisi quòd ijdem erant Christiani, prædicatione Apostolicâ vbique gentium propagati?*

[a] In Appar. c. 6. n. 3.

[b] Baron. ad an. Christ. 64. n. xi.

343. De istis latissimè tractat Lezana dicto loco: vbi *cap. 7.* per totum ex Patribus aliisque Scriptoribus copiosè & solidè demonstrat, *ferè omnes & singulos per quatuor circiter secula, ante Basilij magni præsertim Institutionem, Monachos seu Anachoretas,* ELIÆ *& Elisei Prophetarum Institutum imitatos fuisse: idq; tam pro comperto doctis cunctis esse debere, vt vix in dubium reuocari possit.* Quod etiam in decursu totius istius Tomi secundi probat, & quinam fuerint in promulgando Euangelio Apostolorum socij, & coadiutores: à quibus missi: quas Orbis regiones peragrarunt: quæ in ipsis strenuè gesserint: quibus mirabiliter gestis coruscarint, describit.

Specialiter à Lezana: qui clarè demonstrat antiquos Monachos fuisse sectatores, seu imitatores ELIÆ.

344. Inter celebriores Euangelicæ Legis promulgatores è Carmelo fuit Agabus ille, cuius mentio facta est suprà *cap. 10.* estque is de quo *in Actibus Apostolorum cap. 11.* hæc referuntur: *In his autem diebus superuenerunt ab Ierosolymis Prophetæ Antiochiam, & surgens vnus ex eis, nomine Agabus, significabat per spiritum, famem magnam futuram in vniuerso Orbe terrarum, quæ facta est sub Claudio.* Qui primarius reputatur, author ædificati, & SS. Virgini Deiparæ dedicati Sacelli in Carmelo (de quo capite antecedenti) vti referunt historici nostri, & diserte tradit Mantuanus *lib. 2. Parthenices Marianæ*, sic de eo canens:

Præcipui promulgatores Euangelij, & Fabricatores Capellæ Marianæ in Carmelo Agabus & Enoch de Amathin.

Incola Carmeli vixit, tandemq; voluto
Tempore, cum magno fidei mysteria Paulo
Edidicit: MARIÆ *primus cum Patribus ædem*
Vertice Carmeli *posuit.*

Ibi *vertice Carmeli* ponitur phrasi poëticâ, Sacellum enim ab Agabo constructum fuit in declivio, seu à latere montis: & quadraginta post annis trãslatum, seu aliud ædificatum fuit in summitate eiusdem. Sanctus quoque Enoch de Amathim præcipuus fuit cooperator, aut etiam author in constructione illius Oratorij, seu Sacelli: & Euangelicæ prædicationis consors: cuius mentio fit in Bullis Sixti IV. Iulij II. & Gregorij XIII. (de quibus suprà *parte 2. cap. 3.*) ex Carmeli incola S. Marci discipulus, & comes, ac Monasteriorum fundator: de quo ex historicis nostris, & exteris Lezana [c] hæc tradit: *Propria autem nos vocant, de Enoch videlicet S. Marci Comite & consorte in Euangelicis Cœnobitis instruendis, eorumque Cœnobijs con-*

[c] Tom. 2. ad ann. Christi 64. nu.

struendis. Hic enim noster Carmeli primitiùs Anachoreta, post martyrium S. Marci ad suum Carmelum reuersus, contemplationi, & orationibus vacans hoc eodem anno 64. pro septima die Iulij, paucis scilicet mensibus à sui Magistri nece, diem clausit extremum; à Fratribus digno honore sepulturæ traditus. Palæonydorus, Petrus Lucius, Corta, Siracenus, Casanate & alij eo loco relati. Ita ille. Ipsum autem Carmeli incolam fuisse, pro comperto est ex dictis Bullis, in quibus inter alios SS. Patres, qui montem S. Carmelum, iuxta ELIÆ fontem inhabitarunt, refertur iste Enoch.

345. De istis autem Agabo, Enocho ac aliis Eliani Instituti cultoribus, per Apostolos, specialiter per S. Petrum in prima sua concione festo Penthecostes, S. Iacobum & S. Marcum, in fide Euangelica instructis, eorumque exindè cooperatoribus, & Monastices circa Antiochiam, & per Ægyptum propagatoribus, Eusebius Cæsariensis, *in sua historia Ecclesiastica lib. 2. cap. 8.* hæc scribit: *Iam inde quamplurimi & alij ex gentibus apud Antiochiam ad fidem veniunt, eorum prædicatione pertracti, quo pro seditione, aduersùs Stephanum commotâ, disseminatos esse per omnem locum, superiùs edocuimus: Per quos, & apud Antiochiam florentissima congregatur Ecclesia, in qua erant etiã Prophetici Ordinis viri quamplurimi.* Illa enim verba *Prophetici Ordinis viri satis* ELIÆ *alumnos* indigitant. Et sanè ipsissima Eusebij verba, si enucleatiùs inspiciantur, intentum suadent. Non enim dicit, erant *Prophetici Ordinis viri* aliquot, nec plures, aut multi, sed *viri quamplurimi.* Quo innuitur, non vocari *Prophetas* propter futurorum prædictionem. Hi enim semper pauci fuerunt, maximè dicente Christo *Matthæi 11. Omnes Prophetæ, & Lex vsque ad Ioannem prophetauerunt.* Superlatiuum ergo nomen *quamplurimi* dubio procul, amplam nominis *Prophetæ* significationem ostentat: nempe Prophetici Ordinis professores significat.

Isti & alij Eliani Instituti, vocantur: viri Prophetici Ordinis.

346. Alij etiam Carmelicolæ, seu Prophetici Eliani Instituti Sectatores, ad alias mundi partes directi fuêre: quos inter emicuit S. Elpidius, de quo in Aduersariis Luitprandi, seu Eutrandi, qui, Berengarij Regis Italiæ Secretarius, claruit ante annum Christi millesimum, & quidem (iuxta editionem Antuerpiensem anni 1640. officina Plantiniana) *numero* seu *fragmento* 118. hæc habet: *S. Elpidius, quem S. Iacobus præfecit Toletanis primum Pontificem, Carmelita Monachus fuit: & in prima Petri concione conuersus ad fidem, cum sociis multis venit in Hispaniam, & Toleti fundauit Monasterium Virginum & Monachorum: vbi postea fuit Agaliense, quod fuerat B. Virgini Sacrum, Monialium harum matri.* Et *numero* 194. *Magna pars eorum, qui dispersi in persecutione S. Stephani ad varias partes traiecerunt, & ad Hispaniam plurimi venerunt, erant ex Monachis Montis Carmeli, prædicationibus Christi & Apostolorum ad fidẽ conuersi: in quibus Elpidius, & socij Pontifices à S. Iacobo creati, & post martyres facti. Numero* autem 286. de eodem S. Elpidio dicitur *S. Elpidium, & eius socios, Episcopos fuisse de numero Religiosorum Carmelitarum, qui in Hispania, & per alias regiones Monachatum introduxerant. Istos vocat Eusebius lib. 2. cap. 3. Prophetici Ordinis.* Inde confirmatur id, quod de istis Eusebij verbis mox dicebamus.

E quibus etiam fuit S. Elpidius primus Episcopus Tolctanus in Hispania.

mus. Sic etiam Rufinus *lib.* 11. *Historiæ Ecclesiasticæ cap.* 5. sanctum Spiridionem, Elianæ Carmeliticæ Religionis cultorem (de quo *capite* 17.) vocat *virum ex Ordine Prophetarum*. verisimile est, istum esse S. Elpidium, eiusque Socios Episcopos, de quibus *ad diem* 4. *Martij in Martyrologio Romano* legitur: *Apud Chersonesum SS. Episcoporum Basilij, Elpidij* &c. Quod confirmatur ex istis eiusdem Luitprandi verbis: *Sunt qui dicunt, ex Chersoneso Hispaniæ delatum corpus S. Elpidij primi Toletani Episcopi (dicti Confessoris, more Gotthorum, ille verò martyr fuit) in Mursiam Italiæ: inde verò Theodorico Metensium Episcopo in eo tempore Metim delatum cum alijs corporibus sanctis.* Ita Luitprandus *numer.* 193.

Fundamēta quibus opus istud *Aduersaria* genuinum Luitprādi probatur, referūtur in prolegomenis, eius operibus præfixis.

347. Rectè autem notat Lezana *tomo* 2. *Annal. ad annum Christi* 40. *num.* 12. Quòd licèt quidam de istius operis auctoritate dubitent, humanam tamen, sicut & alias non canonicas historias, mereri fidem: idque non solùm suadet, quòd Tamaius in principio asserit, scilicet, quòd ex variorum exemplarium fide recensita fuerint (quo denotatur non vnum, sed plura ipsorum exemplaria extare) sed quòd plura, quæ in ipsis continentur, in Dextro, Marco Maximo, Helca, & Iuliano Petri, ac in ipsius Luitprandi Chronico, cui prorsus in stylo, varietate, & compēdio similia sunt, comprehendantur.

Qui Toleti in suburbiis construxit Eremiteriū, seu Monasterium Religiosorū, & etiam Virginum.

348. Ibidem, ex domesticis, & exteris scriptoribus ostendit, Monasterium à S. Elpidio Toleti in suburbiis constructum, nostri Eliani Ordinis fuisse. Cui fauet id, quod Iulianus Perez, seu Petri Archipresbyter sanctæ Iustæ Toletanæ, *in Tractatu de Eremiteriis num.* 15. scribit: *Eremiterium Toleti in suburbio S.* MARIÆ *de Alf.... à temporibus antiquissimis 3. templa Toletanorum: quo venerunt olim Monachi Carmelitæ, & tempore captiuitatis fuit Ecclesia Regis Alphonsi* VI.

Qualiter id intelligendum.

Illud *S.* MARIÆ *de* ALF.... pro comperto est denotare *S.* MARIÆ *de Alfizen*: qui titulus est celeberrimæ Ecclesiæ, & Conuentus nostri antiquissimi Toletani, existitque in hodiernum vsque diem in possessione Ordinis, post multiplices temporum varietates. De eodem agetur etiam infrà *capite* 29. Quoad istud Luitprandi assertum: *S. Elpidius* &c. *Toleti, fundauit monasterium Virginum, & Monachorum*, animaduertit Lezana eodem loco, quòd licèt ex relatis testimoniis quatenus aiunt *Monasterium Virginum & Monachorum ab Elpidio fundatum*, aliqui elicere velint, non vnum, sed plura fuisse monasteria, *Virginum* vnum, *Monachorum* alterum; nihilominus isti animaduertisse non videntur, antiquissimis olim primæuæ Ecclesiæ temporibus, quibus simplicitate potiùs quàm malitiâ ducebantur fideles, monasteria duplicia fuisse, id est Monachorum, & Monialium, quantum honestas patiebatur simul conuiuentium. Quod variis authoritatibus probat: tandemque concludit. *Nomine ergo monasterij Virginum & Monachorum vnum tantùm Cœnobium intelligendum venit, ex viris & fœminis, quantùm fas fuit modestiæ, promiscuum. Nec mirum consuetudinem hanc in Ecclesia insantisi inoluisse, exemplo forsan accepto ex Cœnaculo Hierosolymitano.* Hæc & alia ibi ad intentum.

Digitized by Google

In isto autem loco Sacrarum Virginum postmodum circa annum Christi trecēteſimum, vixiſſe clariſſimam Toletanę vrbis Patronam Leocadiam, autumat idem Luitprandus numero 100. ſed de ea latiùs infrà. De primitiis fidei Chriſtianæ, & Monaſtices Toleti in Hiſpania, confirmantur ex dictis ſub finem capitis 7. vbi de Hebræis in Hiſpania, ab antiquiſſimis temporibus.

CAPVT XV.

Sub medium, ac finem primi, atque initium ſecundi ſeculi Iudæorum & Ethnicorum illuſtriores Scriptores encomijs celebrarunt Prophetici ELIANI *inſtituti cultores ſub nomine* Eſſenorum:

349. HActenus vidimus Carmeli vitem floruiſſe & fructificeaſſe magnoperè temporibus Apoſtolorum: deinceps declarandum eſt, eiuſmodi flores & fructus numquam defuiſſe in ſubſequentibus ſeculis. Quod clarè ſatis indicant etiam illa Cardinalis Baronij *ad annum Chriſti* 342. ſuprà *cap.* 4. explicata: *Erat quidem in Oriente ſummum illud viuendi genus inſtar* ELIÆ *ac Ioannis Baptiſtæ, cunctis hominibus, etiam Ethnicis, & Imperatoribus ipſis venerādum, ſed & impijs quoque hæreticis reuerendum.* Et quidem ſub nomenclatura *Eſſenorum* ipſos admirati, & encomiis proſequuti ſunt etiam Iudæi, & Ethnici relati ſuprà; quos inter primus eſt Iudæorum clariſſimus ſcriptor Philo (vndè excerpta aliqua dedimus *capite* 3.) in libro *de Vita contemplatiua*, ac etiam variis locis in libro *Quòd omnis probus ſit liber*, & *in Apologetico*, in quo Baronianis iſtis iam recitatis verbis ferè omninò ſimilia hæc habet: *Non priuati tantùm, ſed magni etiam Reges viros iſtos admirati obſtupeſcunt, taliſq; vitæ maieſtatem approbationibus, ac honoribus venerantur.* Ipſum verò agere de Monachis Chriſtianis, conuincunt authoritates Patrum, aliorumque grauium Scriptorum, relatę etiam ibidem *capite* 4. Eoſdem quoque *Eſſenos* poſteros fuiſſe ac ſucceſſores SS. Prophetarum ELIÆ & *Eliſei*, manifeſtum eſt etiam ex præcedentibus. Inde conſequens eſt, per Monachos iſtos *Eſſenos* Monaſticum Elianum Inſtitutum primis Eccleſiæ ſeculis continuatum, propagatum, & celebratum fuiſſe: quod latiùs hic declarabimus conſequenter.

Philo Iudæus mirè laudat Monachos Eliani Inſtituti ſub nomine Eſſenorum.

350. At quæret quiſpiam: Cur Philo, cum Iudæus fuerit, Monachorum Chriſtianorum hiſtoricum & Encomiaſtem egerit? Rationes varias adfert Lezana *tomo* 2. *Annal. in Apparatu cap.* 3. vbi inter alia: *Quomodo Philo, natio-*

Digitized by Google

Vitæ, natione, & Religione Iudæus, tam studiosè & diligenter de Essenis Christianis Alexandriæ librum de Vita Contemplatiua, vbi tot ipsorum mira, ac magnifica gesta refert, conscripserit? Deindè, post quorundam responsa, suum quoque hoc subiicit: "Rem ergo altiùs rimantes, consequenter ad dicta asserendum, „ Philonem etsi Hebræum, Christianos Essenos laudibus concelebrasse „ propter duo, quæ nec extranea omninò Iudæorum genti erant, quin „ potiùs aliqualiter in eorum sectæ commendationem cedebant. Primò „ quidem quia Essenei illi, etsi Christo nomen dedissent, Iudaicos tamen „ ritus, quatenùs Religio Christiana eo æuo tolerabat, retinebant. Cōstat „ enim Sabbata, Pentecostes & quinquagesimas obseruasse, vt ex Philone habetur. Nec sufficienti fundamento dici potest per Sabbata & Pentecostas Christianorum festa intelligi posse. Secundò, nam illi non solùm veterum Essenorum, qui ex Iudæa orti fuerunt, instituta obseruabant (vt dictum est) sed insuper natione Iudæi, & ex Iudæis oriundi erant, vt habent Eusebius lib. 2. cap. 16. Sozomenus, Georgius Peccator, „ Cedrenus, Nicephorus, & alij. Fuisse autem in Ægypto & Alexandriæ eo tempore Iudæos, nullus mirari potest, cum constet ex Act. Apostol. „ 2. vers. 10. eo anno quo Christus mortuus est, & resurrexit conuenisse „ Ierosolymam pro festo Pentecostes celebrando inter Iudæos diuersarum Prouinciarum, etiam ex Ægypto. Causam porrò huius dispersionis „ Iudæorum assignat noster Ioānes Ierosolymitanus persecutiones quas „ passi sunt ab Antiocho Rege, & aliis." *Ita Lezana.* *Idq; ab duas rationes.*

351. Vtramque rationem indicant etiam Patres, aliique Scriptores. S. Hieronymus enim *libro de Scriptoribus Eccles.* vbi de S. Marco, inter alia sic ait: *Philo disertissimus Iudæorum, videns Alexandriæ primam Ecclesiam adhuc Iudaizantem, quasi in laudem gentis suæ librum super eorum conuersatione scripsit.* Et Cedrenus vbi de Philone: *Is enim nostrorum, quos ab exercitatione bonorum operum Asceticas vocabant, probans vitam, mirum in modum laudibus extollit, ac magnificat Apostolicos suæ ætatis viros, ab Hebræis, vt videtur, oriundos, ac Essenorum moribus & disciplinâ præclarè institutos &c.* *Indicantur a Patribus.* *a Lib. 2. cap. 16.*

352. Eadem ferè habet Arnoldus Bostius *libr. de Patronatu B. Virginis cap. 3.* vbi hæc de Philone: *Philo Iudæus, sui generis honori studens, in diuersis libris suis de Carmelitis, seu Prophetici Ordinis viris successoribus* ELIÆ *disseruit. Quos constat. Hebræos quidem fuisse &c. Iudaicis adhuc Institutionibus, & Legis obseruationibus licenter adhæsisse. Non enim lex vetus mala fuit, quemadmodum Idololatria; & ideo neque subito repellenda, sed debuit cum honore sepeliri synagoga: vt tempore suo bona fuisse palam ostenderetur.* Ex eodem alia de *Essenis* retulimus *cap. 4.* *Atque alii Scriptoribus.*

353. Cardinalis Baronius *tomo 1. Annalium ad annum Christi 64.* vbi agit de *Essenis*, in eamdem planè conspirat sententiam, dum ait: *Quòd si & obseruationem diei Sabbathi Philo in Essenis commendat, haud mirum est; cum & Apostolos etiam Iudaizasse, eorum acta testentur. Hocq; est quod proinde S. Hieronymus ait: Videns Philo, Iudæorum disertissimus, primam Ecclesiam adhuc Iudaizantem, quasi*

tem, quasi

rem, quasi in laudem suæ gentis librum super eorum conuersatione conscripsit. Et infrà: *satis ex his omnibus constare arbitror, ipsum Philonem, secundùm Eusebij, Epiphanij, Hieronymi, & aliorum sententiam, non nisi de Christianis esse locutum; ita tamen, vt licuerit externo homini, rerum nostrarum secreta inexplorata habenti, & quæ essent Iudæorum Christianorum, Iudæis prorsus adscribere cupienti.*

Claruit Philo post medium seculi primi.

354. Claruit autem Philo sub Claudio, & Nerone, circa, aut paulò post medium seculi primi, à Christo nato: & potissimùm scribit de *Essenis* Alexandrinis, qui à S. Marco in fide Christianâ instructi fuêre, adiutore Enocho de Amathim Carmeli Eremita, ex discipulis S. Ioannis Baptistę (de quo diximus capite præcedenti) & hoc sensu intelligendi sunt authores plures, qui *Essenos* à S. Marco in Monasticâ disciplinâ institutos asserunt; *exploratissimum enim est, ipsos ante D. Marci aduentum eo instituto* (monastico scilicet) *imbutos fuisse*, vt scribit Lezana [a]. Diximus autem istos ab Eusebio Cæsarienſi, & aliis vocari *viros Prophetici Ordinis*, à Philone *libro de Vita contemplatiua* etiam nuncupantur *Therapeutæ*, id est *cultores* seu *curatores*, & *Ichetæ*, hoc est, *Supplices*. Illi autem *Esseni*, qui in Iudææ partibus degebant, baptizati ab aliis Apostolis, & eorum facti coadiutores (vt dictum est capite præcedenti) dicti sunt à S. Luca *Viri Religiosi, Filij Prophetarum*, vt liquet ex dictis *capite* 11. à S. Dionysio Areopagita, Eusebio, Nicephoro *Therapeutæ*, à Cedreno & Suida *Asceta*, id est *exercitatores* veluti pugiles. De aliis quibusdam nominibus, quibus professores huius religionis insigniti fuêre, actum est *suprà post Breuiloquium Bostij, in Appendice.*

[a] In apparatu ad to. 2. Annal. c. 3. n. 11.

Et eodem fere tempore Iosephus Iudæorum historiographus: qui ob eas dem scribit de Essenis.

355. Exploratæ autem fidei historiæ reddunt manifestum, eiuscemodi *Essenos*, etiam sub isto nomine, iugiter perstitisse, & magnopere floruisse non tantùm in Ecclesiæ primordiis, sed etiam longè post. Imprimis id constat ex indubitatis alterius Iudæi Iosephi, atque ex ipsorum etiam Ethnicorum testimoniis. De Iosepho Abbas Trithemius *libro de Scriptoribus Ecclesiasticis* sic habet: *Iosephus Iudæus, Scriptor insignis, qui etsi Iudæus permanserit, genus tamẽ Christianorum sæpè laudauit* &c. *claruit sub Vespasiano & Tito: & vsque ad tẽpora Traiani Imperatoris duranit in humanis.* Hæc ibi Trithemius. Is autem Iosephus in libris *de antiquitatibus Iudaicis*, ac etiam *de captiuitatibus* non pauca de *Essenis* refert, & extollit, vnde quædam relata sunt suprà *cap.* 3. Cur autem ipse Iudæus de Christianis Monachis scripserit, eadem est ratio quæ in Philone.

Quos etiam celebrant Plinius.

Ex Ethnicis primus occurrit Caius Plinius, percelebris scriptor, qui claruit circa annum Christi 89. etiam tempore Vespasiani Imperatoris: cui Opus suum nuncupauit. Is *libro* 5. *historiæ naturalis cap.* 17. describens regiones Palęstinæ, hæc de Essenis commemorat: *Ab Occidente Esseni* &c. *gens sola, & in toto Orbe præter cæteras mira, gens æterna est, in qua nemo nascitur* &c. Illud integrum relatum, & explicatum est suprà *c.* 3.

Et Solinus.

Alter ex Ethnicis, de Monastici Eliani Instituti cultoribus, sub nomine *Essenorum* agens, est Caius Solinus; qui circa annum Christi 110. sub Traiano Im-

Digitized by Google

no Imperatore præclarus habebatur: is *in Polyhistoria cap.36.* singulariter eos sic extollit: *Interiora Iudææ Esseni tenent, qui præditi memorabili disciplinâ recesserunt à ritu gentium vniuersarum, maiestatis (vt reor) prouidentiâ, ad hunc morem destinati. Nullæ ibi fœminæ. Venere se penitùs abdicarunt. Pecuniam nesciũt. Palmis victitant. Nemo ibi nascitur, nec tamèn ibi deficit hominum multitudo. Locus ipse addictus pudicitiæ est. Ad quem plurimi, licèt vndique gentium properent, nullus admittitur, nisi quem castitatis fides, & innocentiæ meritum prosequatur. Nam qui reus est vel leuis culpæ, quamuis summâ ope adipisci ingressum velit, diuinitùs summouetur. Ita per immensum spatium seculorum, incredibile dictu, æterna gens, est, cessantibus puerperiis.* Vbi illud, *per immensum spatium seculorum,* per auxesim dictum crede. Saltem verò ex eo elicias, non circa Christi ortum (vt aliqui existimarunt,) sed saltem aliquot annorum centurijs ante *Esseos* extitisse, de quo latiùs suprà.

Ex his constat, *Esenos*, & consequenter Monasticum Elianum Institutum, perstitisse & claruisse adhuc post tempora Apostolorum, sub initium seculi secundi: quòd autem etiam in subsequentibus seculis, ex dicendis patefiet.

CAPVT XVI.

De Oraculo Carmeli, & Vespasiano Imperatore eius gratiâ Montem illum subeunte, atque alijs nonnullis proximè subsequentibus euentibus.

356. ANno Christi sexagesimo nono, triennio ante Hierosolymitanum excidium, Vespasianus à Nerone cum exercitu missus in Iudæam, dum omnia illic loca Romano subiiceret Imperio, auditâ famâ vetustæ Religionis in Carmelo, & mirabilium, quæ ibi operatus olim fuerat ELIAS; illuc se contulit, Deum, qui istic colebatur, consulturus, circa ea quæ animo conceperat: prout habetur ex Cornelio Tacito equite Romano, & Suetonio Tranquillo, dum vterque (circa annum Christi 120.) res gestas Vespasiani Imperatoris describit. Tacitus siquidem id commemorat in hunc modum: *Est Iudæam inter Syriamque Carmelus, ita vocant Mõtem, Deumque. Nec simulachrum Deo, aut templum (sic tradidere maiores) ara & reuerentia illic sacrificanti Vespasiano, tum spes occultas versaret animo, Basilides Sacerdos, inspectis extis, quidquid est, inquit, Vespasiane, quod paras, seu domum extruere, seu prolatare agros, siue ampliare, datur tibi magna sedes, ingentes termini, multum hominum.* Hæc ille inter alia. Suetonij verò *in Vespasiano cap. 5.* vbi agit de præsagijs, & signis imperium eius præcedentibus, sunt ista: *Apud Iudæam Carmeli Dei Oraculum consulenti ea confirmauêre somnia, vt quidquid*

Vespasianus venit in Carmelum.

Vt ibi consulat Oraculum.

cogitaret voluereté animo, quantumlibet magnum, id esse proventurum polliceretur: Ita Suetonius. De Vespasiano Carmeli Oraculum consulente hæc etiam scribit Franciscus Petrarcha *Vespasianus, sub Nerone, rem Hierosolymis gerens, vicinum Carmeli Montem, experiendi desiderio, accessit. Vnde in immensum auctus est, accepto responso, quòd, quidquid ageret, & mente concepisset, & attentasset, successurum feliciter, quamuis arduum & laboriosum videretur.* Hæc ille apud Palæonydorum *libr. 2. cap. 3.* vbi etiam hoc adiungitur: quòd Titus & Vespasianus Carmelicolas, muneribus honoratos, illæsos perniserint. Quod etiam traditur ab aliis nostris historicis: & quidē ab Arnoldo Bostio in Speculo historiali lib. 5. cap. 14. sic: *Anno verò à passione Domini 42. Titus & Vespasianus Imperatores cum ingenti exercitu Ierosolymam, ob vindictam mortis Christi, debellantes prædictos Carmelitas Filios Prophetarum honoratos muneribus, propter reuerentiam Christi, illæsos dimiserunt, sicut in historia Ierosolymitana apertissimè declaratur.* Illud, *ob reuerentiam Christi* non denotat, hos Ethnicos Imperatores Christum reueritos, sed solùm, vel in gratiam boni omnis, à Basilide Christiano prænunciati, sic se gessisse eius cum Sodalibus. Illud verò *anno à passione Domini 42.* licèt tribui posset opinioni huius authoris, in Chronologiæ veritate, forsan tamen non pro hoc tempore actā rem esse denunciat.

a Apud Palæonyd. l. 2. c. 3.

357. *Hoc verò Dei Oraculum* (inquit Basilius Anguissola Theologus, & Orator Apostolicus) *non fuisse gentilium, qui ibi non commorabantur, certum est, neque à Iudæis, contra quos tamquam hostes procedebat, petiisse manifestum est: vnde reliquum est confirmari ibi Religiosos Carmelitas commoratos esse. De sortium verò confirmatione, loquitur Suetonius gentium more.* Sic ille. Quod idem intellige de Cornelio Tacito, dum Basilidem eodem Gentium ritu Sacrificio intendisse falsò adstruit: qui vir Catholicus, sanctimoniâ præcipuus, & Carmeli Religiosorum Rector, seu Abbas erat.

Quod non erat Gentilium sed Christianorum.

358. Caulabonus quoque in Animaduersionibus in librum octauū Suetonij, adducto veteri Poëtâ Christiano Petro Apollonio Collatio in secundo Excidij Hierosolymitani, insinuat Lectorem Christianum Christiano illa intellectu accipere debere: Versus autem ipsius sunt:

Vulsa solo frondesque nouas induta Cypressus
Nunc habet illa fidem, Matathiademque locutum
Vera tibi Vatem, & CARMELI oracula discet.

vbi Basilidem vocare videtur *Vatem Matathiadē*, velut habentem Matathiæ Principis ac Sacerdotis Iudæorum, ciuis etiam oppidi Modin, ad pedem Montis Carmeli, fidem & zelum, atque insuper donum prophetiæ. Insinuauit quoque sensum istum Christianum Leuinus Torrentius, Commentario in eumdem librum Suetonij, dum recitato Tacito, addit: CARMELVM *vocant Tacitus & Suetonius Deum, qui sine nomine est, & regnat in æternum.*

Quod vigebat in Sacello Eliæ.

359. Gilbertus Genebrardus nominatissimus Chronographus *in Chronologia libro primo ad annum mundi* 3284. scribens de ELIA, & Oratorio

rio illi dedicato (Semnion, seu Seunion dicto) ac Oraculo, quod in eo vigebat, hæc habet: *Ei* (scilicet ELIÆ) *post mortem* (intellige post raptum) *Synagoga, siue Sacellum in Carmelo Monte vulgato ipsius habitaculo, dicatum est, in quo vigebat Oraculum, de quo Suetonius in Vespasiano c. 5. Apud Iudæam Carmeli Dei Oraculum consulentem Vespasianum, ita confirmauêre sortes, vt quidquid cogitaret, polliceretur.* Ergo ex Genebrardo oraculum hoc Vespasiani in ELIÆ Sacello vigebat.

360. De eodem Oratorio, & Oraculo in eo celebri, latè tractat Lezana *a* Et Matthias à S. Ioanne in Historia Panegijrica *b* & ante eos Ioânes Ierosolymit. *lib. de Institut. primorum Monachor. cap.* 19. vbi scribens de Carmelio: ELIAS, ait, *in Monte isto nedum habitare elegit, verùm etiam domum orationi consecratam, appellatam* SEMNION, *in eo ædificauit, quæ ideo* SEMNION *dicta fuit, quoniam* ELIAS, *& eius discipuli de eorum tabernaculis & speluncis egredientes ad domum illam; honestè tribus vicibus quotidiè conueniebant: non quidem ad refectionem corporalem, vel aliqua corporis ministeria peragẽda; sed ad Creatrem omnium litaniis & orationibus supplicitèr placandum.*

a Tom. 1. Annal. ad ann. mũdi 3128. ante Christum 925. & to. 2. ad ann. Christi 69.

b to. 1. parte 2. c. 16.

361. De Oratorio illo, seu Synagoga in Carmelo tangunt etiam plerique Sacræ Scripturæ interpretes ad illa *capitis quarti Libri* 4. *Regum* verba: *Quam ob causam vadis ad eum? Hodie non sunt Calendæ neque sabbathum.* Et Aubertus Miræus suprà *parte* 1. sub finem, his verbis: *Eius domum* (Orationis scilicet) *post raptum in Oratorium, tanti vatis nomine, decoratum, in Carmelo dedicarunt.* Oratorium istud postmodum mutatum fuit in magnificum templum, constructum per S. Helenam, & postmodum instauratum per Basilium Imperatorem: pro vt annotant Cardinalis Baronius, & Cornelius à Lapide: hic quidem in caput 18. libri 3. Regum, ita scribens: *Nicephorus libro octauo cap. 3. asserit, Helenam magni Constantini matrem in Carmelo templum ædificasse* ELIÆ *Prophetæ. Sanè tempore* ELIÆ, *& Elisei in Carmelo fuisse Oratorium, vel Synagogam, ad quam festis diebus populus conueniret; tum orationis causâ; tum vt* ELIAM, Eliseum, *& similes concionatores audiret, satis significatur libro* 4. *Regum cap.* 4. *vers.* 23. *idque ibidem docent Lyranus, Abulensis, & alij:* Baronius autem de eodem Sacello, in templum mutato, *in Annotat. ad diem* 20. *Iulij in Martyrologio* ista habet: *De Æde,* ELIÆ, *nomine,* Dominicũ *nuncupata, extat epigramma S. Gregorij Nazianzeni.... De Templo* ELIÆ *per Basilium Imperatorem restituto meminit Cedrenus in Compendio Histor. in Basilio.* Ex dictis habetur, illud in Carmelo S. ELIÆ dedicatum *Sacellum*, posteaq; *Templũ*, iugiter perstitisse vsque post tempora Basilij Imperatoris, id est, ad an. 885. qui deuotissimus erga nostrũ S. Patriarcham, etiam aliis in locis ad eius honorem Tẽpla ædificauit. prout referunt Curopalates, & ex eo idem Baronius in Annalibus. *Templum Prophetæ* ELIÆ *ad Pitium splendidè renouauit, nouumq; construxit in Aula Regia in nomen Domini* IESV CHRISTI, *& Principis Apostolorum, & Eliæ Prophetæ.* Pergit infrà: *Multa alia Templa sacra in palatio ædificanda curauit in nomen Eliæ Prophetæ.* Etiam ex dictis pro comperto est, Sacellum istud S. ELIÆ tum in veteri, tum in noua Lege

Ab illo cõstructum & post raptum ei dedicatum.

fuisse valdè celebre: constat quoque de antiquitate cultus ipsius: de quo plura diximus sub finem *partis* 2. [a]

[a] Nu. 255.

362. Quoad id, quod diximus *Oraculum* istud in Carmelo non fuisse Ethnicorum; & *Basilidem* à Tacito nominatum, Christianum, ac Eliani Instituti in Carmelo cultorem extitisse, animaduertendum; Gentiles Scriptores mysteria, & res ad veri Dei cultum, Christianitatemque spectantes, solitos occultare, aut ad fabulas, facetias, nugas vel scurrilia conuertere: quod specialiter in Suetonio & Tacito notat D. Cardinalis Baronius ad annum 328. §. *Quibus*:, vbi hæc de illis, & aliis: *Nec mirari quis debet, si subobscurè, neque adeò dilucidè Ethnicus Scriptor mysteria nostra sit prosequutus, cum idipsum sit obseruare in cæteris Scriptoribus Gentilibus omnibus, qui rerum Christianarum meminerint: nam eadem obscurè, concisè, dubiè, & haud vsquequaque fideliter in omnibus, quæ verè referre consueuerunt, vt Suetonius, Tacitus, Lucianus, & alij.* Sic ex sacerrimæ Eucharistiæ vsu Christianos infanticidij, & esus humanarum carnium calumniabantur. Alia plura eiuscemodi in propatulo sunt. Et vt à Suetonio, & Tacito non recedamus, illa quæ de Messia in sacris litteris continentur mirabilia, suo Vespasiano tribuebant, vti declarat idem Baronius ad annum 71. Ita quoque iidem illam à Christiano Carmeli Eremita habitã, precibus ad Deum fusis, prædictionem, Gentilitatis fucis abscondere voluerunt.

Istam Vespasiano factam prædictionẽ Gentilitatis fucis offuscãt Scriptores Ethnici, soliti mysteria Christianorum occultare aut irridere.

363. Anno Christi 83. à Carmelicolis constructum, & SS. Virgini Mariæ dedicatum fuit Oratorium, siue Sacellum secundum: seu potiùs id, quod priùs ædificatum fuerat in decliuio, siue à latere Montis circa annum Christi 36. deinde post eius assumptionem translatum fuit ad alium locum: prout expressis terminis tradit Ioannes Ierololymitanus in lib. de Institut. Monachorum *cap.* 36. *aliàs* 43. his verbis: *Anno Incarnationis Filij Dei octogesimo tertio, dirruentes eorum Semnion antiquum, ædificauerunt ad honorem huius primæ Virginis Deo dedicatæ Capellam quamdam in Monte Carmeli, iuxta fontem* Eliæ, *in situ illo, in quo* Elias *orans viderat nubeculam illam, quasi vestigium hominis de mari ascendere in Carmelum.* Animaduertendum autem (quod etiam suprà *cap.* 13. adnotauimus) non vnum tantùm Oratorium, seu Sacellum in Carmelo SS. Virgini dedicatum fuisse; sed duo, siue vnum diuerso tempore, ac loco, erectum, mutatum, seu translatum: alterum quidem in decliuio, seu latere ipsius circa annum Christi 36. alterum verò in Montis summitate, seu vertice anno 83. prout in Annalibus Ordinis ad istos annos latiùs declaratur.

Anno Christi 83. in Carmelo Sacellum Deiparæ transfertur seu alterum cõstruitur.

364. Sub finem istius seculi primi diuinus ille Dionysius Areopagita librum scribebat *de Ecclesiastica Hierarchia*: in quo *cap.* 6. magnoperè commendat, & extollit Monasticum Institutum. *Perficiendorum autem*, inquit, *omnium altior Ordo, Monachorum est Sacra dispositio, omni quidem mundata purgatione, vniuersalique virtute, & perfectissimâ propriarum actionum castitate.* Et infrà: *Indè diuini Duces nostri nominationibus eos sacris dignati sunt; alij quidem Therapeutas, alij autem Monachos ipsos nominantes ex Dei puro ministerio & famulatu*

S. Dionysius Areopagita peculiariter commendat Monasticũ institutum.

mulatu,& non partita,& singulari vitâ,tamquam vnificante eos inseparabilium sacru complicationibus in Deiformem vnitatem & amicam Deo consummationem. Illo igitur tempore greges erant Monachorum, quos eosdem esse cum *Essenis*,de quibus Philo,colligitur ex verbo *Therapeutæ*,quo tam Philo, quã ipse S.Dionysius vtitur.

CAPVT. XVII.

Succinctè referuntur notabiliora quædam seculi secundi, vbi etiam de SS. Thelesphoro, Dionysio,Serapione,& Spiridione.

365. SVb initium seculi secundi Iudæus quidam Pseudopropheta prodiit, *Elxai* nomine, cuius Discipuli dicebantur *Osseni*: de quibus scribit S.Epiphanius *hæresi* 19. Nonnulli in re historica minùs versati,istos perperam eosdem putarunt cum *Essenis*: à quibus sanè Instituto quàm maximè differebant.Nam,inter alia,*Osseni* Idololatræ cœlum,ventum, & alia adorabant: & odio habentes continentiam aduersabantur castitati. Veri autem *Essenі* ex diametro illis oppositа seruabant,vti patet ex eodem S.Epiphanio *hæresi* 29. Philone,Iosepho,& aliis suprà relatis. *Osseni longè diuersi ab Essenis.*

366. Anno Christi centesimo quadragesimo(aut vt quibusdam placet 138)cum finem viuendi fecisset Hadrianus Augustus,ad Romani arcem Imperij ascendit Antoninus, cognomento Pius: sub quo pacifico Imperatore Christi fideles feliciorem aspiciebant statum Ecclesiæ,& etiam Prophetici seu Eliani Ordinis Alumni maiori perfruebantur tranquillitate in Carmelo, cuius, & vetustæ ibi Religionis huius, & aræ ac Oraculi (de quibus capite præcedenti) Balbinus,vir celebris, & notæ dignitatis in quadam epistola inscripta ipsi Imperatori (cui erat familiaris) sic meminit: *Mons est nomine Carmelus: in quo vetus Religio,& Sanctitas antiqua est*: ELIAS *illic sacrificia semper offerebat,apparent etiam & nunc vestigia de ara Sacrificiorum.* De isto Balbino,qualis fuerit,scribitur in vita S.Telesphori Papæ,apud Bollandum &, Henschenium *tomo* 1. *Ianuarij ad diem* 5. eiusdem mensis. *Balbini viri consularis testimonium de vetusta Religione Carmeli.*

367. Sub eodem Antonino Imperatore circa annum Christi 150. sanctitate, & monasticæ disciplinæ rigore illustris erat S.Frontonius *Pater septuaginta fermè Monachorum*,vt habet Beda in Martyrologio ad diem 14. Aprilis: in Martyrologiis autem Romano, Vsuardi, & Adonis ad eũdem diem hæc de eo leguntur: *Alexandriæ S. Frontonij Abbatis,cuius vita sanctitate,& miraculis claruit.* Is cum Monachos suos duxisset ad Eremum,&

Frontonus Abbas seu Pater 70. Monachorum miraculosè annonam accipit.

ibi omnes habitarent, Deo seruientes, tentati Fratres desiderio redeundi ad vrbes, ob inopiam & egestatem, quam metuebant, receperunt à Frontonio consolationem, & à quodam diuite subsidium, & prouisionem, per camelos annonâ onustos, vrgente Angelo, qui diuiti eidem in somnis apparens id præceperat. Quod maximo miraculo peractum est; eò quòd cameli illi nullo ductore ad ipsos in Eremo commorantes peruenerint. Id latiùs refertur *in Vitu Patrum libro* 1. in Vita S. Frontonij. Ipsum autē, & Monachos eius, discipulos fuisse Essenj Instituti, & consequenter Elianam Sobolem Ostendit Lezana dicto *tomo* 2. *ad annos Christi.* 151. & 174.

S. Telesphorus ex Anachoreta Eliani Instituti Summus Pontifex.

368. Eodem tempore S. Telesphorus ex Monastico Eliano Instituto seu *ex Vita Anachoretica, quam agebat, ad Pontificatum euectus* (vt scribit Coriolanus in Breuiario Chronologico ad annum 140.) doctrinâ, zelo & sanctitate mirificè illustrabat Ecclesiam: cui cum duodecim annis vtilissimè præfuisset, *& in fide Christi prædicanda, & propaganda Ecclesia fidelium ardentissimus esset, à tumultuantium Gentilium populo, & Sacerdotibus idolorum captus, capitis abscissione gloriosissimè martyrium subiit anno* 154. ita ferè Ciaconius in Telesphoro. Eum autem egisse vitam eremiticam, seu Anachoreticam, constat ex libro de Romanis Pontificibus, Baronio ad annum 140. & aliis, *Anachoretam*, nuncupantibus. Vnde Genebrardus[a] hæc, benè notanda scribit: *Quoniam fuit Anachoreta, apparet in prima Ecclesia aliquos huius sancti instituti fuisse sectatores, aduersùs eos, qui monastices auctorem D. Antonium, sub Constantino Magno, faciunt. Hoc enim etiam tempore multi Eremum incolebant metu persecutionum, & multò antè Dionysius Areopagita tres epistolas ad Monachos dedit: de Ecclesiastica Hierarchia, Ecclesiâ nascente, de Ordine Monastico tractauit: eum purissimam Christianorum partem: & è tribus à se memoratis primam pronuntiauit: Monachos, Therapeutas dictos ab Apostolis docuit, à precandi assiduitate, & conscientiæ puritate, Philo Alexandrinus, Apostolorum æqualis, de his librum de Vita Contemplatiua scripsit.* Ex quibus confirmatur id, quod latiùs demonstrabimus infrà *part.* 8. *cap.* 7. Ante Magnum Antonium, S. Hilarionem, ipsumque S. Paulum, primùm Eremitam nuncupatum, fuisse Monachos & Eremitas.

[a] in Chronolog. ad an. 140.

Vita S. Telesphori habetur in præclaro opere, quod laboriosè elucubrant RR. PP. Ioannes Bollandus, & Godefridus Henschenius, *Acta Sanctorum* nuncupato *tomo* 1. *ad diem* 5. *Ianuarij*: vndè satis patet, ipsum Eliano Carmelitico Instituto accēlendum; quod in Ordinis huius Annalibus latiùs demonstratur, ex Historicis nostris, & exteris.

Instituit tres Missas die Natalis Christi.

369. Inter alia notabilia ab eo gesta, & decreta, id est, quod in Natali Christi, in commemorationem triplicis generationis, seu natiuitatis Verbi (abæterno ex Patre sine Matre: in tempore semel ex Matre sine patre: & quotidie spiritualiter in animabus iustorum) tres Missæ celebrentur.

370. Vt autem Eliano Pontifici Pontificem alterum associemus, sequenti

sequenti seculo anno Christi 261. post martyrium S. Sixti alius insignis flosculus ex Carmeli viridario in Romanum transplantatus solum, & ad Apostolici culminis sublimatus solium, suâ fragrantiâ Orbem impleuit: is fuit S. Dionysius, de quo infatigabilis scriptor Laurentius Beyerlinck in amplo & præclaro illo Opere *Theatrum Vitæ humanæ* nuncupato, verbo *Religio, Religiosus*, scribens de Ordine Carmelitano: *Ordo*, inquit, *Carmelitarum dedit in Cathedra Apostolica Dionysium primum eius nominis.* Monachum fuisse, concors est Historicorum, & Chronologicorum consensio, eum nunc *Monachum*, nunc *Anachoretam* nuncupantium. De natali eius solo discrepant authores. Ex Græcia oriundum, est verisimilius: vnde plures eũ *Græcum Monachum* appellant: quod etiam indicant illi ex Mantuano relati versus apud Lezana [a].

Etiam S. Dionysius ex Carmelis pelais ad Apostolicæ Cathedrã sublimatus fuit.

[a] Tom. 2. Annal. ad an. Christ. 247. 248. 249.

Hic erat occultus Christi de gente Sacerdos,
Graius enim dudum Carmelo à Monte profectus
Vertice Carpathij alto qui prominet vndis &c.

371. Carmeliticæ propaginis germen illud nobile extitisse tradunt Historici nostri, & complures alij relati, in ijsdem *Annalibus ad annum Christi* 247. quod confirmatur ex Officio Diuino, authoritate Apostolicâ, & per sacram Rituum Congregationem approbato, tamquàm de Sancto Ordinis huius. In quo *ad diem* 19. *Ianuarij ad Matutinum lect.* 6. hæc leguntur: *Dionysius imitatus sanctissimos illos monastici instituti Duces, qui ad fici atis sibi casulis propè fluenta Iordanis, & turbis vrbium derelictis, herbis agrestibus victitabant, Anachoreticam seu Monasticam, & verè propheticam vitam aliquamdiù egit.* Iste Pontifex doctrinâ, prudentiâ, sollicitudine, & sanctitate Ecclesiam magnoperè illustrauit, amplificauit, & hæreses profligauit. Vnde etiam Ioannes Balæus, author aliàs in summos Pontifices iniquus, hæc de eo scribit: *Dionysius Græcus à Damaso Monachus, & à Nicolao Harlemio (in Chronico) Carmeli solitudinis incola nuncupatus: fidei documentis sub Claudio* 11. *clarus, & Christianæ Ecclesiæ amplificator insignis effulsit.*

372. Duobus Summis Pontificibus istis bini se iungunt sanctitate illustres Episcopi, etiam Carmelitanæ vitis palmites. Tempore prior est S. Serapion: de quo Trithemius libro de Scriptoribus Ecclesiasticis ista: *Serapion, ex Anachoreta, Ecclesiæ Antiochenæ octauus Episcopus.* Et Ioannes Palæonydorus [b] *Circa annum Domini* 190. *clarus effulsit Serapion ille Sanctissimus, ex Eremita & Anachoreta Carmeliticæ Religionis, octauus Episcopus Antiochenus.* Qui inter Ordinis sanctos Officio Canonico sub ritu duplici colitur die 30. Octobris. Alter est S. Spiridion Cyprius, Trimythuntinus Episcopus, sui seculi iubar: quem Rufinus *lib.* 1. *Historiæ Ecclesiast. cap.* 5. nuncupat *Ordinis Prophetarum*: quo designatur, fuisse Ordinis Prophetici, seu Eliani. Quod etiam clarè elicitur ex Oratione, seu Collecta, quæ ad diem 14. Decembris (quo eius, tamquam sancti Ordinis huius, festiuitas celebratur) in Missa, & Officio, Ecclesiæ authoritate approbato, decantatur: *Sancti Spiridionis Confessoris tui atque Pontificis nos Domine festa tueantur: & sicut ille*

Et S. Serapion ad Antiochenæ Ecclesiam.

[b] Lib. 2. Historiæ Carmelit. c. 3.

Ac S. Spiridion ad Trimithuntinam

Religionis

Religionis, à Propheta ELIA *institutæ, orationibus, & operibus fuit fidelis imitator, ita nos eius sequentes uestigia cum eo te perfrui valeamus*, &c. Ingressum eius in Eliadum Religionem Palæonydorus dicto libro & capite refert ad annum circiter 310. *Circa annos* (ait) *Domini* 310. *S. Pater noster Spiridion* ELIÆ *Religionem magnis virtutibus decorauit.* Post obitum enim vxoris loca sancta visendi gratiâ in Palæstinam proficiscens, ibi tum Prophetico Carmelitico Ordini nomen dedit: & propterea dicitur *vitam Propheticam duxisse;* eò quòd Religionis Propheticæ, á Propheta ELIA institutæ sectator fuerit. Inter plurima eius admiranda gesta illud notabile valdè est de Philosopho Ethnico Christianæ Religioni insultante, quem miro prorsus modo deuicit, & ad fidem Catholicam produxit.

CAPVT XVIII.

Seculo Christiano tertio Monasticus Ordo, per Essenos *continuatus Martyrum plurimorum triumphis nobilitatur.*

373. VT autem sermonem prosequamur de Essenis, quos ex præcedentibus constat Monachos Instituti Eliani fuisse, notabilis se offert historia S. Eugeniæ-Virginis, quæ miro & heroico facinore, haud tamen imitando, enituit; etenim virili induta veste (quod ex diuina factum inspiratione credendum) cum suis Eunuchis Protho & Hiacintho, inter Monachos Essenos Monachalem suscepit habitum: vbi clarissimis sanctitatis radijs cæteris præfulgens, mirabiliter in iuuenili ætate, quàtumuis renitens, Monachis illis, annis & meritis venerandis, præfecta fuit sub finem seculi secundi, prout refert Cardinalis Baronius *ad annum Christi* 188. his verbis: EVGENIA *in Christum credens nuptias auersata, vnà cum fidelibus Eunuchis Protho & Hyacintho secedens, virili habitu delituit inter Monachos, quos Essenos à Philone dictos esse, superiùs demonstrauimus, hæc omnia perficiente S. Heleno Episcopo Heliopoleos.*

Eugenia Virgo Alexandrina inter Monachos Essenos admittitur.

374. Ex istis Lezana in Annalibus ad eumdem annum elicit, & statuit hæc quatuor. *Primò*, Essenos hoc tempore adhuc extitisse. *Secundò*, Monachos eius æui Essenorum sobolem, & posteros fuisse. *Tertiò*, hanc Virginem EVGENIAM iure meritoque Prophetici Carmelitici Viridarij rosam, seu florem pulcherrimum censeri debere. *Quartò*, similiter inter Essenatus & Prophetici Instituti cultores referendos eiusdem Eunuchos Prothum & Hyacinthum, & S. Helenum *hæc omnia perficientem*, vt loquitur Cardinalis Baronius: qui, vt legitur *in Vita S. Eugeniæ*, primitùs vixerat in eo

Digitized by Google

in eo Monasterio. Cæterùm S. Helenum inter Monachos Essenos à pueritia educatum, & Monachum fuisse, ostenditur in iisdem *Annalibus nostris ad annum Christi* 170. Mirabilis & deuota vitæ istius historia graphicè depingitur in Vitis Patrum. Hic solùm ex Alcimo Auito, vetustissimo authore, versus aliquot inseremus.

Namq; habitum mentita viri, non proinde virile
Pectus, præficitur sanctis à Fratribus Abbas. *Eiusq; præficitur.*
Fœmineum occultans sexum, muliebria spernit:
Et meritis annisq; graues, longâq; verendos
Religione senes, iuuenili rexit in æuo.

Et alterius cuiusdam apud Lezana:

Posthabet hæc Christo sponsum, patriamque, domumque
Audens Carmelo credere colla iugo.
Ementita viri speciem, sua nomina mutat,
Inter & Eliades emicat EVGENIA.

375. Ex istis igitur, vt certum habetur, Institutum Essenorum continuatum fuisse vsque ad finem seculi secundi, & initium tertij: quodque eo tempore, longè antequàm S. Antonius, Hilarion, Pachomius (quos aliqui Monasticæ & Eremiticæ vitæ primos authores, erroneè censent) aut visi, aut nati essent, plura extiterint Monasteria, & Monachorum greges. *Ante SS. Antonium & Hilarionē Monachi plurimi fuerunt.*

376. Id de multitudine Monachorum, & Monasteriorum seculo tertio, ante S. Antonium, & alios istos confirmatur quoque ex insigni, & deuota historia SS. Iuliani & Basilissæ, de quibus in Martyrologio Venerabilis Bedæ ad diem 9. Ianuarij hæc leguntur: *Apud Antiochiam S. Iuliani Martyris, & Basilissæ coniugis. Hi itaque sanctissimo voto casti coniuges, aliquot annis pariter vixerunt, carnem suam virginem Christo seruantes, & monasteria de rebus suis instituerunt; vt ad decem millia Monachorum Pater Iulianus fieret; Basilissa verò multarum Virginum Mater: quarum multitudinem cum iam victricem præmisisset ad Dominum, ipsa conuersatione vita probatissima, inter verba orationis migrauit ad Dominum. Iulianus verò postmodum à Marciano Præside per innumerabilia tormenta, & cruciatus ad vltimum feriri iussus est.* Iisdem fere verbis vtuntur Rabanus, Ado, Molanus, Notkerus & alij *in suis fastis, seu Martyrologiis ad diem 9. Ianuarij.* *Nam ante illos fuit Pater decē millium Monachorum.*

377. Præclara horum Martyrum Acta, ab ijs, qui interfuerunt, conscripta sunt; vti hæc in præfatione indicant: *nos, quæ vidimus oculis nostris, sanctorum gesta scripsimus. Vnde nobis aliquam portiunculam beatitudinis credimus esse futuram.* Extant passim Græcè Latinèque vulgata. Refert etiam illa S. Althelmus Episcopus Sireburgēsis *libro de Virginitate c.* 42. vbi inter alia hæc: *Porrò Virginalem Iuliani Martyris gloriam sub clandestino taciturnitatis latibulo delitescere non patiar: qui temporibus Diocletiani & Maximiani, nobili pro sapiâ oriundus fuit.* Et infrà: *Militum Christi decem millia sub districto Iuliani regimine conuersantia, & nequaquam à sanctæ religionis tramite, per ali-* *Prout eiusdem Acta ab oculatis testibus, & authoribus grauissimis descripta scribuntur.*

quos amfractus dextrâ leuaq́ declinantia, regulariter vixerunt. Basilissa verò Deo dicata, bis quingentenos sanctæ messu manipulos Euangelicæ prædicationis falce meteret, in aream tortoris triturandos, & horreis cœlestibus condendos inuexit. Ea quoque enarrata sunt à Vincentio Bellouacensi, S.Antonino, Petro de Natalibus, & aliis pluribus, quos referunt Bollandus & Henschenius *in Prolegomenis, ad eorum Vitam*, quam dederunt *tomo* 1. *Ianuarij ad diem* 1x. eiusdem.

S.Iulianus Martyriũ subijt Antiochiæ:
a In Prologomenis ad eius Vitam §.2.

378. Quoad locum Martyrij S.Iuliani, Martyrologia pleraque Latina *Antiochiæ* passum scribunt: sed vbi sita, non exprimunt: *Syriæ Antiochiæ* intelligunt Baronius in Notis ad Martyrologium Rom. & Procopius *lib.* 2. *de Bello Persico*, ac passim recentiores, vti notant Bollandus & Henschenius *a*. In quibusdam autem Actis, & Martyrologiis *Antiochia Ægypti* adscribitur. Istius enim nominis plures fuerunt vrbes.

379. Ex numerosis illis Monachorum & sacrarum Virginum S.Iuliani & Basilissæ turmis quàm plurimi Martyres Christi effecti sunt in immani illa ac cruenta persecutione Diocletiani: qui anno 284. imperium inuasit, & anno 304. cum Maximiano abdicauit.

Et ibi, variisq́ in locis, ac temporibus Eremitæ, & Monachi multi in Christi cõfessione triumpharũt.

380. Tempore eorumdem sæuissimorum tyrannorum martyrij palmam obtinuerunt sancti Sabas, Esaias & alij triginta sex Monachi in Sina Monte Arabiæ, Moysis Prophetæ memoriâ, àcceptæq́ue cœlitùs Legis, toto orbe celeberrimo: in quo olim plurimi viri sanctissimi vitam solitariam egerunt; qui à Patribus Græcis latinisq́ue celebrantur. In Martyrologio Romano commemorantur ad diem XIV. Ianuarij his verbis: *In Monte Sina Sanctorum triginta octo Monachorum à Saracenis ob Christi fidem interfectorum.* Et in Menologio Henrici Canisij: *Certamen sanctorum Patrum in Sina interfectorum â Saracenis temporibus Diocletiani, & Petri Alexandrini: fuére autem interfecti* XXXVIII. *ex quibus Hesaias & Sabas* &c. Ferè eadem habent Molanus & Menologium Græcorum. De ijsdem latiùs agitur in præfatis Actis Sanctorum *tomo* 1. *Ianuarij* sub illo titulo *De sanctis Monachis Martyribus Saba, Esaia, & alijs* XXXVI. *in Sina monte Arabiæ.* Ad marginem notatur: *sub Diocletiano* XIV. *Ianuarij.*

381. Illos autem fuisse Eliades, seu Elianam posteritatem, præter mox dicenda, etiam persuadet ipse locus quem incolebant, vicinus monti Oreb, mansione ipsius S.Prophetæ, & mirabili diuinâ visione, quâ ibidem clarificatus fuit, nobilitato: vbi ad eiusdem memoriam & honorem templum fuit erectum, de quo Bollonius *lib.* 2. *cap.* 63. ita scribit: *In monte Oreb, Sina vicino, extructum templum eo loco, quo* ELIAS *commoratus esse dicitur.* Confirmatur etiam ex veteris Legis nomine *Esaias.* Denique quia tum Monasticum Institutum adhuc vnicum erat, & indiuisum, scilicet Elianum, seu Essenum.

382. Varijs autem locis & temporibus alios multos Monachos in primis Ecclesiæ Christianæ seculis in Christi confessione gloriosè triumphasse, constat ex istis Cardinalis Baronij *in Annotationibus ad Martyrologium Rom.*

Rom. ad diem 19. Octobris, ad illa: *In Ægypto S. Vari &c. Complures Monachos sub Maximiano Martyrio coronatos esse, non tantùm ex Martyrologiis, & Menologiis expressum habes, sed & apud Eusebium Historiæ libro octauo. Porrò ipsorum Monachorum Institutum non recens, sed ab initio nascentis Ecclesiæ viguisse, ex his quæ scribit Philo de Essæis, & quæ habet Dionysius Areopagita & alij, facilè colliges.* Idipsum & notauit 23. Februarij in Sireno Monacho & Martyre sub Maximiano Imperatore: *Hic cùm dicatur fuisse Monachus, apparet ex Eusebio Hist. lib. 8. c. 22. Maximiani temporibus fuisse Monachos, & ex eis quamplurimos coronatos esse martyres, vt Seleucus, de quo suprà egimus.*

383. Illos quoque, & alios, per prima secula Monachos, ELIÆ imitatores & posteros fuisse, triplici ratione persuadetur. *Primò*, quia Essæni, vt expressè asserit Baronius de S. Eugenia, & eius Monachis, ac satis innuit de præfatis Septem. *Secundò*, quia illis temporibus Monasticum Institutum adhuc vnicum erat, & indiuisum. *Tertiò*, id satis indicat idem clarissimus Cardinalis in Annalibus ad annum Christi 340. vbi §. *At quibusdam*, hæc de Religiosis, seu Monachis. *Erat quidem in Oriente summum illud viuendi genus instar* ELIÆ *ac Ioannis Baptistæ cunctis hominibus, etiam Ethnicis & Imperatoribus ipsis venerandum.* Illud autem *in Oriente summum viuendi genus instar* ELIÆ &c. dictum de Monachis Essenis, constat ex verbis similibus Philonis de Essenis scribentis, quæ suprà *cap.* 15. retulimus. Et confirmatur ex illis verbis: *Instar* ELIÆ, cuius soboles erant Essæni.

Quos S.P. ELIÆ imitatores, & posteros fuisse declaratur.

De S. Iuliano, eiusque Monachis id quoque indicat locus, vbi degebant: nimirum aut Antiochia Syriæ non longè à Carmelo, (in quo hæc Religio instituta, propagata & continuata fuit) aut certè Antiochia Ægypti, vbi etiam tum floruisse Institutum Essenorum constat ex supradictis. De istis, alijsque posteritatis Elianæ Monachis Martyribus, scribit Eysingrenius in suo *Centenario primo* contra Centuriatores Magdeburgenses, vbi hunc habet titulum: *De Monachis Carmelitis tempore Martyrum.*

CAPVT XIX.

De Monasticæ, ac Eremiticæ vitæ, persecutionibus diminutæ, restauratione per SS. Charitonẽ, Antonium, & Hilarionem.

384. DEi singulari prouidentiâ sublunaria cuncta, mutabilitati subiecta, vicissitudine quâdam diriguntur; vt dum illa occidunt & pereunt, ista oriantur, & succrescant. Sic segetes, cùm maturuerint, demetuntur, colliguntur, triturantur, & reconduntur: moxque alia semina terræ committuntur, & germinant: & culmos, spicas, glumas, & grana

Sublunaria omnia vicissitudini subiecta.

grana producunt. Et vites uvis spoliantur, atque putantur, vt abundantiùs fructificent. Ita quoque vidimus in præcedentibus, Monachos in primordiis Ecclesiæ, Apostolicæ militiæ socios in Euangelij promulgatione, magnoperè floruisse, & fructificasse: ac deinde, tamquam frumenta Christi, triturâ, & ventilabro persecutionum repurgata, ac cœlestibus granariis illata. Posthac verò Ecclesiæ aruum, sequentium tyrannorum gladio, quasi vomere, subactum, fœcundius redditum fuit, & abundantiùs fructificauit: tamquam si grana, quæ ceciderant, multiplicata resurgerent. Etenim cum seculo tertio, per immanem illam Diocletiani & Maximiani Imperatorum crudelitatem, Monachorum numerus valde esset imminutus, noua mox germina pullularunt fertilissima, è quibus innumeri prodierunt Monachorum manipuli.

S. Chariton Author Eremitoriorū Palæstinæ, quæ Lauræ dicebantur.

385. Et quidem sequentibus adhuc istis persecutionibus Chariton in Palæstina, non longè à Ierosolymis, in desertis circa Iordanem percelebris cultor, & propagator Eliani Instituti, primus extitit fundator monasteriorum, seu mansionum cœnobiticarum, quæ *Lauræ* dicebantur. Cur autem sic nuncupatæ fuerint, annotat Lezana in Annalibus *tomo* 3. [a] vbi cum egisset de iis qui incolebant *Lauras*, subiungit: Notet hæc lector & videat quàm historicæ veritati conformiter horum Patrum gesta nostris Annalibus adiungimus; cum Chariton ille harum Laurarum primus adinuentor, Eliani Instituti puri assecla fuerit, iuxta dicta à nobis *tomo* 2. *præcedenti*, vbi de ipso & de *Lauris* ab ipso inchoatis sermonem habuimus. Si causam porrò lector quærat; cur hæc Cœnobia *Lauræ* vocarentur; dubij solutionem audiat ex Bollando *in Actis sanctorum tomo* 1. *in Vita S. Theodosij pro* 11. *Ianuarij* §. 4. vbi sic: *Lauram hoc ferè tempore vocabant Monachorum mansiones seu cellas, quas, additis propriis nominibus, discernebant, vt Lauram S. Euthymij, S. Sabæ, Pharan &c. Origo eius videtur repetenda à fluuio* Laura, *qui regioni vicinæ, quam præterfluit, & Monasteriis in ea ædificatis nomen dedit.* Chariton ille in persecutione Aureliani anno 275. grauia sustinuit tormenta in confessione fidei, ferro vinctus, carceri inclusus, iteratis vicibus crudeliter neruis cæsus, & lampadibus circa pectus vstulatus, vt propterea *Martyris* nomen à quibusdam ei tribuatur, etsi martyrio vitam non finierit, seruatus à Deo ad salutē plurimorum. Beatam autem animam inter Monachorum discipulorum suorum agmina in lectulo suo decumbens cœlo dedit circa annum Christi 304. Præclara eius certamina, & gesta referuntur apud Lipomanum & Surium ad *diem* 28. *Septembris* & *in tomo* 2. *Annalium nostrorum* [b].

[a] Ad ann. Christi 519. *nu.* 6.

A vicino fluuio Laura.

[b] Ad annos Christi 275. 276. 277. 279. 284. 304.

386. Aliquantò post famâ celebriori innotescebat Orbi magnus ille Antonius, qui in Vita solitaria, seu monastica à Monacho quodam sene, Esseno, (vt ex Historiis & Annalibus nostris habetur) instructus, ex Instituto magni ELIÆ exemplum capiens, eiusque æmulator existens, secreta interioris Eremi studio sectatus est singulari, vt in eius Vita refertur. Eliani itaque Instituti Sectator, & restaurator extitit: quod ex dicendis *cap. sequenti*

S. Antonius Monastici Instituti propagator celeberrimus.

quenti confirmabitur. Hac autem ratione cunctorum sui temporis Monachorum adæquauit, imò longè superauit perfectionem, quòd, vt apis argumentosa, ex singulis dulcedinem spiritualem mellificaret; quemcunque enim videbat aliquâ virtutis laude excellentem, imitari studebat. *Quâ ratione ad summam perueneriit perfectionẽ.*

387. Illius videndi desiderio incensus S. Hilarion, cum quindecim esset annorum, ad eum in Ægyptum perrexit: cumque eius vitæ rationem didicisset, in Palæstinam reuersus, bonis suis inter fratres, & pauperes diuisis, nihil omninò sibi reseruando, in solitudinem perrexit: vbi varias, & horribiles tentationes Sathanæ (modò cubanti nudas mulieres, modò esurienti largissimas dapes repræsentantis, aliàs varijs præstigijs terrificantis) Christi nomine inuocato, ipsiusque Cruce in fronte efformatâ, viriliter superauit, & contempsit. Postmodùm iunctus *Essenis*, eos, persecutionibus imminutos, restaurauit, & ampliauit, vt, capite sequenti dicetur; fuit etenim (vt scribit Lezana *tomo 2. Annal. ad annum* 291.) celeberrimus hic Pater Eliętani Instituti Sectator, Essenæ Scholæ studiosus, imò & Carmeli Montis colonus, prout non solùm Ordinis Tabulæ & Kalendaria testantur, in quibus *Hilarionis Confessoris Ordinis nostri* festum exprimitur; & concorditer nostri Scriptores scriptis commendarunt; sed & de exteris multi, rei veritate conuicti, profitentur. De illis porrò, pluribus prætermissis, vnus non omittendus, Beatus videlicet Cyrillus præsbiter Doctor, & Carmeli ipsius Eremita, qui *in Epistola ad Abbatem Ioachimum*, quæ præfixa est ipsius Oraculo Angelico, sic Scripsit: *Igitur cum pro venerãda celebritate* BEATI HILARIONIS, CO-EREMITÆ NOSTRI QVONDAM, *sacratarum Missarum solemnia inchoassem cum fratre Eusebio comite*, &c. En *Carmeli Eremitam* Cyrillum, Hilarionem *co-eremitam* sibi nuncupantem. Hæc Lezana ibi. Quæ confirmantur isto memorabili elogio, ipsius S. Hilarionis, è Græcorum vetustis monumentis exhibito à diligentissimo antiquitatis scrutatore Auberto Miræo, quondam Decano Antuerpiensi, *in libro de Ortu & incrementis Ordinis Carmelitani capite 6.* *Eius discipulus fuit S. Hilarion.* *Aliquandò Carmeli colonus, & Essenorum Restaurator.*

Hilarion Tabathensis Palæstinus, natu Gentilis,
Alexandriæ Christum cognouit.
Bimestris Antonij discipulus. Eremi cultor.
Essenorum dispersorum, in CARMELO *Palæstin.*
Reparator magnificus.
Quos item Gazæ, Bethelia, Pelusij, Lychni mirè propagat.
Episcopos exules visitat
Sub Aug. Imp. Const. & Const. Iulianum fugit.
Siciliam, Dalmatiam, & Cyprum peragratus.
Ieiunijs maceratus, senio moritur Sancto.
ANNO CCCLXXII.

Ex hactenùs dictis perspicuum est, *Essenos*, SS. Prophetarum Eliæ & *Elisei* (medijs Filijs Prophetarum, & Rechabitis à quibus immediatè

proces-

processêre) posteros & successores, verè Monachos, & Religiosos, persti-
tisse, & claruisse in primis tribus post Christum seculis, etiam sub isto no-
mine: quod tamen postmodum (multiplicatis, vt mox dicemus, monasti-
cis institutionibus) exoleuit. Sub illa tempora Elianus Ordo in quatuor
fuit distinctus Prouincias, vt nostri perhibent Annales, & historiæ: exte-
rus quoque Scriptor Carolus Tapia Iurisconsultus, doctrinâ insigni & hi-
storiarum notitiâ clarus *in Autentica ingressi cap.* 17. (vbi specialiter de Or-
dine Carmelitano) sic commemorat: *Constantini autem Magni tempore qua-
tuor in Prouinciis venerabatur, vna erat Terræ Sanctæ; alia Cypri; tertia Thebaidæ,
& quarta Ægypti.* De S. Helena in Carmelo templum ad honorem S.
Prophetæ ELIÆ ædificante videri poterunt dicta *cap.* 16. *numer.* 361. De
Monasterio Monialium huius Ordinis ab eadem constructo Ierosoly-
mis ad S. Sepulchrum, scribunt historici nostri, & Annales Ordinis: de
eoque mentio occurret *part.* 6. *cap. vltimo.*

Fo tempore Carmeli Religio in quatuor potissimum Prouinciis vigebat.

CAPVT XX.

De diuisione, propagatione, multiplicatione, Monastici Instituti quarto, quinto, & sequentibus seculis.

Monasticũ Institutum in primis Ecclesiæ seculis vnicũ & indiuisum,

388. INstitutum Monasticum per tria ferè prima secula, & initium quarti, nondum tantoperè multiplicatum, vti postea, vnum erat, & indiuisum, nec Religionum extabat multiplicitas, sed sola Monasteriorum diuersitas, imitantium gesta priscorum. Redditâ autem Ecclesiæ pace, ipsum seculum quartum, & quintum Religiosorum Monachorum, & Eremitarum fœcundissima fuerunt; ita vt Thebaïs, Tabenna, Nitria, totaque Ægyptus & Palæstina veluti paradisus innumeris terrestrium Angelorum, seu hominum in *mortalibus corporibus*, vt loquitur S. Chrysostomus, *cælestem vitam æmulantium* effulgerent. Etenim (vt transeamus, quæ supra attigimus de S. Iuliano Patre decem millium Monachorum, qui ad tertium seculum referendi sunt) in vna ciuitate Thebaidis *Oxyrincho* mũcupata, viginti millia Virginum & decem millia Monachorum (vix tot hoc tempore in magna aliqua Prouincia Christianitatis reperire esset) morabantur, teste Ruffino *Lib.* 2. *de Vit Patrum cap.* 5. his verbis: *Venimus autem ad quandam ciuitatem Thebaidis nomine Oxyrinchum, in qua tanta religionis deprehendimus bona, vt ea nemo dignè valeat enarrare. Repletam namque eam Monachis intrinsecùs vidimus omnẽ ex parte circumdatam.* Et infrà: *sed nec portæ ipsæ, nec turres ciuitatis, aut vllus omnino angulus eius monachorum habi-*

Deinde ita multiplicatum fuit, vt in vna ciuitate Oxyrincho esset decem millia Monachorum, & 20. millia Virginum.

Digitized by Google

habitationibus vacat; quique per omnem partem ciuitatis die, ac nocte hymnos ac laudes Deo referentes, vrbem totam, quasi vnam Dei Ecclesiam faciunt. Et paulo post: *De his autem quæ erga nos ab ipsis populis gesta sunt, videntibus transire nos per ciuitatem suam, & velut Angelis occurrentibus, atque honorem deferentibus, quomodo enarrem? Aut de ipsis Monachis, & Virginibus, quorum innumeræ multitudines (vt suprà diximus) in illa vrbe habentur? Requirentes enim à S. Episcopo loci illius, Viginti millia Virginum, & decem millia Monachorum ibi haberi comperimus.* O verè terrestris Paradisus hominum Angelicam vitam ducentium!

389. De ingenti illa multitudine monasteriorum & Monachorum veterum specialiter tractat Azorius *tomo 1. Institutionum lib. 12. cap. 21.* vbi inter alia hæc refert: ex S. Athanasio in Vita S. Antonij. Quòd *in Monte monasteria tamquam tabernacula, plena diuinis choris, psallentium, orantium, lugentium: qui infinitam regionem quamdam, & oppidum, à mundana conuersatione seiunctum, videbantur incolere.* Ex S. Hieronymo, in Vita S. Hilarionis tradit: quòd *in Palæstina innumera fundauerit monasteria.* De Isidoro: quòd *in vno eius monasterio plus quàm mille morarentur.* De Apollonio: quòd *plus quã quinquies mille Monachis præesset.* De Ammonio Patre *trium millium Monachorum, qui omnes variis spiritus Sancti donis fulgebant.* Similiter ad Abbatem Or *conueniebant quoque tria millia.* Serapion *Pater erat decem millium Monachorum.* Macharius in Tabenna *habebat Septem millia Discipulorum.* Ex Theodoreto scribit *in Palæstina, in Ægypto, in Asia, in Ponto, in Cilicia, in Syria, infinita fuisse monasteria:* in quibus omnibus experiri licebat illud delectabile: *Ecce quàm bonum & quàm iucundum habitare fratres in vnum.* O verè felicia Ecclesiæ, & Monastices sæcula, quando Ægypti & Palæstinæ deserta tot Monachis ornata erant!

Etiam in aliis locis ingens erat numerus Monachorum.

390. Eo igitur tempore Monasticum Institutum tantum incrementum accepit, vt illud, atque ex eo succisi palmites & in diuersis Prouinciis complantati, breui tempore repleuerint terrarum orbem, nimirùm Palæstinam, Syriam, Ægyptum, Asiam minorem, Capadociam, Pontũ, Armeniam Mesopotamiam, & Boreales regiones, vsque ad latrones Bessas, & Dacos. Ad Indos quoque, Persas, & Æthiopes sancta ista Monastica propago peruenit: prout scribit Annalistarum Coriphæus Card. Baronius, & noster Lezana in Annalibus *ad annum Christi* 328. vbi ex S. Paulino hos adferunt versus:

Vt totum ferè terrarum Orbem impleuerint.

O vices rerum! bene versa fama!
Inuij montes prius & cruenti
Nunc tegunt versos monachi latrones
Patris alumnos, &c.
Mos vbi quondam fuerat ferarum,
Nunc ibi virtus viget Angelorum,
Et latet iustus, quibus ipse latro
Vixit in antris, &c.

Tunc ferarum latrõnum fiebãt habitacula Religiosorũ.

391. Erat

Erant & Monasteria vt seminaria sanctissimorũ Episcoporum.

391. Erat verò tunc Monasticum Institutum Seminarium sanctissimorum Episcoporum, prout ibidem concludens sic tradit Dom. Baronius: *Negari quidem non potest, fuisse Monachismum seminarium in Ecclesia Dei Sanctissimorum Episcoporum; ex quo Basilij, Gregorij, Chrysostomi, & alij tam in Oriente, quàm in Occidente viri spectatissimi prodierè.* Tales quoque fuerunt Apollonius, Agatho, Aristo, Ammonius, atque alij relati à S. Athanasio in Epistola ad Dracontium: nec non SS. Augustinus, Cyrillus, Iisidorus Peluſiota, Anastasius Sinaita, & mille alij: qui omnes monasticem professi fuêre.

Tunc Ordo Monasticus in varias fuit diuisus partes, seu Congregationes.

392. Status itaque Religiosus Monasticus, & Eremiticus, à Sanctissimo Propheta ELIA, ceu fonte, originaliter scaturiens, per Filios Prophetarum Rechabitas, Assidæos, & Essenos continuatus, vsque ad Christum, à quo perfectionis complementum accepit: per SS. Apostolos quoque verbo & exemplo commendatus, instar fluminis cuiusdam indesinẽti fluxu, intra sui aluei limites se continẽntis, tandem sic auctis quasi in immensum Monachis & Monasteriis; veluti quandoque flumina, accessione torrentium, dum nimiùm redundant, in plures se secant partes & canales, qui omnes ad idem mare profluunt: sic quoque Monasticum Institutum, antea vnicum & indiuisum, in varias est dispartitũ congregationes: ita vt multorum coactio, sub iisdem seu similibus institutis censeretur vna Religio, à congregatione altera separata: sic sub suis Propositis independenter ab alia ordinata. Vnde Ordinum diuersitas, & distinctio orta est feliciter, atque varietas Religiosorum: qui omnes tribus votorum clauis trinæ Professionis suffixi, propriis sibi efformatis crucibus, seu piis exercitiis, & austeritatibus, ac vitæ formulis, ad eumdem cuncti tendunt finem: qui est, Christo, Monasticæ conuersationis excellentissimo exemplari, confirmari in hac vita, & consociari in altera. Tunc impletum fuisse videtur illud psalmi: *Astitit Regina* (Ecclesia) *à dextris tuis, in vestitu deaurato, circundata varietate.* Aurum tunc verè erant Religiosi, Angelicam in terris vitam agentes; &, vt lapides sanctuarij, per constantiam solidi, per stabilitatis propositum quadrati, per pœnitentiæ asperitatem, & virtutum varietatẽ diuersimodè colorati. Varietas autem illa Institutorum Monasticorum in eadem fidei consensione mirè exornat Ecclesiam.

Psal. 44.

Quorum Authores, seu Institutores pleriqueS. P. ELIAM vt prototypon aspexêre.

393. Magnum verò Prophetam ELIAM, vt suæ Institutionis prototypon aspexêre pleriqúe ex antiquioribus Monastices propagatoribus: quos succinctè hic cõmemorabimus. In Ægypto rem monasticam præcipuè reparauit S. Antonius, de quo S. Athanasius in eius vita *cap.* 7. hæc scribit: *Igitur S. Antonius secum reputans oportere Dei famulum ex instituto Magni* ELIÆ *Exemplum capere, & ad illud speculum vitam suam debere componere.* Vnde pro comperto cunctis est, ipsum ELIÆ Sectatorem, & Essenorum fuisse æmulatorem, ac propagatorem; nam & à sene Monacho ex Essenis, vti suprà indicauimus, prima rudimenta monasticæ institutionis accepit. Vide Baronium *ad annum* 328. Hinc Arnoldus Bostius, antiquùs & celebris

lebris hiſtoricus *a* hæc ſcribit ad intentum: *Per hunc Antonium Religio Carmelitarum in Ægypti partibus & per S. Hilarionem eius diſcipulum in terra Sanctæ Regionibus mirabiliter extitit dilatata.* *a* In Speculo hiſt. l.1.c.2.

394. In Palæſtina igitur Monaſticen quàm maximè promouit,& illuſtrauit S.Hilarion, Eliani Inſtituti ſectator,Eſſenæque ſcholæ ſtudioſus, imò & Carmeli Montis colonus, ſicut patet ex dictis *capite præcedenti.* In Tabenna autem rem Monaſticam ampliauit S.Pachomius, & ipſe Sectator Antonij & ELIÆ, vt declaratur in principio Vitæ eius,his verbis:*Erat per id tempus beati Antonij vita cunctis ad imitandum propoſita,qui Magni* ELIÆ *atque Eliſei,nec non & S. Ioannis Baptiſtæ æmulator exiſtens,ſecreta interioris Eremi ſtudio ſectatus eſt ſingulari.* Hunc proinde Elianis accenſent plures, & quidem Boſtius in Speculo hiſtoriali *b* vbi inter alia: *In Theabaïde, Prouincia Tabennenſis dicitur locus,in quo imitator Sanctorum Prophetarum* ELIÆ *&* ELISÆI *viguit Pachomius.* *SS. Hilarion & Pachomius,* *b* Lib.1.c.6.

395. Magnus quoque Baſilius, Chriſtianæ fidei propugnator eximius, Monaſticæ Diſciplinæ propagator celeberrimus in Oriente extitit: qui antiquorum Monachorum ritum ad meliorem formam redegit. Eũ autem Elianæ,Eſſenæ, imò & Carmeliticæ alumnum fuiſſe conſtans eſt noſtrorum hiſtoricorum,& Scriptorum vetuſta ſemper traditio:quam firmat cœlica ipſius Baſilij reuelatio,facta B. Cyrillo Conſtantinopolitano, Montis Carmeli Eremitę. Eam referunt Palæonydorus *c* & ex eo Lezana *d* his verbis: *Alicuius temporis interuallo vidit per quamdam noctem virum aſpectu eximium, venerandum iuxta ſe ſtantem,capite inſulatum, & dicentem: Ne timeas Cyrille, ſum enim Baſilius, quondam Montis Carmeli Eremita, Cæſarienſium Paſtor, veniens hæc tibi denunciare à Deo,quatenùs iu Armeniam pergens verbum Dei illic prædices.* *S. Baſilius.* *c* Lib.3.c.4. *d* Tom.2. Annal. ad an.Chriſti 327.

Refert autem Boſtius *e* ipſum circa Carmelum in monaſtica vita per tredecim annos deſudaſſe. In monaſterio vixiſſe conſtat ex Officio Diuino in feſto S.Gregorij Nazianzeni ad diem 6.Maij:vbi tam ipſe,quàm Baſilius referuntur *in ſacrarum litterarum ſtudiis per tredecim annos in cœnobio ſe exercuiſſe.* Et certè ipſum S.Gregorium Nazianzenum aliquando Carmelum incoluiſſe demonſtratur in dicto *tomo 2.Annal.* & ipſe indicat ſatis verbis ſuprà relatis parte 2.cap.1. Hinc ab hiſtoricis noſtris,& etiam aliis quibuſdam,inter Carmeli accolas refertur. *e* Lib.5. ſpec. hiſt. c.42. *S. Gregorius Nazianzenus.*

S. Athanaſius etiam,vir vndequaque mirabilis, Monachorum ſui tẽporis Antonij,Pachomij,& aliorum fuit deuotiſſimus Viſitator,Propagator & Protector, qui Ægyptiorum Monachorum inſtitutionem in Vrbẽ Romanam inuexit. *Atque alij.*

396. S.Auguſtinus præclariſſimum Eccleſiæ iubar, Monaſteria tum virorum tum mulierum in Africam inſtituit,& conſtruxit, tam in vrbibus pro Canonicis(cum quibus iam Epiſcopus manſit)quàm in eremis, & in horto quodam, Ciuitati Hipponenſi vicino,pro Eremitis (quibuſcum aliquando ante Epiſcopatum etiam conuixit.) Quòd autem in inſtitutione

sua monastica respectum aliquem habuerit ad primum monastici Instituti fundatorem ELIAM, ex Paulino subodorari possumus *epistol. 36. ad Leontium* ita scribente: *Verè Pontifex, & verè Consul; Licenti Crissi, Augustini vestigijs Propheticis, & Apostolicis disciplinis, vt sacro beatus Eliseus* ELIÆ, *& illustri Apostolo Timotheus adhæseris.* Vbi notanda illa *Augustini vestigiis Propheticis, & vt sacro beatus Eliseus* ELIÆ. Sunt quoque ad intentum ea, quæ *sermone 1. ad Fratres* scribit: *Pax vobis Fratres; quoniam electi estis ante mundi constitutionem, vt in hac vasta solitudine sitis cum* ELIA. Et ibidem infrà: *mox ad nemus cum* ELIA *redire festinent.* Quibus ELIAM commendat tamquam exemplar vitæ eremiticæ.

397. S. Benedictus denique sub finem quinti, & initium sexti illuxit Occidentalium Monachorum Patriarcha clarissimus: qui rem Monasticam, & hominum multitudine, & sanctissimæ disciplinæ Regulâ tantoperè amplificauit, vt Instituti sui innumeros, ipsosque illustrissimos asseclas habuerit. Ex hac autem quasi vnâ radice variæ deinde prodiêre propagines diuersarum familiarum, quæ idem S. Benedicti Institutum complexæ, nonnulla tantùm, vel reformando, vel addendo, aut leuiter immutando, ab ipso discrepant. Harum prima & antiquissima est Cluniacensis, ab Odone exordium habens: ex eodem genere est etiam Camaldulensis, authore S. Romualdo: & alia, Vallis vmbrosæ nuncupata, cui initium dedit B. Gualbertus. Nulla tamen in his omnibus familijs nobilior, & numerosior Cisterciensi, inchoata à B. Roberto, & mirificè aucta ac illustrata à sancto Bernardo.

398. Hos subsecuti seculis posterioribus S. Norbertus, S. Bruno, S. Dominicus, S. Franciscus Assisias, S. Petrus Cœlestinus, S. Franciscus de Paula, S. Ignatius, & alij Religionum fundatores. de S. Honorato, S. Columbano, Pinutio, Cassiano, Quærano, aliisque antiquioribus Monachorum Propagatoribus, & Legislatoribus tractat Lezana *to. 2. & 3. Annalium* specialiter autem *to. 3. in Apparatu cap. 1.*

399. Ex illis aliqui, non omnes, Elianæ scholæ annumerantur: & quidem stricte satis, & propriè SS. Antonius, Pachomius, Basilius, & Hilarion, ac consequenter illorum discipuli ac posteri, iuxta dicenda capite sequenti. Non autem ita de SS. Augustino, Benedicto, Bernardo, Norberto, Brunone, Dominico, Francisco, Ignatio, & Ordinibus ab illis inchoatis: Isti enim Monastici Instituti Propagatores instar nouorum fontium fuerunt: vndè profluxerunt noui riui salutarium aquarum, salientium in vitam æternam: Institutionum, inquam, Monasticarum, & Ordinum Religiosorum (per quos innumeri salutem consequuntur) quorum isti Patriarchæ, Institutores, & Principes extiterunt.

Omnes Ordines Religiosi aliquid debent S. Prophetæ Eliæ.

Omnes tamen aliquid debere videntur ipsi S. Prophetæ ELIÆ, tamquam primo exemplari, & Principi, ac Antesignano primo Vitæ Monasticæ, & Eremiticæ: ad quem proinde in suis Regulis, seu Vitæ Regularis normulis (quod ex dictis *parte 2. cap. 1.* liquet) respectum aliquem habuisse videntur,

videntur, vti iam antè diximus de S. Augustino: nec minùs existimandum de S. Benedicto qui in Vita Monastica institutus fuit à Romano Monacho Instituti Eliani: de quo Arnoldus Bostius clarissimus Ordinis nostri historicus *in speculo historiali lib. 5. cap. 10.* hæc scribit: *Insuper & S. Romanus, Eremita quondam Montis Carmeli, de Constantinopoli cum plerisq; aliis Catholicis Monachis, sanctisq; viris, expulsus est: qui veniens Romam, secessit in desertum cui sublacus vocabulum est: qui à Romana Vrbe quadraginta ferè miliaribus distans, frigidas, & perspicuas habuit aquas emanantes.* Et *capite 73.* agens de eodem Romono, Cõstinopoli per Eutichianos fugato: *Inde pulsus per Eutichianos secessit Romam, & inde in desertum cui sublacus vocabulum est, vbi tribus annis S. Benedictum pauit.*

400. Alij autem Religiosorum Ordinum Patriarchæ, etsi non explicitè fortè ELIAM sibi proposuerint; ex aliis tamen præcedentibus antiquis Patribus, qui aut ratione successionis, aut titulo imitationis (modo capite sequenti declarando) Eliades fuêre, aliquid, puta silentium, solitudinem, Orationis & internæ cum Deo conuersationis studium &c. in suas Leges, seu Institutiones transtulerunt. Vt proindè non immeritò canat Baptista Mantuanus *Ecloga 10.*

Pastores alij, quotquot per rura vagantur,
Omnes sunt riui nostris de fontibus orti.

Et *libro 3. Parthenices* tractans de ELIA, & Carmelo

Tamquam fontali origini Monastica Vita.

Mons Patrum pietate Sacer &c.
Illinc perpetuis ceu missi è fontibus omnes
Relligio, & sacri fluxit reuerentia cultus.
Quidquid habent alij Montes pietatis, ab isto
Ducitur: hâc vna plures è vite racemi
Diffusi latè terras, atque æquora complent.
Hinc Carthusiacis æterna silentia claustris,
Hinc varias Benedictus oues collegit &c.

Quæ latiùs relata sunt suprà *parte 2. cap. 1.* His consonant illa Abbatis Trithemij: *Antiquissimus ergo omnium Ordinum in Ecclesia Dei Carmeliticus est: à quo cæteri Ordines principium & formam suæ Institutionis acceperunt.* Nec minùs perspicuè ad intentum Aubertus Miræus adductus suprà *par. 1.* sub finem, sic scribens: *Quidquid Orientis, Austriq; primores, quorum genere Monachorum cœtus gloriantur, tradidêre: quidquid etiam ab Oriente in Occidentem extat inuectum, non minimâ ex parte Institutionis* ELIÆ *quædam expolitio, & ad nationes diuersas coaptatio est, siue contemplationis studium, siue solitudinem, siue austeritatem, siue paupertatem velimus expendere.*

Ex quibus omnibus habetur, S. P. ELIAM extitisse primum Monasticos totius exemplar: atque adeò omnes Ordines, seu Instituta Religiosa, tãquam exemplata, quodammodò ad ipsum referri. Etenim iuxta Philosophos, exemplar causa est sui exemplati.

Digitized by Google

CAPVT XXI.

Quinam antiquorum Monachorum, & quâ ratione, Eliano Inſtituto accenſeantur.

401. PRo confirmatione,& elucidatione præcedentium,declarandum hic reſtat,quinam,& qualiter antiqui Paleſtinæ,& Ægypti Monachi Eliades dicendi ſint. Lezana *in Apparatu ad tomum 2. Annalium cap. 7.* hoc ſtatuit aſſertum: *Omnes ferè Monachos, & Anachoretas poſt Chriſtum in quatuor primis ſeculis ad Propheticum, & Elianum Inſtitutum quadantenùs ſpectaſſe*, Quod (tamquam clauem, & cardinem eorum quæ ſcribit toto illo *tomo* 2.)copiosè & ſolidè ex Patribus,alijſque quamplurimis ſcriptoribus comprobat: & ex variis principijs confirmat,potiſſimùm verò iſto: Quòd quatuor illis primis ſeculis Monaſticum Inſtitutum indiuiſum, & vnicum dumtaxat fuerit, nempe Propheticum Elianum,ab ipſo S.Propheta ELIA inchoatum:ab *Eliſeo* mirificè auctum:in Filijs Prophetarum,Rechabitis Aſſidæis, & Eſſenis continuatum: à Chriſto conſummatum: ab Apoſtolis practicatum: à S. Marco,& Eſſenis ei adhærentibus,atque alijs (qui è Carmelo, alijſque locis deſcendentes ab ipſis Apoſtolis in fide inſtructi,& baptizati,eorũ ſunt facti coadiutores) per varias regiones propagatum: & per prima ſecula iugiter conſeruatum:atque ſanctâ ac mirabili conuerſatione apud omnes commendatum. Sub mẽdium autẽ ſeculi quarti,& deinceps,in plures diuiſum fuit Congregationes, ſeu Ordines, prout capite antecedente diximus. Si autem in primis quatuor iſtis ſeculis aliud aliquod Monaſticum Inſtitutum præter Elianum fuiſſe quiſpiam contendat,id ceu ramus erat ex Eliano, velut arboris trunco, pullulans.

Omnes ferè antiqui Monachi & Anachoretæ Elianæ poſteritati accẽſendi.

402. Quæ etiam ab aliis noſtris Hiſtoricis, & exteris non paucis traduntur: ac imprimis ſatis id inſinuat Cardinalis Baronius,locis ſuprà citatis,dum Monachos,de quibus agit,per prima ſecula, nunc *Eſſenos,de quibus Philo*, nunc ELIÆ *& Ioannis Baptiſtæ æmulatores* agnoſcit. Expreſsè autem id affirmat Laurentius Beyerlinck in Theatro vita humanæ, verbo *Religio* : vbi poſtquam de Origine , & antiquitate huius Ordinis egiſſet, Monachos quatuor primis ſeculis Sanctorum Prophetarum: ELIÆ & *Eliſei*, ac Carmeli propaginem ita adſtruit : " Conſtat ex ſuperiori titulo, „ de antiquitate huius Ordinis, quomodo primæua ſua fundamenta ad „ ELIAM & *Eliſeum* referat , tandemque per filios eorum ſpirituales creuerit , inſtar lucis ſplendentis , & ad perfectum diem paulatim deuenientis.

Id ex noſtris & exteris præcipuis ſcriptoribus cũprobatur.

Digitized by Google

„ uientis. Siquidem ab Apostolis Christi Euangelium edocti, illius secta-
„ tores, primordiis nascentis Ecclesiæ suprà illius candelabrum etiam po-
„ siti fuêre, normamque ab ELIA præscriptam, & à Filijs Prophetarum
„ tot seculis obseruatam, strenuè sibi seruandam existimarunt, adiectis il-
„ lis, quæ lege Euangelicâ addenda censuerunt viri sancti, & Apostoli-
„ ci. Itaque non aliam viuendi normam, quàm veterem illam amplexi
„ fuerunt primis quadringentis annis."

403. Seraphici quoque Ordinis Minorum illustris Scriptor Ioannes de Carthagena [a] clarissimè ita intentum confirmat: " Tandem vt vno
„ verbo absoluam, innumeros huius Religionis commemorem: quot-
„ quot ab ELIA in speluncis, cauernis, montibus & desertis Ægypti, &
„ Thebaidæ, & aliarum Regionum monasticam vitam professi, Eliani
„ Instituti fuerunt cultores, ac huius sacræ Religionis filij. Vnde Trithe-
„ mius lib. 1. cap. 12. de laudibus Carmelitarum ait: " *Tot Sancti sub Ordine Carmelitano fuerunt, vt penitùs numerari nequeant. Etenim si quis stellas cæli dinumeret, & Sanctos huius Ordinis numerare poterit.* Ferè similia scribunt idem Abbas Trithemius, & Aubertus Miræus relati sub finem capitis antecedentis.

[a] Lib 7. homilia 3.

404. Mirum fortè, & parùm credibile quibusdàm primo intuitu videbitur id, quod dicimus: nempè Monachos, & Eremitas per prima secula, & plurimos in sequentibus accenseri Ordini, seu Instituto Eliano: Ast appellamus ad Regulam Iuris: *ne iudicent inauditâ parte*: & nisi priùs intellexerint quo iure & fundamento. Dicimus itaque, quòd duplici ratione, *Imitationis* scilicet, & *Successionis*. Priori modo, seu ratione *Imitationis*, & exempli à S. Propheta ELIA tãquam Monachorum Principe, & vitæ monasticæ primo exemplari, atque à S. *Eliseo*, & Filijs Prophetarum, vt secundarijs prototypis, suam institutionem habere dici possunt illi omnes, qui suam viuendi normam ELIÆ &c. studuerunt conformare: cuiusmodi sunt ferè omnes ante SS. Basilium, Antonium, Macharium, Hilarionem &c. ac etiam ipsi, & post ipsos alij quamplurimi istorum discipuli. Imò Thomas à Iesu Carmelitarum Discalceatorum per Belgium Prouincialis, pietate & doctrinâ celebris, & plures alij tuentur, omnes ferè tam Ægypti, quàm Palæstinæ Monachos, etiam satis propriâ locutione pertinere ad Ordinem Carmeliticum, seu Propheticum à S. ELIA institutum, & per Filios Prophetarum, Assidæos & Essenos perenni successione propagatum; cùm isti omnes descendant à SS. Antonio, Hilarione, Pachomio, Basilio &c. & hi à Monachis primitiuæ Ecclesiæ (quos S. Dionysius Areopagita vocat *Therapeutas*, Philo, Flauius Iosephus ac alij *Essenos*) in vita monastica instructi fuerint; vtique iuxta formam à S. Propheta ELIA suis discipulis traditam: sicut constat de S. Antonio, qui teste S. Athanasio in eius vita, à Monacho Sene monasticen edoctus, (prout in proximè antecedentibus audiuimus) ex instituto magni ELIÆ exemplum capiens, ad illud tamquam speculum vitam suam componebat. Ipsi quoque & alij

Duplici autem fundamento id asseritur: ratione scilicet Imitationis & successionis.

Digitized by Google

Eremi Patres discipulis suis SS. ELIAM & *Eliseum* tamquam sui Instituti Principes imitandos frequenter proponebant: sicuti ex dictis *parte 2. c.1.* perspicuum est.

405. Nec tantùm Institutum, seu modum viuendi, sed & habitum S. ELIÆ, & veteris legis Monachorum æmulabantur, vti liquet conferenti ea, quæ de horum habitu scribit Ioannes XLIV. Patriarcha Ierosolym. circa finem libri *de Institutione primorum Monachorum in lege veteri exortorum* cum ijs, quæ de habitu Monachorum nouæ Legis habet Ioannes Cassianus *libr.1. de Institutis Cœnobiorum*: vbi *cap.* 2. ita loquitur: "Hoc „habitu etiam illos ambulasse qui in veteri testamento professionis hu„ius fundauêre primordia, ELIAM scilicet & *Eliseum*, diuinarum Scrip„turarum authoritate monstratur: *& cap.* 8. agens de melote, & baculo: „Quæ gestant; *inquit*, ad imitationem eorum qui professionis huius præ„figurauêre lineas in veteri testamento. „ *De quibus Apostolus: circuierunt in melotis* &c. Et capite sequenti: *Nam & baculum gestasse eosdem viros* (scilicet Monachos veteris Legis) *etiam Eliseus, qui vnus ex ipsis est, docet.*

Monachi antiqui etiam in habitu S. ELIAM æmulabantur.

406. Illi autem Esseni primitiuæ Ecclesiæ Monachi descenderunt à S. Propheta ELIA, vt *cap.* 4. demonstratum est: consequenter etiam præfati Monachi Ægypti, & Palæstinæ certo modo trahunt suam originem ab eodem Sancto Propheta, eiusque posteris: etsi interim aliam recipiant nomenclaturam, & ab iis quibusdam particularibus institutionibus differrent: nam, sicut riui fluentes de fonte, sensim quidem nomen amittũt: per iustitiam nihilominus artis geometricæ, etiamsi quis nolit, reducuntur ad suum fontem; ita & Monachi, seu Eremitæ Ægypti, & Thebaidę, cum omnes à veris S. ELIÆ posteris, per rectam delineationem descendentibus, in vita monastica instructi fuerint, negari non potest, primæuam eorum institutionem certo modo ad S. ELIAM referendam adeoque aliquâ ratione omnes istos spectare ad Ordinem Elianum.

Omnes cenrii ab ELIA, *tamquam fonte processerũt.*

407. Ferè idem dicendum est de Ordine S. Francisci, qui licèt, per totum Orbem sese extendens, diuisus sit quasi in diuersas species, & differentias, pluresque ramos; alij enim sunt de Obseruantia, alij Recollectę alij Tertiarij: & aliqui se nuncupant Iosephinos, aliqui Gabrielitas: omnes tamen sunt Filij S. Francisci, & eius Ordinis Professores, qui sequuntur eumdem truncum, seu caudicem, & Fundatorem; etsi inter se particularibus quibusdam institutionibus differant.

408. Interim tamen strictè loquendo soli illi censendi sunt Carmelitæ, siue Ordinis Prophetici Eliani Professores, qui directam, & continuam, seu (vt loquuntur Pōtifices) hæreditariam successionem à S. Propheta ELIA, per Filios Prophetarum, Assidæos, & Essenos descendentes, Carmelum, aliáue loca Palæstinæ, ad quæ ipsius S. ELIÆ Institutum propagatum, est, incoluerunt: vbi & Fundatorum dictæ Religionis virtuosa exempla imitantes, normam viuendi à S. Propheta ELIA traditam, seruabant (quales sunt prædicti sancti Telesphorus, Dionysius, Spiridion &c.)

Quinam strictè dicẽdi Carmelitæ.

Digitized by Google

&c.) & qui ab his tamquam palmites è vite transplantati, rectâ lineâ descendentes, ad alias mundi partes sunt propagati: cuiusmodi sunt illi soli, qui hodiè vocantur *Carmelitæ*, siue FRATRES B.V.MARIÆ DE MONTE CARMELO.

409. De istis accuratè, & diffusè agitur in Apparatu ad Annales Ordinis *tomo* 2. *cap.* 7. *& tomo* 3. *cap.* 2. vbi inter alia sic: " Pro huius Ap-
„ paratus colophone, ac dicendorum in hoc tomo maiori luce, præ o-
„ culis sincero lectori obiicimus: Inter Monachorum Ascetarum seu A-
„ nachoretarum myriades, Elianæ monastices posteros alios esse *Imita-*
„ *tione* dumtaxat, alios etiam *Successione:* eos quidem *Imitatione*, appella-
„ mus, qui ELIAM & *Eliseum* Filioque Prophetarum prospicientes, ip-
„ sorum Institutum variis in Orbis regionibus, non aliud posterius Basi-
„ lianum, Augustinianum, aut Benedictinum æmulari studebant: quo-
„ rum maximam partem fuisse ea, quæ dicto *capite* 7. attulimus, manife-
„ stè euincunt. *Successione* autem eos dicimus, qui nedum ipsorum vitæ ri-
„ tum, institutumque æmulari gestiebant, sed veluti paternæ hæreditatis
„ successores, in Carmelo ipso Monte, alijsque Terræ Sanctæ circum-
„ uicinis mansionibus, in quibus eos olim habitasse sciebant, mansio-
„ nem quoque iugem, vel interruptam, prout temporis ratio offere-
„ bat, studiosè tenebant. Posteriores istos Carmelitas ore pleno in operis
„ decursu appellamus. Cum enim Elianam Monasticen, in Carmelo
„ quoque ipso Prophetarum mansionem habuerint, procul dubio absq;
„ vlla vocabuli inuidiâ *Carmelitæ* vocari possunt. Priores autem illos nū-
„ quam *Carmelitas* dicimus, sed vel generali nomenclaturâ, *Monachos*, vel
„ quandoque *Eliani*, *Esseni*, aut *Prophetici Ordinis* seu *Instituti cultores*. Quæ si
„ pius noster animaduertat lector, offensionem, quam forsan incurret ex
„ huius operis lectione, quod in ipso plures referantur qui nullatenus ab
„ authoribus *Carmelitæ* nūcupentur, effugiet. Eò etiam vel maximè, quòd
„ non omnes, & singulos monasticæ vitæ professores huic classi Elianorum, seu Essenorum Instituto accensemus; sed eos dumtaxat, quos sub
„ speciali vexillo alicuius Patriarchæ Religionum, Basilij nēpe, Augustini
„ vel Benedicti non militasse comperimus; alioquin propriis parentibus
„ prolem adiudicamus, singulis quæ sua sunt suo iure remittentes. Hæc
„ ibi Lezana. " Sed de his satis. Deinceps peculiarem Carmelitici Ordinis historiam succinctè pertexamus.

CA-

CAPVT XXII.

De Regula Ordinis scripta anno Christi quadringentesimo duodecimo, per Ioannem Patriarcham Ierosolymitanum: & de Victoria S. Cyrilli Patriarchæ Alexandrini, quondam Carmeli incolæ, contra Nestorium, impugnantem Maternitatem SS. Virginis Deiparæ.

410. HActenùs in fluuio ab ELIÆ fonte promanante, & intra eiusdem ferè aluei limites se continente, nauigauimus per nouem secula in Lege veteri, & quatuor in Noua: qui deinde diuisus fuit in plures partes, seu riuos particulares, prout iam diximus. Deinceps itaque in vno dumtaxat eorum, à sua scaturigine directè, indesinenterque profluēte, cursum scriptionis nostræ prosequemur, alijs sua relinquentes; tū quòd cuilibet sua sint notiora; tum quia alij nostris non egeant calamis, per se satis pollentes; tùm quia Vniuersę Monasticæ, omniumque Ordinum Religiosorum peculiarem historiam moliri immensi ferè foret laboris, quem vires pertenues ferre recusant.

411. Itaque Carmeli vetusta Religio & *imitatione*, & *non interruptâ successione* Eliana, felicissimis illis Ecclesiæ seculis, Religiosorum hominum in terris Angelicam vitam æmulantium fœcundissimis, eruditionis, & sanctitatis flosculos, ac fructus parturire non desiit: eiusmodi primus occurrit Ordinis Legislator, seu Regulæ Scriptæ conditor Ioannes, ex eiusdem Carmeli Montis incola & Archimandrita, Hierosolymitanus Patriarcha, seu Episcopus quadragesimus quartus post S. Iacobum, medius inter S. Cyrillum & Praylum, vti liquet ex Cassiodoro *lib.* 10. *historiæ Tripartitæ Ecclesiasticæ cap.* 25. Scribente: *Hierosolymorum Ecclesiæ præsidebat Ioannes, vir mirabilis, successor Cyrilli.* Et Nicephoro Callisto in *Historia Eccles. libr.* 14. *cap.* 30. vbi ferè ijsdem vtitur verbis: *Hierosolymis Cyrillo diuinus Ioannes successerat:* atque ex Theodoreto Cyrensi Episcopo *libr.* 5. *historiæ suæ Eccles. cap.* 38. vbi hæc de Ioanne: *Hierosolymis autem post admirabilem Ioannem Praylo Ecclesiæ cura commissa est*: hunc tamquam de errore Originis falsò suspectum quibusdam, defendunt Thomas à Iesu *in Commentario in Regulam Carmelitarum*, Lezana *in Annalibus tomo* 3. *suò initium*, Michael Munuoz *in Propugnaculo* ELIÆ, atque pleniſſimè, & ex professo Wastelius *Libro toto* 3. *suarum Vindiciarum pro eodem Ioanne eiusq; Operibus*: vbi ostendit, illum Originis non

Circa annum Christi 400. *Carmeli Religio viros habebat spectatissimos.*

Ex ijs fuit Ioannes, deinde XLIV. *Episcopus Hierosol.*

Lib. 3. sect. vlt. art. 4.

Digitized by Google

non fidem & errores, ſed ingenium fuiſſe ſecutum. Imò non tantùm orthodoxam eius fidem illuſtrat, ſed & ſanctitatem commendat ex Romanorum Pontificum, Patrum, & Hiſtoricorum teſtimoniis, ex authoritate variarum Eccleſiarum, illi nomen *Sancti* in Eccleſiaſtico officio tribuentium, atque ex præſcripta de illo per multa ſecula ſanctitatis opinione, vſque ad tempora Ioannis Molani, qui in ſuo ad Martyrologium Auctario illum inſcribit ad diem 12. Ianuarij his verbis: *Duodecimo Ianuarij S. Ioannis Epiſcopi Hieroſolymitanæ Eccleſiæ, Ordinis Carmeli Profeſſoris.* Quæ & diuinæ reuelationis atteſtatione confirmantur, in hiſtoria certa, & ab Eccleſia approbatâ, Inuentionis reliquiarum Sãcti Prothomartyris Stephani, & ſociorum, ſcriptâ à beato Luciano, Presbytero Hieroſolymitano, & ex eodem ad longum relatâ in Annalibus Domini Cardinalis Baronij ad annum Chriſti CCCCXV. vbi inter alia hæc habentur: *Quare neglexiſti ire & dicere ſancto Epiſcopo Ioanni?* Et infrà: *Cum in extaſi, hoc eſt, in exceſſu mentis, audiſſem, ſtatim expergefactus, benedixi Dominum, & perrexi ad ciuitatem ad ſanctum Ioannem Epiſcopum:* vbi adhuc in viuis agens, paucis mẽſibus ante obitum, à beato Luciano, & ab apparente ſibi Gamaliele, *Sanctus* nuncupatur: & ſancti Stephani Reliquiarum *inuentione*, per ſpecialem Dei gratiã, dignus fuit. Iſtum autem eſſe Ioannem, de quo hic agimus, indubitatum eſt. Illum enim Epiſcopum, ſeu Patriarcham Hieroſolymitanum, qui S. Stephani, & Sociorum Reliquias inuenit, nuncupatum fuiſſe Ioannem, conſtat ex prænominato B. Luciano, atque ex vetuſto authore Idatio Lemicæ Galleciarum Epiſcopo in Chronico continuationis Euſebij: vbi ad annum tertium Olympiadis CCXCVIII. ſic ſcribit: *Hieroſolymis Ioanne Epiſcopo præſidente ſanctus & primus poſt Chriſtum Dominum Martyr Stephanus reuelatur:* nimirum anno Chriſti quadringenteſimo decimo quinto, die 3. Auguſti, vti liquet ex Baronio in Annalibus ad dictum annum. Ioannes autem hic noſter ſequenti anno quinque menſibus poſt, (videlicet 12. Ianuarij, iuxta præfatum Molanum, & Galeſinum) poſtquam ſedem Hieroſolymitanam obtinuiſſet triginta annis, viuere deſijt, ſicut idem Baronius concludit & litteris B. Zozimi Romani Pontificis, ad Epiſcopos Africæ, ſcriptis anno Chriſti quadringenteſimo decimo ſeptimo die 21. Septembris, vbi hæc habentur: *Ecce epiſtolam Hieroſolymitani Epiſcopi Praylij qui in locum quondam Sancti Ioannis, Epiſcopus eſt ordinatus.* Vbi etiam obiter nota, quòd ſicut adhuc viuus à Luciano & B. Gamaliele vocatus eſt *Sanctus*, ita & mortuus à Romano Pontifice Zozimo eodem encomio honoratur.

A multis Sancti titulo decoratus.

412. Hic Ioannes ex ſuo Carmelo tranſlatus, & ſublimatus ad Cathedram Ieroſolymitanam, ſuis diſcipulis Carmelicolis Librum quemdam, tamquam Regulam, ſeu vitæ monaſticæ normam, ad exemplum Principis Monachorum Prophetæ ELIÆ Carmeliticæ Religionis fundatoris, ſcripſit & tradidit, *omnia, quæ vitæ Monaſticæ ac Religioſæ neceſſaria vel vtilia eſſe poſſunt, mirabiliter amplectentem ſpiritualia documenta, moralia inſtituta, myſtica*

Regulam Ordinis ſcripſit.

mystica & allegorica plurima continentem : prout scribit **Lezana** *in Annalibus tomo 3. ad annum Christi* 412. vbi etiam illam integram inserit. De eius præstantia, & antiqua fide plura dicemus parte 8. sub finem.

Hanc Regulam per octo secula, ab anno scilicet quadringentesimo duodecimo, vsque post annum millesimum ducentesimum, Carmelitici Ordinis Professores obseruare studuerunt: prout clarè ad longum refertur à S. Cyrillo hic suprà *par. 1. c. 1. & 2.*

413. Ioannis istius in vita ascætica discipulus fuit ille celeberrimus, & strenuissimus honoris SS. Virginis Deiparæ propugnator S. Cyrillus Alexandrinus: de quo in eiusdem festo die 28. Ianuarij in Officio diuino ad Matutinum *lectione* 4. ista recitantur : *Cyrillus Episcopus Alexandrinus, claris parentibus ortus, Theophili item Episcopi Alexandrini ex fratre nepos, à quo adolescens Athenas studiorum causâ missus, cum plurimùm profeciſſet, ad Ioannem Episcopum Ierosolymitanum, vt Christi in vitæ perfectione imbueretur, se contulit: cuius consuetudine in Carmelum Montem secedens, ibi cum aliquot pijs hominibus, illic degentibus cœlestem vitam in terris, aliquamdiu egit.* Post Carmeli incolatum reuersus in Ciuitatem suam Alexandriam, & ibidem factus presbyter, deinde euectus fuit ad Patriarchatum eiusdem Vrbis.

Tius discipulus fuit S. Cyrillus postea Patriarcha Alexandr.

414. Abbas Trithemius *libro de Scriptoribus Ecclesiasticis* eius elogium, & vitæ synopsim sic paucis adornat: *Cyrillus Episcopus Alexandrinus, natione Græcus, Montis Carmeli quondam decus, & cultor insignis, vir doctus & Sanctus, iussu Cœlestini Papæ in Concilio ducentorum Patrum apud Ephesum præsedit ; in quo Nestorium, & Pelagium, cum erroribus eorum, condemnans, multas elegantes sententias dixit. Qui, cùm in Scripturis sanctis esset eruditissimus, multa conscripsit opuscula &c. Claruit in Concilio Ephesino præsidens sub Theodosio minore Imperatore anno Domini* CCCCXXXII. Hæc ibi Trithemius. Ferè eadem habet *libro de viris Illust. Ord. Carmelit. cap.* 1.

Qui loco Cœlestini Papæ præsedit in Concilio Ephesino, vbi dãnata sunt impia dogmata Nestorij.

415. In illa autem generali Synodo, celebrata Ephesi (vbi ipsa Augustissima Dei Mater cum charissimo suo Ioanne quondàm habitasse creditur) præcipuam ipsius Deiparæ dignitatem, & omnium prærogatiuarum eius quasi Epilogum, Dei videlicet Maternitatem, S. Cyrillus contra Nestorium, & sequaces, nomine ipsius Cœlestini Romani Pontificis, acerrimè propugnauit, sapientissimè defendit, & catholicissimè, vt fidei dogma definiuit. Adeo vt ex tunc, post recitata huius Concilij Acta, additum credatur salutationi Angelicæ (solemniùs saltem, & ex Decreto) illud : SANCTA MARIA MATER DEI ORA PRO NOBIS &c. Et exinde magis magisque toto Orbe Christiano Beatissimæ Virginis cultus auctus amplificatusque fuit, vt latiùs *cap.* 24. referemus.

Tunc Salutationi Angelicæ adiecta creduntur verba illa: S. MARIA Mater Dei ora pro nobis *&c.*

416. Præclara S. Cyrilli certamina, tam aduersùs Nestorium, quàm schismaticos orientales, exercita, produnt Acta Ephesina: tantique Patris præconia non vnius tantùm vel alterius inueniuntur testimonio cõprobata, sed duorum œcumenicorum Conciliorum, Ephesini, & Chalcedonẽsis Actibus, celebrata atque firmata.

417. Per

Digitized by Google

417. Per Ordinem Carmelitarum, authoritate Eccleſię, de eo, tamquàm eiuſdem Ordinis Sancto, celebratur officium ſub ritu duplici, ad præfatum diem 28. Ianuarij: ad quem in peruetuſto Ordinis Kalendario legitur: *Quinto Kal. Februariij Cyrilli Patriarchæ Ordinis noſtri.* Illum autem fuiſſe Prophetici Eliani Ordinis alumnum, & Carmeli incolam copioſè demonſtratur in noſtris Annalibus *to. 2. ad annum Chriſti* 371. ex antiquis Kalendarijs, & traditione Ordinis, ac ex vetuſto Chronico, in quo hæc leguntur: "In Concilio Epheſino, quod fuit celebratum per cc. Epiſcopos anno Domini cccclxviii. præſidebat loco Papæ Cœleſtini i. B. Cyrillus Monachus Montis Carmeli, qui ob ſanctitatem vitæ admirabili ſcientiâ & doctrinâ diſputans contra Neſtorium Patriarcham Conſtantinopolitanum, qui maculam poſuit in B. Virgine MARIA, & in eius Filio Chriſto IESV eum ſuperauit. „ Ita Lezana dicto loco Annalium: ibidem poſtea ſubiungit: *Allegant hoc Chronicon Reuerendiſſimus Generalis Bernardus Olerius circa annum* 1378. *in libro ſeu informatione ad Papam, Illuſtriſſ. Epiſcopus Dromorienſis, ac Suffraganeus Nordouicenſis Thomas Scropus, Thomæ Waldenſis diſcipulus, libro de fundatione ſui Ordinis cap.* 5. *Balduinus Leerſius, Ioannes Palæonydorus, quos alij poſteriores ſequuntur.* Confirmatur teſtimonio Scriptorum externorum, quos referunt Palæonydorus *libro* 2. *cap.* 7. & Lezana dicto loco Annalium, Mantuanus *libro primo Faſtorum* ad intentum ſic de eo cecinit.

Eius Feſtiũ ſolemnizatur in Ordine Carmelitano 28. Ianuarij.

Producente diem Phœbo, gelidamq; fugante
Ex agris hyemem, fert annua feſta Cyrillus,
Vrbis Alexandri Paſtor: defluxit ab alto
Vertice Carmeli; ſanctæ primordia vitæ
ELIÆ *de fonte tulit.*

CAPVT XXIII.

De ſtatu Ordinis ab anno quadringenteſimo duodecimo vſque ad ſexcenteſimum trigeſimum nonum: Illuſtriores interim, qui in eo claruerunt, commemorantur.

418. PEr annos ducentos quinque (iuxta computum S. Cyrilli ſuprà (*parte* 1. *cap.* 1.) videlicet ab anno 412. vſque ad 617. ſatis pacificè perſtitit Carmelitana Religio, in viridi obſeruantia Regulæ præfatæ, per Ioannem Ieroſolymitanum traditæ: de qua capite præcedenti: licèt non omninò ab hæreticorum Neſtorianorum, & Eutichianorum moleſtiis,

Per annos circiter 205. ſatis pacificè perſtitit hac Religio.

Digitized by Google

festijs, & Persarum incursionibus immunis fuerit, prout legere est *in tomo 3. Annalium nostrorum*, in quo tractatur de antiquorum quorumdam monasteriorum fundationibus, varijs Ordinis euentibus, & gestis eorum, qui interea præcipuâ doctrinæ & sanctimoniæ laude efloruerunt. Celebriores dumtaxat aliquot hic referemus.

419. Carolus de Tapia insignis iurisconsultus Neapolitanus in suo Opere *super Authentica ingressi* [a] quosdam sic paucis complectitur: " Cir- " ca Honorij & Arcadij Imperatorum tempora, qui regnare cœperunt " anno 398. Romanam Ecclesiam gubernante Siricio, & postea Anasta- " sio, & deinde Innocentio primo, produxit Carmeli vberrima vinea Cy- " rillum Patriarcham Ierosolymitanum 43. Ioannem item Ierosolymita- " num Præsulem 44. Caprasium, qui hæreticorum Eutichianorum per- " secutionis tempore suos misit discipulos ob Christianæ fidei defensio- " nem, Ioannem Chrysostomum, Cyrillum Alexandrinum Patriarcham " 28. " Ibidem quoque inter Eliades reposuerat S. Basilium, S. Gregorium Nazianzenum, S. Hilarionem (de quibus dictum suprà) S. Ioannem Damascenum, S. Eutichium Priorem Montis Carmeli. Et quidem de S. Cyrillo Episcopo seu Patriarcha Ierosolymitano 43. plurium nostrorum historicorum (quos refert Lezana *tomo 2. Annalium ad annum Christi* 351. *num.* 6.) concors sententia est, Monachum imò & Carmeli incolam fuisse. Quod cum Lezana ibidem eatenùs sustinemus; quia in crebris à sua sede expulsionibus, in Carmelo, alioúe Monasterio Eliani Instituti, monasticè aliquamdiu conuersatus fuit. S. Chrysostomum quoque vitam monasticam egisse ex Palladio, Metaphraste, & aliis eius vitæ scriptoribus clarè habetur, præsertim ex Georgio Patriarcha Alexandrino, qui eius historiam describens inquit; " Qui autem in Monasterio, in quo degebat " Chrysostomus, diuersabantur perspectâ eius sanctitate obsecrabant, vt " sibi præesset, ille è diuerso renuebat; nihilominus quasdam Regulas mo- " nasticæ exercitationis edocuit, eos, exhortans ad Sanctorum Eliæ & " Elisei piam conuersationem. " Illa verba: *ad SS. Eliæ & Elisei piam conuersationem*, satis indicant, istorum imitatorem fuisse. Quod & nostrorum historicorum traditione, & aliorum quoque authoritate confirmatur: vnde de eo sic scribit clarissimus Poëta Mantuanus *de Sacris diebus libro 9.*

[a] Cap. 17. *num.* 10.

Alij nonnulli referuntur qui sub finem quarti, & initium quinti seculi in hoc Ordine claruerunt.

Ac inter eos Ioannes Chrysostomus.

Bap. Mant. in fastis.

Nomen ab aurato traxit Chrysostomus ore
Et subitò factus quasi fons &c. Et inf ràc
In patrios vectus fines, sub monte silentum
More Patrum, qui Carmeli montana colebant
Per spelaea diu traxit syluatica vitam.

420. Quoad Caprasium, is discipulus fuit præfati Ioannis priusquam ad Cathedram Ierosolymitanam sublimaretur, eiusdemque in Carmelitico regimine successor: ad cuius instantiam præfatam Regulam, seu librum illum præclarum *de Institutione primorum Monachorum* scripsit idem

Caprasius.

Patriar-

Patriarcha. Nonnulli probabiliter eumdem existimant cum illo sancto Archimandrita Lirinensi, de quo in Martyrologiis ad diem primam Iunij: at verisimiliùs videtur ab eo diuersus; iste enim Lirinensis ad Supernorum gaudia euolauit circa annum nostræ Redemptionis 430. Carmelicola verò, post illud tempus celeberrimo Concilio Ephesino adfuit; ac deinde è Carmelo ad varias prouincias Monachos ad tuendam fidem contra Eutichianos destinauit: ac tandem anno 450. die 15. (secundùm Palæonydorum 20.) Octobris ad aliam vitam migrauit: prout habetur ex Historicis nostris: præ cæteris autem accuratiùs, quæ sunt Capratij, refert & trutinat Lezana *tomo* 3. *Annalium* variis locis.

421. Capratio isti nostro synchronus & in Carmeli incolatu consors fuit ille præclarus Palladius Græcus, author Vitæ S. Chrysostomi: vt Legatus à Cœlestino primo, ad oppugnandam hæresim Pelagij, destinatus in Scotiam: ac propterea, Scotorum Apostolus cognominatus. Obiit circa annum 434. *Palladius.*

422. Sub idem tempus celebris erat Paulus Anachoreta in eremo dicta Porphyrio (quæ aut Carmelus ipse est, aut eidem adiacens sic nuncupata à ciuitate vicina *Porphyria* seu *Porphyrio*) cuius aspera vita singulari encomio commendatus in Vitis Patrum *lib.* 4. *cap.* 40. *Paulus Anachoreta in Eremo dicta Porphyrio.*

423. Post hunc verò, vno seculo, & vltra, posterior, circa eumdem locum degens, vitæ austeræ famâ, & miraculis clarus extitit S. Iacobus, dictus Porphyrionita: qui cum multos conuerteret Samaritas, ab aliis, in eum conspirantibus, subornata fuit meretrix, quam ante cellam diu multumque noctu lamentantem, Monialem arbitratus, in exteriorem cellam admittens, & dolores cordis fingentem, dextrâ manu inungens, ac cruce signans, sinistram suam igni adussit, ita vt digitorum compages combustæ deciderent: sic contra diabolicas machinas militans; vt propter intolerabilem illum dolorem praua cogitatio in eius animum non irreperet. Quo viso mulier illa resipiscens, lacrymans, & ingemiscens, ad sancti viri pedes se deiecit. Vitam huius sancti viri notis elucidatam exhibent RR. PP. Bollandus & Henschenius *in Actis Sanctorum ad diem* XXVIII. *Ianuarij*: vbi in Notis marginalibus hæc adscripta leguntur. *Et vno seculo post Iacobus Porphyrionita. Eius mirus facinus, quo sibi seruauit castitatem, & ad eam labefactandã subornatã meretricem conuertit.*

Sancti Eremitæ in Syria Iacobi &c. iuxta Porphyreonem & Carmelum; ideo Carmelitis meritò accensendus. Ibidem *in Prologomenis numer* 4. annotatur, *Porphyreo vrbs Phœniciæ, admodum antiqua &c. Cayphas appellatur &c. iuxta mare, ad Carmeli Montis radices, parte aquilonari sitam tradunt.* Et infrà *numer.* 5. vbi de monasterio virginum, in quo reliquum vitæ exegit illa mulier, quæ ad Iacobi pudicitiam labefactandam venerat: sed mox illius in profligandis voluptatum illecebris, fortitudinis miraculo perculsa, dedit fidei manus, baptismoque abluta, per pœnitentiam Christo seipsam obtulit, vt & chara Deo, & aduersùs dæmones gratiam acciperet. *Illud ergo* (aiunt) *cæteraque Monasteria certieri ratiocinatione suo possunt Ordini vendicare Religiosissimi Patres Carmelitæ, circa ipsum sita Carmelum.* Multitudo Monasteriorum eo tem-

pore in illa regione colligi potest ex eiusdem vita *cap.*2. his verbis: *Ita verò eius fama celebrabatur, vt è viginti & triginta monasteriis Monachi & Clerici ad eum venirent.*

424. De S.Eutitio (à dicto Carolo de Tapia inter Carmelicolas recensito)hæc scribit Palæonydorus *lib.*2. *historiæ Carmelit. cap.* 5. vbi agit de Sanctis Ordinis,qui claruerunt seculo quarto: *Præditis etiam* (inquit) *temporibus claruit Prior Montis Carmeli S. Eutitius. Hic conuertit Miletium Antiochenum, post Episcopum,ad Christi fidem,& eidem habitum,& normam Ordinis dedit. Iste etiam S. Basilium in Monte Carmeli ad Prophetalem Institutionem acceptans sanctæ Religionis habitu inuestiuit.* De eodem S.Eutitio, vt Prophetici Carmelitici Ordinis germine,agit Lezana *Tomo* 2. *Annal. ad annum Christi* 371.

Præditis accensendi SS. Eutitius,

425. Tomo autem tertio exhibet Acta S. Euthymij,S.Sabæ, Theodosij,Theoctisti,Cyriaci,& aliorum,qui incoluerunt mansiones monasticas,seu eremiticas,*Lauras* nuncupatas,à Charitone,de quo suprà, inchoatas & ab istis amplificatas.Illas autem *Lauras*, sitas in partibus Syriæ, Palestinæ, Iordanis (vbi à multis retrò seculis claruerat Monasticum Institutum ab ELIA,Ioanne Baptista,& Essenis practicatum) Ordinis huius colonias fuisse, demonstrat variis locis, tum in isto,tum præcedenti tomo: vndè consequens est,eos, qui illas ab anno 275. (circa quem aut aliquantò post sub isto nomine à dicto Charitone extrui cœptæ) & subsequentibus seculis inhabitarunt, eiusdem Instituti huius Eliani cultores extitisse.

Euthimius, Sabas &c.

426. Ad *annum* verò 714. *num.* 4. præmemoratum à Carolo Tapia S.Ioannem Damascenum fulgentissimum Ecclesiæ iubar (cui ob defensionem sacrarum imaginum amputata manus, SS. Virginis MARIÆ patrocinio restituta fuit)eiusdem Prophetici, & Eliani Instituti palmitem fuisse,probat tùm ex antiqua Ordinis traditione,per scriptorum plurium calamum deriuatâ, quæ hoc constanter fatetur; tùm ex vita ipsius apud Surium *ad diem* 6. *Maij*, in qua colonus,& habitator Monasterij *S. Sabæ Lauræ*, nuncupati, à vicino fluuio *Lauræ*, Ordinis huius Coloniæ, vt suprà dictum est.In illo tomo tertio plures alios sanctitate, & eruditione conspicuos,vineę Carmeli palmites illustrat:quos Compendij nostri angustię non capiunt;quocirca illuc Lectorem remittimus.

S. Ioannes Damascenus.

427. Inter eos tamen, qui isto interuallo claruerunt,silentio hic nequaquam inuoluendi videntur S. Dorotheus,& S. Dositheus, quorum sanctitas grauissimis est celebrata testimoniis, nec non SS. Siridus, seu Siridion,& Barsanuphius, ac magnus ille Ioannes,propter eam, quam à Deo habebat futura præuidendi, gratiam, cognominatus *Propheta*: quorum fit mentio in eiusdem sancti Dosithei vita,quæ ad diem XXIII. Februarij extat in Actis Sanctorum per RR. PP. Ioannem Bollandum & Godefridum Henschenium; illi enim claruerunt circa annum Christi 530. in Palestina,in Monasterio,sito,vt videtur,in Mõte Carmelo: prout ex Petri

SS. Dorotheus & Dosithens,

Digitized by Google

ex Petri Gelasinij, & Plinij testimoniis simul collatis inferre licet: illius quidem *in Martyrologio ad* XXIII. *Februarij*, vbi hæc habet: *In vrbe Ecbatana S. Dosithei Monachi & Confessoris qui nullis sacrarum rerum doctrinis eruditus, breui ad perfectionem progressus, pro vitæ religiosæ meritis præmium cœleste accepit.* Plinij verò *lib. 5. historiæ naturalis cap.* 19. ita scribentis: *Promontorium Carmeli, & in Monte oppidum eodem nomine* (scilicet CARMELVS) *quondam Ecbatana dictum.* Si in Ecbatanæ Monasterio vixerit S. Dositheus, illam non fuisse Mediæ, sed Syriæ (duæ enim istius nominis fuêre vrbes) certum est; quòd in Syria, seu Palæstina Monasterium illud S. Seridi extitisse, clarum sit, ex ista S. Dosithei vita. Præfatus autem P. Bollandus verisimiliùs existimat, illud fuisse itinere medij diei ab Ascalone ciuitate Palestinæ, in agro seu Pomœrio. Vt vt sit, certum est, monasterium istud fuisse in Palestina: in qua degentes veteres illi Monachi, & Eremicolæ, ELIANI Instituti sectatores, ac alumnos fuisse ex præcedentibus satis constat.

428. Porrò S. Dositheus delicatus Iuuenis, rudis rerum fidei, profectus Hierosolymam, indeque Gethsemanum, & ibi contemplatus inferni tormenta, vt illa euaderet, & animam suam saluaret, à sæculi vanitate ad Christianam pietatem mirabiliter incitatus fuit: & mox ad monasterium perductus instituendus traditur S. Dorotheo: à quo primùm exercitatus fuit in abstinentia; solitus enim comedere sex libras panis sensim sic decreuit, vt octo vnciis esset contentus. Ægrorum seruitio addictus Dositheus omnia mundè, diligenter & exactissimè, ac simpliciter, iuxta præscriptum obedientiæ peragebat. Ab exercitatissimo suo Magistro variè exercetur, ne vlli rei afficeretur. Cultellum laudatum iubetur non tangere: quod accuratè seruat. Cogitationes suas clarè aperit. Tabe laborans audierat, oua sorbilia sibi prodesse: at etiam in infirmitate contra propriã voluntatem, & sensualitatem decertans, orat, & exorat Magistrum suũ, ne dentur. Assiduè precabatur, etiam in infirmitate, dicens: *Domine Iesu Christe miserere mei, Fili Dei adiuua me.* Cumque, ingrauescente morbo illa ore proferre vix posset, Dei semper memor, eum sibi præsentem considerabat. Post mortem cuidam viro sancto apparens gloriosus, se Sanctorum choris insertum manifestauit, Sanctitatem autem exiguo tempore, quod in monasterio transegit (vix annos quinque) adeptus fuit non magnâ austeritate (quam delicata eius constitutio non ferebat) sed his potissimùm virtutibus. 1. humilis obedientiæ indiscussâ obseruatione. 2. propriæ voluntatis & sensualitatis abnegatione. 3. iugi & deuotâ Dei memoriâ, ad imitationem Magni Prophetæ ELIÆ Monachorum omnium Antesignani & Principis, cui in corde & ore illud fuit: VIVIT DOMINVS, IN CVIVS CONSPECTV STO.

Exercitia S. Dositheî quibus ad culmen perfectionis celeriter conscendit.

429. De præfatis Dorotheo & Dositheo &c. Hæc in Prolegomenis ad vitam S. Dositheî habet idem P. Bollandus: *Miror Ioannem Baptistam de Lezana, accuratissimum Scriptorem Annalium Ordinis Carmelitici nec quinto nec sexto sæculo, Barnuphij, Seridi, Dorothei & Dositheî meminisse; cùm vtrumque Zosimum*

Digitized by Google

Zosimam, alioſq; quam plurimos, commemoret ſui Inſtituti profeſſores, & Magni ELIÆ *Imitatores: quod de Dorotheo, ſociiſq;, potiori iure aſſerere poterat.* Exiſtimamus Venerab. P. de Lezana S. Doſithei, & aliorum præfatorum, non meminiſſe; quòd fortè vitam illam, non ita pridem per R. P. Corderium è Græco in Latinum traductam, non habuerit.

CAPVT XXIV.

Opportuna digreſsio, de cœlitùs indicato die Natalitio, ac de antiquâ ſolemnizatione Feſti Cõceptionis B. Genitricis Dei MARIÆ, *deq; ſpeciali cultu ab Ordine Carmelitano eidem auguſtiſsimæ Matri ſemper exhibito.*

A Concilij Ephesini temporibus cultus SS. Virginis Deiparæ MARIÆ *auctus fuit.* Pſal. 4.

430. A Concilij Ephesini temporibus (vt rectè notat Cardinalis Baronius in Martyrologio Romano ad diem 8. Septembris) ex quo per S. Cyrillum (de quo *capite* 22) execranda illa Neſtorij hæreſis damnata, atque proſcripta eſt, quâ Sanctiſſimæ Virginis MARIÆ titulus ille ſupremus *Dei Genitricis* impiè auferebatur (ſecundùm ea Prophetæ verba: *In tribulatione dilataſti mihi,*) magis, magiſque indies toto orbe Chriſtiano eiuſdem cultus auctus amplificatuſque fuit: & diuerſa eius feſta, variis licèt temporibus, & occaſionibus, inſtituta fuêre, ac inter alia, ferè præcipuum, Natiuitatis eiuſdem. Et quamuis, an ſtatim poſt dictum Concilium, aut quonam potiſſimùm tempore fuerit eiuſmodi ſolemnitas celebrari cœpta, expreſſum non reperiatur; ſatis tamen conſtat, eam eſſe antiquam; Nam & ante annos octingentos à Carmelitis celebratum fuiſſe certum eſt: cùm à Leone IV. (qui Pontifex creatus eſt anno Chriſti 847.) & aliis eius ſucceſſoribus Rom. Pontificibus, pro illo Feſto, in fauorem Camelitarum, omnibus Chriſti fidelibus, Eccleſias Fratrum Beatiſſ. Virginis MARIÆ viſitantibus, illicq; manus auxiliatrices porrigentibus &c. conceſſæ fuerint Indulgentiæ, quas referunt, & etiam confirmant alij Pontifices, Sixtus IV. in Bulla *Dum attentâ:* data anno 1477. Iulius ſecundus anno 1504. in Bulla *Ad Sacrum:* & Gregorius XIII. in Bulla: *In laudes:* edita anno 1577. de quibus dictum ſuprà *par.* 2. & adhuc inſtà de ijſdem ſermo redibit. a

Et aliquã. tò poſt inſtitutum feſtum Natiuitatis eius.

Quod ante annos 800. *celebratur in Ordine Carmelitano.*

a Cap. 28.

431. Ratio autem, ſeu occaſio inſtituendi hoc feſtum, fuiſſe commemoratur viſio quædam, ſeu reuelatio, facta cuidam viro Religioſo, Inſtituti Carmelitici, vitam anachoreticam, ſeu ſolitariam agenti in Cypro, quo

Digitized by Google

quo ex Carmelo, seu Palæstinâ transfretauerat: Is contemplationi sedulò vacans, singulis annis sexto Idus Septembris, iucundissimos percipiebat Angelorum cantus, quare Dominum instanter rogauit, cur eâ tantũ die, & non aliâ, hæc audiret: & indicatum est illi, istâ nocte natam Beatam Virginem Dei Matrem, cuius ortum cum lætitia cœlestis curia solemnizat. Quod cum fidelibus innotuisset, festum hoc, accedente authoritate Romani Pontificis, in Ecclesia militante, per vniuersum Orbem Christianum cœlebrari cœptum est. Ita referunt plures, mox citandi.

Reuelata fuit cœlitus dies Natalis eiusdem viro solitario Instituti Carmelitici.

432. Historiam sic carmine tradit celebris Poëta Baptista Mantuanus *de Sacris diebus lib. 9.*

Bap. Mãt. lib. 9. fastor.

Hunc antiqua diem fastis non intulit ætas:
Posteritas verò, postquàm pacata quierunt
Tempora, prostratâ iam Relligione Deorum,
In MARIÆ *laudes, magis est accensa, diemq́,*
Censuit adiungi festis maioribus istum.
Causa pium quæ mouit opus, repetenda videtur
Altiùs; à superis hæc obseruantia fluxit.
Diui homines curis vacuos terrestribus, & se
Vertere nitentes ad cognoscenda Superni,
Sublatis in cœlum animis, solatia mundi,
Multa docent, ardenter amant, & sæpè reuisunt
Aëreis tecti membris, & imagine nostrâ.
Ex his vnus erat super alto vertice Montis
Idàlij solus degens, qui traxerat istud
Viuendi genus à Patribus Carmelidis ore;
Namq́, ea gens simul ac Sanctæ confinia Terræ
Exiuit, Cyprios primùm se extendit in agros.
Sic nostri Annales perhibent, sic multa senili
Iam cariè corrosa docent nostralia templa,
Quæ superant, & adhuc illis celebrantur ab oris.
Hic solitus dulces cantus audire quotannis
Sexto idus mensis, faciunt cui nomina septem.
Ad tam dulce melos contemplabatur, & aures
Ignea dum tacitam voluebant sidera noctem,
Altiùs arrectas pendentiaque ora tenebat.
Postquàm sæpè illos symphoniacos modulatus
Audiit, & summo resonantia carmina cœlo,
Grandiùs incepit meditari, & quærere causam.
Dumq́, stat admirans, vox est audita per auras,
Talia verba ferens: Diui annua festa frequentant,
Et modò quandò rubens terris aurora propinquat,
Incipiunt celebrare diem, quo maxima Mater
Edita venturo fecit primordia sæclo.

In deserto commorans.

Is annuatim die 8. Septemb. concentum Angelicum audiebat.

Digitized by Google

Fac igitur, fac ista palàm solemnia mundo;
CARMELITA, *tuum est* VVLGANDO *incumbere* FESTO;
Namque tuum genus illa fouet, titulumque tenetis
Illius: & Patres viuens inuisere vestros,
ELIÆQVE *domos priscas, fontemq; solebat.*
Nuncia, & euulga lucem hanc, imitemini Olympum,
Vestraque sit posthàc concors Ecclesia nostra.
Sic ait. Hic autem Cyprias descendit ad vrbes,
Arsinoëm, Salamina, Paphum, Temesen, Amathunta,
Per Rhodum in Cretam veniens Gortynia tecta,
Gnosiaque intrauit, celerique Sydonia gressu.
Talia famigerans iuit per Cycladas vsque ad
Bosphoricos Traces rumor, peruenit Athenas,
Appulit, & Spartam, Pelopeiadesq; Mycenas.
Per Siculos tandem Regnam perlata, Senatum
Mouit fama: dies sic est ea nacta fauorem.

Hæc Mantuanus.

Agunt de eadem reuelatione Ioannes Beleth *in Rationali Diuinorum Officiorum* [a] Petrus de Natalibus *in Catalogo* [b] Iustinus Miechouiensis *super Litanias* [c] Et alij vetusti Scriptores, quos refert Georgius Coluenerius *in Kalendario Beatiss. Virginis* MARIÆ *ad diem 8. Septembris* [d] videlicet Honorius Præsbyter Augustodunensis *in Gemma animæ* [e] Vincentius *in Speculo Historiali* [f] & S. Antoninus [g].

[a] cap. 149.
[b] Lib.
[c] Discursu 223.
[d] Nu. 14.
[e] Lib. 3. c. 166.
[f] Lib. 7. Antiq. edit c. 119.
[g] P. 1. hist. tit. 4. c. 6.

433. Festum quoque *Conceptionis* eiusdem purissimæ Virginis à multis retrò seculis solemnissimè in hoc Ordine coli sueuit: de quo Lezana *tom. 4. Annalium ad annum Christi 1306. num. 5.* ita scribit: „ Quoad festum Sanctissimæ Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis, illud animaduertendum, deuotionem erga hanc festiuitatem & mysterium per „ illam designatum, non solùm antiquissimam apud nostrates esse, vt „ constat ex dictis tomo 1. circa annum 4030. numer. 8. ante Christum „ natum, sed & celeberrimam quoque, vt patet, non solum ex decreto „ huius Capituli, sed præsertim (quod est valde singulare) quia taxis cõ„ munibus totius Religionis solemniter colebatur, QVASI HAEC PRO„ PRIA ESSET TOTIVS ORDINIS FESTIVITAS. Hoc constat ex ferè in„ numeris Capitulis Generalibus Ordinis, in quibus prædictæ taxæ fie„ bant, & soluebantur à Prouinciis, ac earum Prouincialibus. „ Capitula autem Generalia plurima, in quibus illæ taxæ decretæ fuerunt ibi consequenter enumerat. Idem patefecit ex quadam ordinatione Capituli Generalis Francfordiæ celebrati anno 1393. quæ est eiusmodi: *Pro Festo Conceptionis Beatæ* MARIÆ *pro sex annis in prandio Prælato, qui facit Sermonem, & pro illo, qui celebrat Missam, & pro potu famulorum Dominorum Cardinalium, dando quinque florenos in anno, florenos triginta.* Vnde apparet Dominorum Cardinalium,

Etiam Festum Conceptionis in hoc Ordine antiquissimum est:

Olim taxis communibus totius Ordinis celebrabatur.

Digitized by Google

dinalium, & aliorum Prælatorum concursu festum hoc celebrari tunc solitum fuisse.

434. Et sanè Festum istud in Religione nostra inter cætera omnia olim præcipuo cultu solemnizatum fuisse, testatur quoque vetustus Ordinis scriptor discipulus S. Petri Thomasij Patriarchæ Constantinopolitani, Ioannes de Hildesheim in libro *De Principio Ordinis Fratrum Gloriosissimæ Dei Genitricis* MARIÆ *contra detrectatores cap.* 14. vbi assignat rationes, cur Carmelitæ vocentur, Fratres Beatæ Virginis MARIÆ: „ Considera, *inquit*, quantùm ad istud propositum, quòd ad hoc Reuerendissimi Domini Cardinales respicientes, à multis temporibus consueuerunt in Romana Curia visitare Conuentum nostrum in Festo Conceptionis Gloriosæ Virginis, venerantes in hoc Patronam Ord.nis, sicut venerari cõsueuerunt B. Dominicum in ipsius festo, & S. Franciscum in suo, ac S. Augustinum in suo. „ Sicut enim Prædicatorum S. Dominicus, Minoritarum S. Franciscus, Augustinianorum S. Augustinus est Patronus; sic & Ordinis huius (vnà cum Institutore S. Propheta ELIA) ipsa purissima Virgo est specialis Patrona; tum titulo fundationis; tum ratione constructionis; tùm ob specialia obsequia, & seruitia, à Carmelitis eidem ab antiquo semper exhibita: de quibus specialiter infrà *par.* 5. *cap.* 2. Obiter hic notandum, plurimos Ordinis nostri authores Tractatus edidisse de Conceptione Virginis purissimæ, illam probantes immaculatam, quos idem Lezana (etiam vnus ex illis) recenset *a*.

Tamquam primarium festum totius Ordinis.

a Tom. 4. Annal. ad an. 1306. n. 6.

435. Hoc ipsum de antiqua, & celeberrima solemnizatione festiuitatis istius confirmatur testimonio Ioannis de Bachonio, & Thomę Waldensis, *præcipuorum inter Theologos Ordinis nostri sidetum*, inquit Lezana ibidem. Bachonius quidem (qui claruit ante annos trecentos, tempore Ioannis Papę XXII. & obiit anno 1346.) *in quartum Sententiarum* *b* scribit *Publicâ, & diuturnâ consuetudine celebratum est hoc festum in Curia Romana, etiam cum Venerabili Congregatione Dominorum Cardinalium; cum solemni Missa, & Sermone singulis annis in domo Fratrum Ordinis B.* MARIÆ *de monte Carmelo: & hæc durauerũt tempore multorũ Romanorum Pontificum vsque ad præsens tempus.* Waldensis autem in celebri illo Opere de Sacramentalibus *c* refert, Armachanum, magnum, vt loquitur, Ecclesiæ Præsulem & virum altæ peritiæ in sacris litteris, anno Christi 1343. in prædicto festo Conceptionis Deiparæ MARIÆ habuisse, in Conuentu Carmelitarum Auenione (vbi tunc Pontifex residebat) insignem illum sermonem, cuius exordium est, AVE MARIA, vnde ibidem partem recitat, ac inter alia hæc: „ An non „ meritò dicimus illi AVE MARIA quæsic erat illustrata virtutibus in sua „ origine: vtique hanc suam illustrationem in suo ortu hic sanctus ac peculiaris & antiquus ORDO SVVS Carmelitarum prætendit in habitu: qui hoc festum ipsius singulariter solemnizat: *Hæc ili.*

b Distin. 2. q. 4. ar. 1. *Ad illud solẽnizandũ conueniebant DD. Cardinales & aliquis Prælatus habebat sermonem.*

c Tom. 3. tit. 9. c. 89.

436. Idem quoque commemorat Arnoldus Bostius libro *de Patrocinio Beatiss. Virginis cap.* 13. sic: „ Vt multò, *inquit*, laudum præconio effe-

Ita referūt vetustiores historici nostri & exteri.

„ rendus Ioannes de Seghoia Præsul Cæsarienſis, non futilis author te-
„ ſtis est: à tempore, cuius initium hominum memoriam longè præcedit,
„ Reuerendiſſimi Domini Cardinales, & tota ferè Romana Curia, vbi-
„ cumque reſederit, ſi in eo loco ſit Carmelitarum, peculiariorum MA-
„ RIÆ Fratrum, & Filiorum Cœnobium, ſolemniter conueniunt: fit ad
„ Clerum ſermo myſterij ſanctæ & ſingulariter ad mirandæ Concepti-
„ nis MARIÆ, Cœtus Carmeli Parentis, atque Patronæ commendatiuus,
„ & laudatiuus: celebratur quoque Miſſa feſtiuiore ritu, communiter per
„ aliquem Antiſtitem, & vt deuotio confluentium reddatur augmenta-
„ tior, Sanctiſſimus Pater Apoſtolicus conuenientibus dat amplas Indul-
„ gentias. „ In iam dictis notanda verba illa Bachonij: *Publicâ & diuturnâ conſuetudine celebratum eſt hoc feſtum:* & iſta: *hæc durauerunt tempore multorum Romanorum Pontificum.* Ea quoque Boſtij: *A tempore, cuius initium hominum memoriam longè præcedit.* Quæ vetuſtam conſuetudinem celebrandi ſolemniſſimè hoc feſtum in Ordine noſtro denotant. At cur hic Ordo

Cur olim hoc feſtum in Ordine ſolemniſſimum.

ſingulariter ſolemnizans feſta omnia SS. Virginis Deiparæ, præ cæteris maiori apparatu olim CONCEPTIONEM eiuſdem celebrauit? Ratio hæc eſt, quòd S.P. ELIAS in typo Nubeculæ, è mari in Carmelum aſcendẽtis, præcognouerit eam naſcituram immunem à peccato etiam originali, vt non pauci graues tradunt authores, relati ſuprà *par. 2. ca. 5.* Et tunc Ordinem ſuum Propheticum ad honorẽ iſtius puriſſimæ Virginis, ſine peccato naſcituræ, inchoauit, prout ibidem declaratum eſt.

Ea ſolemnitas deinde tranſlata fuit ad diem 16. Iulij aut Dominicã ſeq.

437. Potrò illa feſti Conceptionis ſolemnitas ſingularis nunc eſt tranſlata in diem 16 Iulij, aut Dominicam ſequentem; quandò per Ordinem Carmelitarum feſtiuiſſimè agitur *celebritas* COMMEMORATIONIS SOLEMNIS, in memoriam, & gratiarum actionum omnium beneficiorum, meritis, & interceſſione eiuſdem Virginis, & liberaliſſimæ, ac potentiſſimæ Patronæ ſuæ huic Ordini conceſſorum, ac ſpecialiter iſtius ſingulariſſimi priuilegij S. SCAPVLARIS: quo anno 1251. ipſa 16. Iulij cœlitus per Beatiſſ. Virginem MARIAM traditum fuit, prout latiùs dicetur infrà *par. 5.*

Alia eiuſdẽ feſta cum Octauis ab antiqua coluit hic Ordo.

438. Idem Boſtius loco relato teſtatur, etiam alias ipſius SS. Deiparæ feſtiuitates ab antiquo, & immemoriali tempore, & quidem quaſdam priuſquàm alibi, ab hoc Ordine feſtiuiùs celebrari conſueuiſſe: *Solemnem quoque,* inquit, *eius Commemorationem cum pleno Officio quâlibet hebdomadâ peragimus. Feſta inſuper ipſius omnia, etiam Purificationis, Annuntiationis, & Viſitationis eius ſolemnia, cum plenis Octauis præ cæteris obſeruantiùs officijs proſequentes* (octaua Annuntiationis ob Quadrageſimam iam intermittitur) *Feſtum denique gaudioſæ ſuæ Præſentationis, & illud quo peculiari niuis miraculo Virgo niue longè candidior, In Vrbe Roma, Martyrum multitudine copioſè purpureâ, ſibi delegit habitaculum, colimus perfeſtiuè: attendentes, quòd prædignum, quin imò prædebitũ ſit eos ſingulari dilectione, reminiſcentiâ frequentiori, ſpecialioriq; veneratione ſanctã ſanctorum, Matrem quoque ſanctorum omnium colendam cœli Reginam proſequi,*

quã

qui sacro suo Patronatui se præ cæteris gaudent asscribi. Singularem gratiam quamdam ante trecentos, aut amplius annos, præstitã à B. Virgine MARIA Carmelitis Prouinciæ Alemaniæ in solemnitate dicti festi ad Niues, refert idem Author in speculo historiali *libr. 7. cap. 29.* de qua infrà *parte 5. cap. 2.*

439. Similiter festa *S. Annæ* Matris Glorioſiſſ. Virginis MARIÆ, *S. Ioſephi* eiuſdem Sponſi, S. Ioachim illius Genitoris &c. à Carmelitis ab antiquo ſolemniter celebrata fuêre, ob reſpectum ipſius Deiparentis; vtpote quorum laus & honor in eius præconium ſingulariter redundet. De antiquo illo Sanctorum *Ioachim, Annæ,* & *Ioſephi* cultu in hoc Ordine ab immemorabili tempore ſcribit quoque Abbas Trithemius *libr. 2. de B. Virgine in Vrticeto* propè Helbrunium *cap. 12.* ſub finem: „ Maximè autem, *in-*
„ *quit,* honorant Dominicam parentelam, Diuum videlicet Ioachim Na-
„ zarenum, & Sanctiſſimam coniugem eius Annam parentes intactę Vir-
„ ginis Matris Dei, ſanctum quoque Ioſeph Sponſum Dominæ noſtræ
„ ſanctiſſimum & caſtiſſimum, & Saluatoris nutricium. De quibus nobis
„ ad honorem Omnipotentis Dei ſermo breuis habendus imponitur. „

Etiam feſta S. Annæ Ioſephi & Ioachim ab immemorabili tempore in hoc Ordine ſolemnia fuêre.

Capite autem ſequenti eiuſce deuotionis rationem aſſignat: „ Mons et-
„ enim, *ait,* Carmelus à temporibus ELIÆ & Eliſei Prophetarum vſque
„ in aduentum Domini ſanctis & iuſtis ſemper claruit Eremitis, Deo ſe-
„ cundùm Phariſaicam traditionem inculpatè famulantibus, ad quos pro
„ conſilio & informatione doctrinæ ſaluturis ad iuſtitiam, & ſacratioris
„ vitæ inſtitutionem, non modò præſcripti Saluatoris noſtri ſecundùm
„ carnem parentes, verùm etiam alij quiquid de vniuerſa Iudæa viri bo-
„ ni & iuſti frequenter, & crebro leguntur habuiſſe recurſum. Poſt paſ-
„ ſionem verò Domini noſtri Ieſu Chriſti Fratres Eremitæ qui ELIÆ,
„ Eliſeique Prophetarum imitatione in Monte Carmelo habitabant, cũ
„ primis poſt Apoſtolos orthodoxam fidem ſuſceperunt, & primi om-
„ nium Baſilicam in ipſo Monte Carmelo, ſub memoria & honore Bea-
„ tiſſimæ Dei Genitricis ſemper intactæ Virginis MARIÆ conſtruxe-
„ runt. Exinde FRATRES BEATÆ MARIÆ VIRGINIS DE MONTE
„ CARLELO ſunt nuncupati, & per Apoſtolicam Sedem confirmati vſ-
„ que in præſentem diem. Cùm ergo prima Ordinis ſui ſanctæ inſtitu-
„ tionis primordia in Iudæa Fratres Carmelitæ ſuſceperint, magnamque
„ & ſingulare amicitiæ familiaritatem cum ſanctiſſimis parentibus Do-
„ mini olim Patres eorum in Montem prædicto commorantes habue-
„ rint, ſintque prouidentiã miſerationis diuinæ tam inſignis prærogatiuæ
„ titulo ſublimati, vt præ cæteris Ordinibus clauſtralium cunctis, FRA-
„ TRES BEATISSIMÆ DEI GENITRICIS nominentur, ne Domino
„ Deo, & Ordinis ſui Patronæ, atque Protectrici viderentur ingrati,
„ ſpeciali deuotione ſemper eius parentes venerantur, & amicos, quorum
„ merita non dubitant Deo eſſe gratiſſima: præcipuâ tamen omnes Car-
„ melitani Ordinis Fratres deuotione Dei Genitricis MARIÆ Matrem

Digitized by Google

„ honorant, colunt & venerantur ANNAM, vsque adeò, quòd rarò repe-
„ ritur in eorum sancta Religione Conuentus, in quo non sit altare vel
„ capella sub eius memoria & honore consecrata. Sanctum quoque Ioa-
„ chim Beatissimæ Virginis MARIÆ Patrem, & eius castissimum Spon-
„ sum Ioseph pari deuotione venerantes, quotannis eorum festa summâ
„ reuerentiâ, & ingenti pietatis affectu cultuque concelebrant. „ In Breuiarium autem & Missale Romanum ea festa haud à multo tempore relata sunt: Festum quidem S. Annæ sub Gregorio XIII. anno 1584. & Festum S. Ioachim à Gregorio XV. anno 1623. Cultus autem S. Ioseph, antiquus licèt, præcipuè tamen incrementum sumpsit per S. Teresiam Ordinis huius filiam. Ibidem specialiter tractat de celebri Confraternitate S. Annæ instituta in Ecclesia Conuentus in Vrticeto: de quo capite 35.

Orationes in dictis festis antiquitus dici solita ad Missam & Officium Canonicū.

440. Pro memoria antiquitatis hic subnectimus Orationes ad Horas & Missam olim dici solitas in festis *S. Ioseph* ad 19. Martij, *S. Annæ* ad 26. Iulij, & *S. Ioachim* ad 16. Septembris (nunc celebratur 20. Martij.)

In Festo S. Ioseph.

ORATIO. *Omnipotens & mitissime Deus, qui beatum* IOSEPH *Iustum filium Dauid: Beatæ* MARIÆ *Virgini tuæ Matri sponsum prouidisti: tuumque Nutricium elegisti, da quæsumus, vt eius precibus & meritis Ecclesia tua tranquillâ pace lætetur: & ad perpetuæ visionis tuæ consolationem æternam perducamur. Qui viuis &c.* SECRETA. *Deus qui per Angelum tuum S.* IOSEPH *reuelasti tuæ Virgini Matri* MARIÆ *partum de Spiritu Sancto ab æterno esse ordinatum: ita & nobis corda nostra per huius solemnitatis sacramentum illuminare digneris; vt in cœlestibus semper habitare possimus. Qui viuis &c.* POST-COMMVNIO. *Deus, qui Virginem S.* IOSEPH *tuæ Matri Virgini* MARIÆ *sociari voluisti: vt in virginali coniugio, filij tui Domini nostri* IESV CHRISTI, *ad deceptionem diaboli, custos & nutricius esset: da nobis, quæsumus, vt eius precibus & meritis Ecclesia tua pace tranquillâ lætetur: & ad perpetuæ visionis tuæ consolationem perducamur. Per eundem &c.*

In Festo S. Annæ.

ORATIO. *Deus, qui beatam* ANNAM, *matrem dilectæ Genitricis tuæ egregiam, ad æternæ vitæ subleuasti gaudia: fac nos, quæsumus, eius gloriosis meritis, & precibus ad æternam peruingere beatitudinem: ex cuius puerperio salutari, pro salute mundi, humanam dignatus es assumere carnem. Qui viuis &c.*

SECRETA. *Munera tibi, Domine, quæsumus, reuerenter oblata, tuâ pietate sanctifica, quæ pro beatæ* ANNÆ, *Vnigeniti tui Auiæ, veneratione, tuæ offerimus Maiestati. Per eundem, &c.*

POST-

Digitized by Google

POST. COMMVNIO. *Vt tua nos, quæsumus, Domine Deus, sacrificia dent salutem, Beata* ANNA, *Genitricis Filij tui Domini nostri* IESV CHRISTI *Mater suâ, gloriosâ intercessione supplicatrix intercedat. Per eumdem.*

De S. Ioachim.

ORATIO. *Omnipotens sempiterne Deus, qui tuâ prouidentiâ Sanctum* IOACHIM *de tribu Iuda, cum sua castissima coniuge Anna, per plures annos sine liberis esse voluisti, & tandem Angelicâ monitione recreatis mirabilem prolem tribuisti: concede nobis propitius, vt intercessione parentum, & Filiæ, Genitricis Domini nostri* IESV CHRISTI, *ab omnibus aduersitatibus corporis, & animæ, liberemur. Per eumdem.*

SECRETA. *S.* IOACHIM *Confessoris tui, atque Genitoris Beatæ* MARIÆ *Virginis, quæsumus Domine annua eius solemnitas pietati tuæ nos reddat acceptos; vt per hæc piæ placationis officia, & illum beata retributio comitetur, & nobis gratiæ tuæ dona conciliet. Per Dominum.*

POST. COMMVNIO. *Deus mœrentium Consolator, & iustè sperantium salus, qui Beati* IOACHIM *&* ANNÆ *lacrymas misericorditer suscepisti: Da nobis, vtriusq; interuentu, peccata nostra deplorare, & gratiæ tuæ indulgentiam inuenire. Per Dominum, &c.*

De Emerentiana, Matre S. *Annæ* visitante Carmelum, & à Carmelicolis Eremitis instructâ, ac diuinitus præmonitâ de sanctissima progenie è suo connubio processurâ scripsimus *capite* 10. Recolenda quoque dicta *capite* 12. de antiquissimo Conuentu Ordinis Hierosolymis in loco dicto *Porta Aurea*, vbi *S. Ioachim & S. Anna* quandoque commorati fuerunt, conceptaque fuit eorum sanctissima filia Deipara MARIA. At de istis satis hîc: itaque reliquam Carmelitanæ successionis seriem pertexamus.

CAPVT XXV.

De Terræ Sanctæ deuastatione & Ordinis huius oppressione per Cosdroëm Regem Persarum.

441. ÆGidius Gelenius Scribens de fundatione Conuentus Colonienſis, eius occasione succinctam hanc successionis Carmelitanæ seriem præmittit, & euentus quosdam magis memorabiles stringit: *Hic igitur*, inquit, *Ordo Prophetius sub Rechabitarum, Assideorum, & Essenorum continentium nomine (quos inter non pauci ex sanctis Prophetis, & Propheticis viris, cla-*

Succincta series successionis huius Ordinis.

Digitized by Google

ris, claruerunt) perdurans vsque ad tempora Christi, & Apostolorum, à S. Ioanne Baptista ad Christi fidem comparatus. a Et infrà: *licèt idem Ordo temporibus persecutionum Imperatorum Ethnicorum variè exagitatus, at nequaquam suppressus mirificè tamen auctus, atque per Orbem transplantatus fuit vsque ad tempora Cosroe Persarum, ac Humar Arabiæ Regum: quorum posterior anno Christi 636. (alijs 639.) captâ Hierosolymâ, totam Syriam, atque Ægyptum subiugauit.* Et infrà: *Per Imperatores hæreticos Iconoclastas ab anno præsertim 726. variè afflicti, at plurimi eorum, destructis ipsorum Cœnobijs, martyrio affecti sunt: ideoque, & ex tunc nonnulli eorum in Europam transmigrantes, potißimè in Italiam, noua illic loca inquisierunt. Ex quibus vnus fuisse existimatur vir sanctitate & doctrinâ clarus, Zacharias nomine, qui tandem anno Christi 741. exeunte Romanus Pontifex creatus fuit. Hunc quippe vnum ex Græcis Monachis fuisse, de quibus Palæonydorus, vbi suprà, patet ex Onuphrio Panuino in Chronico ad eum annum. Et de Carmelitarum Cœnobio Senensi eodemq; seculo anno Christi 797. fundato sic scribit Petrus Lucius in suo Apologetico pro libro Trithemij de laudibus Carmelitarum;* [*Annales inclytæ Ciuitatis Senarum Etruriæ apertè docent Carmelitas anno 797. Sacellum S. Nicolai, quod adhuc hodie incolunt, piorũ Ciuium liberalitate possidendum accepisse.*] *Sic ipse. Præfatâ tamen persecutione Iconomachorũ in Asia, ac Græcia cessante, mox Romani Pontifices à tempore S. Leonis Papæ IV. (qui sedere cœpit anno 847.) suorũque successorum, per singula subsequentia secula amplis Indulgentiis, ac gratijs cunctos Christi fideles inuitarunt ad eorum Cœnobia reædificanda, seu restauranda, siue ad eleemosynas iis erogandas.* Ista de sæuissimis persecutionibus Cosdroë, & Homar, atque iis quæ interea acciderunt, paulò luculentiùs hic consequenter declarabimus.

a Ægid. Colonius in Colonia Agrip. lib. 3. syntagni. 43.

Hierosolyma capitur, & Terra Sancta deuastatur per Cosdroam Regem Pers.

442. Anno itaque Domini sexcentesimo decimoquarto, iuxta Cardinalis Baronij calculationem (S. Cyrillus Constantinop. & alij ex historicis nostris referunt ad annum 617.) Cosdroas Persarum Rex insatiabili furore Syriam deuastans, sanctam etiam cepit Hierosolymitanam Ciuitatem, ac sacrosanctam Christi Crucem, & quidquid electum erat, & desiderabile in corporibus, & facultatibus, adduxit in Persidem. Christiani autem, qui in ea erant, miserè abducti, & vili pretio venundati sunt Iudæis: à quibus non more gentium in seruitute retenti sunt, sed diuersis innumerisque afflicti suppliciis, dirè admodum trucidati fuêre, ad nonaginta millia, vt quidam scribunt. Cuncta etiam loca sancta, vbi natus, vel passus fuit Dominus, profanabantur: sacræ Reliquiæ conculcabantur: ac sacra vasa, diuinis aptata mysteriis, nefandorum vsui mancipata, eorum sacrilegis manibus tractabantur. Quæ omnia mala iustissimus Deus permisit ob peccata Christianorum: qui veluti satietate quâdam, & fastidio diuinorum beneficiorum capti, atque omnimodâ obliuione maximorum, & ineffabilium Christi munerum languentes, fornicationibus, adulteriis, iniustitiis, aliisque flagitiis iram Dei aduersum se succendentes, totam, vt ita dicam, castigationis, & animaduersionis in se manum attraxerũt. Plurimos tunc Carmeliticæ Religionis professores Barbarorum gladius absumpsit:

Monachi plurimi sæuissimè necantur.

Digitized by Google

sumpsit: maximè enim furebant in SS. Monachos: è Quibus cùm plures comprehendissent, & multos dies illos inhumanè tractassent, ac tormentis afflixissent, pecunias se hoc pacto inuenturos existimantes, apud quos nihil huius seculi reperiebatur. Verùm simul atque intellexerũt sua tãdem spe, & proposito excidisse, in efferatissimã versi rabiem, ad vnum mẽbra bratim beatos illos conscid erunt, qui & lætitiâ incredibili perfusi, ac proinde alacri vultu, omni cum gratiarum actione animas reddiderunt Domino; quippe non ita pridem in votis habuerant, resolui, & esse cum Christo. Corpora verò eorum plus quàm tragicè cæsa, cùm non paucos dies in humum disiecta, sine sepultura iacuissent, tandem ab aliis Monachis, multis cum lacrymis, in Patrum Superiorum deposita sunt conditoriis. Quæ omnia graui stilo fusiùs prosequitur oculatus testis Antiochus Monachus *Laurę S. Sabę* in Palæstina: qui & ad Monachos, ob Barbarorum grassationes profugos, varias elaborauit homilias, Lamentationes quoq; de capta Hierosolyma, & exomologeses, seu preces pro eadem.

V. tom. 3. Annal. Carm. ad an Christ. 614.

443. Inter Monachos autem Eliades, qui sub prædicto Cosroë Martyrij palmam adepti fuêre, celeberrimus fuit S. Anastasius, qui adolescens in militia Cosdroæ adscriptus, miraculus Dominicæ Crucis, in Persidem delatæ, permotus, & clariore diuini nominis cognitione illustratus, visisque in templo sacris martyrum picturis, in fidei proposito corroboratus, ex gentili, magicis artibus imbuto, Christianus, ac pau'ò post Prophetici Carmelitici Instituti Monachus effectus est. Transactis in Monasterio, summâ cum laude, septem annis, omnemque vitæ Monasticæ exercitationem assecutus, ex lectis passionibus sanctorum Martyrum, martyrij desiderio incensus, socius eorum in pœnis fieri auidè expetebat. & frequenter Dominum rogabat (Hinc, obiter, collige piorum librorum vtilitatem, quodque ad Christianam pietatem plus exempla, quã verba extimulare soleant. Fatetur S. Augustinus quantùm sibi, adhuc vacillanti, contulerit lecta vita S. Antonij.)

Et inter eos S. Anastasius.

Ex lectis SS. Martyrum actis martyrij desiderio succensus.

444. Per visum autem martyrem se futurum cognoscens Anastasius Cæsaream Palęstinæ perrexit, vbi carceres, vincula, verbera, multo cum gaudio, alacritate, & gratiarum actione perpessus, saxo ad pedem ligato, aliisque tormentis, iussu Cosroë, immaniter cruciatus: deinde ipsius collo ita laqueo adstricto, vt respirandi facultatem non haberet, strangulatus est, & postremò securi percussus, capite obtruncatur, cùm priùs septuaginta socios Martyres effici vidisset. Eius sacrum caput religiosè asseruatur Romæ in Ecclesia sanctæ Mariæ ad aquas Saluias, vnà cum veneranda ipsius imagine: *cuius aspectu fugari dæmones, morbosq; curari acta secundi Concilij Nicæni actione quartâ testantur.* Abhinc annis aliquot eiusdem capitis absciss effigies, delineata ad similitudinem eius, quæ extat Romæ, translata est Antuerpiam, & sine vllo ornatu appensa fuit propè altare Beatæ Virginis MARIÆ in Ecclesia Carmelitana: vbi statim magnam cœpit habere venerationem, ita vt non pauci, pietate permoti, pro remedio in in-

Aspectu Imaginis S. Anastasij dæmones fugari, morbosq; curari testantur Acta 2. Concilij Nicæni.

Digitized by Google

firmitatibus eam piè visitauerint: quorum varij à languoribus, quibus grauiter laborabant, se ibidem liberatos protestantes, Deo, & glorioso eius Martyri gratias egerunt, & sua illic votiua munera obtulerunt. Eadem deinde deuotio ad alia loca, vbi similis quoque effigies habetur, propagata fuit. Festum S. Anastasij sub ritu duplici per totum Ordinem Carmelitarum festiuè solemnizatur die 22. Ianuarij, quo ad Missam, & Horas, de eo legitur Oratio, seu collecta sequens: *Deus, in te sperantium virtus, qui de* CARMELI SOLITVDINE, *ad subeundam Martyrij palmam, beatum* ANASTASIVM *euocasti, quæsumus, vt ad salutarium tolerantiam passionum eiusdem accendamur exemplis.*

Deuotio ad illum celebris in Belgio.

445. Post illatam S. Anastasio necem miseranda valdè Cosdroë acciderunt. Sanè quidem sicut Abel sanguis vindictam expetens, ad Deum clamasse dicitur, ita & huius sancti Martyris sanguis in Cosdroam à Deo vltionem quàm citissimè obtinuisse cognoscitur. Fugiens enim hinc indè miser, instar Cain, tandem, à filio suo vinculis tentus, durissimam omniũ pati mortem coactus fuit. Cõtigit tunc quoque Persarum, Christiani nominis hostium, præpotens debellatio, & S. Zachariæ Hierosolymitani Episcopi, aliorumque captiuorum postliminio reuersio, atque sanctissimæ Crucis, cum triumpho, per Heraclium Imperatorem, solemnis restauratio. Quæ à variis Orientalium expeditionum Scriptoribus copiosè pertractantur.

At non diu durauit istius glorioſi triumphi lætitia, exigentibus enim iterum Christianorum peccatis, ea breui post versa est in miserabilem luctum, vt iam videbimus.

CAPVT XXVI.

De sæuissima, ac longæua Ecclesiæ in Terra Sancta, Ordinisq; huius, persecutione, & depressione per Homar, atque eius successores Mahumetanos, deq; mutatione habitus superioris huius Ordinis ex albo in barratum.

Terra Sancta grauius & diuturnius affligitur per Sarracenos.

446. ANno sexcentesimo trigesimo quinto Humar, seu Homar, Arabum, atque saracenorum Princeps, perfidi istius, & sceleratissimi Mahometi discipulus, regnique, ac erroris eius successor tertius, & in crudelitate imitator, cum igenti multitudine aciem direxit contra Palæstinam, cuius loca ferè omnia cum suo subiugasset tyrannico imperio,

Ciuitatem

Ciuitatem sanctam, in qua operatus est Deus salutem in medio terræ, obsedit, & anno sequenti, nempe 636. cepit (S. Cyrillus noster *a* attribuit anno sexcentesimo trigesimo nono) Exindè à Saracenis, Christianæ Religionis infensissimis hostibus, non paucis annis, vt à Persis, sed per annos quadringentos sexaginta, iuxta S. Cyrillum, (ex Cardinalis Baronij sententia 463.) nempe vsque ad annum Domini millesimum nonagesimum nonum (quo per inclytum Ducem Godefridum de Bulion Christianis fuit restituta) captiua ingemuit. Quæ omnia ex eodem S. Patre nostro Cyrillo relata sunt supra *libro de Regula & processu Ordinis cap. 2.*

a Lib. de variis Reg. & proces. Ord. ca. 2, nu. 13. hic suprà fol. 10.

447. Abbas Trithemius *b* ea sic paucis perstringit: „ Cùm, propter scelera populi Terræ Sanctæ, in manus perfidæ gentis Saracenicæ redacta esset, anno post Domini passionem sexcentesimo trigesimo nono, Fratres Carmelitæ, qui dudum in vrbibus etiam multiplicati habitabant, nimiùm ab infidelibus afflicti, ad eremum CARMELI Montis redire sunt compulsi. Non enim in Ciuitatibus manere diutiùs poterant, quos Saraceni in tantùm affligebant, vt nullum eis Deo famulandi tempus quietum relinquerent, ac victui necessaria funditùs negarent. Manserunt itaque Fratres in Monte CARMELI, solitariam vitam in paupertate non modica ducentes, donec, multis euolutis annis, Terra Sancta per Christianos iterum fuit recuperata, & peregrinis iter ad illam in pace compositum. Facta fuit hæc Terræ Sanctæ recuperatio per Ducē Gotfridum anno Domini millesimo nonagesimo nono.

b Lib. 1. de Ord. Carmel. c. 8.

Carmeli Religio angustiatur.

448. Quàm grauis, & crudelis in Christianos, specialiter huius Religionis Monachos, fuerit tunc persecutio, describunt S. Cyrillus ibidem, Arnoldus Bostius, *c* Palæonydorus, *d* Petrus Lucius, *e* & Ioannes de Malinis *in speculo historiali c. 6*, vbi inter alia: „ Totam Terram Sanctam, sibi cum multa sanguinis effusione, velut bestia sæuiens, subiugauit, (*scilicet Homar*) Ex tunc Ecclesia Orientalis, quæ nutrita erat in croceis, propter carnales voluptates, & illecebrosos luxus, à Domino Derelicta fuit, tāquam vmbraculum in vinea, & tamquam tugurium in cucumerario. Quæ tamen in quibusdam moribus suis, quasi pauci racemi, finitâ vindemiâ, & sicut lilium inter spinas, adhuc perseuerans, cultum Religionis adhuc feruentiùs nitebatur conseruare iugiter. „

c In spec. hist. c. 82. *d* Lib. 2. c. 9. *e* In comp. hist. c. 11.

Quanta tunc fuerit desolatio.

449. Sub idem tempus alia sæuiebat persecutio, præsertim in Oriente, ab Imperatoribus Iconoclastis, qui etiam gladio vibrante mortem minabantur, & inferebant Catholicis, prout ex Theophane, Orientalium rerum Chronologo, compertum est. Eo igitur tempore Ordinis huius Religiosi confugiebant ad eremitaria, seu deserta loca, relictis vrbibus, & sitis in eis, monasteriis: quæ (teste Baptista Mantuano in Apologia pro Carmelitis) olim istis in regionibus habuimus vltra septuaginta, ampla, pulcherrima, atque magnifica: inter quæ erant ferè omnia loca, quæ Christus, & Mater eius, & SS. Prophetæ ELIAS & *Eliseus* suâ conuersatione celebrarunt, præter ea quæ erant in Cypro, etiam sub nomine Prouinciæ

Saeuiebat etiam tunc persecutio Imperatorū Iconoclastarum.

Carmelitæ aliqui tunc in Europā transmigrarunt.

Terræ Sanctæ comprehensa. Nonnulli etiam eorum in Europam transmigrantes, potissimùm in Italiam, noua illic loca ad commorandum inquisierunt, vt latiùs infrà *cap.* 29.

450. Illo autem decursu annorum circiter 460. quales, quantasque ab impiis Saracenis Christiani, & inter eos Carmelitæ, perpessi sint calamitates, quotque ex iis Martyres effecti, ecquis breui compendio explicet? Inter alias molestias, & iniurias, quibus Carmeliticæ Religionis Professores affecerunt, coëgerunt illos, depositis cappis, seu palliis albis, quibus ad imitationem sui Patris ELIÆ desuper vestiebantur, assumere barratá, id est varij coloris, prout habetur ex eodem S. Cyrillo ibi suprà: *Saraceni* inquit *molestè ferebant, quòd nostræ Religionis Professores veste albâ desuper induti incederent; cùm soli eorum Satrapæ huiusmodi colorũ habitu desuper vterentur. Propter quod gestationem pallij albi dictis Professoribus interdixerunt: pro quo Professores prædictum pallium barratum tunc vnanimiter assumpserunt.*

Sub ea tẽpora Religiosis huius Ordinis fuit interdictus habitus albus,

451. Id Ioannes Trithemius *libro citato cap* 6. Sic refert. „ Cum „ Terra Sancta in manus deuenisset infidelium, coacti sunt Fratres mu„ tare habitum, Saracenis id vrgentibus, qui solis Satrapis suis albam por„ tare vestẽ licere existimabãt. Publico igitur edicto Regis, Fratres Mõ„ tis Carmeli, album deponere Habitum compulsi sunt, & alium quemli„ bet assumere. Reiecto itaque necessario Habitu pristino, Cappas virgu„ latas assumpserunt, qui duplicis coloris à septem partibus virgulatus ex„ titit, quarũ prima circa fissuram anteriorem alba fuit altrinsecus, sequẽs „ ab vtraque parte alba, & vltima in medio dorsi nigra. „ *Et paulo infrà*: „ Venientes, ordinatione diuinâ, in Europam; ne populis risum peregrino „ habitu facerent, veterem Habitum resumpserunt, quo vsque in hodier„ num diem in Ordine vtuntur. Denique, ne mutatio hæc cuiquam fri„ uola videretur, authoritate Summorum Pontificum mox legitur com„ probata. „ Eadem scribunt alij Historici nostri.

Pro quo sumpserunt barratum.

452. Hoc pallium professores huius Religionis antiquitùs appellãbant *carpitam*, postmodùm verò consueuerunt ipsum vocare *chlamydem*, seu *mantellum*: nunc verò communiter *Cappa alba* nuncupatur à nostris. Pallia, seu chlamydes, siue cappas istas barratas gestarunt annis circiter sexcentis quadraginta septem, videlicet à tempore prædicti Humar vsque ad annum millesimum ducentesimum octogesimum septimum, quo, dimissis cappis barratis, ad imitationem fundatorum & priscorum Patrum nostrorum, albas resumpserunt in Capitulo generali, celebrato in monte Pessulano, in festo S. Mariæ Magdalenæ. Depositionem autem illam pallij, seu cappæ barratæ; quòd ea in Europæ partibus minùs decens videretur, facere suaserat, & vrserat D. Geruasius Cardinalis S. Martini in montibus: fieri permisit, viuæ vocis oraculo, Summus Pontifex Honorius Quartus, factamque approbauit Bonifacius Octauus, per Bullam, cuius initium est: *iustis petentium desideriis*: datum anno 1295. septimo Kalendas Decem-

Ac pro eo posi annos circiter 647. iterũ fuit resumptus albus approbante Summo Pontifice.

Digitized by Google

Decembris. Habetur in ſpeculo antiquo Ordinis [a] & in Bullario Cherubini *tomo* 2. inter Bullas Bonifacij VIII.

[a] Fol. 27. & 70.

453. Quàm grata fuerit iſta mutatio ſereniſſimæ Ordinis Patronæ, ipſa ottendit inſigni viſione (quæ refertur in Annalibus Ordinis [b] apparens amicta ſimili pallio albo, ſub quo, per duos Angelos extenſo, recipere, & protegere videbatur Religioſos, & Moniales huius Ordinis, tales chlamydes, ſeu cappas gerẽtes. Similiter quoque induta apparuit poſtmodùm Ioanni XXII. Summo Pontifici, iniungens ei confirmationem Ordinis, & publicationem magni priuilegij *Bullæ Sabbathinæ* nuncupati: prout ipſe in Bulla, cuius initium, eſt: *Sacratiſſimo vti culmine:* de ſe teſtatur iſtis verbis: *Virgo mihi viſa fuit* CARMELITA: id eſt, Carmelitano habitu conſpicua. Aliis etiam quibuſdam noſtris poſtmodum candido velata pallio videndam ſe præbuit, prout videbimus ſic infrà. [c]

[b] Tom. 4. ad ann. 1288. nu. 3.

[c] Par. 3. ci. 2. & 6.

CAPVT XXVII.

De multitudine Martyrum per Saracenos, perq; Imperatores hæreticos interemptorum: & occaſionaliter de deteſtabili ſecta, ac Alcorano Mahumetanorum.

454. QVod ſpectat ad multitudinem, ſeu numerum eorum, quos interim Saracenorum, nec non Imperatorum Iconoclaſtarum gladius abſumpſit, certum eſt eſſe valde magnum; nam circa annum ſexcenteſimum, paulò antequàm Palæſtinam inuaderet, & deuaſtaret Coſrhoës, tam erant frequentia illic monaſteria, vt ad S. Iacobum, eo tempore eremitam, habitantem ad radices Montis Carmeli, aliquandò conuenirent pro benedictione, & inſtructione Religioſi, ſeu Monachi, è viginti, ſeu trigenta monaſteriis circumiacentibus, vti refertur *cap. 2. vitæ eius* apud Bollandum *ad diem* 28 *Ianuarij*. Illa autem, & alia per Syriam, omnia ferè aut pleraque per Coſrhoam, Humar, alioſque conſequenter Saracenorum tyrannos igne & ferro vaſtata fuêre, peremptis magnâ ex parte Monachis.

Monachi plurimi per Saracenos, & hæreticos Iconoclaſtas martyrizati.

455. Pro defenſione etiam cultus, ac venerationis ſanctarum Imaginum variis locis, & temporibus, in Oriente, non pauci ex hoc Ordine neci ſunt dati, per Imperatores hæreticos, & Iconoclaſtas. Denique, rurſus Saracenorum efferueſcente rabie in Terra Sancta, circa annum Chriſti 1187. & ſequentes vſque ad annum 1291. (ſicut dicemus capite 31.) plurimi ex hoc Ordine ab iis conſumpti Martyrij palmam ſunt conſecuti: de

ti: de quibus in vita S. Bertholdi, & in Fasciculo temporum Werneri Rolcuinck ad annum 1184. vbi agitur de S. Bertholdo sic inter alia: *Hic* (S. Bertholdus) *inter cætera præclara sanctitatis indicia animas quam plurimorum Fratrum quos Saracenorum absumpsit gladius, cum Corona Martyrij ab Angelis in cœlum deferri vidit.* Ferè eadem scribit Palæonydorus [a] *suo autem tempore*, inquit, *multorum animas, pro Christo passorum Fratrum, in diuersis Terræ Sanctæ locis seu Monasteriis, corporali intuitu in cœlum deferri vidit.*

[a] Lib. 3. cap. 1.

456. Istorum omnium Martyrum numerum ascendere ad centum quadraginta quatuor millia (vt scribunt Liranus, Bostius, Palæonydorus & alij) qualiter intelligendum sit, declarat Lezana [b] nempe, poni numerum certum & definitum (sicuti APOCALYPSIS 7. dicuntur centũ quadraginta quatuor millia signati) pro indefinito, verisimiliter soli Deo notũ: quare Abbas Trithemius in libro *de ortu & progressu, seu laudibus Carmelitarum cap.* 12. asserit eos numerari non posse: *Enimuerò*, inquit, *si quis stellas cœli dinumeret, & huius Ordinis sanctos numerare poterit*; vnde & in Martyrologio Romano *ad diem* 19. *Februarij*, & alibi legitur: *In Palæstina commemoratio sanctorum Monachorum, qui à Saracenis ob fidem Christi sæuissimè cæsi sunt*: sine designatione certi numeri. Portò istos omnes, aut certè plerosque, fuisse Carmelitici Instituti, à S. Propheta ELIA inchoati professores, asserere licet, ex eo quòd circa illa tempora in Oriente vix, aut pauci alterius Instituti Monachi tunc fuisse commemorentur: & quòd hic Ordo isthic institutus, atque ad illa vsque tempora perenniter ibidem propagatus fuerit. De his plura videri possunt in Annalibus Ordinis *tomo* 3.

[b] Tom 3. Annal. ad an. Chr. 639.

An centum quadraginta millia.

457. Sæuissima illa, & longæua persecutio, inchoata fuit, vt iam diximus, per Homar, & continuata annis quadringentis sexaginta, videlicet ab anno 639. vsque ad 1099. & iterum resumpta anno 1185. per eiusdem successores Saracenos, sectę Mahumetanæ: de cuius proinde origine, & detestabili lege (Alcoranum vocant) hoc loco opportunè, nec inutiliter, pauca subnectimus.

458. „ Imperante Heraclio, Mahumetes (quibusdam Mahumedes) „ de Camelorum pastore locupletis heræ coniux factus, in Palæstinam „ abiit: vbi cum Christianis, Iudæisque colloquens, ex omnium colluuio- „ ne sectarum nouum illud fabricatus est monstrum: cui stolido menda- „ cio auctoritatem addidit. Cum enim à dæmone, & comitiali morbo iactatus, identidem corrueret, mœrenti ob id vxori persuasit, Gabrielis se „ Angeli conspectu, & colloquio consternatum, sic affici. Id mulierculæ „ operâ latius dissipatum, ac vulgo creditum est. Scribit Theophanes, decem annis occultam hæresim illum habuisse: ac nouemdecim vi, ferroque propagatam asseruisse. Illud constat, anno Christi 622. Iulij die 16. „ feriâ sextâ fugam eum arripuisse, cum ob erroris nouitatem de vita „ periclitaretur. Ab hac fuga, quam Hegyram vocant Arabes, id est διωγμὸν, persecutionem, noua illorum epocha proficiscitur. Hinc anno „ Christi 628. ex Æthribo Felicis Arabiæ regione cum Saracenis suis ad Hera-

Mahumetis origo.

Vi & ferro sectam suã propagat.

Digitized by Google

„ Heraclium, accedens, agrum impetrauit ad habitandũ, ac posteà anno „ 631. obiit. Quo ex tẽpore successores illius Saraceni paulatim Palęstinã, „ Syriam, Ægyptum, Heraclio regnante, sibi subiecerunt. Quin & Persi- „ dem, anno 640. fugato rege Hormisda, ceperunt. Tot imperij calami- „ tatibus originem Heraclius dedit, prouocatâ in se Numinis irâ, dum „ Monothelitarum hæresim temerè susceptam pertinaciùs tuetur. „ Ita Petauius *in Rationario temporum libro* 7.

459. Stultam, superstitiosam, & fœdam eius legem sic paucis perstringit Belgij quondam illustre iubar Lipsius: *a Mahumetes* (DCXX.) *ille, ben nimis nostris cladibus notus, cum cupidine agitaretur nouarum opum, & imperij, nouam Religionem, id est Superstitionem commentus est: ita me Deus, indecoram, futilem, nec colore vllo veri tinctam: etsi ex Iudæorum Christianorumq; libris, velut per Satyram, miscuit, & confecit. O rugas, ô deliria! & lubet quædam recensere. Primum est, Deum vnum, solidumq; (ὁλόσφυρον Græci exprimunt) eumdemq; incorporeum esse: Christum non Deum, sed magnum vatem & Prophetam; se tamen maiorem, & proximè à Deo missum. Præmia, qui ipsum audient, Paradisum, qui post aliquot annorum millia reserabitur: ibi quatuor flumina lacte, vino, melle, aquâ fluere: ibi palatia, & ædificia gemmata, atque aurata esse: carnes auium suauissimarum. fructus omne genus, quos sparsi, iacentesq; sub vmbra arborum edent:* Sed felicitatis caput est assiduâ libidine sine defatigatione frui &c (Ibi consequẽter refert detestabiles legesistius turpitudinis, tum subdit) *Credet hæc aliquis dicta & acceptaẽ amplius: Ille verò Veneris his illecebris totam legem suam impleuit: & viro permittit vxores iustas quatuor habere, pellices tot quot lubet. O turpitudinem!* &c. *Hæc & plura in eius Corano. Sed & Physica quoque miranda. Nam facit Solem, & Lunam in equis vehi; illum autem in aquam calidam vespere mergi, & benè lotum ascendere, atque oriri: Stellas in aëre è catenis aureis pendere, terram in bouini cornu cuspide stabilitam, & agitante se boue, ac succutiẽte, fieri terræ motum. Hominem aut ex Hirundine, aut sanguisugâ nasci. Et quid addam? pudet, piget, miseret generis humani, cuius magna, aut maxima pars his non vanitatibus, sed stuporibus est oppressa. Nam Asia ferè tota, plurimum Africæ, multum Europæ, iura sceptri, & sacri Turcici accepit. Quin & multi extra Turcarum iura, vt magnus Tartarorum Chamus, vt Persa, vt alij in India, & extremo Oriente, deliria hæc delirant.* Hæc Lipsius.

a Lib 1. exempl. polit. c. 3.

Eius detestabilis lex, (Alcoranũ vocant.)

Spurciũs, & delriiis plena.

460. De illo execrabili deceptore Orbis, nuncio Sathanæ, præcursore Antichristi, ac totius falsitatis prodigio, ferè eadem, & alia plura scribit S.R.E. Insignis Cardinalis Iacobus de Vitriaco *in Historia Hierosolymitana cap.* 5. vbi causam assignat, cur illa abominabilis Mahumeti lex in principio fuerit recepta, & deinceps in tãtùm dilatata, videlicet: Quoniã ille homo libidinosus plures habere tam vxores, quàm concubinas concessit, & meritorium prædicauit: Et docuit terrena desideria, præsentis vitæ delitias, carnales voluptates, & quascumque, etiam contra naturam, libidines, futuram beatitudinem nullatenùs impedire. Ex quo factum est,

Cur tam facile recepta, & longè prolata.

vtin

vt in partibus Orientis, & maximè in calidis Regionibus, bruti,& luxurioſi homines,quibus auſteritas Chriſtianæ Religionis intolerabilis,& importabilis videbatur,arctam viam,quæ ducit ad vitam,& anguſtam portã deſerentes,latam & ſpatioſam viam,quæ ducit ad mortem, facilè ſint ingreſſi. Eadem eſt ratio propagati Lutheraniſmi, & Caluiniſmi.

Falſis quadam vera miſcet.

461. Porrò in illo ſpurciſſimo ſuo Alcorano Pſeudo-propheta ille Mahumet etiam falſis vera nonnulla intermiſcens,aſſeruit : *Quòd Moyſes fuit magnus Propheta, ſed Chriſtus maior, & ſummus Prophetarum, natus ex* MARIA, *Virgine ante partum,& in partu,& poſt partum,omnium fœminarum ſanctiſſimâ:* cuius clariſſima virtus perfidorum inuidiam ſuperans,etiam ab hoſte laudem accipere meretur.Hinc eſt,quòd etiam ipſi Mahumetani illam in magna habeant veneratione;adeò vt cum tempore Ioannis Papæ XXII.Auenione degentis,quidam filius Soldani Armeniæ, Græcâ & Latinâ linguâ eruditus, ad noſtras partes Latinas, cum ſaluo-conductu, ad videndum mores,& ritus Chriſtianorum, veniſſet, &, receptus Auenionione,in Curia Papæ cum magno honore,quotidie intereſſet in ſolemnitatibus diuinorum officiorum,in quibus maximè delectabatur: accidit in die Conceptionis Virginis MARIÆ, quòd quidam aſcenderit ad prædicandum, cœpitque dicere, & probare per quoſdam auctoritates Sacræ Scripturæ,Virginẽ MARIAM contraxiſſe culpã originalem. Quibus auditis in tantùm fuit ſcandalizatus filius ille Regis Armeniæ : quòd ſurrexerit à loco,& cum magno furore dixerit Papæ, & Cardinalibus, quòd miraretur de ipſis,qui erant Capita Chriſtianæ Religionis,vt talia tolerarent audire de Virgine MARIA addens: quòd ſi quis dixiſſet in conſpectu Califæ, aut Soldani Ægypti, aut in conſpectu aliorum Saracenorum,nullo pacto euaderet mortem. Et ſic ille taliter ſcandalizatus,reuerſus eſt in regionem ſuam,qui antè deliberauerat baptiſmum ſuſcipere. Ita refert Gononus *in Chronico Mariano ad annum* 1321.Inde diſcant Concionatores in ſuggeſtu coram rudi populo,à quæſtionibus ſubtilioribus cõtrouerſis,nondum ab Eccleſia definitis (quæ in ſcholis ventilandæ ſunt) abſtinere: at magis aut fidei dogmata explicent, aut moralia proponant. Sed ad noſtram hiſtoriam redeamus.

Mahumetani peculiariter venerãtur Deiparã.

Quam sẽper Virginẽ, ab omni peccato,etiã Originali immunem ſuſtinem.

Notabile pro Concionatoribus.

CA-

Digitized by Google

CAPVT XXVIII.

De aliquantula tranquillitate, inter ſæuiſſimarum, atque longæuarum perſecutionum iſtarum procellas, facta per Imperatorem Carolum Magnum: deq; aliquali refrigerio, præſtito per ſummum Pontificem Leonem IV. atque alios eius ſucceſſores.

462. CArolus Magnus piiſſimus Imperator, vt Chriſtiani ſub dominatu Saracenorum degentes refrigerium aliquod ſentirent, cum tranſmarinis Regibus infidelibus amicitias contrahebat, ac potiſſimùm cum Rege Perſarum Aaron, quem ſibi deuinctiſſimum habuit. Propterea per Monachum ſibi à Patriarcha Hieroſolymitano miſſum cum clauibus ſepulchri Domini, & illi adiunctum Zachariam Presbyterum, Hieroſolymam ampliſſimas eleemoſynas, pro reparatione Eccleſiarum, deferendas curauit: quarum etiam leguntur participes fuiſſe Carmetæ Monachi. Vnde illo tempore, tam ipſi, quàm alij fideles, Sarracenis ſubiecti, nonnihil reſpirare viſi ſunt: at non diu durauit illa quies, prout referunt Palæonydorus, [a] & Arnoldus Boſtius [b] in hunc modum. „ Tẽ- „ pus miſerendi eius venerat: illis namque diebus Religio Chriſtiana, ſa- „ tis in Terræ ſanctæ Prouincia iterum extitit ſublimata: nam monaſteria „ Fratrum B. MARIÆ Virginis de Monte Carmeli pluribus in locis rur- „ ſum ab eiſdem Fratribus inhabitabantur. Eccleſiæ etiam, & Baſilicæ „ Sanctorum, magnificis expenſis à Chriſtianis reſtaurabantur. Tunc „ Monachi noſtræ prædictæ Religionis hymnos Deo canebant, & in „ cordibus ipſum quotidie benedicebant. Sed hæc lætitia (proh dolor!) „ breui finem habuit; quia paucis diebus ſeu annis, poſt mortem Caroli Magni tranſactis, iterum fides Chriſtiana ibidem ab infidelibus, penè fuit „ extincta. Nam anno Domini 815. obiit idem Carolus Magnus anno „ regni ſui (ſimul cum Imperio) 47. Deinde paucis annis elapſis mala „ rurſus in Terra ſancta multiplicantur. Saraceni enim eam recuperantes „ iteratò capiunt, & fidem pro poſſe extinguunt. Tunc Fratres, ſeu Mo- „ nachi Carmelitæ in Monte, & cæteris eiuſdem Prouinciæ locis, vehe- „ menter ſunt attenuati, contempti, & pauci facti, propter penuriã Chri- „ ſtianorum, ſuccurſu omninò priuati: & infidelium ſuſtinentes violentiã „ aſſidua

Caroli Magni pietate Chriſtiani in Terra Sancta ſubleuantur.

[a] Lib. 2. c. 10.

[b] In Spec. hiſt. lib. 5. c. 85.

Carmelitana Religio reparatur:

Sed aliquantò poſt iterum affligitur.

„ assiduâ eorum debacchatione fatigati sunt, & multi eorum Martyres „ effecti, in cœlo laureati sunt: & alij, qui euadere poterant, licèt confes- „ sores actu, martyres tamen afflictione, plurima patientes, temporũ diu- „ turnitate perimebantur. Sicque continuis doloribus Religiosi Terræ „ Sanctæ per annos quasi trecentos constantissimè in sancti propositi „ perdurabant cõtinuatione, vsque ad tempora videlicet Godefridi Du- „ cis Bulionensis, qui Ierusalem de manibus infidelium capiẽs, eius Rex „ effectus est, &c. Interea Monachi nostræ Religionis quamuis pauci, „ tamen probatissimi erant in omni patientia, & tribulatione proficien- „ tes. „ Ita Bostius.

463. Id etiam, quod superiùs retulimus, de eleemosynis à Carolo Magno Terræ sanctæ incolis Christianis transmissis, cohæret cum iis, quę ad nostræ historiæ seriem valde opportuna testatur Iulianus Perez, seu Petri, Toletanus Archipresbyter S. Iustæ, in Tractatu, cui titulus est *Aduersaria num.* 264. vbi sic: *Ferunt paulò post annum* 779. *Carolum Magnum ad Terram Sanctam à barbaris oppressam asserendam, cum exercitu traiecisse, & eum secutum fuisse Genesium Abbatem Corberensem, qui nimis sauit Ierosolymis Fratribus Carmelitanis, miserabiliter oppressis, & eius causâ multi viri militares, relicto militiæ cingulo, vitam illam secuti sunt.* Illud autem: *traiecit cum exercitu*, non de exercitu quo Ierosolymam peruenerit, accipiendum, prout vulgaris opinio fert, dicentium eum armis Terram Sanctam occupasse; eam etenim & ipsi Francorum historici auersantur vt falsam: solùm ergo id intelligendum de exercitu copioso, quem Carolus ducebat in Italiam: qui Aaronem Saracenum, Syriæ Principem, cogere potuit ad deditionem S. Ciuitatis. *Qui nimis sauit Ierosolymis Fratribus Carmelitanis miserabiliter oppressis*, ad ipsum Carolum videtur referendum; siquidem, prout ex Francorum historiis hausimus, ipse, vtpote pius & deuotus, amplas eleemosynas Ierosolymis distribuendas misit. Illa denique: *Et eius causa multi viri militares, relicto militiæ cingulo, vitam illam secuti sunt*, proculdubio conuincunt, Ordinis propagationem hoc tempore factam. Ita Lezana *tomo* 3. *Annalium.* a

a Ad an. Chr. 796.

Leo Papa IV. & alij plures Romani Pontifices Indulgentias concesserũt eleemosynas tribuẽtibus pro Ecclesiis huius Ordinis.

464. Anno Christi octingentesimo quadragesimo septimo, defuncto Sergio Romano Pontifice, eâdem die illi suffectus fuit Leo IV. vir, vt in exordio vitæ eius scribit Anastasius, Apostolicus, totius sanctitatis decore repletus, amator Religiosorum hominum, Deoque assiduè in omnibus famulantium, nutritor pauperum. Sanctus hic Pontifex plurima pretiosa ornamenta, serica, argentea, & aurea pro iis quæ sacrilegis Saracenorum manibus ablata erant, in variis Ecclesiis restaurauit. Intelligens etiam penuriam, graues afflictiones, & persecutiones, quas ab iisdem Saracenis patiebantur Religiosi, seu Eremitæ Fratres B. Virginis Mariæ de Monte Carmelo, ipsis compatiens, indulgentias concessit omnibus Christi fidelibus, qui eleemosynis suis necessitati eorum subuenirent. Eius pietatem imitati successores ipsius Adrianus II. Stephanus V. Sergius III. Ioan-

III. Ionnes X. aliíque plures vſque ad Gregorium VII. (qui Papali mitrâ inſignitus, inuitus & mœrens in beati Petri Cathedram fuit inthronizatus anno Chriſti 1073.) eidem ordini ſimilem gratiam largiti ſunt, *omnibus*, ſcilicet, *Chriſti fidelibus verè pœnitentibus contritis & confeſſis, qui vel pro fabricis ipſarum Eccleſiarum Ordinis Fratrum de Monte Carmelo, munera darent, aut calicem pro Miſſis celebrandis, vel tobalias, ſeu mappas erogarent, vel qui in præmiſſis, aut in quolibet præmiſſorum manus porrigerent adiutrices, vel qui in ſuis vltimis teſtamentis aliquid legarent, tertiam partem omnium peccatorum in Domino relaxarunt.* Indulgentias iſtas à prædictis conceſſas referunt, ſuis Bullis inſerunt, & confirmant Sixtus IV. in Bulla *Dum attenta meditatione* data anno 1477. Kalendis Aprilis, & habetur in antiquo Bullario Carmelitano *pag.* 95. ſub finem Speculi Ordins, impreſſi Venetiis anno 1507. Iulius II. in Bulla: *Ad ſacrum Ordinem.* In eodem Bullario *fol.* 99. & Gregorius XIII. in Bulla *Vt laudes* data anno 1577. die 18. Septembris, quæ extat in Bullario Rodericij: quædam ex iſtis Bullis retulimus ſuprà *parte* 2. *cap.* 2. & 3.

Eaſdem cõfirmarunt alij eorum Succeſſores.

465. Illę autem Indulgentiæ Ordini primùm conceſſæ fuiſſe videtur occaſione Eccleſiæ S. Siluestri, & Martini, à præfato Leone Quarto exornatæ, & Monaſterij ad eam conſtructi, ac Ordini noſtro traditi (de quibus plura *cap. ſequenti a.* Attamen etiam pro aliis alibi Cœnobiis, potiſſimùm tum in Terra Sancta, per Barbaros, miſerè habitis, datę fuerunt, & à pluribus ſupradictis, aliiſq; Romanis Pontificibus confirmatæ, & ampliatæ: idque *ob reuerentiam Beatiſſimæ Virginis* MARIÆ, *cuius ſpeciali titulo Ordo hic inſignitur*, prout diſertis verbis aſſerunt in præfatis ſuis Bullis Sixtus IV. & Iulius II. ac manifeſtè traditur in antiquo Speculo Ordinis, typis edito Venetiis ante annos centum & quinquaginta, in quo *b* hęc leguntur: *Dum præcelſa meritorum inſignia, quibus Regina cœlorum, Virgo Dei Genitrix glorioſa, ſedibus prælata ſidereis, quaſi ſtella matutina præmitilat, Romani Pontifices deuota conſiderationis animo perſcrutantur: dumque etiam infrà pectoris arcana reuoluunt, quòd ipſa, vtpote Mater miſericordiæ, Mater gratiæ, pietatis amica, humani generis conſolatrix, pro ſalute fidelium, qui delictorum onere prægrauantur ſedula exoratrix, peruigil ad Regem quem genuit, intercedit. Ad hoc inclinatâ præcipuè oratione talium quorum ſtatus regularis eius felici titulo ſpecialiter inſignitur; Dignum, imò potius debitum reputantes, vt Eccleſias, & domos Fratrum ſeu deuotorum Filiorum eiuſdem miſericordiæ Matris de Carmelo in honore ſui nominis ſpecialiter fundatas, gratioſis remiſſionum proſequantur ſtipendiis, & Indulgentiarum honorent muneribus: quo ſic in Filiis ſpiritualiter dotatis humillimæ Matris quodammodo decoretur fœcunditas præclariſſima.*

a Numer. 472.

Idque ob reuerentiã B.V. MARIÆ Ordinis Patronæ.

b Folio 64.

466. Porrò Gregorius XIII. in Bulla illa: *Vt laudes*, prætermiſit clauſulam illam, ſeu conditionem *porrigendi manus adiutrices, ſiue eleemoſynas elargiendi Fratribus, aut Eccleſiis noſtris, ad conſequendas prædictas Indulgentias*, ab omnibus ferè aliis eius prædeceſſoribus inſertam: & eorum loco alia opera pia præſcripſit, videlicet, viſitationem Eccleſiarum noſtrarum, actus contri-

Gregorius XIII. loco eleemoſynæ alia opera pietatis inuexit.

contritionis, confessionem, & aliquarum precum recitationem. De variis Monasteriis tempore istarum persecutionum per Barbaros post annum Christi septingentesimum fundatis in Europa, potissimùm in Italia, dicetur capite sequenti.

Gregorius VII. Principes Christianos ad expeditionẽ in Terram Sanctam incitat.

467. Anno Christi millesimo septuagesimo quarto prædictus Gregorius VII. Zelo Dei, & catholicæ fidei propagandæ, feruentissimus Pastor, non tantùm ad omnes Principes Christianos litteras, & Legatos misit pro expeditione suscipienda in Orientem contra Saracenos, qui (vt scribit ipse in litteris, à Baronio recitatis.) [a] Christianos illic degentes inauditâ clade destruebant, & more pecudum quotidie occidebant: sed & ipse Hierosolymam versus cum exercitu Christiano profectionem parabat: & de facto iter illuc arripuisset, nisi timor inconstantiæ, & perfidiæ Henrici Germaniæ Regis expeditionem retardasset. Eodem anno 1074. (vt refert Palæonydorus *lib. 2. cap. 10.*) commiseratione motus ergà Fratres B. Virginis MARIÆ de Monte Carmelo, à prædictis Saracenis oppressos, prænominatas Indulgentias (nimirùm *relaxationem tertiæ partis omnium peccatorum*) *Christi fidelibus, eisdem manus adiutrices porrigentibus, concessit:* quas similiter referunt, & confirmant præfati Sixtus IV. Iulius II. & Gregorius XIII. in prætactis Bullis.

[a] Ad an. Chr. 1074. n. 50. 51. & 52.

Indulgentias huic Ordini elargitur.

CAPVT XXIX.

De quorumdam Monasteriorum fundationibus in Europa temporibus istarum persecutionum per Saracenos.

468. TEmpore quadringentorum sexaginta annorum, (nimirum iuxta computum S. Cyrilli ab anno 639. vsque ad 1099.) quibus Religiosi huius Ordinis, sicut & cæteri Christiani, in Terra Sancta degentes, duro Saracenorum iugo subiecti, multisque iniuriis, & calamitatibus afflicti fuêre quidam ad alias mundi partes, præsertim Ægei maris insulas ac verisimiliter in Asiam, & Græciam se transtulerunt variis temporibus, & occasionibus: aliqui autem in Europam transmearunt, & ibi loca opportuna receperunt, ac Conuentus, seu Eremitoria construxerunt: & quidem anno Christi septingentesimo septimo fuêre prima auspicia Cœnobij, seu Eremitorij Ordinis nostri Senis, inclytâ Etruriæ Vrbe. Anno autem septingentesimo nonagesimo septimo facta fuit erectio, seu fundatio secunda, siue posterior: prout refertur in Annalibus istius ciuitatis, & manuscriptis antiquissimis. Instrumentum authenticum habetur *tomo 3. Annalium nostrorum* ad dictum *annum* 797. Extat in eodem Conuentu Senensi

Ad varia loca Europæ extorres Carmelicolæ migrant

Senas anno 707.

Digitized by Google

Senensi donatio facta per Carolum Magnum piissimum occidentis Imperatorem, de quo capite præced. diximus.

469. Anno septingentesimo quadragesimo tertio circa Florentiam, clarissimam Italiæ vrbem, iacta fuêre fundamenta, & erecta Ecclesia nostri Conuentus Eremitici: cuius, postmodum intra vrbem translati, hæc est inscriptio. *A Christi Natiuitate an.* 743. *Kalendis Maij ad honorem Dei, & Beatæ* MARIÆ *Virginis de Monte Carmelo erecta fuit parua quædam Ecclesia, cuius primum lapidem posuit Reuerend. D. Thomas Episcopus Florentinus, in recessu propè ciuitatem, iuxta Pisanam viam, & flum. Arni, pro Eremitis quibusdam Montis Carmeli, Genesio, scilicet, Basilide, Cyrillo, Henoc, Phronto, Honuphrio, & Elpidio; Humar, Arabiæ Regis, Mahumeti successoris, tyrannidem fugientibus, nutu diuino in hanc vrbem perductis*: cuius rei authenticum instrumentum exhibet Lezana *to.* 3. *Annal.* ad dictum annum estque tenoris, vt sequitur. *Florentiam anno 743.* *Vt fidē faciunt inscriptio Cōuentus.*

Nos Thomas miseratione diuinâ Florentiæ Episcopus protestamur expressè, ad perpetuam rei memoriam, & posteris futuram fidem, quòd ad honorem Dei, & Beatæ Virginis MARIÆ *de Monte Carmelo, & omnium cœlestium Ciuium in cœlestibus triumphantium, præsentibus Mauritio Cionio Cotterio Ardinghio à S. Geminiano, & Gottifredo Cuffa, omnibus Ecclesiæ Florentinæ presbyteris, nec non & præsentibus Eremitis eiusdem Carmeli Montis Genesio, Basilide, Cyrillo, Enoc Phronto, Honuphrio, & Elpidio, ex eodem S. Monte ab Arabiæ iniquo Machometti Successore, & discipulo Humar Rege fugientibus, & in hanc Prouinciam decursis, hac præsenti die infra scriptâ primum lapidem paruæ Ecclesiæ in remoto loco pro eisdem Eremitis Carmeli, ad totius Florentini populi placitum, & concursum, propriis nostris manibus, Deo dante, posuimus, propè Ciuitatem, iuxta Pisanam viam, & fluuium Arni. Acta sunt hæc Florentiæ in Palatio Episcopali, testibus ad omnia vocatis, Ioseph à Sancto Vivaldo, Balduino Balduini de Colle Vallis Elsæ, & Gualterio quodam Vicedomino Florentino, sub anno Domini* 743. *mense Maio, eius verò die primâ, Indictione decimâ tertiâ &c. Ego Raynerius Symeonis à Signa, Apostolicâ & Imperiali auctoritate Notarius Florentinus rogatus mea manu confeci, & signum mei tabellionatus apposui &c. Locus ✠ signi.* Humar seu Homar, cuius ibi fit mentio, est ille longæuæ istius persecutionis primus author, & exordium (de quo suprà) cuius tyrannica potestas & sæuitia illo etiam tempore continuata per successores, perseuerabat. *Et instrumentum fundationis Ecclesiæ.*

470. In eodem tomo Annalium ad ista tempora refertur quoque fundatio Conuentus Pisani, etiam in Italia: & ad annum octingentesimū trigesimum octauum prima erectio Conuentus Leontini in Sicilia, qui in ista Prouincia primus & antiquissimus habetur: (ac anno 1220. instauratus, Imaginibus decoratus, & præsentia S. Angeli honestatus fuit) Instrumentum authenticum de fundatione illius, facta anno 838. die 15. Februarij, exhibetur in dictis Annalibus ad istum annum. Et sub annū millesimum trigesimum n. 6. Occasione S. Gerardi agitur de antiquitate monasterij Venetiis extructo. *Sub eadē tempora venerunt Pisas, inde Leontium & Venetias.*

471. Perusij quoque aut in vicina Eremo quadam, seu loco solitario *Ac Perusium.*

Digitized by Google

Carmelitas extitisse ante annos septingentos, habetur ex Ludouico Iacobello *in Annalibus Vmbriæ circa annum* 950. *&* 1032. Qui etiam testatur Benedictum Nonum sub annum 1034. die 2. Augusti licentiam concessisse nostris Carmelitis transferendi suum Conuentum de vno loco in alium. De istius Conuentus antiquitate plura videri poterunt in Annalibus Ordinis ad annum Christi 1296.

472. Antequam Italia egrediamur, opportunè hic etiam referenda occurrit fundatio clarissimi Cœnobij nostri S. Martini in Montibus Romæ iuxta Thermas Domitianas; estque huiusce modi: Circa annum Christi 844. Pontifex Sergius Secundus Basilicam Sanctorum Siluestri & Martini, vetustate marcescentem, & diuinâ antiquitate laceratam, à fundamentis restaurauit, & pratiosissimis aureis, argenteis, ac hyacinthinis donis decorauit: atque ad eius latus Monasterium construxit: quod eius successor Leo Quartus perfecit: prout habetur ex Anastasio, in illorum vita: & confirmant hi versus, in vetusto eiusdem Ecclesiæ monumẽto reperti, & à Baronio commemorati, [a] ad annum 847.

Circa ann. 844. contigit fundatio Ecclesiæ & Monasterij S. Martini in Mõtibus.

[a] Baron. in Annal. ad ann. 847.

Sergius hanc cœpit Præsul, quam cernitis, Ædem,
Cui moriens nullum potuit conferre decorem.
Sed mox Papa Leo Quartus dum culmina sumpsit
Romanæ Sedis, diuino tactus amore,
Perfecit solers melius, quàm cœpta manebat,
Atque piâ totum picturâ ornauit honestè.
Cœnobiumq; sacrum statuit, Monachosq; locauit,
Qui Domino assiduas valeant persoluere laudes.

Istos ante Monachos fuisse Orientales, & Carmeli propaginem, seu Eliades, declaratur in Annalibus Ordinis ad dictum & sequentem annum, & in Appendice ad illum tomum, circa Basilicam SS. Siluestri & Martini in Montibus. Et confirmatur ex eo quòd cum anno 1652. die 19. Decemb. de mandato Reuerendissimi P. Magistri Ioannis Antonij Philippini Romani, totius Ordinis Carmelitarum Generalis, effossa esset terra in spatio eminentiori, in quo est altare maius Ecclesiæ SS. Siluestri & Martini in Montibus, & erutâ postmodùm indè terrâ, locus subterraneus aperiretur, peruentumque esset ad radicem Altaris maioris, post aliquam suffossionem retectus est paries quidam lateritius, crassitiei non mediocris, in cuius medio erat foralus vacuus, ad cuius latera vtrimque conspiciebantur imagines duæ depictæ, duos Carmelitarum Sanctos repræsentantes.

473. Si quis quærat, cur, & quâ occasione à Pontifice nostris aduenis Orientalibus, & non potiùs incolis Occidentalibus Cœnobium istud fuerit traditum? ea videtur, quòd cum, durantibus sæuissimis, & diuturnis persecutionibus (de quibus iam ante) variis temporibus, & occasionibus aliqui Carmelicolæ, seu Eliades in Europam, & maximè in Italiam à facie persequentium fugientes transmearent (prout ex antedictis constat)

stat) sub dictum annum, cum præfata Ecclesia repararetur, & Cœnobium construeretur, Romam quidam aduentarint, quibus compatiens Pontifex illos in dicto Monasterio locauit, vt conformiter suo instituto *dies noctuque laudes persoluerent* vt præfatus scribit Anastasius. Ea quoque confirmantur ex iis quæ suprà [a] diximus de Indulgentiis à dicto Leone IV. concessis, domos confractas Ordinis nostri reficientibus: quod occasione restaurationis Ecclesiæ sanctorum Siluestri, & Martini factum prudenter existimari potest, vti adnotat Lezana dicto loco Annalium [b]: quæ tamen etiam ad alias Ordinis, præsertim in Terra Sancta, Barbarorum tyrannide laceratas, extensæ, per plures Pontifices, Leonis IV. successores, confirmatæ fuêre: prout patet ex dictis supra *par. 2. cap. 2. & 3.* [c] nec non eodem *cap. 28.* huius partis tertiæ. Monasterium istud successu temporis semel, & iterum ab Ordine derelictum fuisse videtur, atque etiam recuperatum, aut iteratò donatum. Quòd verò in Actis Capituli Generalis, celebrati anno 1399. (scriptis in libro Ordinis folio 24.) totus Ordo taxatus legitur *pro recuperatione Conuentus S. Martini*: quâ de causâ Ordo indiguerit eiusmodi recuperatione, hactenùs incompertum est. [d] De Ecclesia illa SS. Siluestri & Martini in Montibus à præfato Reuerendissimo P. Generali magnificè restaurata, & elegantissimè exornata, accuratè tractat ven. P. Lezana sub finem Tomi 3. Annalium, & mentionem facit *capite* 37.

Eius occasione Indulgentiæ concessæ.

[a] Cap. 28. n. 464.

[b] Lez. to. 3. Annal. ad an. 847.

[c] Nu. 194. & 201. 202.

Ab Ordine dejertiis sen translatis, recuperatis fuit.

[d] Ita Lezana ad an. 1397.

474. Hactenus stetimus in Italia, inde transeamus in Hispaniam: vbi primum huius Ordinis in Europa, & antiquissimum reperimus Eremitorium, & Monasterium, in inclyta Vrbe Toletana, erectum temporibus Apostolorum, circa annum Christi quadragesimum: prout constat ex dictis *capite* 14. cuius Ecclesia nuncupatur S. MARIÆ *de Alfizen*, Illud ab anno circiter 719. vsque 1085. (& hac occasione etiam hic illum in scenam ducimus) ac iterum postea, varias subiit temporum vicissitudines: etenim circa annum Christi 719. Mauri irruentes in Hispaniam Toletum occupauerunt, prout in Historia Toletana, per Petrum Sanctium, Hispanico idiomate, sic in Latinum traducto, scribitur: *Anno 719. Mauris traditur Toletum, hoc pacto cum Christianis inito, quòd designaturi erant septem Ecclesias, in quibus liberè celebrare & assistere possent diuinis Officiis; quæ fuerunt sex Parochiales intra Vrbem, & quoddam Monasterium Carmelitarum, quod extra erat.* Et in Chronico Luitprandi his verbis: *Vigesimâ quintâ die mensis Maij, festo S. Vrbani Papæ, & Martyris, feriâ sextâ occupant Arabes Toleti Vrbem, sub ea pactione, vt septem Ecclesiæ remanerent pro Christianis Muzarabibus, ibidem manentibus cum graui etiam tributo.* Quænam Ecclesiæ istæ fuerint, scribitur in Chronico Iuliani Petri ad eumdem annum 719. vbi sic: *Hæ autem fuerunt Sanctæ Iustæ, Torquati, Luciæ, Marci, Eulaliæ, Sebastiani, & Sanctæ* MARIÆ *Suburbanæ quæ dicitur* ALFIZEN *Arabicè, pro Eremitorio.* Per dictos infideles plurimæ Ecclesiæ, & loca sacra prophanabantur, & occupabantur, ac inter ea etiam celebrima Toletana Basilica, per S. Elpidium, circa annum Christi 40. extructa,

Toleti in Hispania fundatum fuit Eremitorium, seu Monasterium Ordinis temporibus Apostolorum.

Varias subiit temporum vicissitudines.

Ad eius Ecclesiam (dictam S. MARIÆ de Alfizē) transfertur Sedes Archiepiscopalis.

extructa,& per S. Eugenium ampliata: in qua Sedes erat Archiepiscopalis,quæ propterea anno 731. translata fuit ad dictam Ecclesiam S. MARIÆ *de Alfizen*,præfati Conuentus,seu Eremitorij nostri Toletani:qui tũc etiam cessit Clericis secularibus, prout in Annalibus nostris refertur.Idem habetur ex eodem Luitprando, *a* in Aduersariis, vbi, hæc: *Tempore captiuitatis Episcopus Patriarcha Toletanus degebat in Ecclesia S.* MARIÆ *de Alfizen*, Cur autem non in aliqua Ecclesia intra vrbem tum Sedes Archiepiscopalis fuerit constituta,rationem assignat Lezana *b* Atque ita nostri coacti fuêre ad alium demigrare locum, nuncupatum *S. Seruandi :* vbi perstiterunt per annos circiter trecentos quinquaginta quatuor; cum enim anno Christi 1085. inclytus Rex Alphonsus VI. Toletanam Vrbem è Mahúmetanorum manibus liberasset, annis aliquot post Basilica etiam præfata Christianorum vsui vindicata, & restituta fuit. Atque ita Toletanus Antistes,& Clerus ad eam remearunt.Nostris ergo in Monasterio S. *Seruandi* residentibus, à Rege id postulantibus, vel ipso liberaliter concedente, Ecclesia S.MARIÆ *de Alfizen* Ordini nostro restituta, & Conuentus ipse multis decoratus priuilegiis ac dotatus possessionibus fuit ab eodem Rege,prout ipsius diploma,seu litteræ fidem faciunt: in quibus inter alia hęc habentur : *Ego Alphonsus,Dei Gratiâ Toletani Imperij Rex, &c. Pro augmento conseruationis Monasticæ,& suorum famulorum,& pro Hõspitum receptione, testor illi antiquam Ecclesiam quæ dicitur S.*MARIA *de Alfizen,quæ numquàm Christianitatis titulum perdidit: & quamuis sub potestate Paganorum, non defuit de Christianis incoli,& venerari,licèt sub iugo perfidæ gentis: ita quomodo est intra Ciuitatem super murum eiusdem Ciuitatis concluſa,cum domibus sibi circumiacentibus:vbi adiicio ad augmentum cibi , & potus integram villam de Acuquieia, quomodo est concluſa per suos terminos antiquos;cum omni quoad profectum hominis in ea est de vineis ac terris cultis,& incultis,pratis,pascuis,paludibus,& arboribus fructuosis,& infructuosis. Æra* 1133. *Idibus Februarij.*Priuilegium istud Regium ex archiuiis prędicti Conuentus nostri Toletani integrum exhibet Lezana *tomo* 3. *Annalium circa annum Christi* 1095.

a In Aduersar. nu. 128.

b Ad an. 731.n.3.

Religiosi nostri alio migrant.

Recuperant suum Monasterium & Ecclesiam.

Ab Alphõso Rege priuilegijs decoratur & possessionibus dotatur.

475. In isto celebri,& peruetusto Ordinis nostri Toletano Cœnobio plura cernuntur,tum nobilitatis,tum venerabilis vetustatis indicia. In primis valde mirabilis Christi in Cruce viui pendentis, & in agonia positi Imago,tantę deuotionis & pietatis,vt vix similis in Orbe Christiano meritò credatur, & inter Catholicæ Hispaniæ prætiosissimas Reliquiarum gazas iure numeretur. Hominis perfecti staturam præfert,neruis, ossibus, venis,iuncturis, aliisque humani corporis membris affabrè sic delineatis, vt omnium oculos in sui admirationem rapiat. Creditur,nec sine fundamento, à quibusdam,mirabilis hęc imago ab Apostolorum æuo, sub Elpidio (primo eius Vrbis Antistite,& huius templi fundatore) sic mirabiliter effigiata,vt Angelicis potiùs quàm humanis manibus efficta videatur: vel saltem à tempore Toletanę captiuitatis,sub Saracenico iugo,quo Ecclesia illa Sedes Archiepiscopi,& vna ex Muzarabibus erat,ibi mansisse. Ita

In eo est Imago antiquissima & deuotissima Christi Crucifixi.

Digitized by Google

ſe. Ita Lezana. De alia imagine SS. Virginis Deiparæ in eadem Eccleſia valde celebri, olim dicta S. MARIÆ *de Alfizen*, nunc *ſubterranea* vulgò nũcupata, & miraculis eiuſdem, agitur etiam ibi conſequenter: de quibus adhuc mentio occurret infrà *cap.* 36.

Et alia SS. Deiparæ olim S. MARIÆ Alfizen. *nunc* ſubterraneæ *nomen habens.*

Etiam Hiſpali Aſceterium Carmeli ſpelęis ſimile ab antiquiſſimis temporibus extructum fuiſſe per S. Elpidium, eiuſque ſocios, aut poſteros, tradunt varij ex hiſtoricis noſtris apud Lezana in Annalibus Ordinis *a* in quo vitam monaſticam, iuxta inſtitutum Propheticum Elianum, ſeu eſſenum profeſſi fuerunt Sancti Epiſcopi Leander, & Iſidorus, quod etiam innuit Epitaphium à S. Ildephonſo ipſis appoſitum:

a Tom. 3. ad an. Chr. 578. n. 4. & 6.

Crux hæc alma gerit Sanctorum corpora Fratrum
Leandri, Iſidoriq́, priorum ex Ordine Vatum &c.

Illa, *Ex Ordine Vatum*, id eſt, Prophetarum, ſatis innuunt, ipſos fuiſſe Succeſſores, aut ſaltem æmulatores Inſtitutionis antiquæ prioribus ſeculis per ſanctos Vates, ſeu Prophetas initiatæ. Quod confirmatur ex ipſo S. Iſidoro *lib. 2. de Officiis cap.* 15. ſcribente *Monaſtici propoſiti Principes eſſe* ELIAM *& Eliſeum, aut Filios Prophetarum.* Eius verba retulimus ſuprà parte 2. cap. 1. Addit ibidem Lezana, de antiquitate Monaſterij noſtri Hiſpalenſis: *Quòd ex antiquo monumento, Imagine videlicet Deiparæ, cum Fratre Ordinis genuflexo, inter rudera Cœnobij, quod noſtri Carmelitæ hoc tempore poſſident, repertâ, vetuſtiſſimâ ſcilicet, etiam ante inuaſionem Hiſpaniæ ab Arabibus factâ, vt creditur, huius antiquitatis haud leue indicium deſumatur.*

De antiquitate Monaſterij noſtri Hiſpalenſis.

476. Ex Hiſpania progrediamur in Germaniam, quod circa annum Chriſti 1045. (nonnulli referunt ad annum 1099.) Religioſi aliqui huius Ordinis venerunt, & locum receperunt Boppardiæ, circa Rhenum priuſquàm Parochialis, ſeu Matricularis Eccleſia moderna ædificaretur, ſicut in eodem *Tomo tertio Annalium Ordinis* ad dictum *annum* 1045. commemoratur his verbis: „ Eſt etiam notandum, quòd Monaſterium Car-
„ melitarum Boppardienſe antiquitate præcedat ipſam Parochialem, ſeu
„ Matricularem Eccleſiam eiuſdem Ciuitatis: Hinc in proceſſionibus, in
„ cõductionibus funeralibus, aliiſq́; actibus publicis Prior Carmelitarum
„ cum ſuis Fratribus ſemper poſtremum, ſeu digniorem locum obtinet
„ præ Paſtore, ſuiſque Sacellanis. Vnde colligitur, quòd hoc idem Mo-
„ naſterium, priuſquàm Parochia moderna ædificaretur, ipſius Vrbis ma-
„ tricularis Eccleſia fuerit. „ Eius primus Prior obiit anno Chriſti 1113. prout habetur ex hoc eius Epitaphio, quod ad iſtum annum in eodem *Annalium Tomo tertio* refertur,

Circa an. 1045. Carmelitæ venerũt Boppardiam.

Digitized by Google

Epitaphium R. P. Henrici, primi huius Monasterij Prioris.

Eius loci primus Prior obiit anno 1213.

Iam sol mille suo cursu compleuerat annos
Virgineo à partu, centum simul, & duo lustra
Et tres exactos, fatalis terminus instat
Octobris nigrô verè signanda lapillô
Vltima lux: rapuit virtutum luce coruscum
Parca seuera virum, quem sacri gurgitis vnda
Abluit Henricum, *rarâ virtute Priorem*
Ordinis agnoscit sacri sententia, nomen.
Qui sibi Carmeli diuino munere poscit,
Atque Vrbs fausta colit sanctè Boppardia: *Saxum*
Ossa tenet, cubat hic gelidâ tumulatus arenâ
Virtutum exemplar, fulgens Henricus; *at astra*
Mens tenet, & Superûm felici sede moratur.

Colonia quãdo fundatus Conuentus.

477. Fundatio Conuentus nostri Colonienſis à nonnullis adſcribitur anno Chriſti 1098. de qua in libro de Ortu & *progreſſu Ordinis huius*, ex Ioannis Trithemij, Auberti Miræi, & aliorum authorum de Ordine Carmelitano ſcribentium opuſculis compilato, & Coloniæ typis edito anno 1643. ſub titulo iſto, *Elogium Ordinis Carmelitani*, hæc referuntur: *Colonienſis Conuentus primus fundator (vt docet Erhardus Winheim Carthuſianus in Sacrario Agrippinæ) extitit è nobili genere, Bruno quidam acerrimus contra Saracenos miles, Aſiæ victor* BERNHOFF *cognominatus, qui anno ſalutis milleſimo nonageſimo octauo huius Ordinis Religioſos è Monte Carmelo ſecum Coloniam deduxit.* Sed Lezana ad iſtum annum, ex Segero Paulo, animaduertit, errorem in annorum numerum irrepſiſſe, nimirum pro *anno* 1198. poſitum fuiſſe 1098. Quod facile, & ſat frequens eſt in hiſtoriis: hinc cum Ægidio Gelenio *in deſcriptione Coloniæ Agrippinæ*, primum noſtrorum incolatũ Coloniæ adſcribit dicto *anno* 1198.

Burdigala an. Chriſt. 1099.

478. Hoc certum, quòd circa annum Chriſti 1099. Carmelicolæ aliqui in Gallias venerint, & Burdigalam inhabitare cœperint: prout in iiſdem noſtris Annalibus ſcribitur ad iſtum, & iterum *ad annum* 1358. Ex Annalibus Burdegalenſibus, & litteris archiuij iſtius Cœnobij refertur, iſtud extructum fuiſſe anno Domini milleſimo nonageſimo nono per Illuſtriſſ. Dominum de la Lande, ratione victoriæ, ope B. Virginis MARIÆ de Monte Carmelo obtentæ: quod deinde alius eiuſdem familiæ Gagliardus de la Lande anno 1217. in alio loco reædificauit. De fundatione iſtius Conuentus eo anno facta ſcribunt alij, relati in iiſdem Annalibus Carmelitanis *ad annum* 1099. eius etiam meminit Segerus Paulus *in Chro-*

Digitized by Google

in Chronologia Vitæ S. Simonis Stock: quæ hic infrà habetur *parte* 5.

479. Præter ista etiam alia quædam fuerunt, in variis Europæ locis, Ordinis huius Cœnobia, seu Eremitoria, ab antiquissimis temporibus fundata, specialiter in partibus Britanniæ & Scotiæ: vbi Palæstinæi, & Ægyptij Monachi, antiqui Eliani Instituti Sectatores, Monachatum plantauerunt primi, prout ex celebrioribus Angliæ Scriptoribus demonstratur in *Tomo tertio Annalium Ordinis*, tum *in Apparatu*, tum in discursu historiæ. Id-ipsum etiam disertè, neruosè, & luculenter declarat Clemens Reynerus Benedictinæ Anglicæ Congregationis perdoctus alumnus in libro cui titulus est: *Apostolatus Benedictinorum in Anglia*, [a] vnde pauca quædam excerpta hic damus: & quidem *ex* §. 18. hæc de istis Monachis scribit: „ Vera est ergo Gulielmi Malmesberiensis sententia, quam suprà ex historia eius, nondum edita, beneficio clarissimi Seldenij, citatam protulimus „ § 12. ante Augustini aduentum in Angliam, Monachos, Britanniæ, & „ Scotiæ, seu Hiberniæ, more Ægyptiensium Monachorum, vitam instituisse; hoc est rigidiorem illum modum viuendi, quo Monachi per Ægyptum, & Palæstinam sese exercebant, vsurpasse; quod ex ipsa historia Sanctorum Hybernensium, & Britannorum Columbæ, Brendani, Dauidis, Gildæ manifestè cuiuis patet. „ Quod cum variorum authoritatibus probasset, concludit: „ Proculdubio Monachi Britones, & „ Scoti iuxta Instituta Palæstinorum Ægyptiorumque Monachorum „ (eadem enim fuit in vtrisque illis Prouinciis Monachorum disciplina) „ vitam suam gubernabant, sine regula scripta, per solas traditiones Patrum suorum. „ Hæc conformia sunt iis, quæ superiùs sunt dicta à S. Cyrillo, *capite primo*, & ibidem in Notis. [b] Deinde consequenter §. 20. cum pluribus ostendisset, vetustos in Scotia, & Britannia, Monachos, ante aduentum Augustini, in istas insulas non fuisse instituti Benedictini; sicut nec eos qui ante Diuum Benedictum viuebant in Lirinensi clarissimo Cœnobio, & in alijs quibusdam Galliæ, & Italiæ Monasteriis, legitimâ sequelâ infert, eos oriundos ex Syria, & Ægypto, vbi Elianum vigebat Institutum, & quidem olim vnicum (sicut ex superioribus demonstratum manet) illi accenseri debere. „ Quare, *inquit*, propter eamdem hanc in „ disciplina Monastica contiuatam successionem, quod nos non facimus „ (qui vltra Regulæ nostræ legislatorem Benedictum natales nostros nō „ arcessimus) suo tamen iure videtur facere Carmelitæ, qui cum reuera à „ Monachis Syriæ & Palæstinæ, per non interruptam seriem, sese deriuet „ (à Carmeli enim Monasteriis in Angliam, vt postea videbimus, ab Anglia in reliquas Prouincias sese dilatauerunt) meritò antiqui Monachatus Ægyptij Palæstiniique professores tamquam Patres suos, Ordinisque sui sydera colunt & venerantur. „ Cumque ibidem alia plura de Carmelitis nostris retulisset, subiungit denique. „ Atque hæc ideo lubentiùs de Carmelitis tam fusè diximus; quia sicut eos Syria Angliæ „ ita Anglia reliquo Occidenti dedit. Vnde constat, & verisimilitudo „ sententiæ, quam superiùs, de primis Monachis Britonum & Scotorum

Ab antiquissimis temporibus fuerūt Ordinis huius Monasteria in Britannia & Scotia.

[a] Tract. 1. sect. 1. §. 12. & 18. & 29.

[b] Num 8. & 10.

Longè ante aduentum Augustini.

„ diximus, eos ex Ægypto,& Palæstina in Britannicas Insulas Monacha-
„ tum detulisse: & illud etiam,quod antea disputauimus,meritò Carme-
„ litas, cùm successionem minimè interruptã ab antiquis Palęstinæ Mo-
„ nachis deducant, earumdem Prouinciarum Sanctos antiquos suo Or-
„ dini adscribere. „

Quadã ibi & in Gallia postmodum ad Institutum Benedictinum transierunt.

480. Animaduertendum autem, quòd successu temporis quædam antiquorum Monachorum Cœnobia in Scotia & Britannia,similiter Lirinense in Gallia,& alia nonnulla, Benedictinum Institutum receperint: de quo videri quoque poterunt dicenda *parte* 8 *cap.* 11. De aliorum Cõuentuum fundationibus,istis,& posterioribus seculis,agitur in eodem, & sequenti Annalium Tomis.Ista autem nonnihil prolixiùs hoc loco adduximus, vt inde manifestum sit,quàm à vero aberrent, qui prima Ordinis huius incunabula referunt ad tempora S. Alberti Patriarchæ Ierosolymitani circa annum Christi 1200.aut Aymerici Patriarchæ Antiocheni sub ann.1141. Sed de istis latiùs *parte* 8. *cap.*2.*&* 3.

CAPVT XXX.

De restauratione Carmelici Ordinis post restitutam Christianis per Godefridum de Bulyon Terram Sanctam.

Petrus Eremita,aliquãdoCarmeli incola bellum sacrum promouet.

481. ANnus Christi millesimus nonagesimus nonus, Carmelitis, quin & Christianis omnibus faustus,& lætus illuxit,quo Ciuitas Sancta Hierosolyma (postquàm sub Saracenorum graui & tyrannico iugo afflicta fuisset annis quadringentis sexaginta tribus) Christianis restituta fuit per inclytum ducem Godefridum de Bulyon,primum deinde Hierosolymitanorum Regem, sub conductu Petri,cognomine Eremitæ, belli istius sacri promotoris: qui per tempus aliquod Carmelicolis priùs cohabitans,vt nostri perhibent Annales, Carmeli habitum assumpserat,in quo etiam,diu post obitum,corpus eius integrum fuit repertum, vt refertur in Ordinis huius Annalibus ad annum Christi 1061.vbi ex varijs Authoribus Carmelitico Instituto vindicatur: & quidem illum quandoque Carmelum incoluisse,habet etiam catalogus Scriptorum Britanniæ in appendice post Florentium *Wigorienſem*, vbi cum specialiter actum esset de Carmelo & eius incolis, subiungitur: *Ad hos solitarios Carmelitas venisse famigeratum illum Petrum Eremitam,qui Psalterium* MARIÆ *eos edocuit, primus illius inuentor.* Eum plures scriptores alij faciunt authorem laudatissimæ deuotionis erga Beatissimam Virginem Deiparam ipsam salutandi,

Inuentor Coronæ B. Virginis MARIÆ.

& obse-

Digitized by Google

& obsecrandi per globulos filo insertos. *Eius rei* (inquit Polidorus lib. 5. de inuentionibus rerum agens de illa orandi praxi) *author fertur Petrus Eremita.* Id quoque asserunt Arnoldus Wion in suo opere inscripto lignū vitæ [a] & alij ab eo citati, ac plures apud Lezana dicto tomo 3. Annalium Ordinis huius ad annum Christi 1086. In sequentibus autem hos adfert versus.

[a] Lib. 5. c. 104.

Plaudite siderei pennæ crepitante puelli,
Et date purpureas ad mea verba rosas.
Plectite iucundis Pæstana rosaria dextris,
Ad Carmelicolam, sertaq́, ferte PETRVM.
Primam namq́, rosis constauit ab ore coronam,
Imposuitq́, suis Virgo MARIA *comis.*

Quam deinde pijssimam deuotionem toto acclamante Orbe, & Summis Pontificibus approbantibus, S. Dominicus, & alij istius Sacræ Religionis Patres, maximo pietatis fructu publicam reddiderunt; vt propterea istius deuotionis Antesignani deprædicentur.

Quam toto Orbe celeberrimam reddidit S. Dominicus.

482. Iste Petrus, vrgendi in Saracenos belli causâ, è Terra Sancta ad Occiduas partes venerat: eiusque oratione commotus Vrbanus secundus Pōtifex ad Clarum-montem celebrauit Synodum anno 1095. in qua ad sacram in Palæstinam expeditionem Christianos hortatus est. Itaque veluti classico excitus Occidens, variis locis, ac temporibus collectos ad eam militiam, fudit exercitus.

483. Dux Godefridus, & Petrus Eremita anno Domini millesimo sexagesimo sexto per Hungariam Constantinopolim versus, & indè Antiochiam, per non modica itineris incommoda, profecti sunt, habentes in comitatu suo Barones, Comites, & Principes Europæ non paucos, quos subsequebatur populus ferè innumerabilis, ex omnibus penè tribubus, & linguis, & nationibus: cuius numerum ascendisse ad trecenta millia asserit idem Papa Vrbanus II. in litteris ad Alexium Imperatorem Constantinopolitanum, sic sonantibus: *Cum statutum fuisset ad Clarum-montem Aruerniæ, vt omnibus votis bellum aduersùs Saracenos gereretur, tanta hominum multitudo consignata est, vt ad trecenta hominum millia credita fuerint. Ducum autem fortissimorum tantus ardor, vt de recuperandâ Hierosolymâ multum sperare debeamus.* Duces autem istos deinde enumerat: Extant eæ litteræ integræ apud Baronium ad annum 1097. [b] Validus iste Christianorum exercitus cum varias transmeasset Regiones, & ciuitates ac fortalitia quædam superasset, anno millesimo centesimo nonagesimo septimo, mense Septembri, castrametatus est ante nobilem Ciuitatem, multarum Prouinciarum à diebus antiquis metropolim, & moderatricem Antiochiam, quæ, Domino præstante mense nono obsidionis, die videlicet tertiâ Iunij anni 1098. Christianis tradita est.

Godefridus de Bullion & Petrus exercitum numerosissimum ducunt versus Antiochiam.

[b] Nu. 145. *Quam obsident anno 1097. in Septembrè obtinent anno sequenti in Iunio.*

484. Posteà verò Deo deuotus exercitus, nec labore victus, nec morte vincendus, per medium circumstantium Regionum, per angusta via-

Digitized by Google

rum, & angustias hostium, Hierosolymorum montana conscendens, ante sanctam Ciuitatem peruenit, tentoria figens, & castra secundùm militarem disciplinam, collocans, ex omni parte ipsam obsidione vallauit: quæ. post multos bellicos actus, strenuissimè exercitatos, anno ab incarnatione Domini millesimo nonagesimo nono, decima quinta die mensis Iulij, feriâ sextâ, circa illam horam, quâ Christus cruci affixus, æterno Patri suo Spiritum tradidit, reddita est dominio Christianorum. Consequenter verò & reliquas Terræ Sãctæ Ciuitates strenuus Dux Godefridus sibi subiugauit. Quæ omnia copiosè, & fideliter à Willelmo Tyri Archiepiscopo, Iacobo de Vitriaco Cardinali & Episcopo Aconensi, aliisque eorumdem temporum authoribus enarrantur. Qualiter verò antè captam Hierosolymam, dum circa Antiochiam Christianus exercitus grauissimâ necessitate premeretur S. Bertholdus de Malsaida (postmodum primus Latinorum Prior Generalis) promiserit, se Deo, & B. Virgini iugiter in Monte Carmelo seruiturum: ipsique IESVS splendidam Crucem in capite gestans, cum SS. Matre sua, & S. Petro Apostolo apparuerit, & Christianis, si à peccatis desisterent, victoriam addixerit, referunt Arnoldus Bostius *in Speculo historiali* [a] Palæonydorus *in historia Carmelitana* [b] & Gononus *in Chronico SS. Virginis Deiparæ ad annum Christi* 1099. De isto S. Bertholdo latiùs agetur infrà *par. 6. c. 8.*

Anno 1099. *in Iulio Hierosolyma possiuntur.*

Et consequenter aliis Terræ Sanctæ Vrbibus.

S. Bertholdus in publica necessitate se vouet Ordini Carmeli.

[a] Lib. 6. c. 3. & 4.
[b] Lib. 2. c. 11.

485. *Ex tunc*, scribit idem Iacobus de Vitriaco [c] *cœpit Orientalis Ecclesia reuirescendo florere, & cultus Religionis in partibus Orientis ampliari, & vineæ Domini nouos botros germinare, ita quòd in ea videretur impletum, quod Scriptum est in Canticis Canticorum: Hyems transiit, imber abijt, & recessit, flores apparuerunt in terra nostra, tempus putationis aduenit. A diuersis enim Mundi partibus, ex omni tribu, & lingua, & omni Natione, quæ sub Cœlo est, odore Sanctorum, & venerabilium locorum tracti deuoti Deo peregrini, & homines Religiosi ad Terram Sanctam confluebant. Reparabantur Ecclesiæ veteres, nouæ fabricabantur. Monasteria Regularium, largitione Principum, & eleemosynis fidelium in locis idoneis cõstruebantur: Ecclesiarum ministri, & alia ad seruitium, & ad cultum diuinum pertinentia sufficienter & competenter ordinabantur vbique. Viri autem seculo renunciantes variis affectionibus, & desideriis tracti, & feruore Religionis accensi, eligebant sibi loca proposito suo & deuotioni magis competentia.*

Tunc reflitutus fuit cultus Religionis Christianæ.

[c] Cap. 51.

486. Consequenter verò *cap.* 52. specialiter agens de Carmelitici Instituti professoribus, in Carmelo morantibus: *Ad exemplum*, inquit, *& imitationem sancti viri, & solitarij* ELIÆ *Prophetæ, in Monte Carmelo, & maximè in parte illa, quæ supereminet Ciuitati Porphyriæ, quæ hodie Cayphas appellatur, iuxta fontem, qui fons* ELIÆ *dicitur, non longè à Monasterio B. Margaretæ, vitam solitariam agebant, in alueatibus modicarum cellularum, tamquam apes Domini dulcedinem spiritualem mellificantes.* Monasterium istud, quod nuncupatur B. Virginis Margaretæ, ab Aymerico Patriarcha Antiocheno ad honorem SS. Virginis Deiparę, & etiam specialiter sub titulo S. Margaretæ inchoatum & non perfectum, tandem liberalitate Balduini Regis, & fauore B. Alberti

Et restauratus Carmelitanus Ordo.

berti Patriarchæ consummatum fuit, prout latiùs declarat Lezana a. Alios verò scribit præfatus Præsul Aconensis, in deserto *Quarantena* appellato (in quo Dominus noster quadraginta diebus ieiunauit) vitam eremiticam agentes, Domino deuotissimè militasse. Alios autem in Solitudinibus Iordanis mortuos mundo, vt viuerent Deo, quietis sibi sepulchrum elegisse.

a Tom. 4. Annal. ad an. Chr. 1142.

487. Quos omnes aut certè plerosque, Prophetici Eliani Instituti sectatores fuisse, constat ex Gulielmo de Sanuico, incola montis Carmeli, ab annis circiter quadringentis, *in libro de multiplicatione huius Religionis in Syria* b & Arnoldo Bostio *in Speculo Historiali* c ita scribente: Itaque *deuotos diuersarum nationum aduenas sancta conuersatio, & abundans iustitia dictorum Religiosorum Montis Carmeli ita edificabat, & ad contemplationem cœlestium trahebat, vt multi ex ipsis aduenis intuentes dictos Religiosos in pulchritudine pacis viuere, & tranquillâ mente in antris Carmeli montis residere, se felices putarent, cum per deuotionem, spretis, & relictis mundi oblectamentis, poterant eorum consortio aggregari. Qui cum ita multiplicati fuissent, vt in Monte Carmeli iam recipi commodè non possent, repleuerunt etiam desertas Terræ Sanctæ solitudines, in quibus prædecessores eorum antiquitùs habitauerunt, quorum famosiores hic commemorabo. Aliqui enim, sequentes vestigia Sanctorum Patrum, construentes sibi modica tabernacula, in solitudine Iordanis latuerunt. Quidam autem ipsorum desertum montis Quarantena elegerunt, vbi Christus à diabolo tentatus fuit, & agentes illic vitam solitariam in modicis cellulis, Domino seruierunt, propè fontem, cuius aquas steriles, & amaras Pater noster Eliseus Propheta sanauit. Alij verò eorum in Eremo illa, quæ adiacet mari Galilææ, in qua Christus frequenter Turbis prædicauit, & ex quinque panibus hordeaceis, & duobus piscibus multitudinem magnam hominum satiauit, & variis miraculorum signis illustrauit, solitariam sibi elegerunt habitationem. Nonnulloſq; eorum procedenti tempore Aymericus Patriarcha Antiochenus duxit in solitudinem montis Neroy, quæ alio nomine* montana nigra *appellatur: vbi in speluncis, & antris absconsam vitam seruabant, Domino famulantes. Qui omnes, quamuis essent locis seiuncti, eamdem tamen vitam solitariam, habitum, & Regulam seruare satagebant, quã seruabant Eremitæ Montis Carmeli.*

b Cap. 8.
c Lib. 6. c. 8. & seq.

Diffusus per omnes Terræ Sanctæ solitudines.

488. Eadem, sed strictiùs, illa testatur oculatus testis S. Cyrillus suprà d ipse enim Ordini huic se dedit dum adhuc in viuis essent S. Bertholdus, & Aymericus Patriarcha Antiochenus, circa annũ Christi 1173. prouectioris tunc ætatis, & Doctor percelebris: qui iam tum Iconij Sultanum Catholicæ Religioni suâ prædicatione aggregauerat.

d Part. 2. c. 3.

489. Commemorat quoque sic paucis Ioannes Trithemius Abbas e: *Facta fuit hæc Terræ Sanctæ recuperatio per Ducem Gotfridum anno Domini millesimo nonagesimo nono. Deinde post annos paucos, confluentibus vndiq; peregrinis, & maximè de Regionibus Europæ, numerus Fratrum in monte Carmelo valde multiplicatus est, in tantum vt præ multitudine montes implerent, & Vrbes. O si tunc Ordinis Carmelitici decorem in sua maiestate vidisses, numquàm fuisse similem alium exclamares! Erat videre delectabile, Fratres innumerabiles circa montem Carmelum*

e Lib. de orig. & laud. Carmel. c. 8.

Maximè tũc floruit.

Digitized by Google

lum habitantes in cellulis, & cauernis petrarum, idipsum omninò sapere. Deo Maximo die noctuq; quàm deuotissimè seruire, mundum cum suis voluptatibus pro Christi amore contemnere. Summa tunc apud illos erat Religio, summa regularis vita perfectio, cum Fratres in carne manentes, carnem ipsam cum vitiis suis fortiter enicerunt. Floruit in pace Religio, quæ paulò ante turbata perfidorum incursibus deficere putabatur. Venerũt ex omni Europa Fratres peregrini, & colla monasticis disciplinis in Monte Carmelo humiliter submiserunt.

Etiam in vrbibus habebat mansiones.

490. Gulielmus de Sanuico ibidem consequenter refert Monasteria Religionis huius in diuersis Eremis & vrbibus per Syriam, quorum pleraque recensita sunt à Bostio in Breuiloquio Tripartito hic suprà *parte 1.* sub finem. De aliis nonnullis agitur *in Annalibus Ordinis ad annum Christi* 1141. Interea etiam celebre erat illud in Montanis, per quæ Beatissima Virgo pertransiit visitatura Elisabetham: in quo fundationem quamdam fecit Godefridus Bullonius, prout testatur Baptista Mantuanus Ordinis huius quondam Generalis *in Apologia pro Carmelitis* ad Sigismundum Cardinalem: *Habeo*, inquit, *apud me decretum Gotfredi, qui captâ Ieroso-*

Celebre Euemitroiũ, seu Cœnobium erat in Mõtanis Iudæa, vbi fundationẽ aliquã fecit Godefridus Rex.

lymâ de Syris triumphauit, super quadam pietate, quam omni sabbatho iubebat exhiberi Fratribus nostris, qui tunc incolebant montana Iudæa, per quæ transiuit MARIA, *cum ad salutandum Elisabeth se conferret.* Et infrà: *Attulit autem Decretum hoc ex Cypro, cum quatuor Bullis Romanorum Pontificum, in Fratrum nostrorum fauorem, ad Patriarchas Ieroso'ymitanos olim missu, Frater Iordanis Mantuanus, Ordinis nostri, qui loca Terræ Sanctæ Visitauit.* Vnde colligere licet deuotionem antiquorum Patrum nostrorum erga mysterium Visitationis SS. Genitricis Dei MARIÆ.

Sub eatẽpora etiam in Cypro, Sicilia, & aliis Europæ locis Ordo propagatus fuit.

491. Iisdem temporibus etiam in Cypro, Terræ Sanctæ conterminâ, vbi iam ante pridem in Eremis quibusdam præextiterant Ordinis huius Religiosi Eremicolæ (è quibus vnus fuit, cui reuelatus dies natalis SS. Virginis Deiparæ, vt suprà capite 24. dictum est) noua loca receperunt, & quidem Nicosiæ circa annum 1194. & deinde in variis aliis vrbibus, seu suburbiis, ac Eremis. In Europa quoque quidam Cõuentus fundati fuêre per Religiosos nostros, è Terra Sancta à Nobilibus, inde in patriam suam redeuntibus, adductos: nimirùm Burdigalæ circa annum millesimũ centesimum, vti diximus cap. 29. *a* Panormi in Sicilia anno 1118. Messanæ etiam in Sicilia anno 1173. Brundusij in Regno Neapolitano anno 1194. Coloniæ in Germania anno 1198. sicut adnotauimus capite 29. (De celeberrimi illius Conuentus Coloniensis erectione, ampliatione, viris illustribus, Reliquiis, &c. accuratè scripsit Ægidius Gelenius *libr. 3. de Colonia Agrippina*, & ex eo Lezana *tomo 4. Annal. ad ann.* 1198.) In Sicilia variis locis sub annum 1200. In Anglia anno 1212. in Eremo vbi S. Simon Stock ex caua quercu (vnde cognomen accepit) egressus, Ordinis huius habitum suscepit. De istorum, & aliorum fundationibus agitur in Annalibus Ordinis.

a Nu. 478.

492. De Aymerico Patriarcha Antiocheno, præcipuo Ordinis fautore, &

Digitized by Google

tore,& reſtauratore,& libro,ſeu Regula antiqua Ordinis,ab illo è Græco in Latinum traducta, deque aliis ab eodem, in Carmelo patratis: De B. Alberto Patriarcha Ieroſolymitano,& Regula illa priore,ab ipſo in compendium redacta,ac Latinæ Eccleſiæ vſui conformata, dictum eſt ſupra *in libro S. Cyrilli de Regulis,& proceſſu huius Ordinis.* [a] De iiſdem,& aliis Ordinis euentibus, circa hæc tempora quædam inſeruntur Chronologiæ Vitæ S. Simonis Stock, infrà *parte* 5.

[a] S.Cyril. c.4.5.6.

CAPVT XXXI.

Renouantur bella,& perſecutiones in Terra Sancta: eâq; occaſione Ordo Carmelitanus in Europam transfertur, & inibi multiplicatur.

493. DVm ſic feliciter in Terra Sancta res Eccleſiæ, & Ordinis ageretur,per infideles bellum renouatur Chriſtianis, ſpecialiter huic Religioni, valde luctuoſum;cùm enim anno 1185. Heraclius Patriarcha Hieroſolymitanus, & Willelmus Archiepiſcopus Tyri in Europam veniſſent, pro ſubſidio à Chriſtianis poſtulando contra Saladinum ſtrenuiſſimum Mahumetanæ ſectæ Ducem, Orientali Eccleſiæ vaſtationē minitantem: & vacui rediſſent,anno 1187. dictus Saladinus, coactâ militum ingenti multitudine, prælio cum Chriſtianis commiſſo eorum copias fudit: atque ita de capto Guidone Rege,Epiſcopis, & plebe Chriſti triumphauit: Tyberiadem, deinde Acconem,Caypham,Cæſaream, Ioppen,Nazareth,aliaſque vrbes,& nouiſſimè ſanctam Hieroſolymam armis occupauit. Ita Rogerius in Annalibus Anglorum, Baronius ad iſtum annum & alij. Eo igitur tempore vox ab Oriente audita eſt lugentium,atq; lamentantium interfectos populi Dei, & Terram illam Sanctam hoſtili perſuaſione vaſtatam in manus impiorum Turcarum deueniſſe.

Saladinus bellum mouet valde luctuoſum Chriſtianis, peculiariter Carmelitis.

494. Quanta tunc noſtri ſubierint diſcrimina, & ſuſtinuerint calamitates, haud facile eſt explicatu; nam varia Eremitoria, & Cœnobia à barbaris incendio conſumpta,diruta,aut ſpoliata fuêre: & quamplurimi igne ferroque trucidati: quorum animas,cum corona martyrij,ab Angelis in Cœlum deferri vidit S. Bertholdus,tum Ordinis Prior Generalis. Nec citò finem accepit illa tribulatio; per varios enim bellorum euentus, ac viciſſitudines,duravit vſque ad annum 1290.(aut circiter) quo demū, omnibus Ordinis huius manſionibus in Terra Sancta per infideles iſtos deſtructis, nouiſſimè Originale Ordinis Monaſterium in Monte Carme-

Quorum plures crudeliter necantur.

Digitized by Google

lo ab iiſdem igni traditum fuit, omneſque Religioſi *Salue Regina* canentes interempti fuerunt, prout latiùs *capite ſequenti.*

495. Hinc (manente Sanctiſſima Ordinis Patronâ) Carmeli vinea, iam olim per S. Prophetam ELIAM in Carmelo plantata, in Terra Sancta ſeculis plurimis potiſſimùm radicata & propagata, in Europam tandò fuit tranſlata: cuius tranſplantationis hiſtoria opportunè hic conſequenter eſt ſubnectenda, poſtquàm præmiſerimus id quod de S. ANGELO (qui ſub ea tempora nominis ſui verè ſpeculum, ſanctitate, diuini verbi prædicatione, & miraculorum gloriâ mirabiliter reſplendebat) in Euſebij Neerimbergij Trophæis Marianis [a] & ex MSS. Vaticanis ſic refertur: *Anno Chriſti 1219. apparet B. Athanaſio de Claromonte Patriarchæ D. Ioannes Baptiſta, oranti coram Sanctis eius Reliquiis: Non eſt, inquit, voluntatis meæ, & aliorum Sanctorum, quorum hic ſunt Reliquiæ, atque inprimis iſta Gloriosæ Virginis* MARIÆ *Imago, hic remaneant: demerentur peccata populi, vt hinc efferantur. Itaque eamcum Sanctis pignoribus hinc efferte, & in Italiam per Fratrem* ANGELVM Carmelitâ *tranſmittite. Quod reipsâ præſtitit, Romamq; eas Reliquias miſit. Erant autem præter Imaginem Deiparæ, brachium & tibia S. Ioannis Baptiſtæ, caput Hieremiæ Prophetæ, brachium S. Catharinæ Virginis & Martyris, tibia S. Gregorij Cappadocis Martyris.* De iſtis Reliquiis, Imagine SS. Virginis Deiparæ, & geſtis S. Angeli latè agitur in Annalibus Ordinis, ad eumdem annum 1219. [b] Vbi animaduertendum, quòd, ſicut peccata diuinis chariſmatibus, & gratiis, ita etiam ſacris Reliquiis, ac venerandis SS. Deiparæ Imaginibus indignos reddant, & quandoque priuent ſuos poſſeſſores. Id quoque contigit in Sacerrima Æde Lauretana, & in non paucis eiuſdem Virginis MARIÆ Iconibus, ex Palæſtina ad Europam tranſlatis: quas inter celeberrima eſt noſtra Neapolitana: de qua latiùs in ſequentibus.

[a] Lib. 5. c. 31.

Aliquandò poſt per S. Angelum tranſferiturReliquiæ S. Ioannis Bapt. & Imago Deiparæ.

[b] Num. 11. & ſeq.

496. Sed qualiter ex Oriente in Occiduas partes traductus fuerit Ordo, declaremus. Abbas Trithemius *libro de Ordin. Carmelit. cap. 8.* id ſic paucis perſtringit: „ Sed non diu durauit in Terra Sancta iſta tranquilli„ tas. Mortuo namque Ioanne Ieroſolymorum Rege, Terra Sancta con„ ſueta ſubſidia habere à Sede Apoſtolica non potuit, Friderico Impe„ ratore per ſuam rebellionem Summo Pontifici obſiſtente, donec ite„ rum à Saracenis capta fuit. Iam verò deinceps Fratres Carmelitæ ab in„ fidelibus tantâ tribulatione afflicti ſunt, vt nuſquam tuti ampliùs in Iu„ dæa viderentur. Vnde anno Domini milleſimo ducenteſimo tricenti„ mo octauo, coacto in vnum Concilio totius Ordinis in Monte Carme„ lo, multi, de Prioris licentia, & conſilio Fratrum Palæſtinâ egreſſi ſunt, „ & cum Regula, Ordinario ſuo, ac Statutis, in Europam, vnde venerant, „ reuerſi. Venerunt ergo aliqui in Cyprum, alij in Franciam, & Angliam, „ nonnulli verò in Germaniam; ſinguli vbi ſe locum pro conſeruando „ Ordine putabant inuenire. Remanſerunt autem & plures in Monte „ Carmelo, qui tamen & ipſi per Saracenos breui poſt expulſi ſunt. O mi„ ſeranda ſanctiſſimi Ordinis calamitas, qui penè infinitis pridem filiis exulta-

Ordo Carmelitanus in Terra Sancta valdè afflictus.

In Europâ traducitur anno 1238.

„ exultabat, iam necessitate vrgente à Fratribus suis deseritur. Quem nō, „ etsi lapideus sit, permolliat ista Carmeli desolatio, quando non vnius „ tantùm Montis, sed multorum Monasteriorum per vniuersam Iudæam „ Religio destructa est? Quônam enim modō locus ELIÆ Carmelita- „ rumque saluus persisteret, quando totus ille conculcatur à gentibus, quē „ Dominus noster Rex cœli suâ corporali præsentiâ sanctificauit? In Eu- „ ropam itaque venientibus Carmelitis, auctoritate Summi Pontificis „ loca in diuersis Regionibus ad manendum dispositа sunt; qui statim, li- „ cèt cum difficultate, Conuentus plures instituerunt. Magna enim te- „ nebat homines Christi commiseratio Fratrum: & quos sedibus suis ex- „ pulsos condolebant, largâ munificentiâ fouebant. Ex hoc itaque tem- „ pore Fratrum Carmelitarum Ordo per vniuersam Europam valde „ multiplicatus est, & magnos in Ecclesia Dei fructus suâ conuersatio- „ ne, & doctrinâ attulit, & profert vsque in hunc diem „. Hæc Tri- themius.

497. Latiùs ista referuntur ab Historicis nostris Gulielmo Samuco *in Chronica de multiplicatione huius Religionis cap.* 3. scribente ea quæ vidit, aut ab iis, qui viderant, audiuit: Palæonydoro *lib.* 3. *Historiæ Carmelitanæ cap.* 5. & mellifluo nostro Arnoldo Bostio *in libro de Patronatu SS. Virginis* MARIÆ *cap.* 6. in hunc modum: „ Anno Christianæ salutis millesimo ducentesi- „ mo trigesimo septimo, cùm solito fortiùs à Sarracenis oppugnaretur „ nobilis, sancta, & desiderabilis diuinæ repromissionis terra, domina gē- „ tium, princeps prouinciarum, Paradiso amœnissimâ fertilitate ferè cōsi- „ similis, possessio Patriarcharum, Prophetarum mater & Apostolorum „ sedes, gratiæ nunciatrix, & gloria populi Christiani (quam olim in car- „ ne præsens visitauit, & incoluit, miraculis illustrauit, & proprio sangui- „ ne dedicauit Oriens ex alto &c.) ac præpediente Imperatore Frederi- „ co II. qui aduersùs Romanam Ecclesiam grassabatur, solitum non ha- „ beret ab Apostolica Sede succursum; deuoti complures superamabilis „ MARIÆ Fratres, natione Occidentales (qui dum sanctum Domini Se- „ pulchrum visitare venerant, sanctâ conuersatione MARIÆ Filiorum „ attracti fuerunt; adeò vt in Carmelo, horto liliorum Domini, fonte Re- „ ligionum, porta Paradisi, MARIÆ Saluatoris matri omnis tribus, lin- „ gua, & natio, quæ sub cœlo est, benedicerent) propter frequentes, quos „ patiebantur, Sarrazenorum insultus, & hi præ cæteris, qui in Eremis „ Monasteria habuerunt, partes Occiduas petere decreuerunt, vt quie- „ tiùs ei, Natoq; suo seruire valerent. Multis denique grauiter ferentibus „ quòd tam dilectis, vnanimis vitæ sociis, ex tunc iugiter frustrarentur, „ facta est capitularis congregatio, in Ecclesia MARIÆ primaria, in Mon- „ te Carmelo prope fontem ELIÆ, in originali totius Religionis MA- „ RIÆ Monasterio, in sanctuario MARIÆ, quod firmauerunt manus eius, „ quod & B. Martyr Antoninus libro de sacris locis Orientis, *Eliſei Pro- „ phetæ Monasterium* appellat. Et conuenerunt Patres discretiores omniū

Terra Sanct. Ecclesiasticum.

Capitulum Generale in Carmelo.

„ Ordinis MARIÆ Conuentuum, seu Cœnobiorum quos Carmelus in
a Conuĕtus ibi enumerantur, relāti p 1. fol. 71. in Breuiloq. Bostij. „ Terra Sancta pepererat &c. a Inter cætera quæ in eo à Capitulo tractata fuerant, proposuêre Fratrum multi, recessum aliquorum à Terra „ illa (quæ, incolarum peccatis exigentibus, indies amplius oppugnabatur) expedire; nè tanta Religio inter Turcos impudicos euanesceret; „ sed in partibus Occidentis transplantata, iugiter floreret, fructumque „ faceret abundantem; præsertim cùm iam permulti eorum Sarrazenorum gladio forent absumpti. Contradixêre plures: non esse (dicentes) „ fortis militis, tergum ostendere, sed viriliter persistere, & ad mortem „ vsque bellando perseuerare. Cumque sic dubia Patrum fieret sententia, „ singulare totius seculi propitiatorium, piissimaque suorum semper Cō„ solatrix Virgo MARIA, decus Orbis, sidus hominum, speculum Ange„ lorum, dulcis eloquio, & facie gratiosa, Sancto Priori Carmeli, ad dan„ dam scientiam salutis plebi suæ, clementer apparuit, & admonuit, vt
Controuersiam in eo dirimit Ordinis Patrona V. MARIA: „ petitioni Fratrum, qui Orientale lumen tenebris Occiduis inferre vel„ lent, nequaquam obsisteret; innuens ei à se, & à Filio suo hunc egressum „ esse sermonem, quatenùs Carmeli flores non solùm Palæstinam & Sy„ riam, sed & orbem adornent vniuersum; & Terræ repromissionis, quæ „ olim fluxit lac & mel, suis dumtaxat habitatoribus, ex nunc vniuerso „ Orbi remedia salutis, & vitæ porrigeret alimenta, sicq; Ecclesia ab vni„ tate, nec mari nec terrarum spatio disiuncta, piâ incolarum communi„ catione & pignorum susceptione ostenderetur sociata. Hoc itaque „ Reginæ præpotentis eductus oracvlo, diuinitùs inspiratus Prior, an„ nuit, ædificandi in regionibus propriis Monasteria sacræ Religionis di„ uinissimæ MARIÆ, licentiam eis impartiens; retentâ adhuc secum fir„ miorum Fratrum, qui animas quotidie pro Christo ponere parati forēt, „ multitudine copiosâ.

498. Deinde prolixè describit Carmelicolarum in Terra Sancta remanentium mirabilem vitæ rationem, tandemque subiungit: „ Vt autem
Sub cuius tutela Ordo in Europa transplantatur. „ regrediar, vnde fortassis non inutiliter digressus sum, Anno Christianæ „ salutis 1238. aliqui Fratrum Occiduæ regionis natione Cyprij, fauente „ Carmeli Gubernatrice MARIA (quæ gregis sibi commissi curam in„ cessanter agere non desinit) à Superiore Religionis ELIÆ licentiati ad „ Insulam Cypri nauigauerunt. Alij verò natione Siculi ad Insulam Sici„ liæ tranfretauerunt. Qui omnes, & post eos alij, hac intentione Terram „ Sanctam deserebant, & varias Orbis plagas accedebant; vt hanc Do„ mini Sabaoth odoriferam, & præelectam vineam, in Regionibus Occi„ dentis, iuxta MARIÆ Carmeli Abbatissæ superioris diuinissimam vo„ luntatem, transplantarent. Et aptissimè ipsa eadem, quæ in Spiritu prę„ uisa Priores Patres nostros in terram Carmeli introduxit, tempore cō„ gruo successores eorum à Carmelo in Orbem eduxit vniuersum. „ Hactenus Bostius loco citato. Licèt autem iam ante variis occasionibus, & locis, Religiosi aliqui è Terra Sancta in Europam transmeassent, & ibi

fundas-

fundassent Conuentus, ij tamen rariores erant.

499. De illa Ordinis transmigratione agens Lezana [a] ait: „ Fuit „ porrò celebris adeò & solemnis hæc nostrorum è Terra Sancta ad cis- „ marinas Europæ partes translatio, vt veluti omnium prima à quibusdã „ ex nostris historicis censeatur. Licèt enim tam ante Aymerici tempora, „ quàm post Ordinis ab ipso incœptam reformationem, variis tempori- „ bus, plures Carmeli Eremitæ in Europæ Regiones aduenissent, vt cõ- „ stat ex Monasteriorum fundationibus, de quibus tum in hoc, tum in „ præcedentibus Tomis diximus (neque enim illæ per alios, quàm per „ prædictos Eremitas fieri potuerunt) nihilominus, hæc huius temporis „ transmigratio, Ordinisque translatio, ob eas, quæ ipsam comitatę sunt „ circumstantias, celebrior, vniuersalior, & quasi omnium prima iure cen- „ seri debet. Primò enim facta hæc fuit ex cœlestis & supra naturalis „ Beatæ Virginis visionis instinctu; aliæ autem, ex priuato Fratrum, seu „ Superiorum iudicio. Hæc ex Capituli Generalis, maturâ discussione „ præmissâ, decreto; illæ ex mero beneplacito Fratrum, & Prælatorum „ assensu. Hæc ad plures mundi Regiones, illę autem ad vnam, vel et- „ iam Ciuitatem. „ Ita ibi. Loca quædam, ad quæ iam ante variis ex occasionibus è Carmelo aduenerant, & sedes fixerant, indicamus suprà *cap.* 29. *&* 30.

[a] Tom. 4. Annal. ad an. 1237. n. 6.

Eatransmigratio fuit celeberrima, quia iussu Deipara. & Generalis Capituli.

500. Cum autem Ordo, monente, & iubente (sicut ex dictis liquet) sanctissimâ eius Patronâ, translatus in Europam, ibi multiplicaretur in omnibus penè Regionibus, Religiosi graues passi sunt contradictiones, & persecutiones variis in locis: in quibus sic opprimebantur, vt nec Ecclesiam, nec campanam, nec cœmiterium pro suo vsu habere permitterentur, & magnis exactionibus grauarentur. *Videntes ergo Fratres, quòd super præmissis non poterant cum Prælatis fauorem inuenire; Virginem* MARIAM *eorum Patronam humiliter deprecabantur, vt quæ ipsos ad Regiones illas peruenire fecerat, à præmissis diabolicis tentationibus eos eriperet. Virgo itaque* MARIA *Priori eorum reuelauit, vt ad Summum Pontificem Innocentium intrepidè accederent, quia ab eo salubre remedium contra præmissa grauamina reportarent.* Ita scribit, qui tum viuebat Guilielmus de Sanuico *in libro* supra nominato *cap.* 7. vbi etiam refert, quomodo fauore Innocentij Quarti ab istis grauaminibus fuerint liberati.

Ordo assẽgitur in Europa.

A grauaminibus liberatur fauore Virginis Matris.

Ex dictis constat quàm potentissima Ordinis huius Patrona, & piissima Mater sollicitam semper curam pro eo habuerit. De quo latiùs infrà parte 5. vbi inter plurima, & manifesta Patronatus sui indicia, specialiter agetur de singularissima materni amoris tessera, certissimæ tutelæ pignore, & suæ Cõfraternitatis signo, ac priuilegio magno, sacro nimirum SCAPVLARI, tradito S. SIMONI STOCK anno 1251. dum noua insurgerent bella, & contradictiones contra hunc Ordinem. Alia nonnulla, quæ circa ea tempora contigêre, inseruntur Chronologiæ vitæ eiusdem S. SIMONIS STOCK.

Et Summi Pontificis.

Digitized by Google

CAPVT XXXII.

De vltimo ac totali excidio Terræ Sanctæ, & destructione inibi omnium Monasteriorum huius Ordinis.

501. LVgubrem Terræ Sanctæ, & nostri Ordinis in ea casum lucu-
lento atque & eleganti stylo prosequitur Arnoldus Bostius *in Spe-*
a Lib.7.c. 32.& 33. *culo historiali a:* breuiùs autem Ioannes Palæonydorus *lib.*3. *Historiæ Carmelit.cap.*10. his verbis: „ Captâ quasi insuperabili ciuitate Acconensi Sara-
„ceni anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo primo, Wilhel-
„mo de Samuco teste, qui tunc per mare viæ euasit, vt habetur lib.9. ca.
Circa annũ 1290. *Ordinis Monasteria in Terra Sancta à Paganis igne crematur.*
„8. de peculiaribus gestis Carmelitarum, proh dolor! demolitis, ac va-
„statis, tam in Accon, quàm in Tripoli, & aliis Terræ Sanctæ Oppidis,
„& locis omnibus, Carmelitarum Ordinis Monasteriis, etiam primordia-
„lem totius nostri Ordinis locum in Carmelo destruxerunt, cunctis re-
„bus igne crematis, post tempora habitationis ELIÆ & suorum succes-
„sorum bis mille ducentorum viginti & vnius annorum„. Hæc Palæo-
„nydorus.

502. Paulò latiùs id refert Ioannes de Mâlinis *in speculo Historiali* eius-
dem Ordinis *cap* 8. sic. „ Deus autem Israel summè bonus his qui recto
„sunt corde: nihil odiens eorum quæ fecit, vt dulcedinem suam in Chri-
„stianos demonstraret, Terram Sanctam, fluentem lacte & melle, à po-
„testate Saracenorum auferens: eam, vt in sexto tetigimus capitulo, Chri-
Terra Sancta desolatio ab peccata Christianorum.
„stianis largitus fuerat: qui pro nihilo habentes terram desiderabilem,
„in luxus varios effluxerunt, operti iniquitate & impietate suâ. Etenim
„prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum transeuntes in affectum cor-
„dis, facinoribus pleni: attendere nolentes solum peccatum esse quod o-
„culos maiestatis Dei offendit: quod ipsum mitem & suauem, nobis du-
„rum reddit. Hoc enim est, quod de Angelo diabolum fecit, de amico
„inimicum, de libero seruum, de incorrupto mortalem & corruptum, de
„beato miserum, de ciue exulem & electum, de filio Dei filium diaboli:
„hoc est, quod numquam impunitum Deus relinquit. Vnde peccatis
„prædictorum impiorum hominum exigentibus & criminibus propha-
„norum, qui Terram Sanctam sceleribus multimodis sordidabant, ip-
„sum prouocantibus, conuersus est nobis in crudelem, qui naturâ beni-
„gnus est & suauis: facti enim sumus in derisum vicinis nostris, & inimi-
„ci nostri subsannauerunt nos. Cythara nostra conuersa est in luctum, &

fortitudo

„ fortitudo noſtra redacta eſt in faullam: facta eſt quaſi vidua Domina
„ gentium, princeps prouinciarum facta eſt ſub tributo. Adeò enim
„ concluſit Dominus in gladio populum ſuum, & hæreditatem ſuã ſpre-
„ uit, & adeò dominati ſunt noſtri inimici, qui oderunt nos quòd non ſo-
„ lùm omnes Regiones, ciuitates, & munitiones ab introitu terræ Ægypti
„ vſque ad Meſopotamiam, pluſquàm itinere viginti dierum nobis ab-
„ ſtulerunt: ſed totam terram promiſſionis violenter occuparunt. Anno
„ ſiquidem Domini milleſimo ducenteſimo octogeſimo octauo Ciuita-
„ tes Tyrum & Tripolim ceperunt, pluresque villas & caſtra Terræ San-
„ ctæ deſtruxerunt. Monaſteria etiam quæ Fratres Beatæ MARIÆ de
„ Monte Carmeli ibidem habebant, diruentes, ex ipſis Fratribus plures
„ trucidarunt. „ Sic ille.

503. Ante iſtos, alioſque omnes Gulielmus de Samuco libro ſuprà relato *cap.* 8. ſcribens ea quæ vidit, lamentabilem illam deſolationem Terræ ſanctæ, & Ordinis huius, ſic teſtificatum poſteris tranſmiſit. „ Quando
„ autem hæc ſacra Religio incœpit de Terra Sancta ad ciſmarinas par-
„ tes per modum prædictum tranſplantari, tunc etiam cœpit ipſa in Ter-
„ ra Sancta de Paleſtina eradicari, propter quidem frequentes incurſus,
„ quos in Chriſtianos Saraceni, & Chriſtiani in Saracenos tunc in Palæ-
„ ſtina exercebant, aliqui ex Fratribus huius Religionis fuerunt à Paga-
„ nis interfecti in Monaſteriis Eremorum & maximè in Monaſteriis
„ Quarentenæ & Valim. Ideircò oportuit, Fratres huius Religionis to-
„ taliter illa Monaſteria deſerere, quia non poterant ibi ſecurè habitare;
„ quæ poſtmodùm ab infidelibus penitùs diruta fuêre. Anno Domini
„ milleſimo ducenteſimo quadrageſimo quarto Pagani * Choraſmiani
„ poſt triumphum, quem in Terra Sancta de Templariis, & Hoſpitala-
„ riis, aliiſque innumeris Chriſtianis obtinuerunt, ad ſanctam Ciuitatem
„ Ieruſalem acceſſerunt, & tam intra quàm extra eam plurimos Chri-
„ ſtianos occiderũt. In diebus autem illis nulla audebat fieri peregrinatio
„ Chriſtianorum ad Sepulchrum Domini, propter quod Fratres huius
„ Religionis, qui in Monaſterio Ieroſolymitano ſolebant de eleemoſynis
„ peregrinorum ſuſtentari, tunc fame periclitabantur. Eá igitur neceſſi-
„ tate compulſi Monaſterium illud Ieroſolymitanum dereliquerunt, &
„ ſe ad Monaſteria Fenicis tranſtulerunt, dimiſſis monaſteriis Palæſtinis,
„ & ſic Religio iſta fuit de Palæſtina prorsùs eradicata. Poſt hæc autem
„ aſcenderunt vehementiùs ante conſpectum Domini Sabaoth ſcelera
„ nefandorum Chriſtianorum Terram Sanctam ſordidantium, quorum
„ corda Deus effœminauit, & animos infidelium aduersùs eos corrobo-
„ rauit. Qui cum poteſtate magna contra nobilem Ciuitatem Antio-
„ chiæ venientes & eam obſidentes, tandem, anno Domini milleſimo du-
„ centeſimo quadrageſimo octauo, eam vi armorum cœperunt: in qua
„ innumerabilium Chriſtianorum ſanguinem effundentes, non ſolùm
„ ſolemne monaſterium, quod Fratres huius Religionis in ea habebant,

Prædicta accuratè deſcribuntur à teſte oculato Gulielmo de Samuco.

* In MS. Gandenſi legitur Graſõnia.

Saracenorum progreſſus in Terra Sancta.

ſed

„ sed totam Ciuitatem in solitudinem redegerunt. In eadem quoque
„ tempestate perdiderunt Fratres huius Religionis monasterium Mon-
„ tanæ Nigræ, quod ab infidelibus fuit dirutum. Et sic Religio ista fuit
„ de Prouincia Commagena * penitùs eradicata. Cùm autem Dominus
„ Deus Christianos Phœniceos ad pœnitentiã diutiùs expectasset, quos
„ studia prophana dilacerabant, videns quòd illã facere renuebant, iratus
„ in eos, induxit ad Phœnicem innumerabilem Paganorum multitudi-
„ nem, qui gloriosam Ciuitatem Tripoli obsidentes, tandem eam anno
„ Domini millesimo ducentesimo octuagesimo nono obtinuerunt, &
„ tam monasterium, quod Fratres huius Religionis habebant, quàm ip-
„ sam Ciuitatem diruerunt, captis in ea, & interfectis infinitis vtriusque
„ Sexus Christianis. Tunc quoque temporis Pagani per planiciem Tri-
„ politanam discurrentes, peruenerunt ad Monasterium Belliloci huius
„ Religionis propè fontem hortorum, quod etiam funditùs subuerterũt.
„ Proinde contra Tyrum ascendentes, munitissimam Ciuitatem illam,
„ eodem anno ceperunt, in qua multorum Christianorum sanguinem ef-
„ fundentes, ciuitatem illam cum monasterio huius Religionis, quod in
„ ea erat, destruxerunt. Biennio autem ferè lapso, Saraceni contra opulẽ-
„ tissimam Ciuitatem Accon venerunt, & post multos actus bellicos à
„ Saracenis peractos, qui eam deforis impugnabant, & à Christianis, qui
„ eam intùs defendebant, tandem Saraceni in mense Maio anno Domini
„ millesimo ducentesimo nonagesimo primo, Ciuitatem obtinuerunt: in
„ qua fuerunt vltra triginta millia Christianorum cæsa & capta, præter
„ eos qui per mare euaserũt, ex quibus fui ego vnus. Multi enim Christia-
„ ni de Ciuitate Accon, & de Ciuitatibus Tyri & Tripolis per mare fu-
„ gerunt, Saraceni autem Ciuitatem Accon cum solemni monasterio hu-
„ ius Religionis, quod in ea erat, ita deuastauerunt, vt eam totaliter inha-
„ bitabilem reddiderint. De qua egredientes, & ad sanctum Montem
„ *Carmeli*, qui ab ea non longè distat, ascendentes, Monasterium Ordinis
„ Fratrum Beatæ MARIÆ de Monte Carmeli, ibidem commorantium,
„ de quo ego nuper ad Accon perrexeram, (quod frequenter inuaserant,
„ sed numquam destruxerant) tunc igne cremauerunt, & omnes Fratres
„ ibidem repertos, & SALVE REGINA cantantes, gladio trucidauerunt.
„ Et sic Religio ista fuit de Prouincia Phœnicea, & per consequens de
„ tota Terra Sancta prorsùs eradicata. Professores itaque huius Religio-
„ nis, qui in Monte Carmeli à tempore ELIÆ & *Elisei* Prophetarum con-
„ tinuè, & incessanter, in contemplatione Dei perstiterant, in hac per-
„ secutione Montem illum ex toto amiserunt. Quod ideò totum fa-
„ ctum puto, vt adimpletur quod vaticinatum fuerat per Ieremiam
„ Prophetam dicentem: *Aspexi & ecce Carmelus desertus, & omnes vrbes eius*
„ *destructæ sunt à facie Domini & à facie iræ furoris eius.* [a] Iam enim lætitiam
„ & exultationem quibus contemplationis dulcedine in eodem Monte
„ professores huius Religionis recreabantur, non esse perpetuò ibidem
„ perman-

* Alias *Coelesyriæ.*

Monasteria diruentium, & innumerabiliũ Christianorum sanguinem effundentium.

Accon capitur & euertitur.

Monasteriũ Montis Carmeli igni traditur, omnesq; Religiosi Salue Regina canẽtes trucidantur.

[a] Ier. 4.

Digitized by Google

„ permansuras, Isaias dudum prophetauerat dicens: *Auferetur lætitia & „ exultatio de Carmelo.* a Ab illo tamen Monte dilatati fuerũt professores „ huius Religionis, sicut dictum est in diuersas mundi partes. „ Hactenus ex Gulielmo de Sanuco. Desumpsimus autem ea ex exemplaribus MSS. Gandensi in membranis exarato anno 1446. & Mechlinensi scripto anno 1484. interse, & cum Veneto impresso (in quo nonnulla desunt) collatis. a Isa. 16.

504. Quanta porrò Ordinis nostri iactura fuerit ista Terræ Sanctæ amissio, manifestant illa ex Archæo Ordinis in Transpontina à Lezana in Annalibus ad annum Christi 1289. relata verba: *Prouincia Terræ Sanctæ aliàs habebat 77. Conuentus, qui fuerunt perditi, quando Christiani fuerunt expulsi: nunc non habet nisi quinque loca in Regno Cypri. In ipsa Terra Sancta Fratres habent linguam magis græcam, quàm latinam.* *Tunc perierunt huius Ordinis (quitum ibi persteterant 222 I. annis) Conuentus 72.*

505. Accuratus ille & deuotus Chronographus Wernerus Roleuinck Carthusiensis, deplorandam illam Originalis & Primarij Monasterij Religionis huius in Monte Carmelo destructionem *in Fasciculo temporum* circa annum 1291. sic paucis commemorat. *Nobilissima Ciuitas Acconensis à Saracenis destruitur, ac demum Deiferæ* MARIÆ *in Carmelo ad quatuor milliaria Ciuitati vicinum ab eis igne crematur, Fratribus inuentis in eo perfidorum gladiis trucidatis, & tunc* (proh dolor!) *Ordo Carmeliticus milliſluum locum ex toto perdidit, in quo à tempore* ELIÆ *& Elisei Prophetarum, duobus millibus ducentis viginti & vno annis perstiterant.* Wernerus Ordinis primordiale exordium refert ad annum ante Saluatoris aduentum 930. (quod qualiter verum sit, patet ex dictis *parte 2. cap. 6.* sub finem) ab illo autem anno vsque post Christi ortum 1291. sunt anni bis mille ducenti viginti vnus.

506. En iam paucis expressam Ordinis huius existentiam, & iugem successionem in Terra Sancta, ad duo annorum millenaria, ac bina secula, & suprà. Deinceps quid in Europa contigerit, succinctè attingemus, notabiliores dumtaxat euentus referentes, Lectoremque plura desiderantem ad Ordinis Annales remittentes.

CAPVT XXXIII.

Euentus notabiliores Ordinis huius ab anno 1290. vsque ad 1380.

507. SIngulari Dei prouidentiâ, & SS. Deiparæ in suum Carmelum fauore, ac patrocinio, eo tempore quo Ordo hic in Terra Sancta infidelium persecutionibus conterebatur, in Occidentali Ecclesia, quasi renascens, multiplicabatur plurimis cœnobiis nouis, variis in locis

Digitized by Google

S. Cyrillus cœlitùs edocetur, Religionem suæ è Terra Sancta euulsam in Europa multiplicãdam.

acquisitis. Id longè antè prænuntiatum fuerat S. Cyrillo Constantinopolitano, Carmeli incolæ, & eiusdem Priori (de quo latiùs suprà in Elogiis sub finem Præfationis) qui ,, Cùm cœlitus didicisset, ob scelerum mul- ,, tiplicationem apud Orientis Christicolas, proh dolor! nimis abundan- ,, tem, sacram Carmeli Religionem penitùs eradicandam à Terra San- ,, cta, lacte & melle fluidâ terrâ in qua steterunt pedes Domini, quam ,, acquisiuit sanguine suo, quam suâ natiuitate, conuersatione prædicatio- ,, ne, morte, resurrectione, ascensione multipliciter illustrauit, immenso- ,, dolore cõsternatus, Imperialem Virginem MARIAM; vt Carmeli Gre- ,, gem, sibi dicatissimum, iure Maternitatis, & Patronatus vnicè sibi atti- ,, nentem, conseruaret, sedulis precibus rogitauit. Et non defuit zeloso- ,, Dei Matris amatori diuina consolatio, quâ sublimiter edoctus fuit, Or- ,, dinem suum è Terra Sancta euulsum in aliis Christiani Orbis Prouin- ,, ciis affluentissimè dilatandum. Sicut fiendum à Superis audiuit S. Cy- ,, rillus, ita factum vidit mundus omnis, Religionem videlicet Carmeli- ,, tanam multo latiùs in propagine ramorum germinare, quàm pridem in- ,, radice pullulauerat.

,, *Nunc quadripartitus mundi sub partibus amplis*
,, *Fructificante fide, semina laudis habet.*

,, Inclytâ Dei Genitrice MARIA, Patronâ Carmeli præclarissimâ, effica- ,, citer cooperante, ac progressum, profectumque sui Ordinis confirmã- ,, te, frequentibus signis. ,, Ita Bostius in *libro de Patronatu SS. Virginis Deiparæ cap* 5.

Miraculũ multiplex in Sacra Hostia.

508. Anno 1290. regnante Philippo Pulchro Francorum Rege, Parisiis insigne, valdeque memorabile contigit miraculum in SACRA HOSTIA, mucrone confixa, hic succinctè referendum; eò quòd in rei perenne monimentum inibi constructa sit Ecclesia, & Cœnobium percelebre, quæ nunc in Ordinis huius possessione existunt. Mulier quædam, premente angustiâ rei familiaris, à Iudæo (vt eius gentis perfidæ mos est) fœneratore, accepit pecuniam, collatis in pignus vestibus suis cultioribus: quas, aduenientes maiori solemnitate, quo decentiùs incederet, repetiit; mox redditura, in acceptæ pecuniæ securam cautionem. Impius mulierculæ remissionem totius summæ ea lege spopondit, si Venerabili Sacramento, dum ad synaxim accederet sacrilego furto sublatum CHRISTI CORPVS ad se deferat. Præstitit summum flagitium scelerata mulier, Christũ detulit Christiana Iudæo. Qui mox furiis agitatus, acceptã sacram hostiam repetitis ictibus confodit: & ad murum clauo affixam, flagellis diuerberauit, lanceâ perforauit. Mirum! largus è plagis profluxit cruor, neque tamen animi sæuitiam domuit sacrum istud ostentum. Deiicit in ignem * Recutitus, at Hostia remansit illæsa. Inde scelere audacior, proiicit in ebullientis aquæ caldariam: sed nec in feruenti olla damnum vllum passa, rogo exiliens quasi pennis euecta, volitare cœpit vndequaque. Aduentante è vicinia feminâ, fortassis ignem conquirente, in eius sinum euo-

* i. Iudæus.

lauit.

lauit SACRA HOSTIA. Hæc palam tantæ rei prodigium conclamauit. Summâ dein cum reuerentia in vicinam Ecclesiam S. Ioannis de Grauia delata est SACRA HOSTIA; quæ vsque ad hodiernum diem in tanti facti monimentum religiosissimè asseruatur. Tanti miraculi testes ex tota Europa quam plurimos profert Milonius: comprobantque Officia Ecclesiastica, festi dies, vetera acta Conuentus, Membranæ, libri, immunitates, census, & domus ipsa, in qua id accidit: quæ, permissu Pontificio, Regioque, mox in Capellam consecrata, & postmodùm in Ecclesiam amplificata fuit: ad quam annuatim per solemnes Augustissimi sacramenti Processiones illa SACRA HOSTIA defertur. In limine templi illius ista eminet inscriptio: *Icy est l'Eglise & Monastere, &c. fondée en l'honneur & reuerence du S. Sacrement de l'Autel, ou le precieux sang Miraculeux de la Saincte Hostie à esté respãdu.* Intra verò Ecclesiam ad introitum fornicis subterraneæ illa: *Cy-dessous, les Iuifs firent bouillir la Saincte Hostie.*

Ea Parisiis asseruatur summa cũ reuerentia.

In prodigij memoriam mox ibi cõstructa capella, ac deinde Ecclesia cum Cœnobio.

509. Ecclesia autem illa, & adiunctum Cœnobium, primitùs tradita fuêre Religiosis quibusdam, dictis Biletis (illo nomine, vt creditur à SS. Eucharistia bullita indito) hi successu temporis, & temporalibus imminuti, & pietatis exercitiis relaxati, impares se diuinis ibi obeundis muneribus iudicantes, post varios casus, diuersaque consilia, Carmelitas Reformatos Prouinciæ Turonensis aduocarunt (haud sine speciali, & patenti diuinæ prouidentiæ dispositione) eosque adoptione filios, paternorumque bonorum iustos hæredes ex asse instituerunt, sub certis conditionibus, ratificatis, & probatis à Summo Ecclesiæ Capite, Rege Christianissimo, Parisiensi Episcopo, & Supremo ibi Parlamento, prout latiùs refertur in veteris Miraculi, recentisque subrogatæ Carmelitanæ Reformationis Historia, scripta à Clarissimo viro Milonio, & *in Delineatione Prouinciæ Carmelitanæ Turonensis* [a] per R. P. Leonem, in ea quondã Prouincialem, deinde Concionatorem Regium modò Assistentem Generalem Reuerendissimi P. Generalis. Variis in locis aliis, Norlingæ in Germania, Posnaniæ in Polonia, & Boxmeræ in Belgio, huius Ordinis Conuentus etiam admirandis miraculis in SS. Sacramento Eucharistiæ patratis celebrantur: tamquam ibi cum Matre, Ordinis Patrona, etiam filius specialiter voluerit honorari. De illis aliqua dicemus in sequentibus. [b]

Incolunt nunc Carmelitæ Reformati Prouinciæ Turoniæ.

[a] Cap. 33.

[b] Cap. 34.

510. Anno eodem 1290. Conuentus nostri Maurensis in Lusitania valdè celebris (inchoatus quidem circa annum 1251.) ad alium transactus fuisse videtur locum, & ab Alphonso de la Cerda, nepote Alphonsi cognomine Sapientis, Regis Castellæ, constructus, seu notabiliter dotatus. Causam præbuit cœlestis cantus ibi auditus: & per eum indicata latens sub terra Deiparæ Imago, & Campana. Cùm enim oppidanus quidam, vir probus, noctu ad suum prædium pergeret, eo loco vbi Cœnobium extructum est, suauem musicæ melodiam audiuit. Id indicauit Episcopo: qui rem ita se habere comperiès, terram effodi iussit: & reperta ibi fuit pulcherrima Imago Deiparæ, nec non campana, quæ cum Vlisipo-

Imago B. V. MARIÆ latens in terra cælitùs indicatur. Monasterium huius Ordinis ibidẽ cõstituitur.

Digitized by Google

nem veheretur, boues ad quemdam locum peruenientes (vnde lymphæ rum fons vsque hodie scaturit. *Fons Sanctus* dictus) substiterunt, nec vlteriùs progredi potuerunt. Ita refertur *in Annalibus Ordinis ad dictum annum.* Simili Dei prouidentiâ aliæ non paucæ Beatissimæ Virginis, Icones sub inuasione Maurorum, in ea Regione à piis absconditæ palam postea, cùm Deo placuit, Christicolis manifestatæ leguntur: vt ibidem annotatur: de nonnullis illarum mentio erit in sequentibus.

Sacra Domus Lauretana mirabiliter transfertur.

511. Anno 1291. Sacerrima domus Nazarethana, in qua VERBVM CARO FACTVM EST, ad illum vsque annum sub cura Carmelicolarum conseruata, Angelorum ministerio mirabiliter in Dalmatiam transfertur: indeque haud diu post similiter fuit transportata in Italiam: vbi summâ veneratione colitur. Eam autem olim in possessione fuisse Ordinis huius, constat ex percelebri Mantuano in Historia Lauretana, Horatio Turselino in eadem Historia *lib. 2. cap. 5.* Lezana *in Annalibus* variis locis, præcipuè *tomo 4.* [a] Hanc ob causam olim, dum ea adhuc in Terra Sancta custodiretur à Religiosis huius Ordinis, plurima Cœnobia, quæ in Europa, specialiter in Sicilia, fundabantur, dedicabantur SS. VIRGINI ANNVNTIATÆ, prout in eodem *tomo 4. Annalium* adnotatur variis locis, & quidem *ad annum* 1185. vbi agitur de erectione Conuentus Soterę, in Sicilia, sub isto titulo: cuius ibi hæc ratio redditur: *Quòd Eremitæ nostri, qui Syriæ mansiones, ob Turcarum tyrannidem, deserere cogebantur, cum in Nazareth ciuitate, Carmelo proxima,* DEIPARÆ ANNVNTIATÆ, *veluti eiusdem sanctissimæ Patronæ Sacelleni, inseruirent, sui muneris non immemores esse, in Europæ, Siciliæ maximè locis præmonstrabant: eum titulum pro tesserâ veluti, & stemmatibus, Ecclesijs, quæ ipsis donabantur, apponentes, prout alibi diximus, & dicemus.* Isto etiam titulo insigniti sunt in Belgio Conuentus nostri Antuerpiensis, & Eremiticus Mulensis, & plures in Anglia ac alibi.

Eu olim à Carmelitis seruabatur.

[a] Ad ann. Chr. 1291. 1296. 1489.

Propterea plures Ordinis Conuentus intitulati Virgini Annunciatæ.

512. Anno 1295 finem accepit controuersia (quam commemorant Bostius *de Patronatu* [b] & Lezana ad hunc annum) mota contra cappas albas: cùm enim, sicut est dictum capite 26. circa annum Christi 639. Ordinis huius Religiosi, coacti per Saracenos dimittere pallia seu cappas albas, assumpsissent barratas, seu varij coloris, post transmigrationem Ordinis è Terra Sancta in Europam, dimissis barratis; (quòd eæ hisce in partibus minùs decentes, & non ita religiosæ viderentur) resumpserunt albas, annuente viuæ vocis oraculo Honorio IV. Oppoluerunt se alterius Ordinis Religiosi albis vestibus vtentes. Negotio Romam delato liti finem imposuit data à Bonifacio VIII. Bulla confirmatoria mutationis istius: cuius initium est: *Iustis petentium desideriis*: quâ pallij, seu cappæ albæ vsum ab Honorio IV. concessum, confirmat. Habetur in Laertio Cherubino, & in speculo antiquo Ordinis. [c]

Bonifacius VIII. dirimit controuersiã motam ratione cappæ albæ.

[b] Cap. 21.

[c] Fol. 27. & 70.

513. Anno 1302. Fredericus Rex Siciliæ tributum publicum assignauit pro maiori cultu Imaginis celeberrimæ Drepanitanæ, prout in Ordinis Annalibus scribitur. [d] De illa Benedictus Gononus *in Chronico Mariano*

[d] Ad ann. 1302.

mo ad annum 1252. hæc habet: *In Ciuitate Drepanensi, Regni Siciliæ, pulcherrima omninò, & deuotissima videtur Imago B. Virginis in Cœnobio Carmelitarum; cuius fama, ob innumera miracula, per totum orbem dispersa est: & per singulos dies ex remotis Orbis partibus magnus ad eam populorum fit concursus, præcipuè verò in festo Assumptionis.* Et infrà: *Est autem Imago hæc marmorea, tantæ pulchritudinis, vt ab Angelis potiùs quàm ab hominibus sculpta videatur. Vnde aliquando visitãs eam Prorex Siciliæ, exclamauit, & dixit:* QVI EA PVLCHRIOREM VIDERE VOLVERIT, IN PARADISVM EAT. Idem Gononus, & alij referunt, Imaginem illam existentibus in peccato mortali, vultum ostendere iracundam. Quapropter, qui eam videre desiderant, priùs confitentur. Historiã istius admirandæ Imaginis scripserunt Octauius Caietanus è Societate Iesv, Franciscus Cherascus, Ioannes Mannus, & ex illis Lezana *tom. 4. Annalium ad annum Christi* 1230. Vbi inter alia: *Fidelium concursus tantus quãdoq; visitur, præsertim 15. Augusti, vt quadraginta millia numerentur. Sed & Saracenorum Xeniis, ac donariis (ipsis etiam sub saluo conductu vicissim ad templum sanctum pro gratiis, & lampadum oleo, quo vngantur, obtinendis, properantibus,) sacram hanc Virginis Ædem, nostris commissam, gaudere receptum est.*

De Imagine B. Virginis MARIÆ *deuotissima Drepani.*

Ad eã concurrunt etiam Saraceni cum donis.

514. Etiam in Conuentu nostro Messanensi in Sicilia celebris est Imago *Sancta* MARIA *de floribus* nuncupata, ad quam S. Albertus sæpiùs oraſſe dicitur, & vicissim eadem ipsum allocuta. Lezana *eodem tomo ad annum Christi* 1238. Est quoque in Sicilia templum Conuentus Calathabilotensis, Diœcesis Agrigentinensis, S. MARIÆ *de gratia*, miraculis clarum, vti refertur *in Annalibus* iisdem nostris *ad annum* 1270. Ad *annum* verò 1233, ex præfato Octauio Caietano commemorantur mirabilia, quæ ad Capellam Dei Genitricis sacratam, Ordinique Carmelitano traditam, in Africi maris insula *Lampidosa* (aliis *Lopaduſa*) sitam patrantur.

De aliis Imaginibus miraculosis in Sicilia.

515. Anno 1307. Imagines Virginis Deiparæ, & B. Alberti Drepanensis, à blasphemo gladio percussæ sanguinem stillauerunt: ipse verò impius fulgure è cœlo descendente mox in cineres redactus fuit. Ita referũt Octauius Caietanus *in Historia Drepanitana*, & Lezana *in Annalibus* ad dictum annum: vbi etiam aliud valde celebre habet miraculum, eodem anno meritis S. Alberti præstitum, in quibusdam à Turcis captis, & mirabiliter liberatis. Anno 1364. Fredericus, filius Regis Siciliæ Petri, grauissimâ laborans infirmitate, & à medicis derelictus, sumptâ aquâ benedictâ Reliquiis eiusdem Sancti mox conualescere cœpit: & in secundâ vice de lecto prosiliit. Ex hoc, & aliis similibus miraculis, consuetudo in Ordine inoleuit, aquam Reliquiis S. Alberti tactam, ægris, maximè febricitantibus, exhibere potandam: vnde plures sanitatem retulerunt, prout videri poterit in dicto *tomo 4. Annalium ad annos Christi* 1375. 1383. 1423. & sequentibus: & in eius vita.

Miracula varia ad inuocationem S. Alberti.

Specialiter per aquam in eius Reliquiis benedictam.

516. Anno Domini 1314. è viuis excessit Papa Clemens Quintus: qui nec isto, nec sequenti anno successorem habuit; ob Cardinalium discordiam, non sine graui Ecclesiæ detrimento. Interea Iacobus Ossa ex Purpuratis Patribus vnus, ortu humilis, staturâ pusillus, animo, celsus, in-

genio, doctrinâ, & prouidentiâ præstans, SS. Virgini Deiparæ singulariter deuotus, cernens grauissimis difficultatibus Summi Pontificis electionem irretitam esse, ad gratiæ Thronum & misericordiæ Asylum, cœli Terræque Reginam MARIAM deuotè confugit. Preces eius suscepit pientissima Mater; etenim illi apparens in habitu Ordinis Carmelitani, Pontificatum, & ab aduersario liberationem promisit: hoc tamen pactione, vt Carmelitano Ordini amplam Confirmationem, & magnam Indulgentiam, seu Priuilegium liberationis è Purgatorio concederet, ac publicaret. Ita tradunt historici Ordinis nostri vetustiores, & recentiores: referūt, & recipiunt exteri non pauci. Ex nostris quidem Balduinus Leersius *in Collectaneo exemplorum cap.* 6 percelebris quoque Arnoldus Bostius *in suo Speculo histor. lib.* 7. & Ioannes Palæonydorus *lib.* 3. *Histor. Carmelitanæ cap.* 11. vbi sic rem breuiter perstringit: *Gloriosissima Dei Genitrix Virgo perpetua, Carmelitarum Patrona, & Mater singularissima, addens adhuc glorificare Ionathan, id est columbam, Ordinem scilicet Carmeli, candore, & prudenti simplicitate insignem, memor dierum antiquorum* ELIÆ *& suorum deuotorum fideliuni, apparens Domino Ioanni XXII. aute Papatum, dixit: vidi tuam ad me deuotionem; veluti igitur ego te ab aduersario tuo liberabo, ad altissimum te promouens statum, sic videas similem Fratribus meis vicem* ELIÆ. *Filijs respondas. Regulam ab* ELIA *& Eliseo in Monte Carmeli in eorumdem vita inchoatam*[a], *& per Seruum Albertum, scriptam & confirmatam, solidè approbabis. Insuper, me, & Filio meo iubente, Priuilegium dabis, vt quicumq; Ordinem meum intrauerit, à culpa, & pœna liberatus, in æternum saluus fiat. Ista apparitio sub Bulla plumbea, cum Indulgentiis fertur esse in Anglia. Instrumentum verò eiusdem in Conuentu Ianuensi.*

Ioanni XXII. ante Pontificatū apparet B. Virgo MARIA.

Mandans confirmationem Priuilegij Sabbathini pro Cōfratribus S. Scapularis.

[a] *Exemplariter sc. v. dicta p. i. sub init.*

517. Eamdem Visionis historiam sic paucis attingit Andreas Duualius Doctor Parisiensis, *de Infallibilitate Summi Pontificis quæst.* 5. (vbi exemplo Ioannis XXII. ostendit, Summos Pontifices priuatis reuelationibus vti minimè solitos in definiendis rebus fidei) *Fertur*, inquit, *Ioannem XXII. cum nondum esset ad apicem Apostolatus euectus, nonnullis reuelationibus à B. Virgine dignatum esse, quatenus scilicet, cum sederet Pontifex, cultum eius, satis hoc tempore neglectum, promoueret.* Expressiùs verò illam tradit Benedictus Gononus *in Chronico SS. Virginis* MARIÆ *ad annum Christi* 1321. in hunc modum: *Hinc sanè Ioanni Papæ B. Virgo iussit, vt non solùm Ordinem Carmelitarum confirmaret, verùm etiam deuotionem S.* SCAPVLARIS *adaugeret. Propterea in vtriusque fauorem, sequentem Bullam, quam* SABBATINAM *vocant, concessit. Est autem huiusmodi.* (Ibi consequenter Bullam ipsam SABBATHINAM inserit, in quibusdam tamen verbis nōnihil alteratā) Gabriel Patreolus *to.* 2. *Historiæ de Statu Ecclesiæ ad an.* 1324. Honophrius Menescal *in Concione B.* MARIÆ *de Monte Carmelo*, Ioannes Cartagena *lib.* 17. *homil.* 2. agunt de eadem & luculentissimè percelebris Societatis IESV Scriptor Theophilus Raynaudus *libro de Scapulari Partheno-Carmelitico.* [b] Alios Scriptores plurimos domesticos & externos, qui historiam prædictam apparitionis, & Sponsionis SS. Virginis MARIÆ commemorant, & recipiunt, referunt Lezana in lib.

[b] *P. 1 c. 2. & 7. & par. 2. q. 2. & 7:*

in lib. de MARIA PATRONA [a] & Ireneus à S. Iacobo *in Tractatu Theologico de Protectione SS. Virg.* MARIÆ [b] Porrò iste Ioannes XXII. electus fuit in Sabbatho, die septimâ Augusti, nostri S. Alberti obitu, & festiuitate decoratâ: prout *in Rationario temporum* Dionysius Petauius *lib.* 9. disertè asserit: *Ioannes*, inquit, *XXII. post Clementis V. obitum biennio interiecto, Pontificatum inierat anno 1316. septimo Idus Augusti. Sabbatho.* Ita ille: in septimum Idus Augusti incidit festum dicti S. Alberti: & verisimiliter eâ ipsâ die apparitio illa Deiparæ ipsi contigerat.

[a] Cap. 5. n. 24.
[b] Sect. 2. c. 3.

Electus fuit iste Ioannes Sabbatho, die 7. Augusti, dicato S. Alberto nostro.

518. Fuit autem iste Pontifex propter illam visionem Virginis Sacratissimæ, in habitu Carmelitano sibi apparentis, opem suam spondentis & fauorem suo Carmelitano Cœtui exhibendum præcipientis (prout ipse in Bulla Sabbathina testatur) huic Ordini summè affectus, & benefecus: vt Bostius, Leersius, Lezana & alij de eo scribant: *Non fuit aliquis Prædecessorum suorum, qui tanta Priuilegia Ordini nostro contulerit, sicut iste Papa.* Istum autem suum affectum etiam quandoque exprimit verbis his, & similibus: *Nos Ordinem ipsum gerentes in visceribus charitatis &c. Sacrum vestrum Ordinem claris suis exigentibus meritis gerentes in visceribus charitatis, ad ea vigilanter intendimus &c. Nos igitur ob specialem dilectionis affectum, quem ad Ordinem gerimus supradictum.* Verbis etiam valde honorificis, & Ordinem à Sãctitate ac eruditione magnoperè commendantibus vtitur, in iisdem suis Diplomatibus. Plures etiam ex hoc Ordine ad Ecclesiasticas dignitates assumpsit. Priuilegia autem ab ipso concessa Ordini pleraque extant *in Speculo Ordinis* typis edito Venetiis anno 1507. *in Bullario* Ordinis & *in tomo 4. Annalium* luculenter declarantur.

Ordini huius fuit maximè benefecus.

519. Bullam Sabbathinam ad litteram habent Benedictus Gononus, & Hyppolytus Maraccius, atque alij relati eodem *tomo Annalium Ordinis ad annum* 1322. [c] extat quoque in vetusto libro MS. Conuentus Mechlinienſis, in quo alia plurima antiqua Ordinis monumenta collecta cõprehenduntur [d]. SABBATHINA dicitur à Sabbatho: quo potissimùm Religiosis huius Ordinis, & Confratribus S. SCAPVLARIS post obitum suum adiutorium B. Virginis MARIÆ promittitur, si seruanda seruauerint, de quibus *parte* 5. sub finem. Fuit etiam approbata, & confirmata ab Alexãdro V. Clemente VII. Paulo III. Pio V, Gregorio XIII. & Sacris Congregationibus Eminentissimorum DD. Cardinalium, prout in sequentibus referemus [e]. Illam doctissimè illustrant & explicant Ioannes Cheron Burdigalensis, Thomas Aquinas à S. Ioſepho Aquitanus, Philibertus Fezaius Doctor & Professor Aquensis in Gallia, Irenæus à S. Iacobo Rhedonensis, omnes in Ordine nostro insignes: & ex inclyta Societate IESV præfatus Theophilus Raynaudus in Libris seu Tractatibus binis specialiter de ista materia elucubratis.

Singulariter valdè Bullam dedit, dictã Sabbathinam.
[c] Num. 4.
[d] Vide parte 5. cap. 5.
Quã plures eius successores confirmarunt.
[e] Cap. 35. & 36. & p. 5. c. 6.

520. Anno 1323. dictus Summus Pontifex Ioannes XXII. concessit vt decem Cœnobia Ordinis huius ab vrbibus distantia, mutari, & intra, aut iuxta ipsas ciuitates transferri possent. Bulla huius concessionis habetur

Concessit vt decem Conuentus intra Vrbes transferrẽtur.

betur *in Speculo Ordinis folio* 82. in qua etiam, sicut statim dicebamus, benevolentiæ affectus, erga hunc Ordinem, conceptum ex memoratâ visione, & apparitione SS. Virginis Deiparæ, patenter exprimit his verbis: *Dum Sacrum Ordinem vestrum præcisè Dei Genitricis vocabulo specialiter insignitum, & sublimium vestrarum virtutum merita, Deo quidem grata, & in conspectibus Apostolicæ Sedis accepta, dignâ memoriâ recensemus. Sanè petitio vestra nobis exhibita, continebat, quòd infrascripta decem loca vestri Ordinis, quæ videlicet iuxta Rothomagensem, Turonensem, Narbonensem, Pisanensem, Brimidusneusem, Cæsaraugustanam, Cadurcensem, Argentinensem, Asiensiensem, Imolensem Ciuitates obtinetis, à dictis ciuitatibus distare noscuntur & propter huiusmodi à ciuitatibus distantiam loca ipsa nequeunt à ciuibus, & aliis personis ciuitatum ipsarum commodè visitari &c. Quare nobis humiliter supplicastis, quòd prædictorum decem locorum Conuentus in alia decem, intrà vel extrà mœnia ciuitatum: nec non de cetero loci prædicti Arelatensis Conuentum in alium etiam locum mutare, & transferre.* &c. *Nos igitur, qui dictum Ordinem vestrum, velut hortum irriguum fœcundumq; virtutibus plantatum in domo Domini, affectione paternâ diligimus, illo volentes fauore vos prosequi, per quem salus animarum proueniat, & ergo dictum Ordinem valeat fidelium deuotio adaugeri, vestris supplicationibus inclinati, vendendi prædicta decem (& ipsum Arelatensem) loca, & alia decem loca eiusdem Ordinis, intrà vel extrà mœnia ciuitatum eis immediatè vicinarum, nec non locum alium in eadem ciuitate Arelatensi adquirendi,* &c. *Datum Auinione Calendis Aprilis Pontificatus nostri anno septimo.* Eo autem ex tempore ferè omnes Conuentus de nouo recepti constructi fuêre intra, vel iuxta vrbes, aut oppida. Cùm enim primaria Instituti Carmelitici pars, Ordini quasi essentialiter inhærens, sit Orationis studium die ac nocte; & iugis cum Deo interna conuersatio, cui quàm maximè subseruit solitudo; sedibus suis pulsus, & in Europam translatus, (sicut supradictum est) cùm ibi in variis regionibus multiplicaretur, pro fine, ac spiritu illo primario conseruando, & fouendo passim loca in eremis, aut locis suburbanis sibi deligebat. At quia post transitum in Europam Ordo hic ab Ecclesia ad publicam vtilitatem, & animarum salutem in aliis quoque procurandam, specialiter fuerit deputatus, & inter Quatuor Mendicantes annumeratus, conquerebantur fideles, se debitum ab Ordine hoc non recipere obsequium, nec eius monasteria, & Ecclesias, ob distantiam, commodè posse frequentare; ideò intra, aut iuxta vrbes, & oppida (vt dictum est) constructa fuêre. Sed de istis peculiariter in sequentibus.

Cur id factum.

Excinde omnes ferè Conuentus Ordinis intra aut iuxta Oppida constructi fuêre.

a Part. 8. c. 10. & 13.

531. Tempore istius Pontificis, contigit id quod refertur in eiusdem Bulla, quam habet Thomas Scropus, ex Ordinis huius alumno Episcopus Norwicensis (de quo latiùs infrà *parte 6. cap. 4.*) in Chronicis succinctis dedicatis Eugenio Papæ: estque huius tenoris: „ Ioannes Episcopus seruus Seruorum Dei dilectis Filiis Priori, & Fratribus Monasterij Or„ dinis Beatæ & Gloriosæ Virginis MARIÆ de Monte Carmelo Oxo„ niensis, Linconiensis Diœcesis, salutem & Apostolicam benedictionẽ.

„ Inter

„ Inter cæteros Ordines in agro Ecclesiæ plantatos, sacrum vestrum Or-
„ nem, suis exigentibus meritis, gerentes in visceribus charitatis, ad ea vigi-
„ lanter intēdimus, ac operam solicitam impartimur, per quæ status eius-
„ dem Ordinis ad diuini nominis gloriam, & exaltationem Catholicæ fi-
„ dei, & honorem eiusdem Ordinis, prosperis semper successibus affluat,
„ tranquillis foueatur euentibus, & continuis proficiat incrementis; Sanè
„ charissimi in Christo Filij nostri Eduardi Angliæ Regis illustris petitio
„ nobis exhibita continebat, quòd ipse ad Fratres Ordinis vestri, obtentu
„ gloriosæ Virginis MARIÆ (cuius dictus Ordo vocabulo insignitur) spe-
„ cialem gerens deuotionis affectum, dum quoddam periculum sibi pro-
„ spexerat imminere, totius deuotionis prōptitudine votum vouit: quòd
„ si eius precibus liberaretur à periculo supradicto, viginti quatuor Fra-
„ tribus dicti Ordinis Oxonij studentibus de loco & ædificiis competen-
„ tibus, ac vitæ necessariis prouideret. Cuius votum Dei Genitrix glorio-
„ sa benignè suscipiens eumdem à prædicto periculo liberauit *&c.* Da-
„ tum Auinione 3. Idus Martij Pontificatus nostri anno sexto. „ De hac
re scribit Bzouius ad annum 1314. vbi de Eduardo secundo inter alia
num. 6. hæc habet: „ In maiores, *inquit*, se postea Eduardus angustias
„ coniecit. Domi itaque à Principibus, foris à Scotis impugnatus, habuit
„ quo angeretur: Scoti enim ex intestinis Anglorum discordiis sumpto a-
„ nimo, in Angliam violentis impressionibus per hæc tempora incurre-
„ runt, quos dum reprimere conaretur Eduardus, insignem & memora-
„ bilem semel atque iterum exerci tus sui cladem accepit; & ægrè qui-
„ dem suæ saluti fugâ consuluit. Hic, cùm prioris illius infausti prælij dif-
„ ficultate premeretur, Diuæ Dei parenti MARIÆ Virgini religiosâ spō-
„ sione vouit, se in Christi, & illius honorem Ædes constructurum, vbi
„ viginti quatuor Carmelitis, qui rei Theologicæ operam darent, ido-
„ neos sumptus suppeditaret, si ab imminente calamitate eriperetur. Ab
„ hac, Dei benignitate, & Virginis Matris intercessione ereptus, sponsio-
„ nem deuotam repræsentauit, Ædesque illas votiuas Oxonij construen-
„ do voto se liberauit. „

Eduardus Rex Angliæ inuocans B. Virginem Carmelitanam à periculo liberatur.

Propterea huic Ordini Oxonij collegium studiorum fundat.

522. *Eduardus* ille SCAPVLARI *Carmelitico* amictus (vt passim referunt historici nostri) fuit Ordini huic addictissimus, sicut & eius Pater, etiam Eduardus: qui plura huic Ordini fundauerunt Cœnobia, vti videre licebit *in Annalibus Ordinis*, *& in Elencho Monasteriorum Angliæ*. Posterior quoque Cōfessarium habuit ex hoc Ordine Richardum Blitonium Angliæ Prouincialem, sibi charissimum, sicuti eiusdem successor Ioannem Bloxanum, qui etiam pro eodem honoratissimas obiuit legationes. Quia autem plures fuerunt Eduardi Angliæ Reges, eos à quibusdam non benè distinctos, illustrat Antiquitatis eruendæ studiosissimus Theophilus Raynaudus *in libro de Scapulari Partheno-Carmelitico* [a] vbi, cùm dixisset de prioribus tribus Eduardis, hæc subiungit de duobus aliis: *Postquàm verò Angliam tenuêre Normanni, noua series Eduardorum est inchoata; in qua primus obiit*

[a] Par. 2. quæst. 8.

anno 1307. *Eius filius Eduardus secundus, præ adamantinâ patientiâ Martyr habitus, is est quem Palæonydorus in hac Eduardorum serie, rectè nominauit secundum. Vixit autem tempore Ioannis XXII. cuius Diploma, ad hunc Eduardum, exhibet Cherubinus, præfixâ hâc inscriptione;* CHARISSIMO IN CHRISTO FILIO, EDVARDO II. REGI ANGLORVM ILLVSTRI. Bini isti Eduardi, pater & filius, à quibusdam, habito respectu ad tres præcedentes, non malè nuncupantur Quartus & Quintus: & sic inter eos sublata erit confusio.

523. Anno salutis 1330. stupendum valde, non vnicum, sed multiplex miraculum contigit in Sabaudiæ agro Viuonensi, vt Nerimbergius, loco infra citando, habet, (Ezzana autem nuncupat Vicinouensem & Viconouensem:) estque huiusmodi: „ Antonius Cambianus, „ quodam die arabat in campo paululùm distito extra muros Vici- „ noui, Oppidi pertinentis ad Illustrissimos de Rouera in Pedemonte. „ Immobiliter verò restantibus bobus, etiam omni vi frustra adhibitâ, a- „ gricola stupens, propiusque accedens, videt è terra exurgere statuam „ paruam, sed pulchram Beatissimæ Virginis MARIÆ puerum IESVM in „ brachio dextro tenentis, ac genuflexus humiliter veneratus est. Ea de- „ lata fuit ad Ecclesiam S. Bartholomæi in dicto Oppido Viconoui, & ho- „ norificè collocata in quodam tabernaculo. Sequenti die rursus inuenta „ fuit in eodem campo: & relata ad eamdem Ecclesiam. Tertiâ denique „ die non reperta in illa Ecclesia, visa rursùs fuit in illo campo, non qui- „ dem in terra, vt aliis diebus, sed eleuata in aëre. Audito tanto prodigio, „ Clerus cum populo processionaliter eò perrexit: omnibusque stupefa- „ ctis, & præ deuotione lacrymantibus Rector prædictæ Ecclesiæ obtu- „ lit tabernaculum: in quod imago ista, ex aëre paulatim descendens, se „ dimisit. Ibidem per Dominum de Rouera mox constructa fuit Eccle- „ sia: & aliquamdiu post tradita Religiosis Ordinis nostri. Anno 1498. ad „ instantiam Domini Cardinalis Dominici de Rouera ab Alexandro „ VI. summo Pontifice separata fuit ab Ecclesia Parochiali successu tē- „ poris adiunctum fuit Monasterium, quod inter varias fortunæ sortes „ perstitit auxilio Deiparæ: quæ ibi crebris miraculis clara, continuâ po- „ puli deuotione colitur „. Ita refertur *in Annalibus Ordinis ad dictum annum* 1330. & paulò strictiùs *in Trophæis Marianis* Eusebij Nerimbergij *libro* 5. *cap.* 26.

Miraculū multiplex circa Imaginem D. Virginis.

Quæ cum Ecclesia & Monasterio cedit Ordini Carmelitarum.

524. Anno reparatæ salutis 1349. Henricus de Flandria Dominus temporalis de Lieckercke cum suis fratribus militibus Scutiferis, *Societatis de mula dictæ*, insignem quamdam Capellam construxerunt in sua silua Lieckerkana: & aliquot post annos etiam Monasterium ædificatum fuit sub titulo DOMINÆ NOSTRÆ AD MVLAM: quod postmodùm destructū, & Alostum translatum fuit. Ecclesia, seu Capella semper perstitit, & magno populi confluxu frequentatur, præcipuè festo Annuntiationis, & per octo dies sequentes. In Bulla, seu litteris Apostolicis Leonis Decimi, datis Romæ anno 1517. quæ asseruantur in Castro Lieckerkano causa fundationis,

Digitized by Google

tionis, & origo deuotionis hæc refertur: „ Ex Patrum ad posteros trans-
„ latione comperitur, quòd aliàs tunc Dominus temporalis dicti loci de
„ Liecke rcke eiusque tres fratres, tunc in humanis agentes, Orthodoxæ
„ fidei, & Christianæ Religionis inimicos debellaturi, vltramarinas partes
„ cum vexillo B. Virginis petierant, ac eiusdem B. MARIÆ Virginis, quæ
„ eis, debellare volentibus super mula alba sedens, in aëre miraculosè ap-
„ paruerat, ope & auxilio, vt piè creditur, de Orthodoxæ fidei, & Chri-
„ stianæ Religionis inimicis huiusmodi victoriam reportauerãt, ac deinde
„ ad patriam incolumes redierant, votum per eos antea emissum, quòd
„ si ad domos suas incolumes redirent, vnam domum sub inuocatione
„ B. MARIÆ Virginis huiusmodi de Mula in suis dominiis pro vno Prio-
„ re, & nonnullis Fratribus dicti Ordinis construi, & erigi facerent, ac de
„ bonis, eis à Deo collatis, competenter dotarent. „ De singulari deuo-
tione quæ ab antiquo ibi viguit, & miraculis ibidem patratis, hæc in iis-
dem litteris Pontificiis commemorantur: *Altissimus, eiusdem B. MARIÆ
suæ Genitricis intercessione, Christi fidelium ad domum B. MARIÆ huiusmodi con-
fluentium, suffragia & preces exaudiens crebra operatus fuit miracula, prout nouis-
simè puero septem annorum lumen, quo à natiuitate carebat, tribuere, nec non cui-
dam mulieri Catharinæ nomine sex vel septem annis antea infirmæ, quæ se eidem
B. MARIÆ Virgini vouerat, ad dictam domum coram Imagine eiusdem Virginis de-
latæ pristinam sanitatem, non absque loci huiusmodi exaltatione, & totius populi
spirituali consolatione restituere dignatus est.* Annis superioribus locus ille, ex
suo situ ad deuotionem ad solitudinis amorem excitans, per V. P. Liu-
num Canisium, Priorem Alostanum, Belgicæ Exprouincialem, adapta
ri cœptus est in Conuentum Eremiticum; adiectâ Ecclesiæ notabili par-
te, & constructis ædificiis, ac cellis Eremiticis. Atque ita deuotio aucta
fuit & varij se ibi remedia aut leuamenta in infirmitatibus, specialiter fe-
bribus recepisse, testati fuêre. Casibus autem specialibus, nondum au-
thoritate Ordinariorum examinatis, & probatis, referendis hic supersc-
demus.

B. Virgo MARIA *apparet mulo insi-dens.*

Propterea constituitur Conuentus sub illo no-mine

Miracula ibi facta re-lata in Bulla Leo-nis X.

525. Circa annum Christi 1351. cum Carmelitana Religio magnis
premeretur angustiis, S. PETRVS THOMAS, tũ Procurator Generalis Or-
dinis, pius alumnus matri compatiens, ipsâ nocte Pentecostes preces fun-
dens ardentes ad Beatissimam Virginem MARIAM, vt solito adesset fa-
uore, & patrocinio; eiusdem reuelatione de Religionis suæ perpetuâ con-
seruatione certior factus fuit. Historia ex Ioanne Hildesheim habetur hic
suprà *parte primâ sub finem Breuiloquij Tripartiti*; *a* etiam eiusdem mentio
facta fuit *parte 2. cap. 2.* *b* Idem Sanctus circa annum 1364. fundator pri-
mus extitit Theologicæ facultatis in peramœna, & celebri Italiæ Vrbe
Bononiensi, prout tabulæ, & vetusti libri istius Vniuersitatis testantur his
verbis: *Ad fundandum, & inchoandum Bononiense studium Theologicæ facultatis,
ex diuersis mundi partibus huc accesserunt viri sacræ Lectioni dediti, & in lege Do-
mini eruditi, Doctores vtiq; Theologi, scientiâ, moribus, & virtutibus insigniti, quorũ*

a Nu. 145. 147.
b Nu. 189.

S. Petrus Thomas *Fundator primarius Vniuersita-tis Bono-niensis.*

Digitized by Google

Magistrorum nomina, digna memoriâ, sunt ista. Magister Petrus Thomas, natione Aquitanus, tunc Dei gratiâ Patriarcha Constantinopolitanus, Ordinis S. MARIÆ *de monte Carmelo, miraculis clarus;* Ibidem etiam alius ex hoc Ordine accenſetur *Magister Thomas de Padua Textualis eximius, & eloquentiâ clarus Ordinis Carmelitarum* &c. In fine ſubiungitur: *Hi omnes veluti nouem Muſarum imitatores almam Theologorum facultatem, & Vniuerſitatem inſtituêre: quorum omnium anteſignanus eſt Dominus* PETRVS THOMAS *Ordinis B.* MARIÆ *de Monte Carmelo.* Plura videri, circa hoc, poterunt, apud PP. Godefridum Henſchenium, & Lucam Waddingum.

a In Notis ad vitã S. Petri Thomæ.

526. Tempore Clementis Papæ VI. circa annum 1352. Carmelitæ iampridem incolẽtes ſuburbia Andegaui in Gallia, intra inclytæ Ciuitatis, iſtius mœnia recepti fuêre, vt habetur ex Bulla dicti Pontificis an. 1352. conſignata & ſucceſſu temporis amplũ, ac amœnum ibi Cœnobium cõſtruxerunt: in cuius Eccleſia extat Sacellum, Virgini Matri, vulgò *de Recuperantia*, dicatum: ob miracula, quæ frequenter patrata fuerunt, fiuntque quotidie, inter Andinos percelebre. Appenſa fidelium vota, tanto numero, vt vix anguſti loci ſpatijs capi valeant, certam faciunt fidem emiſſis illic precibus Cœlorum Reginam propitiari, & cœleſtem opem piè ſupplicantibus non deeſſe. Nam inibi eſt contueri captiuorum vincula, rediuiuorum linteamenta, claudorum fulcimenta: multas, præterea cereas imagines, aliaque eiuſmodi indubitata ſuperni auxilij argumenta. Ita habetur *in Delineatione Prouinciæ Turonenſis cap.* 13. per R. P. Leonem quondam Prouincialem eiuſdem Prouinciæ. Ibidem etiam caſus mirandus commemoratur de Imagine lapidea Virginis Deiparæ, quæ ex illa Eccleſia per Caluiniſtas ſeculo ſuperiore proſtrata, ictibus appetita, cõtuſa, perque cœnum, & lutum raptata, tandem in flumen demerſa, fluctibus innatans, ianuæ Sacelli Virgineæ appulſa fuit. In eadem illa delineatione *ca.* 14. (vbi de Cœnobio Turonenſi) ſcribitur de antiquo eius Eccleſiæ Sacello, vulgo *B. Virginis de pietate* nuncupato, miraculis famoſo: quod magno populi concurſu inuiſitur. De quo etiam Lezana *in Annalibus ad annos* 1288. & 1303.

Andegauii Sacellũ B. Virginis de recuperãtia *miraculis celebre.*

Imago B. Virginis fluctibus ſupernatat.

527. Anno 1365. die 4. Octobris S. PETRO THOMASIO (de quo iam ſtatim) in exercitu Cruce ſignatorum Apoſtolico exiſtente Legato, Alexandria in Chriſtianorum poteſtatem redacta eſt, prout fuſè deſcribitur in eius vita: & in Faſciculo temporum circa illum annum Wernerus Roleuinck ſic paucis annotat: *Alexandria, Ægypti Ciuitas opulentiſſima, à Petro, Ieruſalem Cypriq; Rege, capitur, B.* PETRO THOMÆ *Ordinis Carmeli Patriarcha Conſtantinopolitano, ac Sedis Apoſtolicæ pro Sancta paſſagia Legato, multum cooperante.* De iſto S. PETRO THOMA, eximio B. Virginis MARIÆ cultore, alia quædam ſubſequuntur infrà *par. 6. cap.* 3.

528. Circa annum 1374. Religio Carmelitana inuidiam paſſa æmulorum multis impetebatur calumniis, præſertim in Anglia. Eius impugnabatur

gnabatur Institutio,& confirmatio, ac potissimùm intitulatio, tamquam non à MARIA Virgine Deipara,sed Maria quadam Ægyptiaca, ex meretrice conuersa, nuncuparetur *Ordo Fratrum B.* MARIÆ &c. Ast mox inuocantibus præsto fuit remedium efficax, & patrocinium multiplex: primò quidem à celebri Vniuersitate Cantabrigiensi per solemne illud Decretum relatum suprà *parte 2. cap. 2.* [a] quo pronuntiatur,& declaratur, *Ordinem hunc titulo Gloriosæ Virginis* B. MARIÆ *Dei Genitricis specialiter fore insignitum.* Deinde à Summo Pontifice Vrbano VI. qui anno 1380. vt titulum Ordinis, à multis centuriis iam tum vsitatum,& à suis prædecessoribus quàmplurimis confirmatum, magis commendaret,& contradictores confunderet, *Omnibus Christi fidelibus, qui Ordinem, seu Fratres Ordinis Gloriosissimæ Dei Genitricis semperq; V.* MARIÆ *de Monte Carmelo, nuncupatim perpetuo concessit tres annos & totidem Quadragenas Indulgentiarum* : quas Sixtus IV. Iulius II. & Gregorius XIII. confirmarunt in Bullis de quibus suprà *parte 2. cap. 2. & 3.* ac denique ab ipsa Ordinis Patrona, & benignissima Matre; cum enim Cestriæ in Anglia seculares quidam verbis iniuriosis inuecherentur in Religiosos huius Ordinis; quòd nuncuparentur *Fratres B.* MARIÆ *Virginis de Monte Carmelo,* diuinitùs puniti fuerunt,nam multi eorum subitò moriebantur. Ordinata itaque fuit solemnis processio,in qua cùm suo Ordine procedentes Carmelitæ transirent ante quamdam ligneã imaginem B. Virginis MARIÆ, quæ in magna erat veneratione, ei se inclinantes,dicebant plerique AVE MARIA: ô miraculum! Imago eos,capite inclinato resalutat, & digito extenso ter dicit altâ voce: *Ecce sunt Fratres mei.* Latiùs illud describitur ab aliis, & quidem à Francisco Potelio (de quo alibi [b]) in libro, *de origine, & antiquitate Ordinis Carmelitani, deq; Confraternitate S. Scapularis, tractatu de miraculis B. Virginis* MARIÆ *de Monte Carmelo* [c] & à Lezana in libro *de singulari SS. Virginis* MARIÆ *patronatu & patrocinio* [d] vbi & hos subiicit versus:

Icone dum coram, repræsentante Mariam,
Dicens Angelicam Carmeli turba salutem
Cantat AVE; *fausiamq; humili cervice salutem*
Reddit, Imago manum ter dirigit, atque loquelam:
Ecce mei Fratres, inquit, &c.

Carmelitana Religio impugnatur in Anglia.

[a] Nu. 190.

Multiplicitèr defenditur.

Per Vniuersitatem Cantabrigiensem, & Summum Pontificem.

Ac B. V. Mariam.

[b] parte 4. c. 3. & p. 6. c. 6.

[c] Miraculo 10.

[d] Cap. 3. n. 3.

CAPVT XXXIV.

Miracula quædam in Sacratissimo Eucharistiæ Sacramento sub finem seculi 14. patrata commemorantur.

529. ANno 1381. feriâ quartâ post Pascha, Norlingæ in Germania grande contigit miraculum, meritò hic referendum; ratione Conuentus Ordinis nostri ibidem in rei memoriam ædificati (propter eamdem etiam causam alia similia subnectuntur) Sacerdos quidam Corpus Domini pro viatico detulerat ad infirmum, iacentem in cubiculo superstrato fornicibus: qui, antequam SS. Sacramentum porrigeretur ægro, subitò rupti fuêre: ipsèque Sacerdos cum astantibus cadit, & euerso Ciborio quædam Sacræ Hostiæ particulæ decidunt, Ne igitur Sanctissimũ Sacramentum sub terra remaneret occultatum, totus Clerus, cum vniuerso Ciuitatis populo, ad dictum locũ accedit, summa cum reuerentia quæsiturus quod perierat. Et cùm omnes particulæ præter vnam essent in vêtæ, illa verò adhuc desiderata nullo modo esset inuenibilis, facto igne, & ligna, & terram, & quidquid præsens in eodem fuit loco, in cineres redegêre. Quo facto rursum quærentes, inuenerunt particulam illam desiderabilem adeò incorruptam, atque illæsam, ac si illam Sacerdos iam iam ex Ciborio sumpsisset. Et cùm locus ille postmodùm pro deserto haberetur, contingeretque quòd custos armentorum sæpiùs cum bobus, vaccis, aliisque pecoribus transiret, nullum horum vnquam dictum locum aut tangere, aut transire, multò minùs desuper comedere voluit. Vnde locus incepit haberi miraculosus, ita vt paulò post ibidem extructum sit paruum Sacellum, in quo Omnipotens Deus multa operatus est miracula: quorum famâ Christi fideles commoti, de longinquo turmatim, ac processionaliter cò confluebant, sua vota Deo persoluentes, & gratiam recipientes; quorum largis eleemosynis postmodum præfatum Sacellum in amplum conuersum est templum: fuitque adiunctum Cœnobium, traditum Religiosis huius Ordinis Carmelitani. Altare autem Saluatoris, seu SS. Sacramenti, constructum fuit in ipso loco miraculi: & Conuentus semper dictus fuit, etiam postquam ab hæreticis occupatus, *Saluatoris Monasterium*: de quo latiùs scribitur in Annalibus Ordinis ad præfatum annum.

Insigne miraculum in SS. Sacramento Norlingæ.

Vbi extruitur Ecclesia cũ Monasterio pro hoc Ordine.

530. Post octodecim annos (1399.) Posnaniæ in Polonia aliud celeberrimum in Sacrosancto Eucharistiæ Sacramento euenit miraculum, non vnum sed multiplex, relatum à Bzouio, Spondano, Lezana in Annalibus

Digitized by Google

nalibus ad annum Christi 1399. & 1414. En hic historiæ Synopsim. Perfidi quidam Iudæi per sacrilegam ancillam Christianam tres acceperant Hostias consecratas: quas cum, diabolico perciti furore, cultris, & pugionibus perfoderent, largissimè sacer cruor effluxit, cameræ columnas, parietes, & pauimentum perfudit, & perditissimi nebulonis, qui primus aggressus fuerat, faciem copiosè respersit, illique ita fortiter adhæsit, vt nullis artibus ablui, aut detergi potuerit. Impij homines, nè perpetratum scelus innotesceret, nihil non tentabant vt Sacras Hostias absconderent. Decreuerunt itaque extra ciuitatem in prati, seu paludis foueam eas demergere, ac luto obruere. In itinere languidus subitò sanabatur, & alius agonizans reuiuiscens, Christum transiisse conclamabat. Obstinati Iudæi nec illis moti pergunt, & in destinato loco cespitē eruentes, in fossam SS. Sacramentū proiecerunt. Mox tres illæ Sacræ Hostiæ in altū eleuatæ volitare in aëre cœperunt, instar candidissimorum papilionum. Id vidit puerulus, ibi positus ad custodiendos boues, qui in genua procumbebant, quasi adorantes corpus Christi; & idem ipse fecit: ac patri postmodùm superuenienti rem enarrauit: qui etiam paulò post boues in genua iterum procūbere, volitantibusque super paludes Hostiis tamquàm adorationis cultum exhibere conspexit. Eo miraculo perculsus ad vrbem pergens prodigium indicauit Magistratui: à quo, vt delirus, in carcerem conijcitur: at inde mirabiliter ereptus se iterùm sistit Magistratui, à quo monitus fuit Parochus, & per eum Episcopus: qui cū Clero processionaliter ad locū perrexit, ac sacra pignora excepit, & in Ecclesia Parochiali deposuit: ea ibi relinquenda contendebat Magistratus: Patres autem Dominicani, è quorum Ecclesia Sacræ Hostiæ illæ furtim sublatæ fuerunt, vt suas prætendebant. Litem diremit Christus, dum, etiamsi in Parochialis Ecclesiæ clauso tabernaculo, diligenter custodirentur, in loco tamen inuentionis semper spectandas se exhibuerunt: & propterea, cespite eruto, ac loco purgato, sacellum ibi pro tempore erectum fuit: donec aliquantò post Vladislaus Rex Poloniæ Ecclesiam ibi Regiâ magnificentiâ dignam cōstrui curaret: cui etiam anno 1414 Monasterium, redditibus dotatum, adiecit, & Religiosis nostris Carmelitis donauit: vt quemadmodùm filius in Venerabili Sacramento, ita & Sanctissima eius Mater vno eodemque loco in hoc Ordine, (cuius singularem protectionem gerit,) honoretur. Latiùs ista describuntur à præfatis scriptoribus, potissimum Bzouio ad dictos annos: vbi etiam plurima habet de liberatis ab aquarum submersione, ereptis è periculo ignis, ex variis infirmitatibus sanitati restitutis, cœcis illuminatis, & resuscitatis mortuis.

Aliud celeberrimum & multiplex miraculum in SS. Eucharistia.

Cuius honori Ecclesia & Cœnobium fiunt, & huic Ordini traduntur.

521. Sub idem tempus (nempe circa annum 1400) dum Brabantiæ Ducatum administraret Ioanna Vidua Wenceslai & Burgundiæ Ducatu simul ac Flandriæ Comitatu potiretur Philippus Audax, prodigium accidit mirabile in Ecclesia Parochiali de Boxmeer, (quod est Dominiū celebre situm inter Brabantiam, Cluiam, Ducatum Gelriæ, ac ditionem

Cucken-

Sub missa Sacerdotis dubitantis de veritate corporis & Sanguinis Christi cõtentum in calice mutatur in speciẽ sanguinis & ebullit.

Cuckensem, illisque conterminum, ac ab eis independens, olim Diœcesis Leodiensis, nunc verò Ruræmundensis) sacerdos sibi celebrans post consecrationem calicis de veritate Corporis & Sanguinis Christi præsentis cùm dubitaret, illicò contentum in calice, species nempe vini mutatæ sunt in species sanguinis, & ebulliendo extra calicem, pars effusa est super corporale. Sacerdos vehementer perterritus, cùm culpæ veniam deprecatus esset, pars in calice subsistens rediit ad primam vini speciem: effusa verò permansit non solùm per corporale dispersa, & colore rubro conspicua, sed etiam concreta ad nucis myristicæ, siue auellanæ quantitatem, atque ita permanet in hodiernum vsque diem. In rei memoriale ibi aliquantò post fuit instituta Confraternitas Venerabilis Sanguinis Christi, fundatæ Missæ, erecta altaria, & fabricatum tabernaculum. Sacrum istud pignus aliquamdiu collocatum fuit in Sacrario, seu tabernaculo, in quo SS. Sacramentum asseruatur. Theca affabrè elaborata, deaurata, in qua etiam nunc reconditur, facta fuit anno 1482, vti indicat hæc inscriptio. *D. Gerardus de Meer Canonicus Zutphaniensis me fieri fecit & dedit anno* 1482. Est & alia maior argentea, donata ab Excellentissimis DD. Comite & Comitissa (de quibus statim infrà) & in ea circumfertur Venerabilis Sanguis ille in processionibus.

Erigitur Confraternitas Venerab. Sanguinis & fiunt variæ fundationes.

Quoad fundationes ad honorem miraculosi sanguinis ibi factas, Anno 1499. Petrus Blitterswick, Drossardus in Castro Halendonck in Sambeck, legauit Fraternitati V. Sanguinis medium maldrum siliginis. Ann. 1504. Henricus van Homersum pro vna missa hebdomadatim constituit eidem Fraternitati V. S. quatuor maldra Siliginis. Anno 1508. Domicella Barbara ab Asselt Genepensis donauit dictæ Fraternitati V. Sanguinis duodecim iugera terræ. Eiusmodi pia legata facta sunt ab aliis pluribus, prout fidem faciunt litteræ Scabinales. Anno 1522. cùm Ecclesia illa aucta esset vno choro, seu sacello, Boream versùs, ædificatum ibi fuit Altare, postmodùm consecratum in honorem Venerabilis Sanguinis per D. Georgium Syluium Suffraganeum Leodiensem. Successu temporis dictæ Ecclesiæ de Boxmeer adiectus etiam fuit alter chorus, seu Sacellum, meridiem versùs, diciturque chorus SS. Sanguinis: in quo R. D. Antonius Peelen, (de quo statim) anno 1633 nouum altare ad honorem V. Sanguinis erigi, & per Reuerendiss. Iacobum à Castro Episcopum Ruremundensem consecrari curauit: & similiter nuncupatur Altare Sanctissimi Sanguinis: ac supra illud, in tabernaculo, pretiosa, & sacra illa Gaza reconditur.

Solemnissima peregrinatio eo fit.

Solemnissima peregrinatio Dominicâ infra Octauam Corporis Christi ab immemorabili tempore facta fuit, prout ex antiquis scriptis habetur, & vsque ad hæc tempora continuatur: ad quam confluit maxima hominum multitudo, ex partibus Brabantiæ, Gelriæ, Cliniæ, & Hollandiæ, atque vicinis sub ditione hæreticorum sitis. Deuotionem auxerũt relata inde beneficia, etiam nostris temporibus, potissimũ à tempore erecti noui istius chori, siue Sacelli, & altaris, vbi modò recolitur, prout ex variis instrumentis ac authenticis testimoniis comprobatur.

Inter

Inter alia, anno 1633. puella nobilis ex Gennep, oppido vicino, ab vlcere incurabili subitò curata fuit. Anno 1642. filia Neomagiensis paralytica, & muta, vecta ad Ecclesiam Boxmeranam, coram Venerabili Sāguine mox conualuit. Anno 1644. filius cuiusdam Capitanei Gelriensis, fluxu sanguinis laborans per plures annos, ibidem subitam consecutus est sanitatem. Hactenus relata sunt ex monumentis dictę Ecclesiæ Boxmeranæ, desumpta per R. D. Antonium Peelen, ibidem annis plurimis Pastorem, ac per districtum Cuyckensem Decanum: & eius testimonio confirmata. Notabile quoque est id, quod anno 1639. accidit in quadam notæ pietatis fœmina in Gemert. Annis multis torquebatur dolore dentium adeò graui, vt quandoq; sui impos & instar amentis esset, & noctu prope eam puellæ aliquæ vigilare deberent, ne sibi nocumentum inferret. Interea curauit sibi extrahi dentes aliquot, & varia adhibuit medicamina: sed frustra. Dicto autem anno, cum per mensem integrum, sine intermissione cruciatus esset intensior, & intolerabilior, Sabbatho post festum Corporis Christi, mota deuotione erga Sacrum Sanguinem in Boxmer, vouit singulis annis in præcipua ibi solemnitate (Dominica infra Octauam Corporis Christi) eò peregrinari; eâdemque illâ die curauit præparari currum, quem cum ascendisset, & iam progredi cæpisset, eo ipso momento omnis dolor à dentibus penitùs recessit. Ipsa cum gratiarum actione deuotionem suam peregit, & annuatim cōtinuauit, nec hactenus vmquam dolorem aliquem sensit: prout fidem facit instrumentum notariale confectum Mechliniæ anno 1655. quo illa sub iuramento coram testibus certificata fuêre.

Beneficia sanitatum inde relata.

532. Anno Domini 1652. Excellentissimus D. Albertus Comes de Monte &c. Supremus Dominus Boxmeræ, & Excellentiss. Magdalena Comitissa &c. coniuges ibi Ordini nostro pro Prouincia Belgica fundauerunt Conuentum nuncupatum *Monasterium SS. Sacramenti*, constructum propè dictam Ecclesiam: quam etiam, cum omnibus ornamentis, reditibus, & beneficiis, nec non sacrâ illâ Gazâ Venerabilis Sanguinis, dicto Conuentui adiunxerunt, & in perpetuum donauerunt, consentiente, & approbante Illustrissimo D. Andreâ Creusenio, tunc Episcopo Ruremūdano (de consilio RR. DD. Canonicorum suorum, & præhabitis consultationibus variis Doctorum Louanienſium) nunc Mechlinienſi Archiepiscopo. In Bulla, seu Literis, ipsius vnionis Ecclesiæ istius cum Cœnobio congruentiæ, vtilitas, & necessitas luculenter declarantur: Est autem locus ille inclusus, & circumdatus tertis, seu ditionibus, subiectis hæreticis, in quibus exercitium Orthodoxæ Religionis nullum permittitur. Idcircò Catholici vndiq́ue, ex partibus circumuicinis, atq́ue etiam ex locis dissitis hæreticorum dominiô mancipatis, ad dictam Ecclesiam confluunt: & Religiosi ibi habitantes eos concionibus, & catechismo instruunt, in fide confirmant, Sacramenta illis administrant, aliaque pietatis officia præstant.

Monasterium Ordini huic ibi ædificatum.

stant. Ita vt in tota illa Prouincia nostra vix sit Conuentus, vnde nũc fructus vberior promanet.

533. De alio valde celebri miraculo in SS. Eucharistiæ Sacramento, quod Parisiis contigit anno 1290. & in rei memoriam constructis ibi Ecclesia, ac Monasterio, Ordini nostro traditis, dictum est capite præcedenti *a*. Et quia de miraculis in SS. Eucharistia patratis hic egimus, commemorandum quoque, quod in Hispania in Cœnobio nostro Valentino-Prouinciæ Aragoniæ mirabilis quædam hostia consecrata, fuerit à multis seculis incorrupta. In cuius memoriam hisce temporibus Hostia alia cõsecrata ponitur in pectore Imaginis Dei Genitricis, repertæ sub quadam campana (quæ etiam ibi habetur) & in pernigiliis Festorum ipsius Virginis, præcipuâ deuotione frequentatur. Ita refert Lezana, *in Appendice ad tomum 4. Annalium b*. Ex Escuano *in Historia Valentia*. c.

a Nu. 508. *Hostia consecrata multis seculis incorrupta.*

b Ad an. 1307.

c Par. 1. l. 5. cap. 9.

534. Occasione dictorum opportunè hic referendum videtur aliud valde insigne etiam pro Venerabilis Sacramenti veritate firmanda, quod noster Waldensis, magnæ authoritatis vir, *tomo 2. de Sacrament.* veluti testis oculatus, scriptis tradidit, præmittens hæc verba: *Historiam refero, quam præsens vidi vtdit carnis meæ, ejusque ipse.* „ Sacer quidam ex partibus Wigorniæ, in hæresi deprehensus, Londini in Ecclesia Cathedrali S. Pauli, coram Cantuariensi Antistite Thoma Arundinel, filio & fratre Comitũ, atque aliis Angliæ proceribus (ipsoque Thoma Waldensi) post varias interrogationes de fide Eucharistiæ, iussus facere reuerentiam Sacræ Hostiæ, respondit blasphemus, verè (inquit) dignior est aranea reuereri. Ac statim de alto culmine tecti descendens ingens & horrida visu aranea, ad os blasphemi, directo filo peruenit: & polluta labia ingredi tentabat: vixque multorum manibus prohiberi potuit. „ Ita Waldensis. Illud etiam ab aliis multis refertur.

Miraculũ ad demonstrandam veritatem Corporis Christi in SS. Eucharistia.

V. Waldensis tom. 2.

535. Variis etiam in locis aliis, sub eadem tempora, admiranda prorsùs patrata sunt miracula in Sacerrimo Eucharistiæ Sacramento. Adhuc duorum strictim mentionem fecisse iuuabit. Ioannes Gerbrandus de Leydis Batauus, celebris scriptor nostri Ordinis, Conuentus Harlemensis alumnus, *in Historia rerum Belgicarum libro 28. cap. 10.* refert, quomodò anno 1345. Amstelrodami in Hollandia Sacra Hostia in medijs flammis illæsa perstiterit. Post annos viginti quinque nempe 1370. Bruxellis in Brabantia notissimum id per totum Belgium accidit in tribus Sacris Hostiis è quibus copiosè sanguis effluxit, dum à perfidis Iudæis confoderentur cultellis. Hæ summa cum veneratione asseruantur Bruxellis in regio, ac magnifico Sacello Ecclesiæ primariæ SS. Michaelis & Gudulæ, atque annuè Dominicâ 3. Iulij & octiduo sequenti incredibili populorum concursu recoluntur. Contigerunt præfata iis ferè temporibus, quibus veritatem corporis Christi Wiclefistæ (Lutheri & Caluini in hoc prodromi) impugnabant. Cum tamen inter cætera Christianæ fidei mysteria illud firmetur

Ex Sacris Hostiis sanguis profluit.

firmetur clarissimis Sacræ Paginæ testimoniis, perpetuâ Ecclesiæ traditione, & vsu, Sanctorumque Patrum, ac Doctorum, à temporibus Apostolorum ad hæc vsque tempora, vnanimi doctrinæ consensu: prout luculenter demonstrat Eminentissimus Cardinalis Bellarminus *a* scribens de veritate corporis Christi in Eucharistia, & passim alij Theologi. Vt mirùm sit, tam manifestam veritatem in dubium reuocari ab hæreticis, quos vnico hoc inductabili nexu constrictos tenemus. Substantiam panis & vini in corpus & Sanguinem Christi conuertere potuit Deus; quippe qui ex nihilo cuncta creauit, nec quidquam eius effugit Omnipotentiam; quia *non erit impossibile apud Deum omne verbum.* Et sanè dubitare, an Deus id possit, stolidum nimis, si non dicam impium; cum etiam naturaliter nigra vacca, vel ouis, viridia gramina, vi caloris in stomacho, & hepate, conuertat, exiguo temporis spatio, in rubrum sanguinem, ossa, &c. Et in vitibus humor aqueus transmutetur in vinum, illudque potatum naturaliter conuertitur in substantiam hominis. Potest igitur id Deus. Porrò panem & vinū in vltima cœna Christum in suum corpus & sanguinem cōuertisse, & indies in sacrificio Missæ reiterare, haud minùs certum, ex ipsiusmet Veritatis clarissimis verbis: *Hoc est corpus meum* (additurque pro maiori confirmatione, & nè ad alium sensum illa torqueantur) *quod pro vobis tradetur.* Et: *Hic est sanguis meus* (similiter ob eamdem causam subiicitur: *qui pro vobis effundetur*) nullum hic datur effugium. Quorum verborum sensus, de veritate reali corporis & Sanguinis Christi adeò est clarus; vt hæretici circa indiuisibile veritatis punctum oberrantes, & illa offuscare nitentes, ad ducentas eorum finxerint expositiones, seu potiùs deprauationes, prout notat idem Bellarminus *lib. 10. cap. 9.*

Inter mysteria fidei clarissimis testimoniis probatur SS. Eucharistia.

a Tom. 2. controu.

Luc. 1.

536. Nec minùs perspicua sunt ista: *Panis quem ego dabo caro mea est.* *b* quæ, vt sonant, semper intellexit Ecclesia (*columna, & firmamentum veritatis,*) in qua iugiter fuerunt aræ, & Sacerdotes; Apostoli scilicet, cæteriquæ Doctores, vt S. Dionysius Areopagita, S. Cyprianus, S. Athanasius, S. Basilius, S. Chrysostomus, S. Cyrillus, S. Hilarius, S. Hieronymus, S. Ambrosius, S. Augustinus, S. Gregorius, aliique innumeri, qui omnes fuerunt Sacerdotes, & consequenter obtulerunt sacrificia. Hæc obiter, & occasionaliter, propter ante dicta: nunc ad pertexendam historiam nostram pergamus.

b Ioan. 6.

Digitized by Google

CAPVT XXXV.

Præcipua quædam Carmelitanæ historiæ puncta ab anno 1400. ad 1500. Summatim traduntur.

537. SVb initium seculi istius nedum Ordinem hunc, sed & Ecclesiam vniuersam viri præstantissimi exornabant: illustriores erant Thomas Waldensis Anglus, orthodoxæ fidei propugnator, contra Wicleffistas, & Hussitas, strenuissimus: cuius Opera Martini V. authoritate comprobata fuêre. Gualterus Disse etiam Anglus ab Vrbano VI. & Bonifacio IX. Summis Pontificibus missus Legatus ad regna Hispaniarum: diem extremum clausit anno 1404. Benedictus de S. Fide Anglus quoque, etiam Pontificiis Legationibus functus, Philippus de Sicilia, seu Ferrario, ex Prouinciali Siciliæ Episcopus Pactensis, ac deinde Agrigentinus, Ioannes Grossius Prior Generalis electus anno 1389. obiit circa annum 1437. Michael de Bononia, seu Angrianus etiam Generalis, author celebertimi istius Operis in Psalterium, quod olim variis locis typis prodiit, sub titulo *Authoris incogniti*, qui ad laborum præmia euolauit initiante hoc seculo, anno videlicet 1400. & alij plures qui, quorumque scripta referuntur à Trithemio, Eisengrenio, Pitsæo, Possevino & aliis. De istis, & aliis nonnullis adhuc agetur paulò latiùs in sequentibus.

Viri illustres in hoc Ordine.

538. Tunc quoque variis in locis Ordo nouis coloniis auctus fuit, & quidem dicto anno 1400. in Prouincia Turoniæ Conuentu Viuonensi, in Aquitania Cœnobio S. Antonij (de quo quædam *parte 4. cap. 1.*) in Apulia Bituntino, in cuius Ecclesia deuotissima Imago Deiparæ cernitur, in muro depicta, quam ingens numerus votorum adornat: in Sicilia Monasterio Synagrensi ac Fluuij de Nisi, in horrida silua: *Quod Cœnobium*, (scribit Lezana ad istum annum) *mihi gratissimum; æmulatur enim Priscorum PP. huius Religionis sanctam mentem, qui populorum turbam fugientes Deum in solitudine quærebant.*

539. Bzouius in Annalibus *tomo* 15. & Gononus in Chronico Mariano *ad annum* 1405. scribunt de quatuor Venerandis Iconibus, seu imaginibus, olim à S. Elisabetha filia Regis Hungariæ, Lantgrauia Hassiæ, & Thuringiæ dono datis filiæ suæ Sophiæ Ducissæ Brabantiæ, maternæ pietatis hæredi, & assectæ; quas ipsa charas sanctasque habuit. Duas ex illis sortita est Brabantia: vna quidem Viluordiæ, olim & nuper miraculis clara, colitur in Ecclesia sacratum Virginum Carmelitissarum: altera verò, etiam

De quatuor venerandis Imaginibus SS. Virg. MARIÆ à S. Elizabetha traditis Sophiæ filiæ.

Digitized by Google

ris, etiam miraculis celeberrima, in ſumma veneratione habetur Hallis Hannoniæ. Duæ autem tranſlatæ fuerunt in Hollandiam; alteraque Graueſandæ, Harlemij altera in Eccleſia noſtra Carmelitana conſtitutæ fuerunt. Ex quatuor igitur pretioſis iſtis gazis duas habuit Carmelitana Religio. De illa Vluordienſi adhuc mentio occurret ſequenti capite.

540. Cùm autem de ſacris Deiparæ Imaginibus hic ſermo inciderit, ſuccinctè aliquot in Ordine celebres commemorabimus, de quibus agitur in Annalibus Ordinis *tomo 4. circa annum Chriſti* 1400. aliquantò ante, & poſt. Et quidem ad annum 1393. refertur undatio Conuentus noſtri *de Marignano*, cuius Eccleſia olim dicta fuit, *Sanctæ Mariæ la oue* ob caſum notabilem, paucis hic annotandum; quòd ad pietatem non parum excitet. Cum puella quædam caniſtrum ouis plenum domum ſuam portaret, caſu iuxta Eccleſiæ ianuam confracta fuêre: puella tunc plangere, ob parentum timorem, & Beatiſſimam Virginem genuflexa pro remedio inuocare cœpit: audita eſt à piiſſima Virgine, & oua ſana reperta. *Ex Appendice ad tomum 4. Annalium.*

Oua fractas inuocata Virg. Deiparâ, integra reperiuntur.

541. Proximo poſt anno (ſcilicet 1395. iuxta Bzouium) Cracouiæ per Vladiſlaum Regem Poloniæ Monaſterium Ordinis noſtri conſtrui cœptum eſt ſub titulo *Sanctæ* MARIÆ *in Arenis, cuius Eccleſia deuotiſſimâ Virginis Deiparæ Imagine, miraculis, ſeu gratiis receptis clarâ decoratur: ita vt Eccleſia hæc inter præcipua Cracouiæ loca numeretur.* Sic Lezana *ad annum* 1397. quo dictum Conuentum Ordini datum fuiſſe tradit. Et ad annum 1437. agens de Conuentu Iaſlenſi, etiam in Polonia, refert ibidem Imaginem Deiparæ Virginis ſculptam miraculis adeo celebrem, vt illuc quibuſdam feſtis tantus ſit concurſus ex Polonia, & vicina Hungaria, vt Oppidani pro victualibus neceſſariis prouidere vix poſſint tantæ aduenarum multitudini, deuotionis cauſa ad noſtrum Conuentum concurrenti.

De duabus Imaginibus in Polonia magno populi cõcurſu celebratis.

542. Eſt etiam in Conuentu noſtro Algarenſi (ſcibunt alij Salgar) Prouinciæ Cathaloniæ, Imago Dei Genitricis, ibi interrupes reperta, miraculis clara: ad quam proinde ex remotioribus etiam locis concurritur: vt *in iiſdem Annalibus ad annum Domini* 1404. ſcribitur. In Prouincia quoque Veteris Caſtellæ eſt Conuentus percelebris nuncupatus S. Pauli de Moralexa: vbi anno 1436. in Sacello SS. Virginis Deiparæ ſub titulo *ſubterraneæ* ipſa apparuiſſe fertur. Eſt ibidem eius Sacra Icon à Salmanticenſibus & Zamorenſibus, aliiſque circumuicinis, in ſingulari veneratione habita, & in neceſſitatibus veluti communis omnium Mater interpellata. *Ex iiſdem Annalibus ad annum Chriſti* 1315. Denique in præfata Appendice *ad annum* 1416. agitur de Conuentu noſtro Eſcazenenſi Prouinciæ Bæticæ valde famoſo, ratione Imaginis B. MARIÆ *de Luna* nuncupatæ. Cuius nomenclaturæ cauſam, & deuotionis originem hæc ibi refertur: Veniente Agaſone quodam poſt ſolis occaſum versùs terram illam, nõnulli ex mulis, quos ducebat, in quadam palude, propè Eſcazenam caſu merſi fuêre: triſtatur, & pro ipſis è cœno eripiendis Beatam MARIAM

De tribus aliis Imaginibus SS. Virg. MARIÆ *in Hiſpania, per miracula, claris.*

Imago de Luna in Conuentu Eſcazenenſi.

Virginem inuocat, dicens: *Vtinam Beatissima Virgo* MARIA *nunc Luna splenderet*. Adfuit tùm pientissima Virgo, &, Lunâ splendente, extraxit mulos,& ab eadem Beata MARIA loquente, de rubo admonetur,vt omnia prædicta populo Escazenenti ilicò patefaciat. Agasone autem statim ad populum accedente, & omnia per ordinem exponente,homines illi eâdē horâ ad locum accedunt,& in rubo speciosissimam quamdam Imaginem Beatæ MARIÆ Virginis inuenientes, Eremitorium ibidem ædificant; in coque inuentam Imaginem collocant,& ex miraculo lunæ apparentis *Beatam* MARIAM DE LVNA vsque in hodiernum diem appellant. Icon prædicta à tempore apparitionis vsque in præsens,magnis, & crebris coruscat miraculis: ideoque continuis vigiliis,& orationibus à Populo Escazenensi aliisque finitimis colitur.Ibidem subditur fuisse Conuentum istū fundatum per Religiosos ex Conuentu nostro Hispalensi aduocatos.

In Concilio Pisano quæ fecerit noster Thomas VValdensis.

543. Anno 1409. cùm schisma pernicioſissimum Ecclesiam lacerasset per annos triginta, pro pace & vnione Ecclesiæ celebratum est Pisis Concilium Generale: cui ex Anglia, missus à Rege,interfuit quoque noster Thomas Waldensis: qui (teste Pitsæo, *libro de illustribus Angliæ Scriptoribus, Ætate 15.*) *in isto Concilio peroranit, disputauit; de pace, & concordia ineunda Conciones habuit : & multùm ad vnionem Ecclesiasticam conciliandam laborauit, multùm etiam effecit.* Fortèpropterea Acta istius Concilij reposita tum fuēre in nostro Conuentu Carmelitarum Pisis, prout constat ex eius *sessione* 13. & refert Bzouius. [a] Ibi abrogato Gregorio XII. & Benedicto, electus ab vtriusque partis Cardinalibus,Petrus de Candia, ex Ordine Minorum, dictus Alexander Quintus, Anglis addictissimus (quia puer Cretę à parentibus abiectus à Minorita Anglo illac transeunte susceptus,& in Angliam ductus; ibi in excellentem Theologum excultus, deniqué ad infulas Episcopales,& Cardinalitiam purpuram,ipsumque Sūmum Pontificatum euectus fuit) Is natæ in Anglia pietati Sacri SCAPVLARIS (ibi à SS. Virgine Deipara traditi B. SIMONI STOCK) suffragatus est luculenter,eodem anno die 7. Decembris, dato Diplomate,quo Ioannis XXII. autographum Bullæ Sabbathinæ (de qua iam ante) abs se inspectum,& diligenter recognitum testatur,eiusdemque autographi apographum exscriptum,suo inserens Diplomati, ipsum Priuilegium Sabbathinum, de liberatione animarum è purgatorio, Sabbatho post obitum,à Ioanne cōcessum, approbauit,& confirmauit. Incipit: *Tenore cuiusdam.* In eo scrupulum nonnullis mouet,quòd legatur,datum Romæ, existimantibus ipsum Alexandrum V. ibi numquam fuisse,dùm Pontificatum gessit. Verùm is nodus haud difficulter soluitur cum quibusdam,dicendo,si Romæ numquam fuerit, in Bulla nomen *Romæ* ibi poni non pro ipsa Vrbe *materialiter*, sed Romanam Curiam denotare: quod quandoque contingere, notat Lezana in Annalibus ad annos 1306. & 1409. quia *vbi Papa ibi Roma.* Aut certè Scriptoris errore, pro *Bononiæ* positum fuisse *Romæ*, vti frequenter satis contingit. At nihil est necesse eo vti profugio; etenim, sicut politissi-

[a] Ad an. 1409. n. 7.

Alexander V. vidit originale Bullæ Sabbathinæ, quā approbauit.

An. Papa existens Romæ fuerit.

politissimi calami author Theophilus Raynaudus *in libro de Scapulari Partheno-Carmelitico* [a] scribit: *Fuit Alexander Romæ; vbi etiam admisit Hussi citationem, & contra eum rescripsit; vt refert Ioannes Cochlæus vir candidissimus, & malus fingendi artifex. Cum tamen Alexander hæsisset aliquantisper Romæ, accepto Ladislai, tunc Neapolim tenentis, consilio, de instauratione copiarum, & regressu ad Romam denuò occupandam, festinatò Româ recessit, & Bononiam abiit: vbi fato functus est.* Ibidem refert Diploma aliud Alexandri V. datum Romæ ad SS. XII. Apostolos, Kalendis Decembris: & varios citat authores, qui Alexandrum Romę fuisse testati sunt: quibus adiungimus Ioannem Gersonem Cancelarium Parisiensem fidissimum testem, synchronum Alexandro V. ad cuius Legatum orationem habuit: *is in Tractatu de examinatione doctrinarum 2. parte in fine tertiæ considerationis* sic scribit. „ Hic Papa „ (*Gregorius XI.*) cùm esset in Auenione per Catharinam de Senis inducus est, qualiter se Romam transferret, Cardinalibus, & cæteris dissuadentibus, quo cum veniret circa dimidium annum obiit. Ex tunc cœpit schisma, quod circa annos quadraginta durauit Vrbano VI. & suis „ successoribus in Roma, videlicet Bonifacio IX. Innocentio VII. Gregorio XII. Alexandro V. Ioanne XXIII. Martino V. vsque ad concilium Constantiense. In Auenione verò Clemente VII. & Benedicto „ XIII. qui & Petrus de Luna electis. „ Sunt qui verisimiliter existimant istam ab Alexandro V. Bullam pro roborando priuilegio Sabbathino contra æmulos expeditam fuisse ad instantiam Thomæ Waldensis, & sociorum eius, qui cum eo venerãt ex Anglia: vbi iam pridem æmuli nõnulli Religionis Carmelitanæ, eius priuilegia acriter impugnabãt, sicut constat ex dictis hic sub initium capitis. Cæterùm circa istud Diploma, & Priuilegium illud Sabbathinum specialiter, & luculenter, ac eruditè scripserunt iidem, qui de Bulla Sabbathina, relati capite præcedenti: [b] Plura circa hæc videri poterunt parte 5. cap 6.

[a] P. 2. q. 2.

[b] Nu. 517.

544. Ioannes Nauclerus *in Chronicis suis ad annum* 1417. referens clades Bohemicas, per hæreticos Hussitas, de Monasterio, & Ecclesia Carmelitarum specialiter ista commemorat: „ Deinde in Bohemia surrexit „ post Ioãnem Hus alius Pseudo-sacerdos Ioannes quidam *&c.* qui Monasterium Carmelitarum inuasit. *Et paulo post*: Hæretici post hæc apud „ Ecclesiam Carmelitarum conuenientes, ad ædem S. Stephani Eucharistiam per plurimas plateas atque Ecclesias armati circumtulêre, ibique „ domum Sacerdotis, suis ineptiis non consentiẽtis, diripuêre: &, sublato „ clamore ingenti, furentes prætoriũ petiêre. Cõsules vndecim metu perculsi, fugâ saluati sunt: Septem qui remanserant, & cum his Iudex vrbis, atque alij nonnulli ciues intercepti ex altissimis fenestris in forum „ præcipitati, lanceis ac verubus irati populi excepti dirum spectaculum „ præbuêre. „ En amaros semper fructus furentis hæresis. Bzouius etiam *ad an.* 1415. *& 1416.* refert eiusdem Imperialis Cœnobij nostri, & Ecclesiæ

In Bohemia Hussitæ indignè tractant Carmelitas.

Ecclesiæ sacrilegam expilationem, ac Religiosorum nostrorum indignam tractationem per Hieronymum Pragensem. Horum etiam mentio fit in Concilio Constantiensi *sessione 26. & sess. 21. in sermone Iacobi Episcopi Laudensis* habito anno 1416. die 30. Maij, vbi hæc aduersùs istum Hieronymum proclamata fuerunt: *Quid in sanctorum Virorum de Praga Carmelitarum innocentia, quorum Prædicatorem cœpisti, & Monasterium expoliasti, culpæ reperistis?* Causa cur specialiter in Ordinem Carmelitanum furor eorum desæuerit, fuisse videtur, quòd Thomas Waldensis, Alanus de Linna, aliique ex eo viri doctissimi, falsis illorum dogmatibus antagonistas fortissimos se opponerent.

Ioannes Dux Armoricorum facto voto Diuæ Carmelitanæ mirabiliter liberatur à carcere & à morte.

545. Anno 1419. Idibus Februarij Ioannes Quintus Armoricorum Dux, propinquorum interceptus insidiis, atque contra augustam Principis reuerentiam in Pictonensi Castro carceri inclusus carnificis gladio mactandus; inter fœdi loci angustias, nec non mortis sæpiùs præsentaneæ horrorem, respexit ad Virginis, Carmelitarum Patronæ, opem. Vouitque, si liber euaderet, se tantùm auri sacræ Ædi collaturum, quantum ipse in alterâ stateræ lance cataphractus adæquaret. Fit (nihil remorante custodum diligentiâ) voti compos: & mirabiliter à suis vinculorum, carcerisque catenis exolutus, Carmelum Nannetensem appulit liber, votumque fideliter persoluit. Quod carceris, è ligno deaurato olim necdum, Ducis ac Ducissæ coniugis imagines, in Sacello B. Virginis appensæ & veteres in pargameno picturæ, ipsiusque Ducis authentica instrumenta, & acta supremæ rationum Curiæ etiamnum contestantur. Ita R. P. Leo à S. Ioanne *in Delineatione Prouinciæ Turonensis capite* 26. quod est de Conuentu Nannetensi. Eadem, sed paulò strictiùs, referuntur *in Annalibus Ordinis ad annum* 1318. quo istius Cœnobij primordia fuerunt. Ibidem alia quædam miracula commemorantur: primum est istud: Cerdo quidam, procacis ingenij, dum indesinenter dicteriis, scommatibusque nouos aduenas lacessit: fabulâ infelix, sibi manum perfodit. Vtque videt inanem Chirurgorum operam ferro extrahendo, & sanitati restituendæ, supplex accedit ad Carmeliticum Sacellum, procumbit in genua, sceleris petit veniam à piissima Deipara: consequitur, sanatur.

Origo deuotionis & celebris peregrinationis ad S. Ioannem Bapt. Angiæ.

546. *In Annalibus Ordinis ad annum Christi* 1423. vbi de Conuentus Angiensis (nuncupati *Diui Ioannis Baptistæ*,) fundatione per inclitum D. Petrum de Luxemburgo Comitem de Couversam, & Dominum Angiæ scribitur, hæc referuntur: *Olim & modò appellatus est hic Conuentus Sancti Ioannis Baptistæ, ob miraculosam imaginem* SANCTI IOANNIS, *ad quam variis ex locis instituuntur peregrinationes.* Cuius deuotionis origo, vt ex patrum ad posteros certâ traditione habetur, & in monumentis Conuentus restantibus comperitur, hinc fuit. Imago, seu statua ex alabastro pulcherrima, & deuotissima, repræsentans S. Ioannem Baptistam, à quibusdam ambulantibus propè riuum, haud longè à loco prioris Monasterij nostri destructi, visa

visa fuit fundo ascendere, & supernatare aduersus impetum aquarum: quam extractam admirantes, & venerantes, ad vrbem deferre nitebantur: at frustrà; eam enim loco mouere non potuerunt. Idcirco inibi constituta fuit in Sacello, & tradita Ordini Carmelitano. Ea res diuulgata magnum excitauit hominum concursum, ante annos ducentos, vsque in præsentem continuatum: & multi in infirmitatibus remedia, aut leuamenta inde referunt. Casus similis de lapidea statua SS. Deiparæ fluctibus innatante habetur supra *cap.* 33. [a] Conuentus ille, venerandâ istâ D. Ioannis Imagine celebris, alumnos habuit doctrinâ præstantes Ioannem à Calido campo Sacræ Theologiæ Doctorem insignem, exinde Suffraganeum Vltraiectensem: & Ioannem Hazart antiquitatis, & historiarum studiosissimum: cuius scripta refert Gesnerus. De diruto illo Cœnobio, olim extrà, & propè Vrbem, nunc intrà, mentio occurret *parte* 4. *cap.* 1.

[a] Nu. 526.

547. Anno 1432. (non 1431. vt communiter, sed erronèe, sicut notat Lezana) Eugenius Quartus Regulam Ordinis moderauit, eiusque rigorem quâdam temperie mitigauit in tribus punctis, videlicet, *abstinentia carnium, ieiunio, & mansione perpetua in cellulis*; cùm enim in Regula Ordinis, prout ab Innocentio Quarto anno 1247. declarata, & ad vsque tempus istud obseruata fuerat, præciperetur abstinentia perpetua à carnibus, ieiunium quotidianum (exceptis tantùm Dominicis) à festo Exaltationis S. Crucis vsque ad Pascha, & iugis ac continua in cellis clausura; Pontifex auctoritate Apostolicâ concessit, vt tribus diebus per hebdomadam (præterquàm in Aduentu, Quadragesima, aliisque generaliter prohibitis diebus) carnibus vesci liceret: & consequenter à festo Exaltationis S. Crucis vsque ad Pascha quatuor diebus ieiunij hebdomadatim relictis, pro aliis tribus moderatio etiam effectum haberet: denique, vt horis congruis in claustris, & per ambitus (sub quibus etiam intelliguntur areæ seu horti Conuentus) manere, & ambulare licitè, & liberè possimus. Id ordinariè fieri solet per spatium vnius horæ post refectionem. Ratio eiusmodi moderationis fuit; quòd, cùm Ordo Carmeliticus inter quatuor Mendicantes vnus iam olim annumeratus fuerit, quà studendo, quà docendo, quà scribendo, quà concionando, quà confessiones excipiendo, cæteraque publicæ pietatis officia exercendo, aliorum saluti attentiùs vacare debeant eius præcipui alumni: frequenter etiam foràs, conciones habituri, excurrere teneantur: & ibi hospitibus suis, sat frequenter essent onerosi; quòd præter carnes quandoque non habeant apponendum aliud; hinc est, quòd longâ experientiâ compertum habebatur, eam Regulæ arctitudinem, & rigorositatem cum exercitiis Ordinis Mendicantis difficulter valdè seruari posse; atque adeò nonnullos Ordinis Professores, tã ex fragilitate humanâ, quàm ex debilitate corporeâ insufficientes ad illam Regulam, dispendium suæ salutis, grauesue conscientiæ remotus, incurrisse. Quamplures etiam, ista pertimescentes, ab ingressu eiusdem Or-

Eugenius IV. Regulã Ordinis in tribus punctis moderauit.

Ratio postulata istius moderationis.

Digitized by Google

dinis retraherentur. Propterea Reuerendissimus Generalis, Prouinciales, & Priores locales Ordinis huius Summo Ecclesiæ Pastori Eugenio IV. supplicauerunt pro moderatione: quam ipse, *Ordinem modis omnibus fouere intensis desideriis affectans* (vt loquitur) paternâ solicitudine & beneuolentiâ præstitit. Feriis autem quartis semper, & vbique abstinentia à carnibus præcipitur seruanda, ad honorem SS. Patronæ Ordinis. Animaduertendum, illam Regulæ mitigationem non fuisse impositam sub præcepto (sicut ea, quam fecit Innocentius IV. anno 1247.) sed liberam relictam, acceptare, vel respuere; etenim in Conuentibus Cypri, & in Oliuetano admissa non fuit: & nunc Patres Prouinciæ Montis Sancti Regulam seruant absque illa moderatione, sicut & PP Discalceati eam in primordiis suæ Congregationis resumpserunt, & religiosè obseruant.

Non ideo tamen Ordo defecit in obseruantia, sanctitate &c.

548. Sunt, qui existimant Carmeli vineam à tempore istius moderationis ferè exaruisse: & est, qui Ordinem hunc post illa tempora nuncupat Carmelum exsiccatum. At, quòd errent, patescet ex dicendis parte sexta *cap.* 5. & sequentibus; nam, licèt per se primæuus Ordinis rigor Deo gratissimus fuerit, attamen ob graues causas, & legitimâ authoritate (vti hic contigit) temperiem quamdam admixtam haudquaquam Deo ingratam extitisse, probant non pauci vtriusque sexus vitæ sanctimoniâ conspicui, ac miraculis coruisci, & quamplurimi doctrinâ scriptisque voluminibus celebres, atque alij Dignitatibus Ecclesiasticis insignes, qui interea Ordinem, & Ecclesiam decorarunt: è quibus aliquos in sequentibus, loco statim indicato, referemus. Idipsum quoque ostendunt exortæ variis in locis reformatissimæ familiæ, exemplari vitâ relucentes: & confirmant Pontificia Oracula Sixti IV. Iulij II. & Gregorij, XIII. indigitantium *Ordinem ipsum illiusq; personas, inter cæteros Regularium Ordinum professores in Catholicâ Ecclesiâ militantes, tamquam Religionis exemplar, speciali charitate fulgentes &c. quodq; ex eo* (Ordine) *in agro Domini vberes fructus manarunt, & indies non mediocriter producantur.* Ita legitur in Bullis, post illam moderationem datis, de quibus suprà *parte 2. cap. 2. & 3.* Ipsam quoque Ordinis Patronam posterioribus his seculis maternalem, in sibi dicatam familiam, affectum haudquaquàm imminuisse, beneficia multiplicia, & miracula, hic consequenter referenda, euidenter satis enuntiant.

Quatuor Ordinum mendicantium Generales in Concilio Basileensi. de vnitate & cõcordia seruanda conspirant.

Anno Christi 1435. res, meritò hic commemoranda, contigit Basileæ, „ Aderant tùm ibi, occasione Concilij Basileensis, quatuor Sacro„ rum Ordinum Mendicantium Reuerendissimi Patres Generales, vide„ licet Bortholomæus Texerij Prædicatorum, Gulielmus de Casali Mi„ norum, Gerardus de Arimino Eremitarum S. Augustini, & Ioannes Fa„ ci Carmelitarum. Hi animaduertentes, ex concordia, pace, & charita„ te inter Regulares, Dei gloriam, & Christianæ plebis ædificationem „ procedere: ex eorum autem dissidiis non nisi scandala, Religionum vi„ lipendia, & contemptum, emanare; idcircò vnitatem Spiritus in vincu„ lo pacis inter se, & Religiones suas tenere cupientes: vtque Religiosi

„ fui, & posteri, ab omni semper discordia essent remotissimi; habito mul-
„ torum Prouincialium, & aliorum Sacræ Theologiæ Magistrorum
„ (qui etiam ex diuersis ipsorum Ordinum Prouinciis, ratione dicti Cō-
„ cilij, illuc conuenerant) sano ac maturo consilio, concordiæ mutuæ &
„ pacis sempiternæ fœdus inierunt: & illum in finem vtiles sanctiones,
„ seu ordinationes, communi auctoritate, & consensu, condiderunt: quæ
„ ab vniuersis eorumdem Ordinum Fratribus, vbique terrarum, perpetuis
„ temporibus, obseruari deberent; vt sic paci, & commodo singulorum
„ Ordinum, toto Orbe consuleretur. Proindè quoque decreuerunt; vt si
„ inter duorum Ordinum Fratres controuersia aliqua fuerit exorta, qua-
„ liter conuenire, & eam quàm celerrimè terminare teneantur: &, si in
„ vnam sententiam conuenire nequiuerint, tres arbitros eligant, qui in-
„ tra mensem litem iusto fine decidere teneantur: & quidquid tres si-
„ mul, aut duo eorum decreuerint, obseruetur, & robur obtineat firmita-
„ tis. Optandum, vt ista, & alia tùm ibi ordinata, illibata seruentur. „
Concordati, & pacti istius instrumentum integrum exhibetur à Ven. P. Lezana *in Annalibus* nostri Ordinis *tom.* 4. *ad* præfatum annum.

549. Anno 1438. stupendus, & ad venerationem sacrorum maximè excitans, accidit casus Neapoli, posteris traditus à Cæsare Eugenio Carracciolo Neapolitano, in libro inscripto *Neapolis sacra*, Filocalo Caputo in libro *de Imagine miraculosa Conuentus Neapolitani* sub finem, Bzouio, Spondano, Lezana in Annalibus ad dictum annum, & aliis. „ Neapolim ob-
„ sidione cinxerat Alphonsus Aragoniæ Rex: Dux exercitus erat Pe-
„ trus Frater Regis: qui cum die 17. Octobris vrbem machinis bellicis
„ premeret versùs eam partem, quâ sita est Ecclesia B. MARIÆ Carmeli-
„ tanæ, pila prægrandis ex tormento maximo explosa, testudinem dictæ
„ Ecclesiæ validè concussit, & imaginis peruetustæ ligneæ Crucifixi, quæ
„ erat in templi trabe transuersali, tabernaculum comminuit Crucifixo (ò
„ res mira!) caput inclinante, & ictum globi, summo impetu ruentis, ef- *Prodigiū in*
„ fugiente, spineâ coronâ, & capillis impositiis, quæ in capite erat, reie- *Crucifixo*
„ ctis, & sic pila casso vulnere supra portam eiusdem Ecclesiæ intra mu- *caput in*
„ rum inuolauit: quo in loco rei memoria adhuc extat. Patres Conuen- *flectente.*
„ uentus, & Nobiles ciuitatis, qui pro conseruatione dictæ Ecclesiæ, &
„ Monasterij ordinati fuerant, cernentes Crucifixi Imaginem sic infle-
„ xo capite, ne aliàs iterum explosioni exposita remaneret, in alium lo-
„ cum securiorem transferre satagebant: at immobilis perstitit. Ad istud
„ portentosum spectaculum mox innumera nobilitatis & promiscui vul-
„ gi multitudo confluxit: & per quosdam fugitiuos ex vrbe, etiam diuul-
„ gatum fuit in exercitu Regis Aragoniæ: qui fratrem monebat, ne dein-
„ ceps ciuitatem impeteret versùs illam Ecclesiam: quod cum equidem
„ faceret, die sequenti, 18. Oct obtis, ecce globus tormenti bellici ex
„ templo illo Diuæ Carmelitanæ emissus tertiò ad terram illisus, tandem
„ inuolauit in ipsius Petri caput, illudque comminuit, aut, vt aliqui scri-

„ bunt, in mare impetuosè transtulit. Rex, de tam infelici fratris exitu
„ summo dolore consternatus, biduo post obsidionem soluens, discessit.
„ Imago autem illa celeberrimâ deuotione frequentatur, & colitur. „

Initium celeberrimæ peregrinationis ad B. V. MARIAM *in Vrticeto prope Heilbrunum in Germania.*

550 Anno 1442. die 25. Aprilis, quæ S. Marco solemnis est, in Germania, iuxta Helbrunnam (seu Heilbrunum) Imago Almæ Dei Matris in Vrticeto, magnis, & stupendis cœpit subitò claresce re miraculis: & aliquantò post ibidem celeberrimum fuit constructum Monasterium, Ordini Carmelitano concessum, prout Benedictus Gononus in Chronico Mariano ad dictum annum refert ex Abbate Trithemio: qui historiam miraculorum ibi factorum, & fundationis istius Cœnobij tribus libris prosecutus fuit, in quorum primo tractat de miraculis in genere, & dignitate, ac excellentia B. Virginis MARIÆ: quodque ea humano generi ad Filium promptissima sit mediatrix & Patrona: in secundo luculentè & exactè describit initia, & incrementa deuotionis in Vrticeto, & fundationis dicti Conuentus: & quidem capite secundo, Quo tempore, quibus ex causis, & modis peregrinatio populi, & concursus cœperit ad Imaginem S. MARIÆ *in Vrticeto*: in hunc modum: „ Anno Dominicæ Natiuitatis
„ 1442. concursus admirandæ peregrinationis populi ad imaginem B.
„ MARIÆ semper Virginis *in Vrticeto* extra muros regalis Fontis salutis,
„ Heilbrunnæ, tali occasione sumpsit initium. Die XXV. mensis Aprilis,
„ quæ fuit S. Marco Euangelistæ solemnis anno prænotato Clerus &
„ populus memorati oppidi Heilbrunnensis cum Reliquiis Sanctorum,
„ vt in Litaniis maioribus fieri solet, Ordine turmatim dispositio, extra
„ portam ad vicinam Ecclesiam in Baeckingen, (quæ antiquitùs Parochialis) deuotionis gratiâ processerunt. Stabat iuxta viam à latere paululùm vltrà portam Vrbis in muro cuiusdam agelli Beatissimæ Virginis
„ MARIÆ sculpta imago vespertina IESVM iam mortuũ filium repræsentans in sinu de cruce depositum, ad cuius venerationem propter stratam continuè lutosam, & multitudinem vrticarum per circuitum muri
„ crescentiũ nemo quærebat accessum: vnde penitùs in obliuionẽ deducta
„ negligebatur ab omnibus, nec quisquam prætereuntium, vt nobis consuetudo est non optima, dixisset vel semel AVE MARIA. Vix enim &
„ cum difficultate videri poterat à propè transeuntibus, propter magnitudinem vrticarum: sed non patiens hanc iniuriam statuæ matris suæ
„ diutiùs Omnipotens Deus virtutem fidei Christianæ, quam ad eius facere memoriam ab æterno disposuit, in præscripto tempore mirabili
„ concursu populorum taliter inchoauit. Nam plebe cum Clericis ad Ecclesiam prænominatam in Baeckingen ordinatâ processione ad Imaginem
„ præeunte, nec vnus quidem homo, qui pedem sisteret in loco vrticarum, comparuit. Cùm verò redirent eodem ordine versùs vrbem tãta peregrinorum ibidem multitudo cõuenerat, vt ciues verteret in stuporem. Quid dico stuporem? & non potiùs in metum? interim quippe, quòd ciues ipsi orationibus consueris vacabant in Ecclesia, confluxerat

Ex Abbate Trithemio, qui de ea Scripsit tres libros

Digitized by Google

„ xerat de viculis & pagis circumuicinis hominum pluſquam quingen-
„ torum turba cum oblationibus variis ad Imaginem ſingulari & mi-
„ rando feruoris affectu B. MARIÆ deuota. Hanc à longè ciues multitu-
„ dinem videntes conueniſſe in vnum, & neſcientes cauſam, nimiùm a-
„ nimis perturbati ſunt, & ſubordinatos vel hoſtes, vel inſidiatores rei
„ ſuæ publicæ conueniſſe putauerunt. Verùm poſteaquàm didiciſſent
„ per intermiſſos cauſam tam inſperati conuentus, timor conuerſus eſt in
„ lætitiam, & ſtupor in admirationem. Primum hoc omnium in illo tem-
„ pore miraculum ad memoriam B. MARIÆ *Virginis in Vrticeto* factum
„ extitit, quod tanta multitudo populi diuinitùs inſpirata ſubitò ſimul in
„ vna hora conuenit. Ex eo tempore concurſus ille ſemel inchoatus per
„ annos iam ſeptuaginta duos ſine intermiſſione continuatur vſque in
„ præſentem diem: & penè infinita numero ad inuocationem nominis
„ caſtiſſimæ Dei Genitricis MARIÆ facta ſunt in eo loco miracula, quo-
„ rum veritas multis eſt teſtimoniis bonorum hominũ comprobata ſuffi-
„ cientiſſimè. „ Hactenùs ex Trithemio.

551. *Capite* 3. refert quomodo *Imago B. Virginis in Vrticeto* locuta fuerit cuidam mulieri volenti eam auferre. *Capite* 4 commemorat mirum concurſum ægrorum ad Vrticetum, & iuuamina, aut leuamina inde relata. *Capitibus* 5. 6. & ſequentibus vſque ad finem libri iſtius accuratè agit de conſtructione Eccleſiæ, & Fundatione Monaſterij in Vrticeto: & quẽadmodum ea Conſules Heilbrunenſis Vrbis de conſilio, & aſſenſu D. Gotfridi Herbipolenſis Epiſcopi, Orientaliſque Franciæ Ducis, non ſine myſterio prouidentiæ diuinæ, cum omnibus appendiciis rebus, & oblationibus ſuis, in poſſeſſionem perpetuam tradiderint Ordini Fratrum B. Virginis MARIÆ de Monte Carmelo: quam donationem, traditionem, & incorporationem Ordini huic factã confirmauit Nicolaus Papa Quintus anno 1447. *Capite* 13. ſcribit de venerabili, & celebri Confraternitate in Vrticeto, ſub memoria & honore beatiſſimæ ANNÆ auiæ Chriſti: & eâ occaſione de antiqua & ſingulari huius Ordinis erga Dominicam parentelam, Diuam ſcilicet ANNAM, B. IOACHIM & S. IOSEPHVM: de qua actum eſt ſupra. [a]

In Vrticeto inſignis Eccleſia & Monaſterium conſtruuntur: Ordini Carmelitano traduntur.

[a] Cap. 24. n. 439.

552. Libro tertio per totum enarrat admiranda, & ſanitatum beneficia ad inuocationem *Dominæ noſtræ in Vrticeto* præſtita: è quibus ad laudem Dei Omnipotentis, à mundo condito miſerentis, & mirabilia operantis, ad honorem Deiparæ ſemper immaculatæ Virginis, ſuper omnes Sanctos miris prodigiis celebratæ, atque ad profectum, & vtilitatem legentium quædam ſuccinctè recenſebimus. Puer in Thermis Badenſibus ſubmerſus, alius dum naſcitur mortuus, alius ex alto prolapſus, contritus, & defunctus ad vitam reuocati fuêre. Cæci duo viſum, duo etiam claudi greſſum, & mulier muta loquelam receperunt. Plures à calculo, hernia, morbo epileptico, peſte, paralyſi, febribus aliiſque infirmitatibus ſanitatem retulerunt. Duo pueri, & vir vnus ſub onuſtis carris grauiter colliſi,

Miracula plura ibi patrata.

SS. Virgini in Vrticeto commendati, subitò conualuerunt. Mulier quædã bestiolis sanguisugis in visceribus tumida mirabili torquebatur cruciatu, frustrà tentatis remediis pluribus, per annos quatuor: tandem Matri Misericordiæ in Vrticeto facto voto mox eas omnes (erant centum quinquaginta) è ventre per os emittens, eâdem horâ sanata fuit. Vir nobilis in altissima turri captiuus, & compedibus ferreis durissimè constrictus, auditis miraculis in Vrticeto patratis, ad Diuam, miserorum asylum, deuotis precibus confugiens, mirabiliter liberatus fuit: similiter alius ab hostibus captus, & funibus fortiter ligatus eidem afflictorum Consolatrici se commendans, solutis illicò vinculis liber euasit, & Liberatrici suæ in Vrticeto promissa soluit. Fœmina malis geniis infessa, & diu possessa, ac diabolico furore vehementer agitata, ante Sacram Imaginem in Vrticeto vindicata, & sibi, suisque reddita fuit. Illa, & alia, numero quadraginta nouẽ (quæ vno eodemque anno, nempe 1442. contigerunt) ibi prosequitur Trithemius: quæ sigillatim hic referre nimis prolixum foret.

De Ferdinando Rege Catholico, quidq; de eo prædixerit Religiosus huius Ordinis Neapoli.

553. Anno 1450. eo die quo in Hispaniis natus est Ferdinandus Rex, *Catholicus* cognominatus, Religiosus quidam Ordinis huius, opinione sanctitatis, & litteris clarus hæc patri eius Alphonso Regi, tum Neapoli existenti, prænunciauit: *Hodie in Hispania citeriori puer tui generis est natus, cui cælum noua Imperia pollicetur, ingentes opes, felicitatemq;, pio præ cæteris, Religionisque cultori, & amplificatori præclaro.* Ita Mariana *de rebus Hispanicis* [a] Lucius quoque Marinæus Siculus libro 19. historiæ Hispaniarum [b] idem sic refert: *Neapoli die, quo natus est puer* (Ferdinandus) *Vir quidam Religiosus Ordinis Carmelitarum, homo litteris, & moribus insignis, ad Alphonsum Regem in Castellum nouum veniens; hodie, inquit, Rex, in Hispania citeriori puer tui generis natus est, qui maximus olim inter Christianos Principes nominabitur; quippè qui res magnas, multas, & sanctas, domi, foriscq; geret, quibus fidem nostram, Religionem Christianam, & Hispaniæ nomen altius attollet.* De nato illâ die filio lætissimum nuntium aliquantò post accepit Pater. Vaticiniũ quoque istud de Ferdinando adimpletum noscitur anno 1492. quo ille Granatæ Vrbem & Regnũ gloriosè eripuit è potestate Maurorum, seu Saracenorum, postquàm ibi dominati fuissent annis 780. eodemque anno 171. familiarum millia Iudaici generis (quæ ad octies centum millium capitum à quibusdam dicũtur fuisse) ex Hispaniæ finibus expulit, ac propterea CATHOLICI REGIS cognomen ei, vtpote Catholicæ fidei strenuo defensori, & insigni amplificatori, ab Innocentio VIII. attributum, & ab Alexandro VI. ac Iulio II. confirmatum fuit.

[a] Lib. 25. c. 18.

[b] Cap. 3.

Euentus vaticinij veritatem probauit.

Stellarij deuotio commendata à V. P. Ioanne Soreth, & in Belgio practicata.

554. Sub an. Christi 1468. deuotionem specialem stellarij, seu Coronæ B. Virginis Stellarum duodecim (cuius primus author à quibusdam reputatur V. Petrus Eremita, aut iuxta alios S. Cyrillus, seu S. Bertholdus) B. Ioannes Soreth, Ordinis supremus Antistes, Bruxellis, & per totum Belgium nostris ita commẽdauit, vt ab eo tempore maximo in pretio fuerit; quia multi Rosaria sua in tali forma per duodecim globulos habent:

Digitized by Google

bent: quos æmulabatur pius, & perdoctus Pater Hieronymus Gratianus à Matre Dei, iis in partibus vitâ, & morte clarus. Hanc Coronam Fratres noſtri Belgæ (vtinam & aliarum nationum !) feruidè prædicant, fructuosè promouent; & ad ipſam recitandam Confratres exhortantur. Ita Lezana *in libro de ſingulari patrocinio B. Virginis* MARIÆ [a] vbi obiter notat, illam deuotionem longè alienam eſſe à quodam abuſu, à S. Inquiſitionis Officio interdicto. Conſtat autem Stellarium globulis tribus maioribus, ad quos in honorem SS. Trinitatis dicitur *Pater noſter*: ac minoribus duodecim, & ad ſingulos recitatur *Aue Maria* in memoriam 12. priuilegiorum ſingularium, præſtitorum SS. Virgini Deiparæ.

[a] Cap. 11. n. 17.

555. Bzouius in Annalibus [b] & Euſebius Nerimbergius in Trophæis Marianis [c] ſic referunt mirabilem inuentionem Imaginis SS. Virginis Deiparæ, Rochetanæ in Conuentu noſtro Rupeculæ: „ Non procul à „ Geneua (ager eſt Rochetæ) Paſtor quidam oues paſcebat cùm è vici- „ no ſpineto aliquoties audiuit planctum. Tandem cùm frequentiùs eũ „ eiulatum audiret, acceſſit & Iconem Deiparæ in ſpinis iacentem vidit. „ Tangere religioni ducens, ad proximos PP. Carmelitanos rem defert. „ Qui eò accedentes, & ipſi eumdem eiulatum audierunt, & Imaginem „ compererunt. Quam ad templum ſuum conati transferre, nihil promo- „ uerunt. Vnde velle Diuam ſe ibi coli intelligentes, ibidem extempo- „ raneum Oratorium extruxerunt. Quo loco crebreſcentibus miraculis „ magnificum templum eſt ſuperædificatũ. Hanc Imaginem quidam ex „ Delphinatu clam ſubtraxerat, & in quodam eius Prouinciæ tẽplo col- „ locarat: at die ſequenti miraculosè reperta eſt in eo loco, vnde fuerat „ ſubtracta. Hinc maior deuotio, hinc frequentiora miracula. „ Eadem ſcribunt Balinghemius, & Aſtalfus in Hiſtoria vniuerſali Imaginum Deiparæ [d]. Conuentus ille noſter eſt ſub Prouincia Prouinciæ: & intra breue ſpatium in tantam excreuit capacitatem, vt anno 1488. in eo celebratum fuerit Capitulum Generale totius Ordinis. De eiuſdem fundatione, ratione iſtius miraculi, agitur in Annalibus Ordinis ad dictos annos, & ad poſteriorem adiungitur: *Ipſius autem Virginis Matris Icon in maiori Altari repoſita populi frequentiâ ſic colitur, vt iure à Deo id factum credatur, vt quam Geneua, Rupeculæ proxima Ciuitas, Chriſtianitatis ſententia, infidelitatis pœdore minuit, Virginis piißimæ interceßio tueatur.*

[b] Ad ann. Chr. 1485. n. 20.
[c] Lib. 6. c. 26.
Mirabilis inuentio imaginis Rochetanæ ſeu Rupeculæ.
[d] Ad ann. 1485.

556. Biennio poſt, anno videlicet 1487. Raconiſij, in Allobrogum Ducis ditione, Paſtori cuidam ſurdo & muto apparens B. Virgo MARIA eiq́ue auditum, & loquelam reſtituens, ſignificauit, ſibi eo loco Eccleſiam conſtrui velle. Per miraculum ille eloquens euaſit: quòd que viderat, & audierat renuntiauit Oppidanis, eoſq́ue permouit ad ædificationem templi: cui etiam adiunctum fuit Monaſterium, Ordini noſtro Carmelitano adſcriptum. Ita habet idem Bzouius *ad iſtum annum* [e].

Monente B. Virgine tẽplum ædificatur & Monaſterium adiũgitur.
[e] Bzouius tom. 18. ad ann. 1487. n. 13.

557. Interlapſo nouennio (anno ſcilicet 1496.) in Luſitania à Rege Emanuele, eiuſue nomine, tradita fuit Ordini, & collocata in Conuentu

nuncupato

De Imagine Deiparæ miraculis illustri dicta la Vidiguera.

nuncupato De la *Vidiguera* seu Reliquiarum, Imago SS. Virginis, miraculis celebris. Vnum valde illustre, & manifestū refert Ludouicus Granatensis *in Catechismo suo* [a] subitam scilicet sanitatem redditam puellæ paralíticæ, filiæ cuiusdam Comitissæ, deprecanti ante istam Imaginem: de quo miraculo ipse testatur *fuisse tam magnum, tam certum, atque notum, vt si gentilis essem, satis esset, quod me ad fidem conuerteret, non aliter ac satis fuit illud, cum Naaman per Prophetam Eliseum à lepra liberatus fuit.* Ita Granatensis. Est etiam in Cathalonia Conuentus Illerdensis decoratus insigni Imagine SS. Virginis miraculis illustri. Vnum valde notabile refert Lezana ad annum Christi 1278. de duobus nouitiis ætate tenellis, qui, piâ, & puerili simplicitate moti, crebrò portionem cibi sui offerebant puerulo IESV, qui erat inter brachia Imaginis B. Virginis MARIÆ in clausto. Quam grata fuerit & Filio & Matri deuota illa simplicitas, bini euentus valdè notabiles testantur: prior quidem, in vita; quòd aliquando cum ob defectum commissum, Superioris veriti disciplinam, puerili ducti timore fugissent è Monasterio, mirabiliter fuerint reducti per ipsam piissimam matrem: posterior verò post obitum; quædam enim apiculæ cærulei coloris, lucidæ, pulcherrimæ, mirabilemque spirantes odorem, ex eorum sepulchro quotannis prodire cernantur. Id latiùs descriptum videri poterit dicto loco apud Lezana: qui ipse, in libro inscripto *Maria Patrona* [b] cõmemorat quòd Conuentus Valentinus, etiam in Hispania, pulcherrimâ Carmeliticæ Virginis effigie, vulgo *la Morenica*, miraculis illustri, decoretur. Ibidem collectim plura alia Ordinis Cœnobia recenset, in quorum Ecclesiis eiusdem Almæ Virginis Icones, miraculis insignes ac patrocinij in eum Ordinem indices, celebrantur.

[a] Lib. 2. c. 27. §. 11.

[b] Cap. 10. n. 15.

CAPVT XXXVI.

Euentus circa hunc Ordinem speciali ratione memorandi ab anno 1500. *ad* 1600.

Imago SS. Virginis MARIÆ Neapolitana dicta Romã defertur, solēniter recipitur.

558. ANno Iubilæi 1500. processionaliter Romam delata fuit, & ab Alexandro VI. Summo Pontifice, cum Cardinalibus, populoque Romano solemnissimè recepta Venerãda Imago SS. Virginis Deiparæ DELLA BRVNA nuncupata, quæ in Ecclesia Ordinis huius, Neapoli (*Neapolitana* inde dicta) colitur, estque adeò famosa, vt, post Lauretanam, nulla in tota Italia habeatur celebrior: deuotionis Sacrarium, in omni necessitate refugium, & propitiatorium, ac consolationis emporium. De qua proinde R. P. Lezana *tomo* 4. *Annalium*, [c] scribit: *Miracula porrò huius sacerrimæ Imaginis quis numerabit, nisi qui numerat multitudinem stellarum? Libri pleni sunt,*

[c] Ad ann 1269. n. 4.

Digitized by Google

ne sunt, vt præsertim, quos Franciscus de Rosa Neapolitanus Notarius, & Philocalus Caputus scripserunt. Singularia prorsùs sunt quæ isto anno Iubilæi contigerunt, & in itinere, & mox post, sanitati restitutis cœcis, surdis, claudis, aliisque infirmitatibus incurabilibus laborantibus, & campanis vltrò, nemine trahente aut attingente, suavè resonantibus. Ita referunt præfati authores: & strictim Lezana eodem loco & ad ann. 1500. Quæ Benedictus Gononus *in Chronico Mariano ad annum* 1500. sic paucis commemorat. *Sequitur annus Domini* 1500. *in quo scilicet Imago pulcherrima B. Virginis, quæ Neapoli in Conuentu Carmelitarum colitur, miraculis clarere cœpit. Quâ Romam delatâ, tempore Iubilæi, omnes infirmi ineundo, & redeundo, auxilium B. Virginis deuotè implorantes, sanitatis beneficium consequebantur. Ex quo tempore non cessauit facere miracula.* Varia ex illis compendiosè referuntur hîc infrà. *a*

Miracula ferè innumeris celebratur.

a Nu. 572. & 573.

559. Eodem anno Gandaui (quæ Flandriæ est metropolis) nouum, & fulgentissimum inter Christianos Principes illuxit Iubar CAROLVS V. cuius ortus meritò apud Catholicos recolendus, quòd ipse, magna illa Aquila olim prænuntiata in Oraculo Angelico per Angelum tradito S. Cyrillo (prout ad hunc annum annotat Lezana) cœcutientes noctuas, notatores Lutheranos, vi, armis, sobole represserit, nè vlteriùs Ecclesiam discerperent. Specialiter quoque iubilante animo natalitius eius à Carmelitanâ Religione recolendus est: tùm quòd mater eius Ioanna Regina in Ecclesia nostri Cœnobij Gandauensis diuinis audiendis piè intenta, prægnans, proximi partus signa & dolores sentiens, quantociùs indè egressa ad Regium Palatium, talem mundo prolem editura, veheretur. In cuius rei memoriam sumptuosum, & regiâ liberalitate dignum donauit SS. Sacramenti tabernaculum: quod, sicut alia Ecclesiæ sacra vasa, ornamenta, Reliquias, circa annum 1578. hæreticorum sacrilega impietas abstulit. Tum quòd plures è nostris singulari beneuolentiâ complexus, & beneficiis fuerit prosequutus; erat enim illi à confessionibus, & secretis consiliis Ioannes Briselotus Vallencenēsis, factus exinde Abbas Altimontensis, nec non Archiepiscopus Arborensis, & Sardiniæ Primas (de quo alia *parte* 6. cap. 6.) & à Concionibus Ferdinandus de Barco Episcopus Salaminensis. Memorandum quoque est, quòd festo S. Anthonij 17. Ianuarij anno MD. stylo veteri (sed stylo nouo MDI.) Philippus Pater Caroli, Rex Castellæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ &c. Bruxellensis nostri Conuentus Ecclesiā solemni Equitum Aurei Velleris inaugaratione illustrarit. Creati tùm ibi fuêre Ordinis istius Equites *Wolfangus* Dominus de Polhein: *Eitelfricus* Comes de Zollern: *Cornelius de Berghes* Dominus de Sduenberghes: *Philippus* Bastardus Burgundiæ, Architalassus maris Belgici, Dominus de Somerdyck: *Michael de Croy* Dominus de Sempij: *Ioannes de Luxembourg* Dominus de Ville: CAROLVS AB AVSTRIA Dux Luxemburgi, postea Rex Hispaniarum & Imperator præfatus. Cernuntur vsque modo in choro eiusdem Ecclesiæ multorum Regum, & Principum, etiam Equi-

Carolus V. nascitur Gandaui.

Mater eius partus signa præsentit in Ecclesia Carmelitana.

Ordini huic peculiariter affectus fuit.

Eius Pater Philippus Comitia Aurei Velleris celebrat Bruxellis in Ecclesia Carmelitana.

tum Ordinis illius, insignia gentilitia, cū titulis, & inscriptionibus suis: quas ibi edaci tempori tributaria, æternæ memoriæ consecrauit R. D. Antonius Sanderus, in magnifico suo opere BRABANTIÆ ILLVSTRATÆ agens de Carmelo Broxellensi. Ipse etiam Maximilianus Imperator, præfati Philippi Pater, & Caroli V. Auus, huic Ordini peculiariter addictus, & beneficus extitit: prout in *Athenis Belgicis* annotat Franciscus Swertius, scribens de Ægidio Fabro, vbi inter alia hæc habet: *Ægidius Faber, Bruxellensis, Carmelitani Ordinis Doctor Theologus Louanienſis, celeberrimus sui seculi Ecclesiastes &c. Tantæ authoritatis locum apud Maximilianum Imperatorem est adsecutus, vt suis eum consiliis adhiberet, & plurimis Carmelitana Cœnobia beneficiis adficeret.* Eadem ferè habent Petrus Lucius *in Bibliotheca Carmelitana*, & Antonius Possevinus *in Apparatu sacro.*

Occasione Imaginis miraculosæ Ecclesia huic Ordini constituitur.

560. Anno 1504. in Italia, duobus milliaribus à Mantua, extra portam S. Georgij, in via Veronam versùs, contigit, vt cum Imago Deiparæ quædam in parua tabula fraxinea ab arbore pendente delineata esset, & ad eius honorem duo cerei ibi affixi, à duobus illàc transeuntibus rusticis auferrentur. Beatissimâ Virgine iniuriam vlciscente, illi, marmoreæ instar statuæ, gressu præpediti fuerint: sed, errore agnito, ad ipsam, Misericordiæ matrem, voto, & precibus, recurrentes, veniam perceperint. Re ergo vulgatâ, ad honorem tantæ Virginis DE FRAXINO iam dictæ, Ecclesia Mātuani Episcopi iussu fuit erecta. Quæ tradita fuit Ordini nostro Carmelitano, sub Congregatione Mantuana. Ità refertur *in Historia Mantuæ* a authore Donemundo. In Annalibus Ordinis ad annum Christi 1510. commemoratur Conuentus S. MARIÆ LAVRETÆ in loco Campaniæ, Ordinis quoque nostri, etiam iuxta Mantuam: qui eo anno initium habuit, occasione cuiusdam diuinæ reuelationis Francisco Secundo Mantuæ Marchioni, dum animi laxationis gratiâ circa eum locum venationi vacaret.

a P. 2. l. 6. & 7.

561. *Anno 1510. Fratres Ordinis* B. MARIÆ *Virginis de Monte Carmelo, Generale sui Ordinis in Neapolitana ciuitate Capitulum celebrantes, dum ad sua quisq; redire disposuerat, capitulo iam terminato Prouincialis, Priores, & Fratres de insula Siciliæ nauem intrantes, versùs Siciliam nauigare cœperunt; cum verò altum mare mediterraneum aliquamdiu sulcassent, piratæ ex Africa Saraceni, irruptione factâ, omnes simul, numero quinquaginta, cum nauibus captos abduxerunt, sed quorsum sint delati, nec hodiè certum habetur.* Ita refertur in Ioannis Naucleri *Chronico memorabilium ad annum* MDX.

562. Sub ea tempora, aut aliquantò post accidit Bruxellis multū admirandus casus, quem, eruendæ, & illustrandæ antiquitatis studiosissimus R. D. Antonius Sanderus *in* BRABANTIA ILLVSTRATA, scribens de Cōuentu Carmelitano Bruxellensi, in hunc modum enarrat: „ Leo Bru„ xellis erat, diutino cum hominibus conuictu cicur factus, & vix præter „ ipsam leonis speciem, leonini aliquid præ se ferens, iamque passim expe„ rientia docuerat non timendum. Ducebatur per plateas: Leo videba-

tur;

„ tur; erat agnus. Dum, vt sæpe, obambulat post rhedam Domini sui,
„ puerulus (Daniel Pinus è nobili oriundus domo) sensit ferocientem; ete-
„ nim patulo rictu paruulum aggreditur, & ad vsque pectus cõdens fau-
„ cibus, tantùm non absorbet. Mater videt, & non ausa gressu ad filium,
„ voto currit ad DIVAM Carmeli. MARIA (hoc votum) *tuo dabitur Or-*
„ *dini filius, si illæsus dentes euadat Leonis: audi* SCAPVLARIS *Mater*! Hæc di-
„ xit, illa audiit, & intactum puerum molliter deposuit Leo. Voti rei pa-
„ rentes, Filium in Carmelitano Ordine obtulerunt, dicauit ille se Sospi-
„ tatrici suæ DIVÆ, vitamque in illius finiuit obsequio, cuius debebat,
„ quòd tam diu duxerat, beneficio. Iam voto parentes satisfecerant, & de
„ voti memoria erant soliciti: hanc inuenit pia animi deuotio. Ornamen-
„ ta altaris ex puro puto auro contexta confici fecerunt, non minùs arte
„ quàm pretio æstimanda. Casulam fecerunt, tunicellas, antipendium,
„ cæteraque ad S. Missæ sacrificium paramenta. Altaris antipendium to-
„ tam rei exhibebat seriem opere phrygionico pictam; nimirum Leonem
„ patulo rictu puerum absorbentem, Matrem filij anxiam, *Carmeli* DI-
„ VAM, thaumaturgæ Vestis è nubibus insigne ostentantem: scriptum
„ argenteis legebatur literis, *De ore Leonis libera me Domine.* Viuunt etiam-
„ num plures, qui ornamentum illud acu, vt dictum, elaboratum & gen-
„ tilitiis familiæ insigniis vtrimque ornatum, se vidisse, mihi testati sunt.
„ Extat adhuc S. Lintei (corporale vocant) tegumentum (bursam nun-
„ cupant) ex auro, simili phrygionico opere contextum. Prophetæ Da-
„ nielis (quod paruulus, qui Virginis intercessione à Leonis dentibus est
„ seruatus illæsus ominosâ quasi sorte Daniel vocaretur) repræsentat
„ historiam. In superiore bursæ parte hic, non elegantiam sed æui illius
„ simplicitatem redolens, versus legitur:

„ *O animæ Sospes* IESV, *me eripe fauce leonum.*

„ Cui in inferiori alius sic respondet:

„ *Sim* DANIEL PINVS, *altâ merser neuè palude.*

Huc vsque ex Sandero, sed abbreviatà; nam & alia circa hoc habet. Tegumentum illud, seu custodiam corporalium in qua historia illa exhibetur, sepiùs vidi, & eâ in Missa vsus fui ego F. Daniel à Virgine MARIA.

Etiamnum viuunt ex istius Religiosi Danielis Pini familia, inter primarios Vrbis Bruxellensis, qui è parentibus & auis se audiuisse asserunt, puerulum per aliquot plateas inter fauces leonis, circumlatum, & interim à Matre B. Virgini MARIÆ de Monte Carmelo commendatum à Leone fuisse depositum in limine ipsius Ecclesiæ Carmelitanæ.

563. In Annalibus Ordinis ad annum 1511. Scribitur de Imagine Deiparæ Virginis, CORONATÆ nuncupatæ, quæ opere Gothico sculpta, & coronam habens in capite, cum campana reperta fuit à quibusdam agricolis: & primùm in quodam Eremitorio, deinde in Conuentu nostro Giennensi, Prouinciæ Bœthicæ, ibidem constructo, ac postea, ob aëris in-

De variis Imaginibus quæ in Hispania in Ecclesiis huius Ordinis miraculis coruscant.

temperiem, translato, miraculis coruscat. Ab antiquis Christianis, tempore Gothorum, in Hispaniis dominantium (qui circa annum 585. operâ S. Leandri, relictâ Arianâ impietate, Catholicam amplexati fuêre fidem) fabricata, ac postmodum abscondita creditur. Plures autem eiuscemodi Imagines in Hispaniis, temporibus persecutionum, per Mauros abditas, nè ab infidelibus violarentur, & postmodùm mirabiliter repertas, suprà quoque indicauimus.

Eusebius Nerimbergius *in Trophæis Marianis* [a] agit de duabus Imaginibus, quæ in singulari veneratione coluntur in Monasterio, quod vulgò dicitur *de las Mirauillas*, Monialium Ordinis nostri B. MARIÆ de Monte Carmelo: „ Vna est *Domina nostra de Villa Escusa*; quoniam propè istud „ Oppidum miraculosè reperta. Cum enim quidam eques peregrinare„ tur per montana Boetica, dicta *Sierra Morena*; amisso noctu itinere, lu„ minosum procul ignem conspexit, illucque accedens, vidit iuxta quã„ dam dirutæ domus materiem emicasse illum splendorem ex quadam „ Deiparæ Imagine reiectâ, quam deuotissimè accipiens, eam promisit „ hæredem suam instituere, debitoque Madriti, ac decenti locauit Alta„ ri, in templo S. Antonij; quod ipse exstruxit; vbi etiam Carmelitanæ „ Virgines Hospitium habuerunt. Altera Sacrata Icon est illa quæ dicitur „ DOMINA NOSTRA DE MIRABILIBVS, vndè accepit nomenclaturam „ illud Monasterium, nec alio agnoscitur nomine quam DE LAS MA„ RAVILLAS. Hæc miraculosa Imago delata ex Salamantica in pignus „ quadraginta Regalium (quibus vectionis eius pretium fuit solutum) „ tradita est: deinde irreuerenter reiecta in antrum, latuit triennio, donec „ pia paupertas cuiusdã fœminæ eam redemit, quam domi suæ venera„ ta tot experta est beneficia, & mirabilia, vt iuberet Vicarius Madriten„ sis, eam in Religioso aliquo loco, aut templo collocari, publicè colendã; „ & per nouem sortes mirabiliter est semper electum prædictum Mo„ nasterium; vt testatur Quintana *lib. 3. cap. 112.* „ Hæc Nerimbergius.

[a] Lib. 5. c. 52. & 53.

Anno Christi ignis culus exarsit, quo magna Europæ pars vstulata fuit postea.

564. Annus Christi 1517. funestus accidit nedum Ordini huic, sed & toti Ecclesiæ, pestilentis hæresis exortu, conditore Luthero: eum aliquantò post secutus fuit Caluinus; qui, vt duæ infernales bestiæ, de abysso ascendentes, incendium excitarunt ingens, quo tota ferè Europa mox cõflagrauit: cui miserè inuolutæ fuerunt sex Ordinis huius Prouinciæ, Angliæ, Hiberniæ, Scotiæ, Bohemiæ, Saxoniæ, & Daciæ, quæ penitùs interierunt, omnibus omninò Conuentibus per hæreticos destructis, aut occupatis. Aliæ autem omnes Prouinciæ nostræ in Gallia, Germania, & Belgio, grauiter vstulatæ fuerunt, Conuentibus plerisque dirutis, vel expilatis, ac Religiosis inde fugatis, aut interemptis. Idem euenit aliis Religionibus. Mira autem Dei prouidentia nullum grande malum sinens absque singulari remedio, Ecclesiæ suæ prouidens, binis istis monstris duo opposuit alexipharmaca. Seraphicam scilicet Virginem Teresiam, natam anno 1515. biennio antequam Lutherus contra Indulgentias declamare inci-

peret

peret: & S.Ignatium, qui eodem tempore quo Nouiodunensis illa vipera virus suum in Gallia euomere cœperat, illi ibidem *Societatem* IESV obiecit; cui, vnà cùm sex sociis sanctimoniâ, & doctrinâ claris, initium dedit, in Ecclesia SS. Virginis MARIÆ haud longè à Parisiis, festo Assumptionis eiusdem, anno 1534. quo tempore Anglia ab orthodoxa Religione defecit. Porrò historia lamentabilis illius desolationis, & stragis; quam subiit infelici illo seculo Carmelitana Religio, & subsecutæ deinde instaurationis specialiter exhibebitur infrà *par.* 4.

An. 1534. iacta fundamenta Societatis IESV, *quo Anglicanū est cœptum schisma.*

565. Circa annum Christi 1528. ad excitandam refrigescentem fidelium deuotionem, & ad præcauendas, à nonnullis motas, aut quę moueri posse videbantur, contradictiones, quoad singularissimam Ordinis huius Religiosis professis, nec non Confratribus S. SCAPVLARIS, Priuilegium, meritis Beatissimæ Virginis MARIÆ concessum, nempè liberationis animarum eorumdem ex Purgatorio, Sabbatho post illorum obitum; Romanus Pontifex Clemens VII. ad supplicationem Prioris Generalis, Prouincialium, & Priorum, Bullam Ioannis XXII. *Sabbathinam* nuncupatam, Priuilegium istud, iussu ipsius Virginis Deiparæ, approbantis & publicantis, & Alexandri V. eadem confirmantis, etiam roborauit duplici Diplomate, priori dato anno 1528. cuius initium est: *Dilecti filij*, posteriori autem (prioris explicatiuo) concesso anno 1530. & incipit: *Ex Clementi.* Vtraque illa Bulla asseruatur in Archiuio Ordinis Romæ, in Conuentu Transpontino: prior etiam refertur à Rodriquez *in Bullario suo inter Constitutiones Clementis VII.* posterior extat quoque *in Bullario Laertij Cherubini tomo* 1. *inter Bullas Clementis VII. numero* 31. in qua hæc leguntur „ Sanè pro „ parte dilectorum filiorum Nicolai Audet Generalis, ac Prouincialium, „ & Priorū domorum Ordinis B. MARIÆ Virginis de Monte Carmelo, „ nec non Confratrum vtriusq; sexus, Confraternitatum in Ecclesiis do„ morum eiusdem Ordinis institutarum, nobis nuper exhibita petitio con„ tinebat, quòd aliàs felic. record. Ioannes XXII. & Alexander V. Rom„ Pontif. prædecessores nostri vniuersis, & singulis Christi fidelibus, qui „ Confraternitatem de Monte Carmelo ingredi, seu Confratrum Con„ fraternitatum huiusmodi numero ascribi, ipsiusque Ordinis statuta ob„ seruare, ac habitum dicti Ordinis deferre, seque Fratres & Sorores di„ cti Ordinis appellare, ita tamen quòd si mulier virgo castitatem, vidua „ verò continentiam, coniugata matrimonij iura, prout Sancta Ecclesia „ præcipit, tempore earum ingressus inuiolabiliter seruare velle promitte„ rent & obseruarent, tertiam partem suorum peccatorum in Domino „ relaxarunt, ac ipsa Gloriosissima Dei Genitrix semper Virgo MARIA „ ipsorum Confratrum, seu Religiosorum, ac Sororum animas post eorū „ transitum suis intercessionibus continuis, piis suffragiis, & speciali pro„ tectione adiuuabit. „ (Notandum, quòd per *promittere* ibi non intelligatur verum votum, sed dumtaxat propositum seruandæ castitatis iuxta statum suum) & alijs interiectis: „ Nos igitur dicti Ordinis, quem præ

Clemens VII. duplici Bullâ Priuilegium Sabbathinum confirmat.

Conditiones necessariæ vt quis mereatur adiutorium B. V. MARIÆ præstandū Sabbatho post mortē.

Digitized by Google

„ cæteris in visceribus gerimus charitatis, prosperum, & tranquillum sta-
„ tum, ac animarum salutem paterno zelantes affectu, huiusmodi suppli-
„ cationibus inclinati, Ioannis & Alexandri, ac aliorum prædecessorum
„ literas, ac per eosdem prædecessores omnia & singula priuilegia &c.
„ quorum omnium tenores præsentibus sufficienter expressis & insertis
„ haberi volumus, authoritate Apostolicâ tenore præsentium approba-
„ mus, & innouamus, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere, & inuiolabili-
„ ter obseruari debere. „

566. Quadriennio post Paulus Tertius istud Clementis VII. Diploma, & Priuilegia in eo renouata, ac confirmata, suæ Bullæ, cuius initium est: *Prouisionis nostræ datæ Romæ anno* 1534. inseruit, iterumque confirmauit his verbis: *Nos tenorem quarundam literarum felic. record. Clementis Papæ VII. prædecessoris nostri in Registro ipsius prædecessoris compertum* &c. qui talis est: *Clemens*: &c. Et post integram Clementis Bullam descriptam subiungit:

Idem Priuilegiũ etiã confirmat Paulus III.

„ Cæterùm, vt earumdem tenor literarum hîc insertus omnimodam rei,
„ seu facti certitudinem faciat, Authoritate nostrâ decernimus, vt illud
„ idem robur, eãdemque vim, eumdemq; vigorem dictus tenor habeat,
„ quæ haberent originales literæ, supradictæ, ac eadem prorsùs eidem
„ tenori fides adhibeatur, quandocumque, & vbicumque, siue in iudicio,
„ siue alibi, vbi fuerit exhibitus, seu ostensus, & eidem tenori firmiter ser-
„ uetur in omnibus, sicut eisdem Originalibus literis daretur, si forent ex-
„ hibitę, & ostensæ. „

567. Priuilegium istud *Sabbathinum* per dictos Ioannem XXII. Alexandrum V. Clementem VII. Paulum III. aliosque Pontifices concessum, & confirmatum, etiam Pius Quintus *motu proprio*, vt loquitur, *authoritate Apostolicâ approbauit*, per Bullam, quæ incipit: *Supernâ dispositione*, datam 1566. cuius Originale, cum sigillo plumbeo, est in Archiuio Transpontino: prout Lezana (qui in eo Conuẽtu annis plurimis moratus fuit,) testatur *in tomo* 4. *Annalium, ad annum Christi* 1322. vbi latè, & ex professo tractat de illo Priuilegio *Sabbathino*. Cur, & qualiter deindè Priuilegium istud examinatum, & approbatum specialiter fuerit per Doctores Salmanticenses, & rursùs de nouo confirmatum per Gregorium XIII. dicetur statim: capite autem sequenti adferemus circa hoc ipsum Priuilegium Decretum aliquod notabile, editum anno 1613. à Sacra Congregatione Eminentissimorum Cardinalium Vniuersalis Congregationis, sub Paulo V. Pleraque ex istis referuntur integra apud P. Irenæum à S. Iacobo *in Tractatu Theologico de singulari SS. Virginis protectione*, sub finem.

Et Pius V.

568. Melite, seu Maltha quantâ iam olim ab exactis temporibus famâ increuerit, quantâ eius fames inexsaturabilis Helluones illos Turcas vsque & vsque, hodieque titillet, palam est. Porrò anno 1565. eam Insulam instructissimâ classe die 17. Aprilis circumsederunt, & mox agressi fuerunt: tandemque post quatuor circiter mensium obsidionem, frequenter iteratos insultus, explosis, vt quidam ferunt, septuaginta octo millibus ictuum,

Melitensis insula à Turcarum obsidione liberatur ope D. Virginis.

Digitized by Google

ſtum, ſeu emiſſionum mutatium, pridie Idus Septembris, diuinâ magis potentiâ, & Deiparâ Melitenſibus opitulante, infeſti illi Chriſtiadum hoſtes terga vertere, & dare vela ventis coacti fuêre, vt referunt Spondanus ad iſtum annum, & Nerimbergius, in Trophæis Marianis. [a] Id autem B. Virgini MARIÆ de Monte Carmelo acceptum referentes Inſulani, è cæteris, quæ ab hoſtibus celebri triumpho reportauêre ſpolijs, glandem ferream, ab æneo baſiliſco terribiliter exploſam, vnà cum elegantiſſima tabula, latinâ epigraphe rei geſtæ ordinem percenſente, Neapolim Diuæ Carmelitidi anathema tranſmiſerunt: quæ in hodiernum vſque diem ibi aſſeruatur. Ita teſtatur Neapolitanus Filocalus Caputus *in libro de Diua Carmelitana, & eius Imagine miraculoſa Neapolitana cap.* 11.

[a] Lib. 3. c. 79.

569. Sub annum 1569. Reuerendiſſimo P. Ioanne Rubeo Generali Ordinis viſitante Hiſpanias, & varijs in locis SCAPVLARE Beatiſſ. Virginis MARIÆ de Monte Carmelo diſtribuente, deuotio ergo ſacrum hunc habitū inde notabiliter augebatur: id æmuli nonnulli ægrè ferentes, ſparſerunt in vulgus, Priuilegia Confraternitatis SCAPVLARIS, ſpecialiter id quod BVLLÆ SABBATHINÆ nuncupatur, non ſubſiſtere; quodque ea per Sacrum Concilium Tridentinum, & Pontifices reuocata eſſent. Vnde exorta fuit non modica commotio, non tantùm in plebe, ſed & inter primarios Eccleſiaſticos, ac ſæculares: proſcripti libri, inſtrumenta &c. Sodalitij S. SCAPVLARIS, & pro eo extinguendo agebatur apud Iudices Eccleſiaſticos, ac Ciuiles. Tandem recurritur ad Doctores Salmanticenſes; & ex illis quatuor primarij deputantur, Doctor Mantius, Rodriquez, Bartholomæus de Medina, & Franciſcus Sanchez: qui, viſis, & examinatis Bullis Pontificiis, & diſcuſſis fundamentis, ac oppoſitionibus, ſigillatim his, ex Hiſpanico in Latinum traductis verbis, ſuam ſcripſerunt cenſurā:

Commotio grauis fit in Hiſpania contra priuilegia S. Scapularis.

Ego Doctor Mantius Primarius Theologiæ Cathedraticus in Vniuerſitate Salmanticenſi, iudico Confratres Ordinis B. MARIÆ *Virginis de Monte Carmelo poſſe frui Indulgentiis conceſſis à Ioanne XXII. Alexandro V. & Clemente VII. quia nec Concilium Tridentinum, nec proprius motus Pij V. obſtat, quo minùs poſſint dicti Confratres ijs frui.* Subſignatum erat:

Eius occaſione examinantur & probantur à Doctoribus Salmanticenſibus.

Frater Mantius.

Doctor Rodriquez, ſecundus in Ordine, quaſi iiſdem vtitur verbis. *Attentâ mente ponderatis iis, quæ ad priuilegia Confratrum B. Virginis de Monte Carmelo ſpectant, quoniam in Eccleſia Catholica ſemper ſolitum fuit, imò prædicatum, poſſe eoſdem Confratres eiuſmodi vti, nec Pontifex quiſpiam aut Concilium derogarit; propterea cenſeo iiſdem liberè poſſe frui: ſicut de* DE BVLLA SABBATHINA *idem plenè atteſtor.* Subſcriptum erat.

Ego Doctor Rodriquez.

Eodem ferè modo loquuntur alij. Illa autem Doctorum reſolutio à Franciſco de Cuniga Prouiſore Epiſcopi Salmanticenſis, ſolemni ſententiâ fuit confirmata: atque ita ceſſauit illa procella, & reſtitutis Confraternitati, quæ ablata fuerant, deuotio illa magis tum ibi propagata fuit. Ita referunt

referunt Thomas *a.* Iesv *de Confraternitate S.* Scapvlaris; Cyprianus à S. Maria *in Thesauro Carmelitarum b.* Irenæus à S. Iacobo *in Tractatu Theologico de Immaculatæ Virginis protectione c,* Lezana *tomo* 4. *Annalium* & Carthagena *lib.* 17. *Homiliarum, homiliæ* 2. in fine, vbi scribens de singulari Priuilegio Bvllæ Sabbathinæ (de qua latiùs infrà, *parte* 5. sub finem) & de confirmatione eius per Summos Pontifices, deque examine circa illam, & approbatione per Doctores Salmanticenses, ait: *Nos testamur insigniorum Doctorum illius Academiæ subscriptiones illam approbantes, legisse, & vidisse.*

a Lib. 2. c. 3.
b Cap. 17.
c Sect. 2. c. 3. §. 1. & in fine operis.
d Ad an. Chr. 1322.

Atque ita magis crescit illa devotio.

570. Id quod Ecclesiæ olim accidisse nouimus, vt persecutionibus non minueretur, sed creseeret, tùm quoque euenit Sodalitati S. Scapvlaris; etenim per Hispaniam, & Lusitaniam magnoperè propagata, & illustrata fuit: isthic quidem exemplo Regis Philippi Secundi: de quo Lezana in libro inscripto *Maria Patrona e* testatur quòd ipsum *Philippum secundum Catholicum & prudentissimum Hispaniarum Monarcham in libro Sodalitatis Beatæ* Mariæ *de Monte Carmelo Matritensis Cœnobij* (cuius ipse Lezana alumnus extitit) *descriptum viderit*: Illuc verò Sebastiano, etiam Rege, aliisque Proceribus Parthenicâ hac veste amictis per præfatum Reuerendissimum Generalem Ioannem Rubeum, vt Lezana refert ibidem. Paucis post annis, ad supplicationem præfati P. Generalis Ioannis Rubei, Gregorius XIII. Priuilegium istud Sabbathinvm à suis prædecessoribus Pontificibus Ioanne XXII. Alexandro V. Clemente VII. Paulo III. Pio V. approbatum (vt constat ex dictis) etiam confirmauit, in Bulla: *Vt laudes*, data anno 1577. Vnde excerpta quædam de ista Bvlla Sabbathina dedimus supra. *f*

e Cap. 10. 11. 19.

f Par. 2. c. 3. nu. 102.

571. Benedictus Gononus *in Chronico SS. Virginis* Mariæ *g* refert subitam, & miraculosam cessationem pestis in toto Venetiarum statu, per translationem imaginis, quæ in templo Carmelitano Paduæ miraculis celebratur. Historiam in præfata Ecclesia à latere summi altaris marmori incisam exhibemus: „ Anno 1576. grassante peste in statu Veneto, ma„ximè Patauij & Venetijs, Imago Diuæ Virginis, quæ sub porticu po„nè aulam Illustrissimi Præfecti Paduani votiuis tabellis celebris redde„batur, apparuit R.P. Felici Zuccolio Patri Ordinis Carmelitarum, in „ Prouincia Veneta administro, Illustrissimo Senatori Venetiarum, & „ Aloysio Georgio Præfecto Patauij, & ijs indicauit istam Imaginem „ ex loco minùs celebri in hoc augustissimo templo transferēdam: post„que eius translationem pestem Venetijs & Patauij cessaturam esse: „ quamobrem 12. Octobris facta est translatio statuæ: cœpit cessare pe„stis, ac breui temporis spatio loca omnia Imperio Veneto subiecta ab „ ea contagione sunt liberata. In cuius beneficij memoriam Ciuitas Pa„tauina singulis annis ipsam Imaginem Visitat in festo Purificationis, ce„reosque offert ex voto. „ Qui plura de hoc desiderat consulere poterit Angelum Portatenarium. *g* Est etiam Romæ in Conuentu nostro S. Mariæ

Padua à peste liberatur trãslatione Imaginis cuiusdam ad Ecclesiã Carmelitanam.

g In hist. Pad. l. 9. c. 29.

Digitized by Google

S. MARIÆ, *Transpontinæ* dicto, celebris Imago, à populo in singulari veneratione olim, & nunc habita, ob singulares gratias ibi receptas, variis ornata tabellis votiuis. Est autem ex iis, quas Carmelicolæ nostri exules ex Orientis partibus secum asportarunt, prout habetur ex Octauio Pancirollo Canonico Regiensi in libro *Tesori nascosti di Roma*. In alijs etiam Italiæ Conuentibus nostris Imagines SS. Virginis Deiparæ miraculis coruscantes, aut singulari deuotione spectabiles habentur. De Neapolitana, Drepanensi, Messanensi, Raconisij &c. iam antè egimus. De variis aliis tangetur infrà [a] vbi de Prouincia Apuliæ.

De veneranda Imagine Transpontina.

[a] P. 7. c. 5.

272. Anno 1573. Ioanne Austriaco instructam nauium classem ducente Tunetum versùs, inter triremes Neapoli eò tendentes, maior ex eis (Galeonem vocant) omnis generis annonâ onusta à portu soluerat, & aliquamdiu tranquillô satis salô, velificatione factâ, nauigarat: & ecce graui mole pressa, rimas egit, tantoque hiatu ex inferiori parte aqua influebat, vt nec antliâ, & hydraulis sufficienter exhauriri, nec apertura obturari posset. Proh dolor! incassum laboratur, nec salus humano speranda nisu, omnesque æquoreo pecori præda futuri, nisi cælesti ope iuuentur. Auxiliatricem B. Virginem MARIAM de Monte Carmelo (cuius est præcipuus cultus in ciuitate Neapolitana) inuocant; vt certissimæ morti, & frementi mari eriperet cultores in se sperantes:

Ab euidenti periculo naufragij mirabiliter eripiuntur Diuā Carmelitanam inclamātes.

Exaudit; reuomente liquor decrescit hiatū:
Imperium maius sensit adesse salum.
Portentum! bibulam traiecit bellua rimam:
Hæret, & obductus fungitur ipsa vicem.

Animaduertunt, inquam, mox aquam imminui, conspiciuntque piscem prægrandem tanto impetu se ingessisse in maius foramen, vt nec inde egredi, nec vlteriùs ingredi posset. Sicq; velorum, cæterorumque subsidio paulatim reliqua obturauerunt, & incolumes Neapolim regressi sunt, ac Consolatrici, & Liberatrici suæ condignas gratiarum actiones in Ecclesia Carmelitana rependerunt: & nauiculam, affabrè elaboratam, cum inhærente pisce, votiuam obtulerunt: quæ in hodiernum vsque diem ibi conspicitur. Ita Filocalus Caputus Neapolitanus, *in libro Miraculorum B. Virginis* MARIÆ *Carmelitanæ capite septimo.*

573. Ibidem alia plurima ad eiusdem inuocationem, & mediante sacrâ eius Confraternitatis veste (S. SCAPVLARI) patrata admiranda, & præstita beneficia commemorat, & quidem dicto *capite* 7. de Antonio Donarumma, cum viginti-sex alijs ad inuocationem B. Virginis de Monte Carmelo mirabiliter à naufragio seruatis: de puero sub molæ rota incolumi: de altero puero in Ligerim fluuium prolapso, à parentibus Diuæ Carmelitanæ commendato, post triduum retibus piscatorum extracto, & viuente, affirmante se in aquis à Domina, albis induta, cibatum fuisse, & protectum, ne moreretur: de puella in mare proturbata, ad littus mirabiliter perducta: de altera Virgunicula in cisterna à muliere pulcherrima, ni-

Varia beneficia ad eiusdem inuocationē, aut mediāte S. Scapulari exhibita recēsentur.

ueo ornata mantello, (vti referebat) seruata ne mergeretur, & veste (Sc. Scapvlari, vt patet) coloris pulli, seu bruni inuoluta. Tabella insignis rem referens in Ecclesia eâdem Neapolitanâ appensa fuit. Id accidit anno 1589. die 16. Iulij: quâ olim sacrum Scapvlare traditũ S. Simoni: estque tum per totum Ordinem primaria solemnitas ipsius B. Virginis Mariæ de Monte Carmelo. En Chronographem annum designantẽ.

SVbter aqVã VIVIt DIVa VeLaMIne pVpa.

574. *Capite quintô*, commemorat miracula per S. Scapvlare patrata in igne, incendiis extinctis, ipsisque Scapvlaribvs incontaminatis inter flammas, & à fulgure. *Capite* 6. recensentur beneficia recepta in aëre, præseruatione à morte, & læsione in præcipitiis, seu lapsibus ex loco eminenti, & conseruatione vitæ in suspensis. *Capite* 8. enarrantur mirabilia præstita in Terra, interueniente Scapvlari Mariano, & opitulante Virgine Deiparâ. Eiuscemodi illud est in puero septenni, immaniter verberibus affecto terraque obruto, incolumi seruato; & in altero, in puteo lapidibus oppresso, nil læso, deque aliis variis locis, & temporibus inter ruinas murorum illæsis. *Capite* 9. declarantur magnalia, in tutela à ferocientibus animantibus, aut in cura læsionum ab iis inflictarum. *Capite* 10. manifestantur stupenda quoad hostes animarum exhibita, in propulsatione diabolicarum tentationum, vindicatione à maleficiis, & liberatione ab oppressione, & infessione dæmonum. *Capite* 11. promiscua adducuntur exempla Mariæ auxiliatricis, liberatricis, & consolatricis: in excubitore, qui è turri præceps, hæsit mirabiliter Scapvlari, donec adminiculo scalarum deponeretur: in variis, quibus sclopetorum ictus, obsistente Scapvlari, non nocuerunt: in quibusdam, qui inconfessi trucidari non potuêre, donec receptis Sacramentis animas mox exhalarint: in Melitensibus anno 1565. à Turcis præseruatis. *Capite* 12. refertur varia salus infirmorum, à claudicatione, lepra, profluuio, & screatu sanguinis. Ex quibus omnibus manifestum est, potentissimæ Reginæ cœli, clementissimæ Matri misericordiæ, ad beneficia humano generi præstanda, à Deo *datam omnem potestatem in cœlo & in terra.*

575. Hîc meritò memoranda, quæ sub anno 1578. & sequentibus contigerunt circa venerandam Imaginem Deiparæ Consolatricis, & Cœnobium, ac Ecclesiam Monialium huius Ordinis, tunc propè, nunc intra Viluordiam. Ea à R. D. Augustino Wichmans Præsule Tongerloensi Ordinis Præmonstratensis *in Brabantia Mariana*, [a] Antonio Sandero *in Brabantia Illustrata*, & in Historia eiusdem Imaginis ac Monasterij per varia capita sic referuntur: „ Porrò anno 1578. die 12. Febr. à Geu„ siis militibus Monasterium hoc exustum est: quo tempore res mira cõ„ tigit, Visa prius illis honesta quædam matrona, albo induta pallio, quæ„ suprà Monasterij muros ambulans, iniectas flammas, & prædones as„ cendentes abigebat, quorum plures in terram consternati ceciderunt, & repulsam

Beata Virgo Maria sibi deuotas Moniales ab hæreticorum rabie eruit.

[a] Lib. 7. c. 74.

repulsam ab eadem passi, qui ingressum dormitorij tentabant. Quæ omnia sub iuramento ijdem prædones sincerè deposuerunt. Receperunt se inde dictæ Sorores intra Viluordiam, ad locum qui Herlaer dicebatur, ibidemque sacram suam Imaginem, vnicum in aduersitate hac solatium, ad seruarunt. Verùm continuis molestiis vexatæ, ac breui tempore, præ cordis angustia 12. Sororibus hic extinctis, reliquæ superstites Mechliniam sunt profectæ, vnà cum præfata Imagine, quam hoc stratagemate Soror Catharina Vayms ex oppido Vilvordiensi asportauit. Milites, seu veriùs prædones, præsidiarij, quidquid curruum seu bigarũ oppido egrediebatur, curiosè scrutabantur. Hinc magnum Sacro-sanctæ Imagini periculum; quia eius hostes acerrimi, vtpote Geusij. Itaq; præfata Catharina manipulo stramineo eam inuoluit, & capiti imposuit, Mechliniam vsque feliciter profecta: vbi in ædibus Dom. Boisot, in vico Vaccino, eamdem collocarunt. Sed neque hîc dudum tuta statio. Anno siquidem 1580. Mechlinia ab Ordinum confœderatorum rebellibus denuò intercipitur, & spoliatur: quo in rerum discrimine, Religiosæ vno in cubiculo conclusæ, DIVÆ suæ CONSOLATRICI pro subsidio supplicarunt. Et ecce vnus militum, instar leonis furibundus, præfatas ædes infringit, & cubiculum ingreditur. Verùm vbi Imaginem thaumaturgam conspexit, in agnum mansuetum conuersus, nullo detrimento Virginibus illato, confestim recessit, fassus se mirabiliter per Imaginem immutatum. Anno posteà 1586. Viluordiam redierunt, vbi à Magistratu Sacello D. Nicolai donatæ, Monasterio idem adaptarunt. Sed ecce iterum turbæ. Anno siquidem insequenti nimirum 1587. die 22. Septembris, Viluordia denuò à Geusiis de nocte intercipitur: quo tempore tria miracula contigerunt notatu digna. *Primum*, quòd milites numquam potuerint hoc Monasterium incendere, licèt sæpiùs idipsum adtentauerint, sed semper irrito conatu. *Secundum*, quòd sacrilegus quidam, accensâ face, templum ingressus, sacram Imaginem, ausu temerario, combusturus, nihil quoque efficere potuerit, quamuis facem iteratis vicibus eidem admouerit. *Admirãda circa Imaginem* Diuæ Cõsolatricis

Nescia flammarum veneranda manebat Imago,
Haud aliter, quàm si pro ligno marmor adesset.

Tertium, Nobilis vir Philippus Dongelbergius Prætor tum Viluordiensis, & magnus Forestarius Ducis Brabantiæ, eodẽ die captus est, & equo, vinctus manibus ac pedibus, impositus, suspendendus à dictis prædonibus, vti minabantur, ad primã arborem, quam extra oppidũ reperirent. Ille totus anxius, ad Virginem CONSOLATRICEM corde intimo confugiens, identidem eidem supplicabat, *Monstra te esse matrem* &c. Nec surdo preces fusæ, licèt corde tantùm. Mox enim vocem auribus suis insonantem audiuit, *Require fontem*: atque inter hæc, manus eius vinculis solutæ sunt, & ipse continuò sibi pedes dissoluens, aliis nequidquam aduertentibus (erat enim nox) equo suo ex eorum manibus

„ bus dilapsus est, ac Viluordiam rediit. Vbi extemplò in templò libera-
„ trici suæ gratias egit, hymno, *Te Deum laudamus*, à Sororibus decantato,
„ & votiuâ perinsigni tabellâ oblatâ, quæ totius rei historiam repræsen-
„ tat. Hactenus ex archiuis dicti Monasterij, in quibus plurima quoque
„ omnis generis miracula constituebantur, quæ vsque hodie perseuerant,
„ prout patet ex diuersis authenticis instrumentis à me visis, quorum nō-
„ nulla nuperis annis 1623. & 1624. sunt expedita. „ Ita Wichmans. Latiùs illa describuntur in historia eiusdem Imaginis & Cœnobij cap. 22. & sequentibus.

Parisiis reus suspē-sus qui se Dei Genitrici commendauerat nō moritur.

576. „ Anno 1587. Lutetiæ, è regione Carmelitani Cœnobij, in lo-
„ co qui vulgo dicebatur Mauberti, cum quidam lata à Magistratu sen-
„ tentiâ extremo damnatus supplicio pependisset, velut è graui somno
„ experrectus reuixit, multisque postea annis apud ipsos Carmelitas, sal-
„ uo prorsùs & incolumi corpore vitam degit. Is, vt aiunt, ante suspen-
„ dium, Diuæ Virginis, quæ in illa æde Carmelitana religiosissimè colī-
„ tur, sese deuotissimè commendarat. „ Ita Gononus *in Chronico SS. Virginis Deiparæ ad præfatum annum.* Casus aliquot similes referentur capite sequenti. Circa illud tempus euenisse videtur id quod in Directorio Nouitiorum Ordinis nostri *parte* 3. sub initium in titulo isto: *Magnificiendæ actiones communes regulares, quòd ex à pluribus Sanctis pertractatæ fuerint*, refer-

a In expos. Reg. c. 4. quod est de orat. voc.

tur ex Venerabili P. Hieronymo Gratiano a. Quodam in Conuentu, relaxatis disciplinâ regulari, & studio mortificationis, Matutinum noctu persolui solitum, vesperi legebatur: & interim horâ ordinariâ pulsabatur. Sacrista quadam vice à pulsatione rediens, audiit intonari Inuitatorium in choro: quem ingressus plures vidit candidis vestibus amictos: ast facies & manus non nisi ossa erant: vndè grauiter consternatus fuit. Is, qui præsidere videbatur, asperâ reprehensione sic Sacristam alloquitur: Nos, inquit, quondam huius Conuentus Religiosi non eo exemplo vos præcessimus: deliciæ nostræ erant noctu psallere, & orare: quo in exercitio etiam pernoctare volupè fuisset, si vires tulissent: verbisque adiecta sunt verbera: etenim ferreis quibusdam virgis tam durè exceptus fuit, vt manè repertus sit mortuo similis: delatus ad infirmariam, & nonnihil confortatus, rem enarrauit, atque post triduum obiit. Hinc monemur, non declinare à rectis semitis antiquorum Patrum nostrorum. Sic Machabæi inuicem animabant: *Memento te qualiter salui facti sunt Patres nostri.* b

b 1. Machab. 4.

Breuiarium & Missale Ordinis iuxta vsum Dominici Sepulchri in variis immutatur.

577. Anno 1580. in Capitulo Generali Romæ celebrato ordinatum fuit, vt vetustum Ordinis Breuiarium, iuxta antiquam Hierosolymitanæ Ecclesiæ consuetudinem temporis diuturnitate in variis mutatum, emendaretur, & ad normam Romani Breuiarij, Decreto Concilij Tridentini etiam emendati, dirigeretur. Quod curâ, & solicitudine Reuerendissimi P. Generalis Ioannis Baptistæ Caffardi effectum fuit. Lectiones, Antiphonæ ac Responsoria magis iuxta Scripturæ ordinem fuêre collocata: & vetusta quædam Officia, propria Ecclesiæ Hierosolymitanæ videlicet,

SS. Abra-

Digitized by Google

SS. Abraham Isaac, Iacob, Mariæ Iacobi & Salome, Zachæi, Longini, Lazari, aliaque prætermissa, & noua quædam, iuxta vsum Romanum, inserta: multa fuêre immutata, vt Orationes in festis S. Cyrilli, S. Ioseph, solemnis Commemorationis, S. Annæ, S. Ioachim &c. Alia autem relicta fuêre, differentia à Breuiario Romano. Et, cum in vetustioribus Breuiariis, hæc fuisset inscriptio, seu titulus: *Breuiarium, seu Ordinale Horarum Canonicarum Fratrum Sacri Ordinis Beatæ Genitricis Dei semperque Virginis* MARIÆ *de Monte Carmeli, extractum, & excerptum de approbato vsu Dominici Sepulchri sanctæ Hierosolymitanæ Ecclesiæ: in cuius finibus dictorum Fratrum Religio sumpsit exordium*: eius loco iam ponitur. *Breuiarium Ordinis Fratrum B. Virginis* MARIÆ *de Monte Carmeli, seu, Breuiarium Carmelitarum iuxta Hierosolymitanæ Ecclesiæ antiquam consuetudinem, Capituli Generalis decreto ad normam Breuiarij Romani directum, auctoritate Apostolicâ approbatum.* Approbatum autem fuit à Gregorio XIII. per Bullam datam anno 1584. Breuiariis præfixam: cuius initium est: *Vt Breuiarij, quo dilecti filij Fratres Ordinis B.* MARIÆ *Carmelitarum iuxta Hierosolymitanæ Ecclesiæ consuetudinem multu seculis vtuntur.* Vnde patet, vsum eiuscemodi Breuiarij in Ordine fuisse valde antiquũ. Tunc quoque Ordinis Missale, etiam iuxta eiusdem Ecclesiæ Hierosolymitanæ vetustum vsum, recognitum & in quibusdam tunc mutatum fuit: prout patet ex Bulla eiusdem Gregorij XIII. quæ habetur initio Missalis. Interim tamen tam Breuiarium modernum, quàm Missale Ordinis differunt à Romano in non paucis hymnis, collectis, responsoriis, Antiphonis, & ceremoniis. Inter ea illud singulare est, quòd in omnibus horis Canonicis, & in Missis, quæ non sunt *Defunctorum*, seu *Requiem*, dicatur *Salue Regina*, aut paschali tempore *Regina Cœli*: In variis etiam festis, præsertim ipsius SS. Virginis Deiparæ, speciales, à Romanis distinctæ, valdeque deuotæ sunt Collectæ: v. g. in festo Assumptionis eiusdem hæc: *Veneranda nobis, Dominè, huius diei festiuitas opem conferat salutarem, in qua sancta Dei Genitrix mortem subiit temporalem, nec tamen mortis nexibus deprimi potuit, quæ Filium tuum Dominum nostrum* IESVM CHRISTVM *de se genuit incarnatum.*

578. Est in Ecclesia Conuentus nostri Dolensis Prouinciæ Turonensis *Sacellum Beatissimæ Virginis* MARIÆ *de miraculis*, olim & nuper celebre: vbi sæpè cæci, claudi, naufragi, paralitici opem felicissimè experiuntur. Inter cætera præcipuè memorandum, quod accidit anno salutis 1590. Iuuenis quidam è vicinia, cui solemne erat quolibet die matutinis horis Ædem Diuæ Virgini sacram inuisere, humileque ibi effundere preces; è viuis excessit. Effertur, tumulo condendus. Sed ecce, toto stupente funebri comitatu, è feretro exurgens, se eo die Virginem non salutasse more assueto, eiusdem Templum velle adire, proloquitur. Properat, intrat, gratias agit: gaudet primâ valetudine, & inter viuos viuit. Ita *in Delineatione Prouinciæ Turonensis cap.* 25. refert R. P. Leo: testaturque se ibi sub anno 1620. vidisse resuscitati iuuenis feretrum, in fidem rei asseruatum. Ibidem enarrat do-

De Sacello Ecclesiæ Carmelitanæ Dolensis & miraculis percelebri.

rat de puero, in aquam prolapso, & super aquâ sessitante, ac ludibunde, dicente postmodùm, se speciosissimæ puellæ manu sustentatum, ne mergeretur. Et de Lutherano, in euidenti naufragij ac mortis periculo inclamante opem Diuæ Dolensis, confestim saluo ad portum adducto, ac ante altare Deiparæ, tacto intrinsecùs, infanda dogmata publicè eiurante. Ferè eadem memorantur in Annalibus Ordinis *a*.

a Tom. 4. ad ann. 1405. n. 2.

579. Circa annum Christi 1593. dum Capella maior Ecclesiæ Conuentus nostri Toletani renouaretur, in trabe reperta fuit mirabilis Christi in Cruce pendentis & in agonia positi Imago, eximiæ deuotionis: magno tum populi concursu visitata, ac sequentibus annis in nouo Sacello, apprimè elaborato, reposita, ac deuotissimè apud illius inclytæ Vrbis ciues, & vicinorum oppidorum incolas solemnissimè celebrata. Singulis præsertim sextis totius anni feriis, ac permaximè quadragesimalibus. Ita Lezana *tomo* 3. *Annalium b*. Quantoperè in eadem Ecclesia Miraculis claruerit Imago perantiqua S. MARIÆ DE ALFIZEN, etiam nuncupata *subterranea* (forsan quia in inferiori aliquo sub terra Sacello aliquamdiu sita, & frequentata) fidem facit Instrumentum, seu Literæ relatæ à Lezana ibidem, in quibus inter alia, hæc: *Videntes, & scientes multa miracula, & mirabilia, quæ Dominus Deus noster quotidiè facit intercessione Virginis S.* MARIÆ *Subterraneæ, tam in viris, quàm in fœminis, & infantibus, eos in infirmitatibus, periculis & malis eripiendo; eorum etiam animalia sanando, & agros eorum, qui ipsi deuotè se commendant, custodiendo*, &c. De antiquissimi istius Toletani Conuentus fundatione & variis euentibus dictum est suprà *capite* 14. & 29. *c*

Crucifixi imago deuotissima reperta in trabe Ecclesiæ nostræ Toletanæ.

b Ad ann. Chr. 1098.

c Nu. 474.

580. *Anno salutis humanæ* 1599. *Salerni repressio incendij, coniecto in ignem paruo habitu, seu* SCAPVLARI B. MARIÆ *de Monte Carmelo.* SCAPVLARE *inter cineres integrum postea repertum est.* Ita Georgius Coluenerius Cæcellarius Vniuersitatis Duacenæ, *in Kalend. Mariano ta.* 1. *ad diem* 16. *Iunij*. Plenius, & cum circumstantiis, id describitur à R. P. Theophilo Raynaudo *in lib. de Scapulari Partheno-Carmelitico parte* 1. *cap.* 9. Variis in locis, & temporibus similia frequenter contigerunt (referunturque ab iis qui de S. SCAPVLARI scribunt) & quidem non ita pridem in duobus locis ditionis Leodiensis videlicet anno 1648. die 26. Iunij in pago Maseè & anno 1649. die 13. Februarij in pago Treigne, sitis inter Sambriam & Mosam; cum enim vtroque in loco ignis domos quasdam inuasisset, nec is humano modo extingui posset, iniecto medias inter flammas SCAPVLARI, incendium cessauit, SCAPVLARIA verò incombusta, & ab igne penitùs illæsa permanserunt. Quæ omnia examinata, probata, & approbata fuerunt iuridicè coram Theologis ad id specialiter deputatis, videlicet R. P. Ægidio Pierpont Priore Augustinianorum, R. P. Ioanne Baptista du Pont Definitore Minoritarum, R. P. Augustino des Moulins Præside Recollectorum, RR. PP. Ioanne Sacrè & Carolo Werpen Societatis IESV Theologis: omnibus ciuitatis Huyensis Religiosis. Eorumque publicatio permissa fuit à Re-

Incendia reprimuntur per Scapularia *flammis iniecta, deinde incombusta reperta.*

Reuerendo Adm. Domino Vicario Generali Leodiensi. Simile est, quod accidit anno 1652. sub finem Decembris in Diœcesi Herbipolensi Ducatus Franconiæ, haud longè à celebri Monasterio Triffenstein, dum enim & stabulum & horreum conflagrarent, sita inter domos, vt non nisi ex vna parte daretur accessus, Religiosus prænominati Cœnobij SCAPVLARE B. Virginis de Monte Carmelo (cuius erat Confraternitati adscriptus) proiecit inter flammas: quæ mox visibiliter minuebantur, & alia quantò post extinguebantur: atque SCAPVLARE postea integrum inuiolatumque fuit repertum. Casum examinauit Reuerendiss. D. Ioannes Melchior Episcopus Domitiopolitanus, Diœcesis Herbipolensis Suffraganeus, & in spiritualibus Vicarius Generalis, qui auditis pluribus testibus, tam quam miraculosum declarauit.

CAPVT XXXVII.

Ex Carmeli Vinea Racemi historici huius seculi ab anno videlicet 1600. vsq; ad 1661. (in quo versamur) colliguntur.

581. MIra Dei prouidentia malis bene vtens, atque ex eorum occasione meliora quandoque oriri faciens, bella aliasque calamitates, ac hæreses esse sinit, vt segniores forsan, & desides excitentur, & feruentiores reddantur. Id euenisse cernimus, & gaudemus in hoc seculo decimoseptimo, quod funesto, & lamentabili præcedenti successit faustum, & lætum toti Ecclesiæ: cuius facies benè multùm conspicitur immutata, potissimùm in Gallia, Belgio, & Germania: vbi cum omnia forent perturbata, & iacerent studia, pietas, religio; restaurata sunt cuncta, & reflоruerunt, atque indies efflorescunt magis, quàm ante. Hoc quoque specialiter iam olim & nuper expertus est Ordo Carmeliticus, & quidem ab initio seculi huius, quo Prouinciæ Galliæ, Belgij, & Germaniæ discerptæ, & dilaceratæ, imminutę, non tantùm in ædificiis, sed, quod plus est, in obseruantiis regularibus, in meliorem statum erectæ, & restitutæ fuerunt, & indies proficiunt. Quod qualiter contigerit, cum paulò latiorem meritò exigere videatur tractationem, eam in capita aliquot dispertiendam transmittimus, donec hoc capite alios quosdam notabiliores euentus, quæ hoc seculo acciderunt, exhibuerimus.

Occasione bellorum & hæresum quandoq; desides redduntur feruentiores.

582. Sub finem præcedentis, & initium huius seculi, cum, sicut dictum est, depressus iaceret Ordo in multis Prouinciis, & in variis iam interiisset, per hæreses, & bella; prouidit Deus suæ Matris familiæ de Patre, & Pa-

& Pastore eximio, ac valdè zeloso: is fuit Reuerendissimus P. Henricus Syluius, qui electus in Capitulo Generali Romæ celebrato (anno 1598.) ineunte hoc seculo, vt supremus Ordinis Prælatus, & Commissarius Apostolicus à Clemente VIII. specialiter destinatus, & fauoribus, ac gratijs eius decoratus, vt dilapsa restauraret, Ordinem ferè Vniuersum per Europam personaliter visitauit: in Turonia fundamenta locauit solida Reformationis, quæ ibidem maximoperè viget, & indè ad alias plures Prouincias derivata fuit: prout latiùs declarabitur parte sequenti. In Belgio quoque strictioris obseruantiæ semina iecit, quæ quàm feliciter germinauerint, testantur fructus subsecuti, de quibus etiam *par. 4. cap. 3.* Pluta de tanto Patre dicèntur in sequentibus.

Pirata cãpanam ad galeas ferre tentantes apibus impetuntur.

583. Contigit ineunte hoc seculo, vt Mahumetani quidam piratæ monasterij nostri cuiusdam in Prouincia S. Angeli hortum, prædandi causâ, ingressi essent, & campanam, quam Fratres ibi, vt in campanili mox reponeretur, collocauerant, Turcæ secum ad galeas in mare efferre tentarent: apum autem numero impetuosè, ex horti aluearibus subitò egresso, nimio pauore exterriti sunt, vt relictâ prædâ, fugam capere (Deiparæ Virginis, & S. Angeli interceßione, à Fratribus postulatâ) coacti fuerint. Mirabilem, ac pro miraculo habitum casum refert Franciscus Cherascus *in tractatu de Prouinciis Ordinis* loquens de Prouincia S. Angeli in Sicilia, quem paucis ante annis accidisse commemorat: Et ex eo Lezana *tomo 4. Annalium* [a] scribens de Conuentu Leocatæ.

[a] Ad ann. Chr. 1220.

Colonia in Ecclesia huius Ordinis Imago B. Virginis MARIÆ *miro euentu celebratur.*

584. Anno 1606. Coloniæ in Ecclesia Ordinis nostri magnâ hominum frequentiâ celebrari cœpit Imago B. Virginis, huiusmodi ex causa. Cum media huius templi pars in seipsam collapsa, columnas euertisset, ac contriuisset, columna tamen illa, cui appensa erat statua B. MARIÆ Virginis, licèt cum aliis euersis esset eiusdem rationis, ac non minùs quàm ceteræ, ruinæ exposita, integra nihilominùs, illæsaque remansit: videlicet ab integra atque illibata Virgine (vt piè ab omnibus creditur) sustentata. Ita referunt Antonius Balinghem Societatis IESV *in Kalendario ad diem 6. Februar.* Gononus *in Chronico Mariano ad annum Christi* 1606. Et Ægidius Gelenius *in sua Colonia Agrippina libro* 3. agens de Carmelo Colonienſi: vbi tradit Imaginem illam B. Virginis MARIÆ iam olim claram miraculis fuisse, testantibus literis Magistri Generalis Ioannis Grossij, scriptis ante annos ducentos quinquaginta.

In Gallia Ordo Militaris sub titulo ac Regula B Virginis MARIÆ *de Monte Carmelo instituitur.*

585. Anno 1607. Paulus V. Pontifex Romanus, ad instantiam Hẽrici, Francorum Regis, instituit Ordinem militarem pro tuenda, propaganda, augendaque Religione Catholica, hæresumque extirpatione, & hæreticorum depressione, sub titulo, habitu, & Regula *Beatissimæ Virginis* MARIÆ *de Monte Carmelo*: cuius sub vexillo existit præcipua nobilitas Galliæ. Diploma institutionis habet Laërtius Cherubinus *tomo 3. Bullarij*: quod quia prolixum, quædam dumtaxat sustantialia verba hic damus: „ Romanus Pontifex, cuius Principatum super omnes extulit Diuina Maiestas

„ Maiestas &c. Quare vnam militiam, seu Ordinem Militarem ad ipsius „ Henrici Regis arbitrium, competenter de suis bonis, merè laicalibus „ (non tamen beneficialibus, seu redditibus Ecclesiasticis) dotandam, seu „ dotandum ex delectis Gallicanæ nationis viris nobilibus, & ingenuè „ natis, denominatione, seu titulo, ac Regulâ Gloriosissimæ semperque „ Virginis MARIÆ de Monte Carmelo, quam prædictus Henricus Rex „ sui protectricem, & aduocatam singulari deuotione semper habet, & „ veneratur, sub nostro & dictæ Sedis beneplacito, & auctoritate erigi, „ & institui summoperè desiderat. Nos igitur hoc pium & nunquam sa- „ tis laudandum desiderium promouere cupientes, Militiam seu Ordi- „ nem huiusmodi sub eadem Regula *&c.* Apostolicâ auctoritate tenore „ præsentium perpetuò, & sine alicuius præiudicio, erigimus & institui- „ mus. Datum Romæ apud S. Marcum anno Incarn. Dom. 1607. Ka- „ lendis Martij: „ Anno sequenti idem Pontifex Regulas quasdam, seu Statuta pro dicto Ordine militari dedit, & confirmauit per Bullam, quæ apud eumdem Laërtium ibidem extat: in qua inter alia hæc: „ Militan- „ tium Ordinum institutio Reipublicæ Christianæ vtilis, & Catholicæ fi- „ dei tutelæ, & propagationi proficua futura esse dignoscitur, si certæ „ Regulę præscribantur. *Inter Regulas istas hæ sunt:* Ad hæc singulis die- „ bus Officium B. MARIÆ, seu coronam, quantâ maiori poterit deuotio- „ ne, recitare. Festis quoque, & legitimè non impeditis Sabbathi diebus „ sacrum Missæ Sacrificium audire: Nec nō feriâ quartâ cuiuslibet heb- „ domadæ ab esu carnium abstinere. Quolibet verò ipsius Gloriosissimæ „ Virginis MARIÆ festiuitatis die, & præcipuè de Monte Carmelo, quæ „ die decima sextâ Iulij celebrari solet, peccata sua Sacramentaliter cō- „ fiteri & Sanctissimū Eucharistiæ Sacramentum sumere. Eodemque die „ festiuitatis Beatæ MARIÆ de Monte Carmelo, in loco per dictum Ma- „ gnum Magistrum designando, ad deuotè celebrandam huiusmodi fe- „ stiuitatem, simul congregari teneantur. Datum Romæ apud S. Petrū „ die 26. Febr. 1608. „

Regula seu Statuta eiusdem cō firmantur.

586. Circa annum 1612. in Lusitania nonnulli malè informati quoad singulare priuilegium S. SCAPVLARIS, de adiutorio animabus Cō- fratrum in purgatorio existentibus præstando, Sabbatho post eorum obi- tum, graues commouerunt tumultus, impedientes, ne Concionatores il- lud promulgarent. Negotium Romam delatum fuit: instituit Rex Ca- tholicus Philippus Tertius, per literas ad summum Pontificem, & Cardi- nalem Millinum Ordinis Protectorem, pro eo expediendo, & contro- uersia dirimenda. Itaque, re vtrimque grauissimè agitatâ, matureque dis- cussâ, ab Eminentissimis Cardinalibus in Sacræ & vniuersalis Inquisitio- nis Congregatione, tandem, iussu Sanctissimi Domini Pauli Quinti à Cardinalibus istius Cōgregationis in Februario anni 1613. eiusmodi exiit Decretum. „ Patribus Carmelitanis permittatur prædicare, quòd popu- „ lus Christianus possit piè credere de adiutorio animarum, Fratrum, &

Priuilegia Sacri Scapularis *grauiter impetuntur in Lusitania.*

Defendun tur in Romana curia.

Digitized by Google

„ Confratrum Sodalitatis Beatissimæ Virginis MARIÆ de Monte Car-
„ meli, videlicet Beatissimam Virginem animas Fratrum, & Confratrũ,
„ in charitate decedentium, qui in vita habitum gestauerint, & castitatem
„ pro suo statu coluerint, Officiumque paruum recitauerint, vel, si recita-
„ re nesciant, Ecclesiæ ieiunia obseruauerint (nisi vbi in iis diebus Nati-
„ uitatis Domini Festum inciderit) suis intercessionibus continuis, piisq;
„ Suffragiis, & meritis, ac speciali protectione, post earum transitum, præ-
„ cipuè in die Sabbathi (qui dies ab Ecclesia eidem Beatissimæ Virgini
„ dicatus est) adiuuam. „ Atque ita tempestas illa sedata fuit.

587. Idipsum similibus ferè terminis confirmatum habetur authoritate Sacræ Congregationis Rituum, inter alia Officia propria Ordinis huius, etiam illud quod in festo Commemorationis solemnis Beatissimæ Virginis MARIÆ recitatur ad diem 16. Iulij, iteratis vicibus recognoscẽtis, & approbantis: subscribentibus Eminentiss. Cardinalibus Bellarmino, & Torres. In eo autem *ad Matutinum lectione sextâ* sic dicitur: „ Non
„ in hoc tantùm seculo Ordinem sibi tam acceptum multis prærogati-
„ uis Beatissima Virgo insigniuit, verùm & in alio (cum vbique & po-
„ tentiâ & misericordiâ plurimùm valeat) filios in SCAPVLARIS Socie-
„ tatem relatos, qui abstinentiam modicam, precesque paucas, eis præ-
„ scriptas, frequentarunt, ac pro sui status ratione castitatem coluerunt,
„ materno plane affectu, dum igne purgatorio expiantur, solari ac in-
cœlestem patriam obtentu suo quantocyus piè creditur efferre. „ De isto singulari priuilegio Sacri SCAPVLARIS, *Bullæ Sabbathinæ*, alia diximus supra. *a* Sub idem tempus resiure memoranda contigit in Hispania: Cùm ad eumdem Philippum Tertium Catholicum Hispaniarum Regem aliqui recurrissent, dicentes obseruãtiam abstinentiæ à carnibus feriis quartis Carmelitici SCAPVLARIS gestatoribus præscriptam, multorum millium annuorum scutorum iacturam Regio Ærario afferre, compertum esse, vt propterea Regiâ prouidentiâ dignum esset, huic damno aditum præcludere: pius Rex rescripsit: *Mas quiero vassallos deuotos de la* VIRGEN, *que el aumento de mis rentas.* Ita refert Lezana in libro dicto *Maria Patrona b.*

a Nu. 516. 517. 543. 565. 569.

Memorabile dictum Philippi Tertij Regis Hispaniarum.

b Cap. 10. sub fin.

588. Anno 1620. die 8. Nouembris Dominicâ quâ cantabatur Euangelium, *Reddite ergo quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo*: memorabile factum est prælium sub Pragæ mœnia, Buquoio Duce primario: quo Fredericus, Palatinus Elector, Boëmici Regni iniustus inuasor (is à rebellibus hæreticis Rex constitutus, & anno 1619. mense Nouembri cum vxore, regni cupida fœmina, Pragæ solemni ritu coronam acceperat) pulsus, ad Batauos transfugit, & ibi priuatus vitam traduxit. Boëmia autem confestim cum cæteris Prouinciis ad fidem Imperatoris rediit. Atque ita Catholica professio vbique restituta fuit. Victoria illa celeberima, & Ecclesiæ vtilissima, debetur Virgini Deiparæ: cuius Imago, suffossis per hæreticos oculis, in oppido Bohemiæ Auaconiæ inuenta, & à V. P. Dominico

Pragensis victoria celeberrima.

Attributæ Imagini Virginis Deiparæ.

Digitized by Google

minico à Iesu Maria Carmelita Discalceato, eximiæ pietatis viro, in castris Catholicorum prælata fuit, & coram eâ decantato deuotissimè SALVE REGINA, repentè secuta est illa hostium insignis debellatio: ac propterea nuncupata fuit *Imago B. Virginis de Victoria*. Eam postea à Ferdinando II. Cæsare, & Maximiliano Duce Bauariæ, & alijs Principibus, prætiosis donis exornatam, & in Vrbem aduectam, celeberrimâ totius Cleri, & illustrium S.R.E. Cardinalium pompâ, in Ecclesia S. Pauli Carmelitarum Discalceatorum in Monte Quirinali repositam Gregorius XV. Pontifex Maximus summa cum veneratione, & pietate anno 1622. recepit. Est autem Imago Deiparæ, puerum IESVM, recens natum, flexis genibus adorantis. Ita Eusebius Nierimbergius *in Trophæis Marianis libro 2. cap. 67.*

Quæ solemni pompa Romæ recipitur.

589. Idem author *libro 5. cap. 44* scribit de duabus B. Virginis Imaginibus in Religiosissimo Regali Matritensi Cœnobio Discalceatarum: quarum altera dicitur *Domina nostra de Miraculis*, ob plurima quæ, eius cultu facta sunt. Alia dicitur *Domina nostra de Miraculo:* non quia pauciora per eius venerationem acciderint: sed quasi per anthonomasiam, à primo, & principio cæterorum, quod ibidē refert. Et *ca. 48.* ex Quintana commemorat Imaginem *Dominæ nostræ de Arco*, quæ etiam in Monasterio Discalceatarum Carmelitissarum magnâ colitur veneratione.

Imagines duæ miraculis clarę in Ecclesia Carmelitissarum Discalc. Matritę.

590. Anno 1622. die 12. Martij Gregorius XIII. Seraphicam Virginem Theresiam, Ordinis huius filiam, & Congregationis vtriusque Discalceatorum Matrem, magnis in Ecclesiam meritis, & multiplicibus miraculis illustrem, Sanctorum fastis adscripsit, vnà cum SS. Ignatio, Francisco Xauerio, Philippo Nerio, & Isidoro. De eius Sanctitate, & factis heroicis nonnulla dicentur inferiùs *par. 6. cap. vltimo.*

591. Eodem anno *Ludouicus XIII. Francorum Rex viso in obsidione Montepessulana ingenti miraculo glandium, quæ è scopeto emissæ nobilem Præfectum Militiæ cataphractæ, tactu Sacri* SCAPVLARIS, *quod gestabat, emollitæ; voluit eâ Marianæ protectionis Tesserâ, & ipse communiri.* Ita refert eruditus author Theophilus Raynaudus libro de SCAPVLARI Partheno-Carmelitico *a.* Ibidem cum ex variis authoribus deduxisset S. Ludouicum eius nominis Nonum SCAPVLARI Carmelitico amictum incessisse, ad Ludouicum XIV. sic sermonem conuertit: *Probasti te quoque piissimi huius Principis, auito per vtrumq; Parentem nexu agnatum; Sanctissimi verò Ludouici Germanam sobolem, Ludouice Rex Christianissime XIV. cum nuperrimè triumphalem Deiparæ pompam, & Clientelaris subiectionis tantæ Matri præstitæ, publicam professionem, solemni anniuersario ritu recurrentem; obsignasti sacri huius Schematis, vltro expetitâ assumptione.* Et consequenter, opportunè interiectâ historiâ Scapularis Senùphij Abbatis sanctissimi (quo indutus Theodosius Magnus, aggressurus bellum, periculosæ aleæ plenissimum, felicissimè, & ferè absque suorum sanguine, de potentissimo, ac anterioribus victoriis ferociente Tyranno Alaximo reportauit victoriam) illaque appropriatâ eidem

Ludouicus XIII. Rex Galliæ ob miraculum Scapulare recipit.

a Par. 1. c. 8.

Eamdem pietatem amulatur Filius & successor Ludouicus XIV.

dem Ludouico XIV. tandem subiungit: *Dicerem de hoc piissimo gesto plura, nisi etiamnum propè calleret Regij Ecclesiastis R. P. Leonis calamus sanè politissimus & simul eruditissimus, quo nemo melius potuit factum transcribere; cùm ipse post Concionem & solemnem Processionem peractam Regiam Maiestatem hoc diuino schemate conuestierit.* Eo autem capite peculiariter recensetur Magnates, Summates, Pontifices Virginei SCAPVLARIS Tesserâ insignitos [a]

[a] Vide infrà nu. 615. sub fin.

592. Dum versamur in Gallia mirum dictu, nec fide vanum hic commemorandum occurrit, ad Augustissimi Sacramenti venerationem incitans. Anno 1623. sub initium autumni, pessimi homines, aduocato etiam dæmonum auxilio, Cœnobium Iuliodum in Prouincia Turoniæ, eiusque incolas, totas noctes crudeli infestatione cœperunt exercere: Religiosis omnibus, ætate, pietate, & doctrinâ maturis, oblata passim spectra, phantasmata visa, auditi rumores inconditi, quassata sæpiùs ædificiorum moles: lapidum grandines, violento, sed incasso in homines ictu immissi, Cellularum suppellex sus deque confusa; mille larues, lemurumque præstigiis interrupta, & perturbata orationis, pœnitentiæ, refectionis, disciplinæque Regularis, consueta opera, durauitque agitatio vsque ad annũ 1625. sub finem Martij: quando Dei opem specialibus votis implorantes, iussu R. P. Matthæi Pinalti, tunc Prouincialis, indicta oratione 40. horarum, Religiosi omnes pietatis pœnitentiæque operibus ritè præparati, solemni lustratione per dormitoria, cellas, aulas, totamque domum deferunt Sacratissimam Eucharistiam; præcipuum contra hostes nequissimos alexipharmacum. Et eodem momento euanescentibus spectris, depulsisque eiusmodi terroribus, pax vniuersæ domui, primaque Religiosis tranquillitas concessa, ad hunc vsque diem felicissimè perseuerat. Ita refertur à R. P. Leone *in Delineatione Prouinciæ Rhedonensis, c. 18.*

Monasterium quoddam spectris & prestigiis diu infestatur.

Tandem oratione & SS. Eucharistia Sacramento liberatur.

593. Anno 1624. Bredam Brabantiæ vrbem in Belgicis tumultibus Hispaniarum Regi ereptam, obsidente strenuissimo Duce Marchione Spinolâ, miles quidam SS. Virgini Deiparæ deuotus, eiusque Confraternitatis habitu, sacro SCAPVLARI, amictus, vexilliferi partes agens, generosè, & liberè, cum res exigeret, periculis se exponebat. Accidit autem, vt cum hostes è machinis bellicis frequentiores eiacularentur ignitos globos, vnus recto tramite in istum militem inuolarit. Mirabile; vbi globus ante ipsum constitit, suarum virium oblitus, ante pedes dicti militis absumitur, & in terram procidit; cum tamen, sicut idem depositus, eiusmodi globus tantæ adhuc vehementiæ fuisset, vt in longum protrahi, & plurimos interimere valuisset. Hic postmodum terram deosculatus, & brachia in altũ extendens, ilicò grates Beatissimæ Virgini de Monte Carmelo rependit. Fassus etenim fuit, se in peccato lethali tum temporis extitisse, ac, vbi globi illius aduentum præuidisset, confestim in corde nomen Beatiss. Virginis MARIÆ de Monte Carmelo inuocasse, ne sic in peccato moreretur. Ita referunt Cyprianus à S. MARIA Congregationis Italicæ Patrum Discalceatorum in libro cui titulus *Thesaurus Carmelitarũ cap. 12.*

Globus à machina bellica emissus inuolat militem Scapulari *munitum, nec lædit.*

F localus

Filoculus Caputus libro inscripto: *Il monte Carmelo, cap.* 5. Lezana in *Maria Patrona*, seu *de singulari protectione Virginis Deiparæ in sibi deuotos capite* 9. & alij. Haud minùs est admirandus casus, & isti omninò similis, qui in Polonia euenit, & à politi sermonis authore Theophilo Raynaudo in libro inscripto *Scapulare Partheno-Carmelit cum illustratum:* [a] sic refertur: „ Cracouiæ, pius Iuuenis Franciscus Spiritus Sodalitio V. Mariano adscriptus, „ & sacro SCAPVLARI instructus; cùm in bellum progressus esset, coesa ferè ad internecionem equitum turmâ, in qua merebatur, equo cui „ insidebat confosso, catapultâ manuariâ maioris modi in ipsum Francis- „ cum displosâ, ruebat in certam mortem; quippe circum cor appetitus „ glande, quæ loricam ferream & subiectas vestes pertuderat, sed cum ad „ SCAPVLARE, carni appressum peruenisset, elanguit. Et ad certam mi- „ raculi fidem leuiculo militis damno flaccidam cuti notam insuffit; vt „ miles ipse, Pragæ Bohemorum publicè testatum fecit, anno 1633. „ Aliud eiuscemodi ex eodem sequitur hic paulò post [b]. Eiusdē planè rationis est, quod anno 1652. contigit Burdigalæ, in quodam, Parlamenti ibidem, Consiliario: qui globum, emissum è sclopeto illæsus excepit in pectore, super SCAPVLARE B. Virginis MARIÆ de Monte Carmelo, quo erat indutus: indè antiqua istic Confraternitas S. SCAPVLARIS magis commendata incrementum notabile sumpsit. Casus iste typis editus fuit Bruxellis sub finem eiusdem anni.

Casus similis accidit in Polonia a Par. 1. c. 6.

[b] Nu. 6 o.

Circumstantiarum confinitas & similitudo vnum adhuc addi desiderat, euentu suo valdè mirabili valdè suspiciendum, quod idem Lezana & ante illum Cyprianus loco statim citato, sic describit: Nuper quidam miles propter nonnulla flagitia morti adiudicatus fuit, nempe, vt sicuti in bello moris est, non tortoris manu vitam finiret, sed vt sclopetorum globulis à Commilitonibus traijceretur. Aggrediuntur ex mandato Chiliarchæ deputati milites, & globos emittunt: at globi, vbi ad militem morti adiudicatum pertingebant, omnes sine vlla lætione in terram defluebāt; nec possibile fuit vllum reo afferre nocumentum. Mirantur adstantes, stupet Chiliarcha; quæ subsit ratio inquiritur: nec aliud quid piam potuit adducere Reus, nisi quòd S. SCAPVLARE Beatissimæ Virginis de Monte Carmelo gestaret. Quo viso libertati donatur, suique facti pœnitens, meliorem vitæ rationem instituit. Do idem metro à Mariani huius Ordinis Poëta eleganter illigatum, qui Reum Neapolitanum autumat, & casum in memorata Bredæ obsidione factum. Sic canit:

Metantur astra castra? Bredanæ pugil
Repetitor vrbis multus horrendis micat.
Quæsitor incorruptus & factum nefas
Ad sulphuratam grandinem mortis reum
Adiudicarat. Vallus è quercu riget:
Neapolita plumbea pallet scopio.

Coitur, eheu! murmurat, tonat, pluit
Feralis vltrix machina adstrictum in scelus.
Insigne pectus petitur; incassum tamen.
Facinora Ductor, prodigia miles stupet.
Visitur: & ante glande non fossi pedes
Mirè recussa grando spectari iacet.
Papè! quid istuc? pectus hoc plumbi nequit
Iaculo Forari? An aris, an chalybis rigor
Hoc volucre fatum respuit? Nihil minùs.
Interna candent: subitùs obriguit nihil.
At at, Colobia VIRGINIS *collo fluunt!*
Et hîc moratus imber, hîc fatum stetit,
Hoc ære fluxit mollior in humum globus.
Mori vetamur cœlitùs; vitam piæ
Et functa sæpè damna Matri *debeo,*
Eliada Parthenopeq, quam colit mea.
Tantisper (orat) fata sustineant gradum;
Dum lota Dominę *corda rideant suæ.*
Fiat, peractum est? i pugil, grates tuæ
Repende Dominę. *Viue. Milita. Sape.*
Hæc fatus, abijt Ductor ad suos: at hic
Solutus in alium, in pium, in virum, in facem
Virtutis, & splendoris, & famæ, & animi.
Proh! quàm beato hoc toxico pectus riget!
Penetrare plumbi nimbus & vitij nequit.

Origo devotionis & peregrinationis ad Imaginem Dominæ N. Bonæ Spei in Belgio.

594. Ioannes Nierimbergius *in Trophæis Marianis*, & V.P. Lezana *in libro de Patronatu SS. Virginis* MARIÆ hoc commemorant initium deuotionis, & peregrinationis ad Imaginem, *Dominæ nostræ Bonæ Spei* nuncupatam. Anno à Christo nato 1625. die 5. Augusti, B. Virgini specialiter dicato, ratione quondam descensus niuis, in silua quadam D. Principis Arembergæ, Ducis Arschotani &c. sita mediâ leucâ à ciuitate Hannoniæ, in Belgio, *Vallencenæ* nuncupatâ, in loco qui non ita pridem fuerat conciliabulum hæreticorum Iconoclastarum, & factiosorum hominum, in excauata querçu, à deuotis aliquot Studiosis Rhetorices Collegij Societatis IESV collocata fuit Imago, seu statua quædam Deiparæ Virginis: quæ, accepto nomine B. VIRGINIS MARIÆ BONÆ SPEI, visitari cœpta est ab accolis. Suauis ac neruosus è Societate IESV Poëta Antonius Deslions rem sic metricè pangit *de cultu B.V.* MARIÆ *lib. 2. eleg. 17.*

Dum vehit Augusti quintum lux aurea solem,
Sit mihi in Arschotij fas Ducis ire nemus.
His ubi Parthenicus benè tæpta clientibus edam,
Vallencygnææ quæ sanat vrbis olor.
Virgo, tuos si quando licet cognoscere sensus;

Nosse

Nosse quid hîc velles visa Iuuenta fuit.
Hæc equidem audierat solers hortante Magistro,
Spargendus latè quàm tuus esset honos.
Non decet angustis concludi mœnibus vrbis;
Vlteriùs per nos, quà licet, inquit, eat.
Est mihi de Foyâ simulacrum fictile quercu;
Cui decus & pretium sola MARIA *facit.*
Hoc ego Remeis tutelam saltibus addam;
Quercus erit votis non aliena meis.
Quis scit, an hanc olim supplex Peregrinus adoret;
Quis scit, an hic magnæ numina Matris erunt?
Dixerat; & felix tantis audacia cœptis
Adfuit, & mirum promere iussit opus.

Postquàm ingeniosa deductione pios in seligenda quercu, aptando loco, & ponenda imagine conatus descripsisset, de indito BONÆ SPEI nomine sic pergit:

Hæc vbi consilio & studiis communibus actum,
Nomine quo tandem DIVA *vocanda foret.*
Singula dum pensant augustæ nomina Matris;
(Non vno solùm nomine digna fuit)
Protinus è nostris non nemo Sodalibus, illic
Qui latus tantum fortè videbat opus:
Cum pia Mater, ait, vestris spem præbeat ausis;
Iure SPEI DOMINAM *iure vocate* BONÆ.
Virgo, SPEI DOMINAM *sine te, dixêre, vocari*
Tamq; bonum per nos nomen habere velis.
Religiosa piis applaudit vocibus echo:
Reddit & acceptos terq; quaterq; sonos.

Tandem pio cultu, deuotionisque obsequiis enarratis, piè ominando sic concludit.

Forsan & exemplo quondam vicinia nostro,
Quæque procul nobis ora remota iacet;
Huc veniet dubiis quæsitum oracula rebus,
Et feret ad patrios nuntia certa lares.
Forsan & hunc portenta locum diuina probabunt:
Surget & hîc templo nobilis ara suo.
Nec Iuuenes votum, nec SPEM *pia Virgo fefellit:*
Prodigiis sacer est, & pietate locus.

Sic est: pietatem mox ostenderunt vndique confluentes, prodigia exhibuit ipsa DIVA. Nam, (historiam ex Lezana pertexo) nonnulli illic à variis, quibus laborabant, infirmitatibus liberati, beneficium sanitatis obtinuerunt, vnde deuotio, & accursus illuc peregrinantium indies augebatur; confluebant vndique ex locis finitimis ciues, pagani, milites, quin & familiæ,

familiæ, seu communitates Religiosorum integræ: ita vt subinde vno die ad tria millia eò aduentitarent: salutarem illic opem omnes poscebant, plurimi ferebant. Atque ita contigit, vt arca fœderis destruxerit idolum Dagon: cùm nimirum eodem in loco, vbi B. Virgo MARIA fuerat blasphemata, & vbi facta fuerat ab Iconoclastis coniuratio contra Sanctorum Imagines, ibi ipsa Dei Mater in sua illa imagine tantoperè cœperit honorari; vt pro illa magnificum Domicilium, seu Ecclesia constructa fuerit: quæ perfecta anno 1629. consecrata fuit die 10. Septembris. Cumque gloria Miraculorum, quæ Dominus Deus per intercessionem sanctissimæ Matris suæ, in visitantibus istam Ecclesiam, aut B. VIRGINI BONÆ SPEI sese commendantibus operari dignabatur, indies magis magisque percrebresceret, etiam monasterium istic ædificatum fuit: quod cum Ecclesia, & dicta imagine, ac terris quibusdam adiacentibus Religiosis Ordinis nostri donatum fuit ab Excellentissimo D. Philippo Duce Arschotano: vt constat ex literis, seu instrumento donationis, cuius initium est eiusmodi: *Cum Illustrissimus, & Excellentissimus Princeps, ac Dominus Philippus, Dei gratiâ Princeps Arembergiæ, Dux Arschotanus, Princeps Rebequiæ, &c. Ædem Sacram, quam in libero suo Raismensi nemore, iuxta Vallencenas, ad Dei Opt. Max. gloriam funditùs erectam, Virgini Matri, ob varia, eius auxilio, patrata miracula, dicauit, & S. MARIÆ BONÆ SPEI Ædem nuncupauit, indies magis magisq; vigere, ac nouis miraculis inaugurari animaduerteret, operæpretium duxit, eamdem Religioso cuidam Ordini in perpetuum fidei commissum tradere, &c. Et communi bonorum sententiâ exemplariter hactenus Carmelitarum continuata Reformatio, Regulæq;, & statutorum stricta obseruantia piorum omnium animos ad Ordinis sui tutelam, & patrocinium allexerit; Excellentia sua summo ad Ordinis eiusdem incrementum desiderio anhelans, eidem Belgicæ Prouinciæ prænominatam Diuæ Virginis Ædem, cum inchoata domo, Conuentui destinata, & quadragenis terræ iugeribus, dedit*, &c. Solemniter introducti fuêre Religiosi, ac inibi constitutus Nouitiatus anno 1633. die 5. Augusti. Quoad miranda quæ istic quamplurima patrata sunt, illa descripta extant in libro Miraculorum istius loci: & ex eis aliqua typis edita sunt in libellis historiæ ipsius Imaginis, quæ hic in particulari referre non patitur nobis proposita breuitas. Vnum tamen, & ferè continuum, per transennam, notare poteris, nempe obduratorum peccatorum facilem pœnitentiam, qui ad B. Virginis asylum hoc confugientes, & inibi peccatorum onera (quod alibi facere horror fuit) deponentes, SPEM BONAM vitæ æternæ adipiscendæ concipiunt. Hæc ex præfatis Authoribus scriptisque authenticis, ac attestationibus Religiosorum, in dicto Conuentu ab initio fundationis commorantium.

In silua, quæ non ita pridem fuerat conciliabulum hæreticorũ.

Conuentus ibi cõstruitur à D. Duce Arschotano, & Ordini huic traditur.

595. Paucis post annis Marchiæ, etiam in Belgio, sub Diœcesi Leodiensi Imago quædam sub titulo NOSTRA DOMINA MISERICORDIÆ in Ecclesia Virginum Religiosarum Carmelitissarum variis celebrata fuit infirmitatum curationibus: quas, post examina Doctorum medicinæ, & Theologiæ, tamquàm miraculosas declarauit Ioannes Chokier Vicarius Gene-

Digitized by Google

Generalis Leodiensis,& confirmauit Ferdinandus Archiepiscopus Coloniensis Princeps,& Episcopus Leodiensis anno 1641. quo eæ typis euulgatæ fuerunt.

596. Cremonæ anno 1625.accidit casus valde celebris, totique ferè Italiæ notus. Quidam nuncupatus Ioannes Baptista Zamarinus nonnullorum criminum reus à publicis iustitiæ ministris captus fuit, & inclusus carceri,commissorum pœnitens, confugit ad Matrem misericordiæ: sacro SCAPVLARI indui postulauit & obtinuit: exindè ad honorem illius singulis feriis quartis abstinentiam seruans per triennium, quo incarceratus mansit;vt eius meritis à morte liberaretur. Interim damnatur ad patibulum: & tum eximiè Beatæ Virgini Carmelitanę se commendabat. Cumque carnifex è furca eum suspendisset, & quâ poterat vi guttur eius premeret duplici fune,altero subtili,altero grossiori: vterque mirabiliter dissectus subitò fuit,& reus in terram incolumis cecidit, facie versùs cœlum. Res examinata,& pro miraculo celebrata fuit, ac consignata litteris Senatus Mediolanensis ad Excellentissimum Ducem de Feria,Mediolanensis Status Gubernatorem:cuius iussu Zamarinus liber dimissus, precibus obtinuit habitum Fratrum laicorum Ordinis nostri; in quo per annos aliquot religiosè vixit, vsque ad mortem. Historia illa plenius, cum circumstantiis descripta,typis edita fuit Cremonæ,& Bracciani:eam quoque referunt Laurentius Chrysogonus *in Mundo Mariano* [a] (vbi alia quædam S.SCAPVLARIS admiranda habet) Cyprianus à S. MARIA *in Thesauro Carmelitarum* [b], Lezana *in libro de singulari SS. Virginis* MARIÆ *patrocinio ac patronatu.* [c]

Casus per totam Italiam celebris in suspenso Diuę *Carmelitanæ se commendante.*

[a] Par.1. dis.17. nu. 74.
[b] Cap.15.
[c] Cap. 9. n.13.

597. Simile accidit Venetias inter & Paduam anno 1628.in facinoroso quodam suspenso,qui Sacrum gestans SCAPVLARE B. Virginis MARIÆ de Monte Carmelo, eius opem implorabat, ne moreretur inconfessus,triduo post viuus deprehensus fuit à lictoribus qui stupore, & angore defixi,veritique ne non bene suo functi fuissent officio,ensibus eum confodere tentabant: quibus ait patibulatus,se meritis B.Virginis,cuius SCAPVLARI indutus erat, in vita seruatum,nec mori posse, donec animam exhomologesi perpurgasset. Defixus itaque fuit è furca,& ductus ad Ecclesiam, vbi confessus,aliisque Sacramentis receptis,mox animam exhalauit. Ita Filocalus Caputus *in libro miraculorum B. Virginis* MARIÆ *de Monte Carmelo c.*11.

Simile accidit circa Venetias.

598. Continuator Annalium Ecclesiasticorum Spondanus ad annum 1625. hoc refert initium renouatę deuotionis & celeberrimæ peregrinationis ad antiquam Imaginem S. ANNÆ, cœlitùs manifestatam in loco,vbi aliquanto post constructum fuit insigne Cœnobium Ordinis nostri. „ Sanctæ ANNÆ, *inquit*, Matris Dei Genitricis veneratio ab om„ ni Christiano æuo in Ecclesia: & Orbe receptissima ac probatissi„ ma, hoc ipso anno, nouo miraculo manifestata legitur in Britannia „ Armorica, in vico ker-Anna Diœcesis Venetensis. Vbi diuinitùs re-

Renouatio deuotionis & celeberrimæ peregrinationis ad vetustã Imaginẽ S. Annæ in Britannia.

Digitized by Google

„ uelata cuidam pio oratori nomine Iuoni Nicolasico, mense Martio, ve-
„ tus quædam sacra Imago prædictæ Beatæ ANNÆ, terræ profundè in-
„ fossa; confestim cœpit innumeris, & clarissimis, iuxtà ac stupendis
„ splendere miraculis: quæ locum frequentatissimum populorum cōcur-
„ su reddiderunt; collocatà Imagine in Ecclesiâ, ex pijs Eleemosynis
„ magnificè constructa, propè Oppidum Aureum, autoritate Sebastiani
„ Rosmadeci Episcopi Venetensis, loci Ordinarij: qui miracula probatis-
„ sima ad eam continuè fieri consueta, Decreto publico confirmauit, &
„ promulgari permisit, per Fratrem Hugonem à S. Francisco, Carmeli-
„ tarum Reformatum Prouinciæ Armoricæ. Cui Ordini Episcopus cu-
„ ram, & administrationem prædictæ Ecclesiæ contulit. „ Ita Sponda-
nus. Per decem & octo menses frequens ibi visio apparebat nocte, præ-
grandis, & eximiæ formæ mulieris, cœlesti lumine conspicuæ: quæ per-
mouit, vt designatus locus foderetur: repertaque fuit Imago vetusta D.
ANNÆ in loco deserto, vbi in primis Ecclesiæ Christianæ seculis eiusdem
nomini, & honori erecta fuerat ædicula, quæ circa annum Christi septin-
gentesimum corruerat, & solo fuerat adæquata: prout eidem Iuoni ipsa
indicauit. Porrò haud abbreuiata Dei manus tanta suæ potestatis mira-
cula ibi mox exhibuit omnis generis, vt volumen integrum iis referendis
haud sufficeret. Ex his quamplurima Reuerendiss. DD. Episcoporum
authoritate probata typis prodierunt in Historia istius Imaginis. Idcircò
incredibili peregrinorum frequentiâ inuisitur, vt sæpè supra viginti & tri-
ginta hominum millia concurrant: prout refert testis oculatus R. P. Leo à
S. Ioanne *in Delineatione Prouinciæ Turonensis capite* 31. Constructa breui
fuit inibi insignis Ecclesia, quæ (vt cœlesti visione indicatum præfato
Iuoni) tradita fuit Religiosis huius Ordinis, & Prouinciæ Turonensis: qui,
collatis à fidelibus eleemosynis, amplum construxerunt Cœnobium: &
recipiendis vndique aduentantibus peregrinis commoda hospitia adiecta;
est enim in angulo vastæ & desertæ solitudinis. De perantiquo cultu S.
ANNÆ in Ordine Carmelitano dictum est *capite* 24. sub finem; vt proin-
dè meritò, Dei ordinatione, vetusta illa, & venerabilis Imago illius, eidem
Ordini cesserit: idque in ea Prouincia, vbi primogenitus Reformationis
Conuentus iam tum antè annos aliquot (circa annum 1613.) S. Iosepho,
Sponso filiæ S. ANNÆ, & aliquantò post alter S. Ioachimo eiusdem con-
sorti, ipsiusque Deiparæ com-Parenti, dicati fuêre.

Miracula probatissima autoritate Episcopi promulgātur.

Per Religiosos huius Ordinis Cœnobium amplum ibi cōstruitur.

599. Anno 1626. Panormi in Sicilia Senatus publico voto testatus
fuit, suam illam vrbem à morbo Epidimiæ, totam Trinacriæ insulam de-
populante, per merita S. ALBERTI nostri Drepanensis fuisse mirabiliter
liberatam: eumque propterea in suum Protectorem, seu specialem Patro-
num assumpsit: quam protectionis electionem à Panormitanis factam,
solemni edito de illius Officio cum Octaua celebrando, concessis Indul-
gentiis, Ioannes Cardinalis Doria Genuensis, Panormi Archiepiscopus,
confirma-

Panormum à peste liberatur meritis S. Alberti: qui propterea in Patronum ibi assumitur.

Digitized by Google

confirmauit 4. Augusti eiusdem anni 1626. Ex Lezana *tom.4. Annal. ad annum Christi* 1307. sub finem.

600. Augustissimus Imperator Ferdinandus II. cum Imperatrice Eleonorâ, & Filio Ferdinando Hungariæ Rege, exindè quoque Imperatore Ferdinando III. nominibus suis datis sacri SCAPVLARIS Confraternitati, Marianam vestem suprà purpuram & cimelia quæcumque æstimabant, & venerabantur. Anno 1627. præcipuæ illius festiuitati, Cõmemorationi nimirùm solemni Deiparæ Virginis de Monte Carmelo, 16. Iulij celebrari solitæ, processioni & sacro Missæ officio præsentes, deinde mensis pauperum Religiosorum accumbere non dedignati fuerunt. Idipsum etiam aliàs quandoque præstiterunt. Ita testatur Cyprianus à S. MARIA *in Epistola dedicatoria ad ipsum Ferdinandum III.* præfixa libro inscripto *Thesaurus Carmelitarum.* Referunt etiam alij. Valde singulare, & raræ pietatis exemplum est, quod de dicto Ferdinando secundo ex Gulielmo Lamormaijno refert Lezana *in libro de Patrocinio Deiparæ* [a] videlicet: Nulla est in vtraque Austria, nulla in Hungariæ, Bohemiæq; Regnis, nulla in Stiria, Carinthia, Carniola, Beatissimæ Virginis pia Sodalitas, in cuius album nomen suum non retulerit. Ipsum imitati fuêre Augusta Coniux & Liberi.

Ferdinandi II. & III. Imperatorii pietas erga S. Scapulare.

[a] Cap. 10. n. 19.

601. Anno 1627. Vrbanus VIII. B. Virginem MARIAM MAGDALENAM DE PAZZI, Florentinam, Carmelitani Ordinis Monialem, ex hac vita translatam anno 1607. diuinis illustrationibus, & miraculis valde cõspicuam, inter Beatas *Repositam* declarauit: & de ea per totum hunc Ordinem officium sub ritu duplici celebrari permisit. Idem Pontifex anno 1629. S. ANDRÆAM CORSINVM, Fesulanum Episcopum, (cui iam olim ab Eugenio Quarto sacri honores attributi erant, & supplicationes solẽnes concessæ, ratione insignis victoriæ per Florentinos ipsius meritis obtentæ) in Sanctorum numerum solemnissimè retulit. De eius eximia deuotione erga SS. Virginem MARIAM dicetur infrà *par. 6. c. 3.*

Maria Magd. de Pazzi *beatificatur.*

Canonizatur S. Andreas Corsinus.

602. *Anno 1631. cum Suecus Herbipolensi ciuitati hostiliter immineret, terrorq; omnes, tam Ecclesiasticos, quàm seculares inuaderet, Carmelitis hinc inde dispersis, & iustarouium, errantibus, probus quidam Pater Albertus Heilsinger nomine, cum socio ad arcem, tamquam tutissimum asylum, se contulit, quam cum expugnaret Suecus, ac caperet, irruentibus, & frementibus vndique militibus, confessiones excipiendo multis grauibusq; vulneribus saucius; furore militum sedato, ab arce ad Monasterium Patrum Franciscanorum (quia Carmelitarum non patebat) semi-mortuus est delatus: & paucis elapsis diebus ibidem, vt martyr, animam exhalauit, socio Fratre prius in arce enecato.* Ita refertur *in Annalibus Ordinis ad annum Christi* 1252. vbi de Herbipolesi Cœnobio agitur. Sub ea tẽpora Rottemburgẽse Monasterium, in Diœcesi Constantiensi (quod per varias temporum vicissitudines, inter hæreses, & bella perstiterat) à Principe hæretico prophanatum fuit, & Religiosi omnes ejecti. Idem euenit Norinbergensi. Norlingensi, Culmensi, Sparnecensi, Golingensi, eiusdem Prouinciæ Cõuentibus:

Suecus inuadit Monasteria Ordinis in Germania.

uentibus: cæteri quoque, superiore seculo multum discerpti, rursus tunc ad miserias magnas redacti fuêre: ita vt aliquot post annis in tota illa Prouincia vix restarent quadraginta Religiosi. Qualiter nunc reparata sit, & indies restauretur, dicetur *par. 4. c. 4.*

603. Anno 1636. pestilentiæ facibus ardens Bruxella ingemiscebat, & etiam aliæ pleræque Belgij Ciuitates semi-vstæ spectaculum præbebãt doloris: consilium tunc incidit Venerabili P. Liuino à Sanctiss. Trinitate (raræ pietatis viro, & Theologiæ mysticæ eximio Magistro, ac exercitatori) tum Priori Ordinis huius in Conuentu Bruxellensi, erigendi Confraternitatem sub titulo S. Cardinalis CAROLI BORROMÆI, Belgij olim apud Sedem Apostolicam Protectoris: cuius Pastoralis sollicitudo, dum viueret, peste laborantibus mirificè fuit patrocinata; cuius egregium patrocinium Belgica sæpiùs est experta; vt eius meritis pacato tandem numine dirum istud flagellum auerteretur. Pium votum proposuit Illustrissimo D. Iacobo Boonen Archiepiscopo Mechliniensi, supplicauit, impetrauit: & instituta fuit Confraternitas: cui mox deuotè nomina dederunt primi ipse Illustrissimus Dominus, & alij bini Reuerendissimi Episcopi Engelbertus Namurcensis, & Cornelius Ianssenius Iprensis, nec non Reuerendissimus Richardus Pauli-Strauius tum Pro-nuntius Apostolicus, deinde Episcopus Dionysiensis ac Suffraganeus Leodiensis. Istorum exempla secuti sunt Principes multi, cum præcipua Belgij nobilitate, & aliis tum Ecclesiasticis, tum secularibus quamplurimis. Mirum dictu, quàm festinanter, & euidenter S CAROLI patrocinium senserit Bruxella: subitò enim cessare cœpit pestis, donec breui ab ea omninò libera esset, & inter circumuicinas Vrbes, minùs populatas, incontaminata tum perstitit annis ferè duodecim. Cum verò anno 1648. rursùs vehementer flagrare cœpisset isto formidabili igne, & indies magis augesceret malum; idem Illustrissimus Dominus indixit solemnitatem in Ecclesia Carmelitana ad altare dictæ Confraternitatis, indeque Processionem generalem. Quâ solemnissimè peractâ die 10. Augusti, S. Laurentio sacrâ, rursùs manifesta apparuit diuinæ clementiæ, S. CAROLI intercessione, obtentæ, exhibitio; tam celeriter enim imminui, & extingui cœpit fatale incendium, vt intra spatiũ duorum circiter mensium cum dimidio nulla amplius domus, aut persona infecta nosceretur: hinc festo ipsius S. CAROLI proximè sequenti 4. Nouembris eiusdem anni 1648. & iterum aliquantò post idem Illustrissimus Dominus Archiepiscopus, etsi semiò grauatus in gratiarum actionẽ solemnem Missam in Ecclesia præfata decantauit, assistente Sereniss. Archiduce Leopoldo Belgij Gubernatore, cum alijs Principibus, & Vrbis Proceribus. Sic restamur, qui vidimus: estque publicâ notitiâ, ac recenti adhuc memoriâ celebre: & refertur in Tractatu de vita, virtutibus, & Cõfraternitate S. CAROLI idiomate Gallico, ac Belgico edito, & recuso sæpiùs Bruxellis, ac ab Antonio Sandero *in Brabantia illustrata.*

Bruxellis erigitur tẽpore pestis, Confraternitas S. Caroli Borromæi.

Cui inscribũtur Primates Belgij.

Mox cœpit cessare pestis.

Archiepiscopus Missam canit in gratiarũ actionẽ præsente Archiduce Leopoldo.

Deuotio illa ad præci-

604. Hinc permoti fuêre alij per Belgium Episcopi in suis Dioecesibus

sibus eamdem Confraternitatem instituere: Et quidem etiam in Ecclesijs Ordinis Carmelitani Antuerpiæ, Mechliniæ, Gandaui, Brugis, Ipris, & Vallencenis,

Quas Belgij vrbes propagatur.

Peculiare autem motiuum illorum Episcoporum, erigendi istam Cõfraternitatem in Ecclesiis huius Ordinis, ea fuit, quòd S. CAROLVS, primùm Cardinalis titulo S. Martini in montibus (quæ est nostri Ordinis Ecclesia spectatissima, olim à S. Siluestro condita, & ab ipso quoque S. Cardinali decorata) Protector etiam fuerit Religionis nostræ: atque eâ ratione in Capitulo nostro Generali, celebrato Romæ ad S. Martinum in mõtibus, anno 1564. ipse præsedit: fuerũtque in eo variâ valde notabilia & vtilia decreta. Et propterea vnà cũ S. P. N. ELIA, & S. IOSEPHO ipse S. CAROLVS electus fuit in hac nostra Prouincia Belgica Protector Reformationis, & Obseruantiæ nostræ: cuius proinde festum, sub ritu Duplicis maioris, in omnibus Conuentibus solemnissimè celebratur.

Episcoporũ motiuum istam instituendi Cõfraternitatem in Ecclesiis Ord. huius.

605. Circa annum Christi 1640. Et aliquantò antè, ac post, dum bellicus furor in plerisque Europæ Prouinciis debaccharetur, multiplicia admiranda præstita sunt mediante sacro SCAPVLARI, in variis regionibus, specialiter in Lotharingia, & Burgundia: quæ R. D. Barthelotus magnus Vicarius Abbatiæ S. Petri Senonensis in Burgundia, perpendens istud *Tobiæ* 12. Quòd *Opera Dei reuelare honorificum sit*, collegit, & publicauit in Opusculo, inscripto: *Compendium mirabilium* SCAPVLARIS Gallicè edito, & variis locis excuso. In quo refert varij generis casus, nempè de diuersis qui petiti glandibus sclopetorum illæsi perstiterunt, dum globuli igniti, perforatis cæteris vestibus, complanati in ipsis SCAPVLARIBVS, vlteriùs non procederent, sed ibi hærerent, aut in terram deciderent, sine læsione. Alij, mediante SCAPVLARI, aut ad inuocationem B. Virginis MARIÆ de Monte Carmelo, in ruinis domorum aut murorum, alisque manifestis periculis incolumes euaserunt. Nonnulli sacro illo habitu amicti lethaliter ita vulnerati, vt iuxta naturæ cursum nullatenus posse superuiuere iudicarentur, in viuis perstiterunt, donec confessi essent &, mox obierunt. Quandoque SCAPVLARIA iniecta incendiis, ea extinxerunt, & deinde integra, ab igne inuiolata reperta sunt. Nonnumquam SCAPVLARIA, quæ multis annis in tumulis iacuerant, corporibus ipsis, cæterisq; omnibus consumptis, prorsùs incorrupta inuenta sunt. Vnius hic paullò latiùs meminisse sufficiat, quo cum puella nobilis, à pietate, cæterisque virtutibus commendata, sepulta fuerat, in oppido de Castro-ad-Mosellam: quòd post octo annos, corpore prædictæ puellæ penitùs consumpto, & in cineres, cum indumentis eius, redacto, SCAPVLARE prædictum, licèt ex lana leui & fragili contextum, integrum & illæsum nullaque putredinis vitio corruptum, cineribus mixtum, inuentum fuit. Informationes iuridicas, cum authoritate Ordinariorum, pro isto, & alijs casibus factas fuisse, testatur præfatus D. Barthelotus. Et quidem integrum adfert actũ declaratorium: quo D. Ioannes Midot S. Theologiæ & Iuris vtriusq;

Admiranda per S. Scapulare in Lotharingia, Burgundia & alibi.

Doctor Archidiaconus Maior ac Vicarius Generalis Episcopatus Tullensis (Sede vacante) casum istum de SCAPVLARI incorrupto, præmissis requisitis informationibus, tamquàm extraordinarium Diuinæ potentiæ effectum pietati, deuotioniq́ue fidelium erga Beatissimam Virginem æstimandum & colendum pronuntiauit.

606. Occasionaliter, atq́ue opportunè hic consequenter commemorandum videtur id, quod Lezana *tom. 4. Annalium ad annum 1352.* Scribens de Conuentu Andegauensi in Gallia refert, nempe in eo *paruum* SCAPVLARE *post multos annos, inter conditi cadaueris sanies, integrum repertum: & consultis ea in re expertis, Iudicum ac Superiorum decreto in miraculi speciem cum veneratione asseruari.* Singulare etiam est id, quod Vener. Pater Martinus de Hooghe, iteratis vicibus Prouinciæ Belgicæ Prouincialis, eiusdemq́ue, bellis quondam miserè dilaceratæ, restaurator præcipuus, *in libro de* SCAPVLARI *SS. Virginis Carmelitanæ ca. 5.* sic commemorat. In Brasilia, Ciuitate Rio d'Henero (seu de Genaro) nuncupata, mulier ex deuotione cum hoc habitu sepeliri postulauerat. Erant qui id tãquam vanũ, & inane irridebãt. Equidem factũ. Post annos sedecim defuncto eiusdẽ marito, cũ tumulus, interea nũquàm apertus, effossus esset, SCAPVLARE istud sanũ, absque vlla putrefactionis nota inuentum fuit. Patres Societatis Iesu, in quorum Ecclesia sepulchrum erat, admirati, monuerunt Religiosos Conuentus Ordinis nostri in ea ciuitate: fuitq́ue res delata ad Episcopum locis: à quo, post facta examina, & informationes, tãquàm, casus miraculosus id declaratum fuit: & SCAPVLARE ipsum argenteæ thecæ inclusum singulis mensibus in processione circumfertur. *Sic honorabitur vestis, quam Regina cælorum voluerit exaltare.*

Constitutiones Ordinis innouãtur & Apostolicæ Sedis robore firmantur.

607. Anno 1639 Vrbanus VIII. Constitutiones antiquas Ordinis, pro Reformatione in quibusdam punctis immutatas, & Statutis nonnullis nouis, ad maiorem vitæ perfectionem, & strictiorem Regularis disciplinæ obseruantiam conducentibus, augmentatas, Apostolicæ approbationis patrocinio communiuit. Anno autem 1645. ex Decreto Capituli Generalis, Romæ tum celebrati, adiecti fuêre plures articuli, ex variis Statutis, & Prouinciarum Reformatarum, aut Reformationem postulantiũ monitis, ac obseruationibus collecti: suisq́ue locis inserti. Atque ita vnum Volumen, seu vnum corpus Constitutionum Generalium pro omnibus Conuentibus in hoc Ordine iam reformatis, vel deinceps reformandis, effectum fuit, ad augendam & conseruandam tam Reformationem, quã Reformationis vniformitatem. Illas autem Constitutiones examinatas, & approbatas per Hieronymum Archiepiscopum Patracensem, & alios Prælatos deputatos à SS. Domino Innocentio X. Ipse Pontifex eodem illo anno Apostolicæ confirmationis robore stabiliuit, & omnibus huius Ordinis Reformatis perpetuò inuiolabiliter, exactè, & inconcussè obseruandas iniunxit. Vtriusq́ue Bulla dictis Constitutionibus inserta habetur.

608. Anno

Digitized by Google

608. Anno 1642. in terra S. Petri in Galatina Prior Cœnobij Carmelitani inibi, nuncupatus P. Angelus Thomas de Galatina, ædificium aliquod, Conuentui necessarium constructo, inscius occupauerat partem fundi alieni, quem hæreditauerat D. Franciscus Mongius, tum pupillus, & minorennis: cui auunculus, & tutor erat D. Petrus Paulus Marsilius Abbas Monasterij, nuncupati S. Catharinæ Nouellæ, Ordinis Oliueti. Is factum intelligens, grauiterq; indignatus, adijt dictum Priorem; ipsumque verbis asperis, ac iniuriosis aggressus fuit: voluitque domum iam factam deijci, grauia minitans damna, id nisi faceret. Perplexus, & anxius Prior, ad Ordinis Tutelarem, Dominamque Carmeli confugit: quæ nocte sequenti apparuit dicto D. Abbati, eum increpans de verbis iniuriosis, & grauamine, quod inferre intendebat. Perterritus ille, & pœnitès facti, diluculò surrexit, ad Priorem venit, supplex, pedibusque eius aduolutus veniam expetiit, & visum enarrauit. Tum Ecclesiam ingressus antè aram SS. Virginis Carmelitanæ se prosternens, precesque effundens, eius sacro habitu (SCAPVLARI) donari postulauit. Mox non tantùm illam fundi vsurpati particulam, sed & hortum vicinum Conuentui procurauit. Exindè singularem cõcepit, & conseruauit pietatis affectum erga SS. Virginem Deiparam Carmelitanam, cuius postmodùm ope in manifesto vitæ discrimine incolumis euasit; quadam enim die (erat feria quarta) dum Senis in Etruria egressus iter faceret, insidens mulo, ille põtem pertransiens ligneum flumini superstratum, delapsus est cum insessore suo: qui iam MARIÆ cliens, eiusque signo (SCAPVLARI) munitus, istis in angustijs promptissimæ periclitantium auxiliatrici deuotè se commendabat: & ecce, vterque mirabiliter à ligno, quod tanto oneri non erat ferendo pendulus hæsit, donec accurissent, qui succurrerent. Manifestè se quoque cognouisse alias speciales gratias, eiusdem intercessione receptas signanter liberationem à grauissima infirmitate, professus fuit prædictus D. Abbas: eaq; omnia, vt relata sunt, cum iuramento, solemniter attestatus fuit, per instrumentum confectum à Donato Doncella Notario publico. Apographum authenticum, per Notarium Apostolicum Romæ expeditum, extat in archiuijs Prouinciæ nostræ Belgicæ.

Beneficia bina per B. Virginem Carmelitanam.

609. Eodem illo anno 1642. die 17. Decembris Mediolano scribebat R. P. Ioannes Baptista Verax Societatis IESV Antuerpiam, ad R. P. Ioannem Bollandum eiusdem Societatis, his verbis: *In ciuitate Niceensi, quæ est ad mare, mirum accidit: sclopo petitus fuit iuuenis quidam; glans ignita peruenit ad habitum, quem vocant, B. Virginis Carmelitanæ, nec ad pellem processit, sed ibi hæsit in modum ceræ tenerrimæ, velut ad sigillum præparatæ.* Literas istas vidi, qui hæc scribo, & extractum mihi tradidit R. P. Godefridus Henschenius, sub initium anni 1643.

Casus mirus per S. Scapulare.

Circa istum annum Ipris in Flandria pro Ecclesia Carmelitana quædam Beatam Virginem Deiparam repræsentans, pictura effigiata fuit ad similitudinem Imaginis ex Italia delatæ, & expressæ ad prototypon à Sancto

Deuotio ad Diuam V. Neapolitanam primùm Ipris cœpta.

Sancto Luca, vt antiqua fert traditio delineatum (quod Neapoli, miraculis celeberrimum, colitur, vt diximus capite antecedente) & publicæ veneration i expoſita mox ſingularem cœpit habere venerationem à populo, etiam tabellas votiuas adferente in beneficiorum inde receptorum recognitionem. Faſſus quandoque Pictor, ſancteque proteſtatus ſe nedum vllo pretio, ſed nec vllo penicilli artificio poſſe aliam ſimilem, quocumque adhibito niſu, tantæ deuotionis efformare, tamquàm ſi alterius ductu, dum eam pingeret, directus fuiſſet & adiutus. Inter cætera, ad eam è catenula argentea appenſus plumbeus cernitur globus è ſclopo (vt vocant) emiſſus, quem miles in SCAPVLARI hærentem, nec vltra penetrantem, illæſus accepit, & Soſpitatrici obtulit DIVÆ. Quando, & quâ ratione propagata fuerit ea ibi primùm incepta deuotio ad alios Prouinciæ Conuentus, poſteà dicetur.

610. Anno 1648. in Rothomagenſi Diœceſi exorta fuit non modica contentio, cùm nonnulli Confraternitati Sacri SCAPVLARIS erectionem, Indulgentias, & peculiariter Bullam Sabbathinam, impugnarent, atque alij vindicarent. Hæc inter Illuſtriſſimus Rothomagenſis Antiſtes ſuarum eſſe partium ratus, diſſidentes componere, ac diſputationi lucem afferre, quò efficaciùs id præſtaret, quid ſentirent ea de re Sorbonici Doctores voluit exploratum. Archiepiſcopi voto ſatisfaciunt Sorbonici, examen quæſtionis ſelecti octo è celeberrimis ſuſcipiunt, qui, viſis Bullis, omnibuſque penſatis, die 19. Auguſti præfati anni 1648. eiuſcemodi dedêre cenſuram ex Gallico in latinum traductam & in compendium redactam: „ Nos infra ſcripti Doctores Facultatis Theologicæ Pariſienſis, „ viſis diuerſis Bullis Pontificiis, cum approbatione Domini Cardinalis „ de Bourbõ Archiepiſcopi Rothomagenſis, permiſſione D. Guyon Vi„ carij Generalis Domini Cardinalis de Ioyeuſe Archiepiſcopi Rotho„ magenſis; nec non Decreto Pauli Quinti dato 1613. die 11. Februarij, „ relato per Rodericium in ſuo Bullario, in his terminis: *Patribus Carmeli-* „ *tanis permittatur prædicare*, &c. *a* Cenſuimus, & cenſemus, primò quoad „ erectionem dictæ Confraternitatis, poſſe Illuſtriſſimum D. Archiepi„ ſcopum (ſi ei placet) in ſua Diœceſi concedere in locis, vbi iudicauerit „ expedire, nec non conſeruare vbi iam ante canonicè eſt erecta, eiuſ„ que exercitia permittere. Quantùm ad Indulgentias Confratribus di„ ctæ Confraternitatis conceſſas, & permiſſu DD. Archiepiſcoporum „ Rothomagenſium iam ante publicatas, poſſe continuare licentiam eas „ promulgandi, mandando tamen vt eæ diſtinctè explicentur. Quod ſpe„ ctat Bullam, dictam Sabbathinam, omninò conueniens nobis videtur (ſi „ placet Illuſtriſſimo D. Archiepiſcopo) vt iniungat Religioſis Carme„ litis, & aliis quibuſuis, exactam obſeruantiam ſupradicti Decreti Pauli „ Quinti *b*. Reſolutum Pariſiis hac die 19. Auguſti anno 1648. „ ſigna„ tum erat Iacques Hennequin, I. Charton, I. Pereyret, R. Duual „ Hallier, N. Cornet M. Grandin, & le Maiſtre. „ Iſta latiùs referuntur in

a Decreti iſtius pars relata eſt hic paulò antè num. 186. altera ponetur p. 5. c. 6.

b Patribus Carmelitanis permiſtatus &c.

Digitized by Google

tur in tractatu Theologico *de singulari immaculatæ Virginis protectione*, authore P. Irenæo à S. Iacobo [a] vbi ipsa octo Doctorum Facultatis Parisiensis resolutio, Gallico idiomate facta ad verbum inseritur.

[a] Sect. 2. c. 3. §. 1 & sub finem inter monumenta fol. 52. & seq.

Occasio illius difficultatis fuisse videtur libellus quidam famosus, verbis aculeatis perstringens priuilegium Bullæ Sabbathinæ, & à SS. Virgine MARIA traditum B. *Simoni Stock* SCAPVLARE, eiusque Confraternitatem incognitis typis editus Parisiis anno 1642. ac deinde etiam recusus: at Christianissimi Regis authoritate proscriptus. De quo, & eius authore, nouis cudendis opinionibus addicto, ista scribit Lezana in Annalibus Carmelitanis [b]: *Multum valdeque mirandum quod contra eam* (Confraternitatem scilicet SCAPVLARIS, & veritatem Bullæ Sabbathinæ tot Summorum Pontificum, Sacræ Congregationis, Doctorum, ac Scriptorum authoritate roboratam, & munitam) *calamum exacuendo libellis aculeatis scriptis de medio tollere tentauerit. Incassum sanè cùm doctissimi viri, strenui certatores, ac pugiles Ioannes Cheron Burdegalensis, Thomas Aquinas Aquitanus, Philibertus Fesaius Professor Aquensis, Irenæus à S. Iacobo Rhedonensis in Ordine nostro insignes; ac ex Iesuitica inclyta familia R. P. Theophilus Raynaudus suprà celebratus contra ipsum libris, seu tractatibus editis in lucem, egregiè scripserint, ipsius falsa dogmata confutantes.* Atque ita, idipsum, quod in Catholicæ fidei nostræ dogmatibus, ac mysteriis, vsu venire solet, vt dum ab hæreticis impugnantur, eâ occasione clariùs explicentur; sic & ratione motuum contra Sacri SCAPVLARIS priuilegia, in multis excitatus fuit ardor pro iis vindicandis, & etiam magis illustrandis. Quibus subseruiunt quoque admiranda, quæ sub ea tempora variis in locis mediante SCAPVLARI *Mariano*, contigerunt. De confirmatione Bullæ Sabbathinæ videri insuper poterunt. dicta hic ante [c]. De hoc argumento quoque ex professo tractatur parte 5. [d]

[b] Tom. 4. ad ann. Chr. 1322. n. 15.

[c] Nu. 519. 565. & seq.

[d] Cap. 5. & 6.

611. *Miles anno 1648. ad Ipras Flandrorum, sclopo appetitus, pilam in* SCAPVLARE, *quod gestabat, incidentem excepit illæsus: atque, vt geminaretur miraculum, effigies Deiparæ acu pictæ in* SCAPVLARI, *in quam pila incurrit, expressa est in plumbo: quod Serenissimus Leopoldus Austriacus admiraculi memoriam asseruare dicitur.* Ita Theophilus Raynaudus Societat. IESV *in libro* inscripto. *Scapulare Partheno-Carmeliticum* [e]. Me præsente (qui hæc scribo) & audiente anno 1655. die 25. Iunij Natalitio S. Ioannis Baptistæ dictum casum, prout iam enarratus est, retulit ipse Sereniss. Princeps Archidux Austriæ Leopoldus, tunc Gubernator Belgij, dum dignaretur prandere in refectorio Conuentus *Dominæ nostræ Bonæ Spei*, (de quo hic suprà [f]) ratione professionis in Ordine nostro R. P. Philippi à S. Iosepho, quondam Marchionis de Renty, primogeniti Excellētissimi Ducis Hauræi. Quoad globum illum, cui impressa erat effigies Virginis Deiparæ, asserebat, se inter manus habuisse, sed ad preces militis Officialis, cui res contigerat, eidem reddidisse. Tum quoque referebat aliud stupendum, quod viderat, de milite Hispano, ob varia crimina patibulo adiudicato: qui suspendendus, desiderio longioris vitæ, & pœnitentiæ, pro flagitiis, peragendæ, omni

[e] Par. 1. c. 6.

[f] Nu. 594.

humanâ destitutus spe, ad communem confugit Consolatricem afflictorum B. Virginem Carmelitanam, cuius erat habitu (SCAPVLARI) amictus. Ecce manifestum exauditæ precis indicium: proiectus è furca, quasi sustentatus in aëre, viuus pependit, donec, casu fortuito, ipse Princeps in venatione, feram illac fugitantem insequens, loco supplicij (quem de industria declinare, intendebat, ideoque in dissitos inde saltus venationem indixerat) appropinquaret & viuere deprehensum, funes abrumpi iussit, & reum absoluit; qui liberatrici suæ potentissimæ, ipsique Principi, peractis gratiis, Compostellam tendebat.

612. Eodem ferè tempore (anno 1647.) Neapoli mirum id accidit, quod etiam ab ipsis hæreticis (ea in re, præter morem, fidis historicis, seu historiæ translatoribus) refertur in libello, inscripto: *Het eerste deel der Napelsche beroerte met de wonderlycke op-en ondergangk van Mas Aniello, vyt het Italiaensch vertaelt*, impresso Rotterdami anno 1655. vbi sub titulo: *Wensdagh den vierden dagh zynde den* 10. *Iulij* 1647. Hæc leguntur: *Eenighe in't midden van thien duysent personen waeren op Aniello las-brandende tot seuen schoten toe, sonder dat hy van eenighe der seluer ghequest wiert; maer wel dat hem een kogbel op de borst quame, en syn hembt raackte, en soo meer-viel, sonder hem anders te beseeren, t'welck gehouden wiert voor een wonder teecken van de heylighe Lieuwe Vrouw van Carmine, wiens eer-teecken hy op de borst droogh.* Hoc est: *Ex decem millium hominum numero quidam septies explodebant in Anielium, aliique eo quòd haderet in; obuenit tamen, quòd ignea glans pectus feriret, induſium attingeret, at non vlterius ei nocendo, sic decideret ad pedes: qui merus casus attributus fuit B. Virgini Carmelitanæ, cuius insigne ad pectus gestabat.*

Similia frequenter annis superioribus in Belgio nostro, Francia, & Germania acciderunt, durantibus bellis: quæ ab ipsis, quibus contigerunt, præsentesue fuerunt, iuratis attestationibus comprobata sunt: & à nostris, ac exteris scriptoribus de SCAPVLARI Partheno-Carmelitico, aut SS. Virginis patrocinio tractantibus, referuntur. Et ipse me-testem adscribo, quòd euentus eiusce modi de SCAPVLARIBVS, imminenti ab exitio præseruantibus, aut inter flammas incombustis, aut in terra annis pluribus incorruptis, ab oculatis testibus, qui nempe in se experti fuerant, aut videtat frequenter exceperim: quibus sigillatim referendis, & publicandis supersedeo, donec post requisitas informationes iuridicas, debitam obtinuerint approbationem: atque ita in alio destinato opere locum habebunt.

613. De miris & miraculosis effectibus, per aquam benedictam in Reliquiis S. ALBERTI nostri quædam diximus suprà *cap.* 33. [a] singulare quoque est id quod Leodij contigit anno 1648. die 6. Ianuarij, in puella quadam 25. annorum ad Dei gloriam, & Sancti istius venerationem hic referendum. Per triennium grauissimis laborauerat symptomatibus ab vlcerato hepate: pus per os frequenter euomebat, & per inferiores meatus excernebat, ac dolore intolerabili in hypochondrio, dextroque latere torquebatur. Pertinax, iamque inueteratus morbus, omnem tum artis tum

[a] Nu. 515. *Beneficium Sanitatis per aquam, benedictã Reliquijs S. Alberti.*

tùm naturæ induſtriam inanem reddebat. Ita tandem ciborum omnium faſtidio, & vomitu afflictabatur, vt ne vix quidem cochlear liquoris, etſi gratiſſimi, poſſet regurgitans ſtomachus retinere. Interea ardenter exoptans Sacro muniri viatico; nè id periculo irreuerentiæ exponeretur, iteratis vicibus, experimenti gratiâ, particula hoſtiæ non conſecratæ exhibita fuit, nec tantillum ſtomachus pertulit, quin mox reijceret. Omni itaque humano auxilio & ſpe deſtitutâ, languentem ſpiritum inter gemitus & ſuſpiria adhuc ducens, fiduciâ, & deuotione ad S. ALBERTVM Carmelitam permota, votum concepit, per nouem dies ſumendi aquam, huius Sancti Reliquiis benedictam. Primò die Nouenæ, hauſtâ ad vnciam vnam cum media circiter ex dicta aqua, illicò ſe mutari ſentit: dolor lateris diſparet, ſymptomata non ampliùs reditura euaneſcunt; eâdem die ſumit tum liquida tum ſolida, nullâ cum moleſtiâ, non ſingultu, nec vomitu ampliùs ſubſequente, noctem ſequentem dormit, ſuper latere affecto decumbens abſque vllo ne moleſtiæ quidem minimæ ſenſu. Secundâ voti die ſurgit, ambulat, omnia ſua munia exequitur (quod & primâ die ſe potuiſſe, iureiurando aſſerit, ſi tum parentes, tum etiam ipſe Paſtor, & alij, curam eius habentes, permiſiſſent) & ſic integram conſecuta eſt ſanitatem, vt affirmet meliùs valere ſe, quàm meminiſſe poſſit ſe valuiſſe vnquam ante. Hanc ſanationem, nec naturæ, nec arti tribuendam, ſed Deo Opt. Max. & S. ALBERTI Carmelitæ meritis, cenſuerunt octo primæ notæ Leodienſis Ciuitatis Medici. Primarij autem Theologi, tum de Vicariatu, tum Synodales. Examinatores, tum alij, tam ſeculares, quàm Regulares, numero viginti, ad hunc caſum ſeriò, & rigidè diſcutiendum, ex commiſſione Reuerendi admodum, ac Illuſtris Domini Ioannis de Chockier à Surlet Sereniſſimi Principis Ferdinandi Epiſcopi Leodienſis Vicarij Generalis in ſpiritualibus, ſpecialiter conuocati, Dei omnipotentiam (qui in Sanctis ſuis mirabilis eſt) adorantes, hanc ſanationem miraculo attribuerunt, de hoc propriis chyrographis fidem facientes. Vt videre eſt in proceſſu accuratè ſuper hoc facto in Cõuentu noſtro Leodienſi aſſeruato: in cuius Eccleſia appenſa eſt ad eiuſdem S. ALBERTI Altare tabella rem oculis obiiciens. Hiſtoria illa latiùs deſcripta continetur in libellis Leodij excuſis, vnà cũ iſtorum viginti Theologorum cenſuris, & approbatione Ordinarij.

614. Baſilica SS. Silueſtri & Martini in montibus, ab ipſo S. Silueſtro Primo, iuxta Thermas Imperatoris Titi erecta, à Conſtantino Magno ditata, à Symmacho Papa reædificata, ab Adriano I. Sergio II. Leone IV. etiam Pontificibus reparata, à S. CAROLO BORROMÆO Lacunari affabrè elaborato decorata, demum à Reuerendiſſimo P. Ioanne Antonio Philippino Romano Ordinis totius Generali præcipuè reſtaurata, & mirè exornata fuit, anno Iubilæi 1650. prout accuratè è Lezana deſcribitur *in Appendice poſt tomum 3. Annalium Ordinis*, vbi etiam refertur, quomodo in ea anno 324. ab ipſo S. Silueſtro celebratum fuerit primum Concilium Romanum, præſentibus 284. Epiſcopis, multis Presbyteris, Diaco-

Eccleſia S. Martini in Montibus reſtauratur, & mirè exornatur.

nis,Subdiaconis, ac ipso Constantino Imperatore,cum Helena matre,& Calphurnio Vrbis Præfecto. In illa reconduntur Sacra corpora eiusdem S.Siluestri,& S.Martini Pontificum, & aliorum multorum (quos Lezana ibidem ex Anastasio,Baronio, & aliis commemorat)& Reliquiæ minores ferè innumeræ;vt meritò propterea, nec non ob priscam memoriam, & eximiam pulchritudinem, Basilica illa inter clariores, quæ in Vrbe sunt, censeatur,habeaturque gaza pretiosissima Ordinis nostri. De constructo iuxta eam per Sergium Secundum , & Leonem Quartum Monasterio, & cum ipsa Basilica tradito Ordini huic,diximus *ca.*29.Illud autem Monasterium; independens à Prouincialibus, immediatè subiacet Reuerendissimo P.Generali Ordinis.

Alexander VII. ante Pontificatū suscipit S. Scapulare.

615. Post obitum Summi Pontificis Innocentij X. anno 1655. ipso die ingressus in Conclaue,is qui successit,Sanctissimus videlicet D.Alexander VII. tum Cardinalis Fabius Chisius, secedens ad Cōuentum nostrum S. MARIÆ TRANSPONTINÆ, à Reuerendissimo Patre Mario Venturino Priore Generali Ordinis,sacrum B.Virginis MARIÆ de Mōte Carmelo SCAPVLARE suscepit,eiusque Confraternitati inscriptus fuit: hocque signo Mariano amictus perrexit ad palatium Vaticanum, prout habuimus ex relatione eorum,qui tum in eo Conuentu degebant: quos inter erat Ven.P.M.Ioannes Bapt. de Lezana:qui etiam *tom.*4 *Annalium ad annum Christi* 1251. tractans de tradito Sacro SCAPVLARI *B. Simoni Stock*, de eodem SS. Domino istud valde singulare commemorat:quòd ipsâ suæ electionis (Orbi Christiano felicissimæ) die, quæ erat feria quarta,Confratribus dictæ Confraternitatis dicata abstinentię,etiam illam seruauerit. Eius verba,etsi noninihil prolixa,huc transcripsisse iuuabit: „ Il- „ lud, *inquit*, à nobis maximè expendendum, quo veluti pretiosissimâ „ gemmâ sacra hæc Vestis seculis æternis coronata manebit. Sanctissimū „ videlicet D. N. ALEXANDRVM VII. Romanum Pontificem, cœli & „ terræ applausu, faustissimisque præsagiis nunc regnantem,eâ vltrò as- „ sumptâ, & à Reuerendissimo Ordinis Generali Antistite sibi oblatâ, „ trabeâ velut Regiâ succinctum & scapulatum esse,pro comperto habe- „ ri. Et quòd is,qui humanis nullis subiacet legibus,à carnium edulio sin- „ gulis hebdomadæ quartis feriis piâ deuotione abstineat ;. & adeò exa- *Ipsa die suæ electionis (feriâ 4.) abstinentiæ seruat.* „ ctè,vt etiam die illâ, quâ ad summum Pontificatus apicem euehi me- „ ruit,quæ quarta feria fuit (tantæ à Deo celsitudinis donatæ pignus po- „ tiùs,quàm omen) eiuscemodi abstinentiâ vsus fuerit,suæ familiæ dome- „ sticis referentibus,casumque Nostris enarrantibus. Ratus sanè,quòd eâ „ habitus gestatione, Deiparæ,cuius insigne est,protectione fruatur,quæ „ tali die Christi Vicariam dignitatem ipsi plenis Patrum suffragiis, ne- „ mineq; mussitante,suâ intercessione impetrauit.„ Aliis quibusdā inter- iectis hæc de codē subiicit: „ Quā plures sunt Orbis Principes,Dynastæ, „ & Magnates, qui S.hoc SCAPVLARE, piè gestasse in Historiis nostris „ describūtur,quos inter supremi Ecclesiæ Pastores nōnulli etiā cēsentur,

sed

„ ſed prę cunctis vnus nobis hoc ſeculo ſufficit ALEXANDER SEPTIMVS,
„ cuius auſpiciis, ſicut Orbis totus ſummâ felicitatem expectat, ſic & Car-
„ melæi humiles contrà aduerſarios, Zoilos, & Ariſtarchos, ipſius ſub pro-
tectione, victoriam.„ Quæ ſic à Lezana, antequàm contingerent, præ-
ſagâ mente, quaſi prænuntiata, nunc videmus & gaudemus adimpleta.
Summam quidem *Orbi felicitatem* peperit pax Dei benignitate, ipſiuſque
Pontificis ſolicitudine, aliquot poſt obitum iſtius Venerabilis Patris men-
ſibus, inter binos Monarchas Chriſtianos inita. De victoria autem con-
tra Zoilos, & Ariſtarchos quoſdam ad radiantem è Confraternitate hac
eximiæ deuotionis, ac pietatis ſplendorem cœcutientes, ne nebulis quarū-
dam ratiuncularum offuſcare poſſint, ſecuros nos reddit, quòd Summus
in Orbe Sacerdos ei nomen dediſſe non ſit dedignatus: & tam diſtrictâ
religioſâque obſeruantiâ ſuo cunctis exemplo præeat. Singulare id eſt,
quod de Leone XI. ſcribit Segerus Pauli *a* in hunc modum: „ Quidam
„ Sacræ Theologiæ Magiſter, nunc Epiſcopali infulâ decoratus, ex ocu-
„ latis teſtibus ſcripto nobis communicauit ſequętia: cū Leo Vndecimus
„ iam creatus Romanus Pontifex, Cardinalitiâ exueretur veſte, vt Papali
„ indueretur, voluit Prælatus veſtiens SCAPVLARE Carmelitarum, quo
„ idem Leo à puero munitus fuerat, vnà cum aliis veſtibus è collo tolle-
„ re, innuens Papalem habitum ſuperare habitum quemcumque. Fieri
„ id vetuit his verbis Pontifex: *Deſine* MARIAM, *ne me deſinat* MARIA:
„ Quaſi diceret: Deſine MARIAM mihi auferre, ne me deſinat MARIA
„ protegere. „ Hæc ille. Occaſione iſtius hîc non incongruè ſubnectendum videtur id quod Theophilus Raynaudus, Theologicâ ſcientiâ, & hiſtoriarum notitiâ præclarus, libro *de* SCAPVLARI *Partheno-Carmelitico parte* 1. *cap.* 8. referens Summates Laicos, & Eccleſiaſticos, qui Carmelitano Sodalitio SCAPVLARIS nomina dederunt habet: „ Apex Maieſta-
„ tis, quâ collucent Summi Pontifices, Chriſti Regis Regum in terris Vi-
„ carij, non cenſuit ſibi indecorum, hac cæleſti Teſſerâ inſigniri. Referū-
„ tur in hunc ſyllabum Gregorius XIV. Clemens VIII. Paulus V. Gre-
„ gorius XV. Vrbanus VIII. Et qui nunc ad Eccleſiæ clauum ſedet In-
„ nocentius X. Hi omnes priuſquàm ad illud honorum faſtigium eue-
„ herentur, nomina in Stochianum Sodalitium dederant, *&c.* Eos autem
„ ſecuti Principes magno numero ex gentilitia familia Aldobrandina,
„ Burgeſia, Barberina, Pamphilia, Vtſina, Columna, Sforca, Caraffa, eā-
„ dem ſacram Torquem aſſumpſerunt eximiâ pietate. Notantur inter
„ iſtos, Cardinales omninò multi, quos ſacrum oſtrum Pontificiæ Maie-
„ ſtati propiores ſtatuit. Poſſum ex nomine longum eorum ſyllabum
„ appendere, ſed malo parcitatis notari, quàm faſtidium ex non neceſſa-
„ ria, & tam prælongâ recenſione creare. Antiſtitum verò aliorum, Ar-
„ chiepiſcoporum, inquam, & Epiſcoporum, aliorumque Prælatorum,
„ eidem Cœtui Stochiano conſertorum, is eſt numerus, qui ſubductio-

a In hiſtoria vitæ S. Simonis copioſè cōcinnata.

Alij Pontifices, Principes, Cardinales hac ſacra Veſte amicti.

„ nem meam superet, & iusto voluminis implendo par foret. „ Hactenus Raynaudus ibi.

616. Cum anno 1655. die 21. Nouembris, SS. Deiparæ Præsentatæ sacra Confraternitas SCAPVLARIS Beatissimæ Virginis MARIÆ de Monte Carmelo solemniter erecta fuisset in Austricourt, pago Diœcesis Atrebatensis, haud longè à Duaco, Belgij Vniuersitate. Biduo post, die scilicet 23. vesperi infans in vtero matris priùs mortem sensit, quàm vitam; vt qui naturam senserat nouercam, MARIAM, per S. suum SCAPVLARE misericordem, nedum vitæ, sed & vitæ æternæ, experiretur Matrem. Expertus est, & Mors inflictum falcis suæ ictum stipuit tamdiu fuisse frustratum. Miraculum R. P. *Henricus Longhen* ex Ordine FF. Minorum hūc in modum describit *a*. „ *Michaelina Pollet*, vxor *Francisci Bon-* „ *cher* incolæ pagi *de Austricourt*, siti duobus milliaribus à Duaco, die 23. „ Nouembris anni 1655. circa horam vndecimam noctis filiolum pepe- „ rit, in quo nulla vitæ signa apparebant, vt ideo iudicaretur exstinctus „ fuisse in vtero Matris, ob quod infortunium, pater & circumstantes a- „ mici dolore affecti, nec aliud medium inuenientes, ad MARIAM Dei- „ param confugere statuerunt. Infantis proinde cadauer ad Ecclesiam „ portantes, in summo altari ad pedes imaginis B. MARIÆ *de Monte Car-* „ *melo* collocauerunt, orantes obnixè misericordiæ Matrem, vt puero vi- „ tam salutemque donaret. Animaduertentes verò, quòd nulla ederet si- „ gna vitæ, resumentes eumdem, inconsolati recedunt. Manè vero diei „ sequentis iteratò reposuerunt in altari, nulla adhuc vitæ signa eden- „ tem. Vbi sacro indutus est SCAPVLARI B. MARIÆ *Carmelitanæ*, ordi- „ natumque vt Missa solemnis pro pueri salute decantaretur. Quod vbi „ fit, & ventum est ad ea verba prærationis: *Cum quibus & nostras voces vt* „ *admitti iubeas, deprecamur*; cœpit corpusculum, quod antea luridum & „ cadauereum erat, in genis vitali rubere colore, similiter & reliqua cor- „ pusculi membra, necnon & oculi lucidiores fiebant, & omnia membra, „ quæ priùs rigebant, se mollia præbebant, & palpantibus tractabilia: de- „ fluebat etiam ex ore saliua, sed inde delatus ad focum per mulieres „ quasdam, quæ ignis calore putabant vitam corpusculi promouere, re- „ pentè color vitalis abscessit, & in reliquis etiam signis nil differens à „ mortuo videbatur. Ad altare itaque reportatus, colore vitali mox de- „ nuò rubuit, & verum sanguinem emisit ex vmbilico, quod non ante in „ eius natiuitate contigerat. Diuersis vicibus sudare conspiciebatur, & „ depressas in iuncturis digitorum cauitates impleri animaduertebatur, „ & ad vitalem rotunditatem adduci, & per futuram cranij, motus quo- „ que cerebri percipiebatur, & vndequaque tam speciosus puer apparuit, „ omnes vt in stuporem, ingentemq; lætitiam conuerterentur: ac ita per- „ mansit ad dies vndecim consequentes, quando fuit sacro baptismo do- „ natus, tertia scilicet die Decembris, annumeratus in filiis Dei, per in-

a De S. Scapulari exhortat. 16. fol. 214.

Infans in vtero mortuus beneficio S. Scapularis vitæ redditus baptizatur.

tercessio-

„ terceſſionem illius, quæ verè Mater eſt miſericordiæ. Baptiſmo collato,
„ mox deficiens corpuſculum à ſtatu vitali, viſum eſt adinſtar cadauerũ
„ ſubiectum eſſe corruptioni, & tertio à baptiſmate die traditum fuit Ec-
„ cleſiaſticæ ſepulturæ. Hæc eſt hiſtoria. Subſignatum erat impreſſo,
„ quod diximus exemplari, *pro voto ponebat* M. Ioannes Tumerel, *Sacerdos*
„ *Duacenſis, dicti loci Parochus.* Et adiectum inferius Chronicon.

ſCrIbantVr hæC In generatIone aLtera, &
popVLVs, qVI CreabItVr, LaVDabIt
opera Dei VIVentIs per æternItatIs ſeCVLa.

Duacenæ Vniuerſitatis Doctores, & Profeſſores Medicinæ, anatomiæ, & chirurgiæ, poſt diligens examen hiſtoriæ, omniumque circumſtantiarum, iudicarunt, & aſſeruerunt, puerulo iſti vitam redditam, tantoque tempore conſeruatam, donec baptizatus eſſet, ſuperiori, & diuinâ virtute: & nequaquam naturaliter ea fieri potuiſſe. Doctores autem, & Profeſſores Theologiæ in dicta Vniuerſitate (quos inter ſex erant è Societate IESV.) poſt factas debitas informationes, & iuratas atteſtationes, auditiſque ſententiis Medicorum, iudicarunt, ea quæ in puero iſto euenerant, excedere naturæ effectus: atque ita, poſſe pro miraculo approbari. Quapropter Vicariatus Atrebatenſis (Sede vacante) declarauit caſum miraculoſum, & diuinæ virtutis operationem fuiſſe, præſtitam ad inuocationem & per interceſſionem Beatiſſimæ Virginis MARIÆ de Monte Carmelo. Atque ita pro miraculo per Belgium fuit promulgatus. Ito felix puerule, & laudato Creatorem ac Redemptorem tuum in æternum benedicito, & gratias agito quoque Liberatrici tuæ, cuius meritis acceptum debes, ne in diuinæ, iucundiſſimæque viſionis priuatione ſociareris dæmonibus, ac per acceptam, ipſius interceſſione, veſtem nuptialem, id eſt, baptiſmi gratiam inſeri potueris choris Angelorum, numquam beatis Agni nuptiis priuandus.

A Duacenſibus Doctoribus, Medicis & chirurgis examinatur.

Et Miraculoſus declaratur.

617. Haud minùs eſt mirandus caſus, qui anno ſequenti in Hiſpania accidit in diœceſi Segrobienſi, etiam mediante ſacro SCAPVLARI, & ad inuocationem Beatiſſimæ Virginis MARIÆ de Monte Carmelo: qui per Illuſtriſſ. D. Franciſcum Galualdan Epiſcopum Segrobienſem, ordinaria ſua, & Apoſtolicæ Sedis, illi delegatâ, authoritate, adhibitis iuratis relationibus teſtium, Doctorum, medicorum, & chirurgorum, cẽſuris, & approbationibus Theologorum, atque Canoniſtarum ſolemniſſimè, iuxta præſcriptum Concilij Tridentini, examinatus, &, inuocato nomine IESV CHRISTI, ſuæque Matris benedictæ, pro euidentiſſimo Miraculo fuit declaratus, & publicari iuſſus: vocaturique Miraculum prodigioſum; eò quòd illius variæ fuerint circumſtantiæ naturę vires excedentes. Typis id editum fuit variis locis, primùm Hiſpanico idiomate, deinde tradu&um in Gallicum, ac Belgicum, cum circumſtantiis omnibus particulariter adnotatis. En compendiariam relationem: *Iacobus Calpè*, vir honorabilis, cultui SS. Virginis Deiparæ multùm addictus,

Miraculũ inſigne in Hiſpania ſolemniter approbatur.

ctus, eiuſque Sacra veſte SCAPVLARI amictus, dicto anno, & die, in ſilua conſtitutus, exortâ horribili tempeſtate, percuſſus, & à capite ad pedes grauiſſimè læſus, ac dilaceratus fuit fulmine, tanto impetu deſcendente, vt profundè excauaret terram circa ipſum: eodemque tempore, per ſpatium circiter medij quadrantis circumdatus nube ſpiſſa materiæ ſulphureæ accenſæ, toto corpore fuit vſtulatus exceptâ parte pectoris circa cor, quæ tegebatur SCAPVLARI, incombuſto permanente, & ſubiectam carnem, ac cor penitùs intacta conſeruante: cæteris eius veſtibus, tam infrà, quàm ſupra SCAPVLARE igne cõſumptis. Interea inclamans opem Beatiſſimæ Virginis MARIÆ de Monte Carmelo, & confeſſionem expoſtulans, in vita mirabiliter ſeruatus fuit, donec, mirô prorſus caſu, ad eum perducto ſuo Paſtore, ſeu Curato, confeſſus fuiſſet, aliaque ſacramenta recepiſſet: & qui lumen oculorum amiſerat, ante quamdam SS. Virginis Deiparæ Imaginem, quam honorare conſueuerat, viſum recepit, eamque deuotè identidem intuens ad mortem ſe diſponebat. Et, licèt ſpectaculum præberet horroris, teterrimum ex corpore aſſato exhalans odorem, quaſi quamdam Orci mephitim, ad dies tamen plures ſic ſuperuixit. Cumque ad ſingula momenta expiraturus videretur, ſpe tamen plenus, ac Marianæ opis fiduciâ nixus conſtanter proclamabat, ſe nõ moriturum ante Sabbathum, *Diem dedicatum*, vt aiebat, *Matri, & Dominæ meæ Carmelitanæ*: atque ita euenit.

Peſte infecti ſanantur oleo è lãpade S.P. ELIÆ.

618. Anno eodem Italiam depopulante peſtilentiæ lue, ab ea plures ſanati, & præſeruati fuêre vncti oleo è lampade, appenſa ad Imaginem S.P. ELIÆ, aut eumdem inuocantes. Rei hiſtoria (ad honorem Dei, ſemper mirabilis in Sanctis ſuis, ac commendationem præpotentis apud Deũ interceſſoris Sancti ELIÆ, olim, & futuris temporibus, ſub finem mundi, prodigia magna operantis) pleniùs hîc referenda meritò videtur: idque ex iuridicis, & authenticis actis. Cùm igitur deuaſtans, atque ideò formidabile illud incendium vehementiùs graſſaretur in Regno Neapolitano, & indies plures abſumeret, cunctam humanæ artis induſtriam vincens, ac naturalium remediorum efficaciam inanem reddens, Diuinum impenſiùs imploratur auxilium, & variorum Sanctorum inuocatur patrocinium. Erat in terra de Sperone, in viculo dependente à pago d'Auella Diœceſis Nolanæ, Eccleſia quædam vetuſta, derelicta, maiori ex parte collapſa, olim parochialis, dedicata Sancto Prophetæ ELIÆ: cuius loco, haud lõgè indè, alia erat ædificata. Reſtabat verò in illa priore pars quædam tecti, & altaris, nec non pictura, repræſentans S. Prophetam ELIAM, ſub ſpecie venerabilis ſenis veſtiti habitu coloris caſtanei (prout geſtant Religioſi in Ordine Carmelitano Reformati) & deſuper amicti pallio, ſeu cappâ albâ, abſque caputio: dextrâ tenentis gladium, & ſiniſtrâ flammas ignis. Suprà caput Sancti apparet Deus Pater, & circa eum multi Cherubini. Infrà pedes cernitur caput coronatum. Ex vtraque parte in maiori illa pictura tres ſunt minores quadratæ imagines. Ad dextram, in inferiori conſpicitur

Iſtius Sancti repræſentatio in ſignis.

S. Pro-

Digitized by Google

S. Propheta inclinato versùs terram corpore, & radius luminosus è cœlo super ipsum protensus: quo significari videtur diuinum mandatum, abscondendi se in torrente Carith. In secunda verò videntur altaria bina, nempe Pseudoprophetarum, & ipsius Sancti, genuflexi ac orantis, eiusq; victima igne cœlesti absumitur. Superior exhibet eum in Carmelo orantem, & spectatem nubeculam è mari exorientem. Ex altero latere in ima Imagine figuratur idem ipse accipiens à coruo panem, aduolatque alter cum carnibus. Media spectandum præbet eum constitutum in summitate Montis, imperiosum præ se ferentem vultum, descenditque ignis de cœlo, deuorans milites. In superiore est ipse in curru igneo elcuatus, & Eliseus genuflexus, manus sursum extendens. Ante istam Imaginem, quibusdam diebus personæ deuotæ nonnullæ lampadem accendebant, præcesque effundebant, Sancto ELIÆ se commendantes. Quâdam autem nocte Domino Iacobo Antonio Galeoto Pastori nouæ Ecclesiæ parochialis de Sperone spectandum se præbuit senex, oblongâ & canâ barbâ, graui que vultu venerabilis, ac in cæteris talis, qualem dicta pictura repræsentat: dicebatque: *Curam habeto Ecclesiæ meæ* (illius scilicet ruinosæ) *& mihi cura erit impetrare a Deo, vt cesset pestis.* Perplexus Parochus accessit Venerandum Dominum Ioannem Fellecchia Decanum Ecclesiæ Cathedralis Nolanæ, & tùm Vicarium Capitularem Ciuitatis & Diœcesis Nolanæ: visumque ei narrauit: quod ille haud magni faciens, Curatum ad suam remittit Parochiam, vt ibi peste infectis assistat. Interim Sanctus nõ tardauit addictum præstare fauorem. Etenim circa diem 23. Iunij fœminã, quam pestis inuaserat, & carbunculum in femore eiaculauerat, permota deuotionis affectu erga Sanctum ELIAM, ad istam eius Ecclesiam prorepsit: vbi fusis precibus, oleo, è lampade ante istam Imaginem appensâ, partem affectam inungit: &, en, subitò conualescit. Summo inde perfusa gaudio se confert de domo in domum, enarrans quid sibi euenerit, consolatur infectas, & alias quasuis personas, hortaturque, vt vbi ipsa obtinuerat remedium, etiam ipsi istic quærant. Fama rei mox per loca omnia circumiacentia, & inde ad longiùs diffita diffunditur: atque eò cœpit confluere magna hominum multitudo: & peste laborantes, de lampade ista oleum sumentes, malum iniungebant: nonnulli subitò curabantur, alij pedetentim. Et ex eo tempore in tractu isto de Sperone, & pagis adiacentibus, nullus vltrà moriebatur: prout testati fuêre Pastores, seu Curati istorum locorum, coram prefato Domino Decano Nolano: qui etiam per instrumentum coram Notario confectum eadem suâ attestatione cõfirmat: in eodem refert, tantum fuisse hominum concursum, vt cum muros Ecclesiæ illius refici curasset, eos rumpere coactus fuerit, vt duæ aliæ portæ fierent: ordinabat autem, vt per vnam infirmi, qui pro remedio accedebant, & per aliam sani, qui gratias acturi, aut præseruationem à malo postulaturi veniebant, ingrederentur: at augescente indies illuc accurrentiũ turmâ, id vix exiguo tẽpore executioni potuit mãdari. Affirmat quoq; se

Eiusdem apparitio.

Subitò cessat pestis meritis illius.

Ex oblatis readificatur Ecclesia, & sex capellaniæ fundantur.

vidisse eò delatum R. P. Alexandrum Carracillo è Societate IESV, iam tum mortuo ferè similem: moxque, vt oleum ei adhibitum fuisset, conualuisse. Tantæ istic tùm oblatæ fuerunt eleemosynæ, vt ipse Dominus Decanus exinde istam Ecclesiam fecerit reædificari, ac magnificè exornari: insuper & terras emit adiacentes, constituitque sex Capellanias pro sex Sacerdotibus.

Capuana Ciuitas in Patronum eligit S. P. ELIAM.

619. Dum ista etiam per vrbes vicinas circumferuntur, Capuæ Reuerendi Domini Canonici Ecclesiæ Cathedralis, & cæterarum Ecclesiarum collegiatarum Sacerdotes, nec non eiusdem vrbis Senatus, sub initiũ mensis Augusti eiusdem anni 1656. elegerunt Sanctum Prophetam ELIAM in Patronum, & Protectorem suæ inclytæ Ciuitatis, atque exinde etiam ibi pestilentiæ faces penitùs extinctæ fuêre, ita quidem, vt mox à facto voto ipsi S. Prophetæ, nullus vltrà peste moreretur, prout notauerunt, & affirmauerunt Præfecti sanitatis. Solemnitates autem institutionis eiusdem Sancti in singularem Patronum dictæ Ciuitatis, factæ fuerunt 27. Ianuarij anno 1657. Præfata omnia, de singularibus illis sanitatum gratiis præstitis per oleum, & ad inuocationem S. Prophetæ ELIÆ, desumpsimus ex depositione iuridica & iurata dicti adm. Reuerendi D. Vicarij Nolani, facta coram Antonio Borello, Notario Apostolico, & Regio in Ciuitate Nolana 26. Octobris 1659. attestantis ea quæ contigerunt in pago de Sperone & aliis vicinis, & ex aliis relationibus, actisque authenticis: quæ omnia vidimus, & in hac nostra Prouincia Belgia asseruantur. Ita testamur.

Et quidem de electione, & institutione illius in Patronum à Clero & Magistratu Capuano, deque solemnitatibus tùm ibi adhibitis, videri poterunt dicta *parte* 2. sub finem *a*. Ex multis tunc Capuæ appensis Elogiis, Anagrammatibus, & Epigrammatibus, ex Italia in Belgium transmissis, en Epigrammata tria.

a Par. 2. c. 10. n 256. & seq.

De Diuo ELIA, Epidemiæ morbum fugante.

Epigrammata facta Capuæ in solemnitate ista.

EPIGRAMMA.

Quis furor erupit toruis Phlegetontis ab oris,
Atra lues, nostras depopulata plagas?
Mittit horrifico sæuit Bellona flagello,
Sirenis placidos perdere nata lares.
Quà face, quà ferro cedit vis effera morbi:
Scilicet ignito promicat ense salus.

ALIVD

Digitized by Google

ALIVD.

Soluite corde metum, gens quibus obuia præbet
Sese dira lues, Propheta ecce minax
ELIAS *pro te metuendus adest: hunc pestis, & omnis*
Atrox, atque audens vis inimica timet.

De Peste olim à B. Virgine, nunc recens à Diuo ELIA fugata.

EPIGRAMMA.

Pestem in nos capite intulit, huius & hausit
Caudâ Parthenope, dira venena necis.
Contriuit colubri Virgo caput: ense resecta est
ELIA, *ignito cauda cruenta tuo.*
Quis timeat capitisue luem, caudæq; ruinas?
Qui fuit ante Draco, nil nisi truncus erit.

620. *Anno 1656. die 16. Iulij Ciuitas Vallencenarum in Belgio à Serenissimo Principe Ioanne Austriaco, auspiciis Marianis, stricta obsidione liberatur.* Ita Eusebius Nierimbergius *in Trophæis Marianis lib. 2. cap. 96.* vbi etsi Diuæ Carmelitanæ mentionem non faciat, animaduertendum tamen, illum fuisse diem præcipuum per totum Ordinem, nuncupatum *Festum solemnis Commemorationis B. Virginis* MARIÆ *de Monte Carmelo*: & ipsâ horâ pugnæ, ac victoriæ, post mediam noctem, pro felici successu, solemniter in Ecclesia nostra Missa cantabatur. Mirum tunc quoque accidit in milite, qui sacro SCAPVLARI, vt fortissimo scuto, protectus, receptâ in pectore glande catapultariâ, perforatisque vestibus, in SCAPVLARI complanatâ, incolumis perstitit, prout solemni iuramento attestati sunt ipse, & alij ex præcipuis exercitus. Id latiùs refertur in Historia obsidionis Vallencenensis, & rerum memorabilium, quæ tùm euenerunt, edita per D. Iacobum de Rantre I. V. Licentiatum *a*: & in carmine panegyrico, ac votiuo ad SS. Virginem Deiparam, etiam typis Vallencenensibus excuso.

Vallencenensis ciuitas obsidione liberatur: id B. Virgini MARIÆ *adscribitur.*

a Impressa est Vallencenis.

Aliquantò post Illustrissimus Dominus Gaspar Nemius Archiepiscopus Cameracensis, Dux Cameracesi, in Conuentu nostro Vallencenensi Imaginem, ad prototypon à S. Luca Euangelista Neapoli miraculis celeberrimum expressam, solemni ritu benedixit. Mox singulari veneratione coli cœpit. Aliquantò post etiam Bruxellis, Mechliniæ, Antuerpiæ, Brugis, Thenis, & alibi, simili imagine decoratæ fuêre Ecclesiæ nostræ ex ordina-

Effigies Imaginis Diuæ Neapolitanæ variis in locis singulari deuotione colitur.

ordinatione Congregationis Prouincialis, Louanij habitæ mensè Septembri Anno 1657. Idque hâc consideratione; quòd illud Prototypon (de quo plura diximus suprà [a]) ex Syria, ac verisimiliter è Carmelo in Europam perlatum, peculiariter nuncupetur *Beata Virgo* MARIA *de Monte Carmelo*: atque ita Ordinis Patronam præ oculis habentes, frequentiùs quoque haberemus & in mente. In dictis autem locis magna subitò fuit deuotio excitata; eò quòd plures inibi se Diuæ Carmelitanæ commendantes, eius intercessione beneficia postulata retulisse, tabellis votiuis, & donariis pretiosis argenteis, ac aureis, piè testificati fuerint. De simili ad imaginem istam deuotione Ipris dudum ante inchoata & multùm frequentata diximus suprà nu. 609. Fuit tùm quoque in dicta Prouinciali Congregatione decretum (hortante & curante R.P. Michaele à S. Augustino, eo tempore Belgicæ Prouinciali), quod etiam refert, & laudat Sanderus *in Brabantia illustrata*, dum agit de Carmelo Bruxellensi, *cap.* 8. *vt* (ad fouendum & augendum in Ordine affectum Marianum) *si quid scriberetur, primò appareret* MARIA; *si quid vlibi pingeretur, exprimeretur* MARIA; *si quid ædificaretur, primò emicaret* MARIA: prout practicatum legimus à magno illo Mariano cultore S. PETRO THOMASIO, qui summâ illam venerans teneritudine, dulcissimum eius nomen semper & vbique insonando meruit illo, quasi signaculo, in corde dotari & notari. De hoc plura *parte* 6. *cap.* 3. Agite fratres, amate, inuocate, fonate MARIAM; non recedat ab ore, non recedat à pectore; ostendite, ex abundantia cordis Carmelitarum ora loqui, calamos scribere, ipsos muros ac parietes linguato insonare silentio. Bene est; hinc in omni epistola primò emicat MARIA.

[a] Cap. 36. n. 558. & 572.

Beneficia inde relata testantur tabellæ votiuæ, & dona.

621. Sub hæc tempora mirabilis casus accidit in Italia, Auersæ, hic non prætermittendus; quòd promouendæ deuotioni ad SS. Virginem MARIAM, & detestabili in Religionibus vitio proprietatis fugiendo conducere non parùm videatur. Erat in Conuentu nostro Auersę Frater Laicus, dictus F. Ludouicus Sauo: cui à suo Superiore demandata fuit cura œconomiæ. Is suæ immemor professionis, ex nummis sibi concreditis quandoque aliquid furtim subtrahebat, & clam in bursa seponebat. Cum aliquando absconditas pecunias accipere cogitaret, variis distractus occupationibus, quo loco eas abdidisset, meminisse non poterat. Indè non mediocriter fuit contristatus, turbatus, & tamquàm desperabundus. Tractato sic triduo cum post matutinas preces vehementer afflictus, & melancholiâ oppressus ad cellam suam pergeret, in horribili forma ei apparuit dæmon, tenens bursam, in qua furtum erat, formidabili voce eum sic alloquens: *Desine quærere tuos nummos: Ecce hic tuam bursam. O quot possum ad me attrahere Religiosos per pecuniam!* Hoc dicto infernalis bestia inuadere, & quasi deuorare, & discerpere tentabat Fratrem illum: qui subitò inclamabat, MARIA! (est autem in illo Conuentu, Beatissimæ Virgini de Monte Carmelo specialiter dedicato, & intitulato, singularis erga illam deuo-

Casus notabilis mouens ad fiduciam in Deiparam & ad fugã vitij proprietatis.

Digitized by Google

deuotio, & pia consuetudo pronuntiandi sæpiùs nomen dulce MARIÆ), & ecce, mox eam in forma speciosæ fœminæ conspexit Monstrum istud bacillo fugantem. Aliquantò post valdè perterritus, & trepidans accessit ad cubiculum sui Prioris P. Alberti Panella, viri senis, exclamans: Pater Prior, misericordia; quia deliqui: multoque exercenti actus submissionis benignè respondit: fili, ito ad culinam: profectò, si vinum bibisses, diceris ebrius, & iudicio captus. Angustiatus F. Ludouicus se contulit ad culinam: quam aliquantò post, ex debito officij sui, ingressus P. Supprior, reperit eum tremebundum, & pallidum instar mortui, & febri acutissimâ correptum. Accitus D. Fabius Martinelli Medicus, inscius quid illi contigisset, dixit, morbum eius non esse naturalem. Sic perstitit septem diebus, pectus suum percutiens, & varios pœnitentiæ actus exercens; ac veniam petens ab omnibus eum visitantibus: quibus delictum suum, periculum, ex cuius horrore infirmitatem incurrerat, nec non misericordiam sibi præstitam, enarrabat. Nullum interea medicamentū admisit, quoties præsentaretur, identidem repetens: *Vult* DOMINA, *vt moriar.* Cumque vicequâdam Medicus eum à febri liberum reperisset, dixit: F. Ludouice, bono sis animo; assecurata est iam tua salus. Respondit ipse: *Nequaquam; moriar enim breui; quia id vult* DOMINA: atque ita euenit, septimâ enim die singularis pœnitentiæ exemplo, & magnæ pietatis, firmæque in Deum, Diuamque Virginem fiduciæ signis relictis, animam reddidit; vt omninò verisimiliter credendum sit, ipsum meritis illius, quæ dicitur, & est *Ianua Cœli*, à periculo damnationis erutum, sicque à peccatis ritè perpurgatū, æternæ beatitudinis adyta ingressum esse. Hæc, vti relata, attestati sunt P. Prior supradictus, Supprior, Procurator & alij istius Conuentus Sacerdotes. Instrumenti desuper confecti apographum authenticum, per Notarium Apostolicum Romæ expeditum, extat in archiuio Prouinciæ nostræ Belgicæ.

622. Anno 1660. circa festum, & per Octauam Pentecostes, Romę in Conuentu S. MARIÆ TRANSPONTINÆ celebratum fuit Capitulum Generale: in Priorem Generalem electus fuit Reuerendissimus Pater Hieronymus Ari, Conuentus Astensis in Prouincia Lombardiæ, primariis iam ante in Ordine functus muniis, & annis pluribus Romæ Sacræ Romanæ Inquisitionis à qualificationibus: de quo plura in sequentibus *a*. Etiam eiusdem Prouinciæ est adm. R. P. Paulus à S. Ignatio; qui probatus in variis officiis, anno 1657. per Breue Apostolicum institutus Lombardiæ Prouincialis, sic dignè se gessit isto in munere, vt illi gradus fuerit in hoc Capitulo ad officium Procuratoris Generalis. Inter Acta istius Capituli id maximè considerabile est, de quatuor Assistentibus Generalibus Nationalibus: qui deinceps (ex Decreto SS. D. Alexandri VII.) in Capitulis Generalibus ab omnibus Gremialibus eligantur, ex quatuor Nationibus, videlicet, vnus Italus pro Prouinciis Italiæ & Siciliæ, alius

Capitulum Generale an. 1660.

a Par. 4. c. 4. & p 6. c. 8. sub finem.

Ita eo quatuor Assistentes Reuerendiss. P. Generalis eligunantur.

Gallus pro Prouinciis Galliæ,. alius oriundus ab Hiſpania, Luſitania vel Sardinia; & alius oriundus ex Germania Superiori vel inferiori, vel Polonia, vel Bohemia, aut Belgio, vel aliis Septemtrionalibus locis: qui pro regimine Ordinis aſſiſtere debent Romæ Reuerendiſſimo Patri Generali, aut Vicario Generali, habentes in grauioribus negotiis votum deciſiuum, in cæteris conſultiuũ. Porrò in iſto Capitulo primi electi fuêre Aſſiſtentes Generales, pro Italia R. adm. Pater Sebaſtianus ab Alexandro Prouincialis Angliæ, pro Gallia R. adm. P. Leo à S. Ioanne Prouincialis Terræ Sanctæ: pro Hiſpania R. P. M. Laurentius Angelus Spin. Deniq; pro Germania, Polonia, & Belgio R. adm. P. Gabriel ab Annuntiatione Prouincialis Germaniæ Superioris. Erecta tùm fuit noua Prouincia ſub protectione S. Raphaelis ex Conuentibus S. MARIÆ DE VITA in Regno Neapolis, iuxta facultatem à SS. Domino conceſſam. Acta præcipua aliorum Capitulorum Generalium vſque ad annum Chriſti 1515. inſeruntur *tomo* 4. *Annalium Ordinis*, cæterorum verò, locum ſuum *in tomo* 5. *Annalium* reperient.

Ex quatuor nationibus.

Noua Prouincia erigitur.

623. Ex hactenùs dictis manifeſtam eſſe credimus veritatem eius, quod Summi Pontifices de hoc Ordine, eiuſque Profeſſoribus aſſerunt: *à SS. Prophetis* ELIA *& Eliſeo hæreditariam ſucceßionem tenere:* & id quod præclarus veteris Teſtamenti Annaliſta Iacobus Salianus ad annum ante Chriſtum 914. in elogio, ſeu epitaphio S. Prophetæ ELIÆ, ſuprà exhibito, ſcribit: *Eum* (ELIAM) *lectos Prophetarum, & Religioſorum manipulos, ſui æmulos, atque imitatores inſtituiſſe: ad cæleſtem vitam, mundo ignotam, ac contemptam traducendam adduxiſſe: tot ſeculis ſuarum precum, quaſi ſacularum, ardore, calefeciſſe: & ad hanc diem, tot inter rerum, locorum, temporumq; varietates, conſtantes reddidiſſe, magni ſui Patriarchæ ſectatores.*

Ex dictis hac parte habetur iugis ſucceſſio Ordinis.

PARS

Digitized by Google

PARS QVARTA

DE MAGNA ORDINIS DESOLATIONE SECVLO DECIMO-SEXTO ET EIVSDEM SVBSECVTA INSTAVRATIONE HOC SECVLO DECIMOSEPTIMO.

625. REs humanæ, *ait S. Gregorius Nazianzenus*[a], velut orbe quodam voluuntur: *etenim* (*vt eleganter elegantiarum flos Lipsius*[b]) Æterna lex, à principio dicta, omni huic mundo, nasci denasci, oriri, oboriri, nec quidquam stabile, aut firmum, arbiter ille rerum esse voluit, præter ipsum, apud quem, teste Apostolo, non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. *Notissimum id est ex cunctis ferè historicis, etiam de ciuitatibus magnis, & opulentissimis Regnisq́, & Imperiis amplissimis, ac potentißimis. Videmus etiam, mirâ Dei dispositione, alternantibus successibus, Ecclesiam nunc crescere, & dilatari, nunc quasi decrescere, & coarctari variis in Regionibus, ac deinde rursus ampliari alibi. Ita & in Ordinibus Religiosis euenire conspicimus: omnes in principio suæ Institutionis propagabantur, & feruebant: paulatim autem plerique, occasione bellorum, & hæresum, ac temporum iniuriis decreuerunt quibusdam in locis: aut nimio humanæ conuersationis commercio, siue*

[a] In orat. ad ciues.

[b] Lib. 1. de constantia c. 16.

Res humanæ omnes mutationi subiectæ.

Digitized by Google

ſiue ex aliis cauſis, intepuerunt, defecerunt q̃. Sic fert ſeculorum ineluctabilis viciſſitudo, vt etiam florentiſſima quæq; in peius eant. Caſus varios, qui Carmelitano Ordini, temporibus bis mille annorum, & ſex ferè ſeculorum, acciderunt, in antecedentibus (parte 3. *per totam*) *attigimus; defectionem autem magnam, quam ſubiit ſuperiore ſeculo, & deinde mutationem in melius, hic conſequenter retuliſſe, non ingratum, aut inutile lectori fore arbitrati ſumus.*

CAPVT I.

Per hæreſes & bella, aliquot Ordinis huius Prouinciæ penitùs intereunt, & aliarum Conuentus multi deſtruuntur, aut expilantur.

626. Seculum decimum ſextum ſicut Eccleſiæ, ita & non paucis Religionibus funeſtum valdè fuit, peſtilentis hæreſis Lutheranæ exortu: quâ in Germania ſerpente, ſciſſa eſt in varias ſectas Chriſtiana profeſſio: dum Nouatorum quiſque linguâ & audaciâ promptus, ſuæ author ſectæ, quàm alienæ mallet inſiſtere. Cuius contagio veneni etiam Britannicas peruaſit inſulas. Sub illa tempora Carmelitanus Ordo iacturam fecit Prouinciarum Boëmiæ, Saxoniæ, & Daciæ: aliæ autem in partibus Germaniæ imminutæ ſunt conuentibus, per hæreticos occupatis, aut dirutis: de quibuſdam illorum, variis in locis, tangitur *in tomo* 4. *Annalium Ordinis*. De Budenſi, Præbidienſi, Epperienſi Quinque-Eccleſienſi in Hungaria (nunc ſub dominio Turcarum) ſcribitur ad annos Chriſti 1372. 1426. 1439. De Rottembergenſi, Norlingenſi, Norimbergenſi, & aliis (quorum mentio facta eſt *parte* 3. *cap.* 37.) tunc quoque ruinam non modicam, & maiorem hoc ſeculo, circa annum Chriſti 1630. per Succum paſſis, & ab hæreticis vſurpatis, in iiſdem Annalibus, hinc indè tractatur.

Ordo Carmelitarum Sex Prouincias amittit.

627. At maximè deplorandus eſt caſus celeberrimæ quondam, Prouinciæ noſtræ Anglicanæ, antiquitatis ſerie tertiæ, quæ etiam aliarum, Hiberniæ videlicet, & Scotiæ, mater fuit: de qua Pitſæus, de Scriptoribus Angliæ in Indice aſſerit: *In Anglia ſplendidiùs, quàm in quacumq; alia Europæ parte hunc Ordinem floruiſſe conſtat, magiſq; abundaſſe, & numero Monaſteriorum, & doctorum virorum copiâ.* Cuius id ſignum eſt, quòd ex noſtris Scriptoribus in prædicto Catalogo 140. circiter referat idem Pitſæus. Non multò poſt etiam deſtructa fuit vtraque illa Prouincia, Hiberniæ ſcilicet

Anglica Prouincia quanta ſit ſtatura.

(inter

(inter alias vndecima) ac tandem Scotiæ (ordine decima tertia) Perierũt tùm, in isto perturbatissimo rerum statu, Conuentuum omnium supellectilia, bibliothecæ, & archiuia, tamquam rapidissimo torrente inuoluta, Religiosis hæreticorum impietati se opponentibus, raptis, & crudeliter fidei causâ interemptis, aliis autem in exilium electis.

628. Contigerunt ista, tam luctuosa, nedum nostris, sed & cæteris omnibus Religiosis, sub annum 1535. & sequentibus vsque ad 1540. vt refert Nicolaus Sanderus Anglus *de origine & progressu schismatis Anglicani lib. 1.* ista de Henrico VIII. scribens. „ Anno 1535. inuasit Henricus Rex, „ & occupauit trecenta septuaginta sex monasteria, quorum spolia cesserunt in fiscum regium, omnisque supellex & bona mobilia. Triennio „ post, id est 1538. Rex ipse sua authoritate Nouembri mense, quatuor „ Ordines, qui vulgò dicuntur Fratrum Mendicantium, vniuersis suis ex „ ædibus eiecit: eorumque monasteria ac ædificia sibi applicuit. Tunc „ quoque vniuersa simul monasteria totius Regni euertit. Initium Socie- „ tatis IESV eodem anno, quo finis aliorum Religiosorum in Anglia an- „ no 1540. „ Hæc ibi: Ea etenim sublunarium est conditio, & vicissitudo, vt dùm illa occidunt, alia prodeant. Animaduertendum etiam hic obiter, omnium ferè hæresum initia fuisse à Religiosorum odio, & monasteriorum euersione: atque visitatam hæreticorum in eosdem rabiem, vt præclarè demonstrat Cardinalis Bellarminus in Controuersiis [a], vbi inter alia hæc: *Neque verò nouum est hoc hæreticorum aduersùs Monachos bellum, neque recens mali dæmonis artificium, per monasticæ vitæ oppugnationem Ecclesiam vniuersam petere. Sicut enim quotquot fuerunt vnquam pij Scriptores, tùm sermonibus, tùm scriptis libris, hoc genus vitæ laudibus in cælum tollere conati sunt, sic nulli ferè vmquam hæretici extiterunt, qui vel nomen Monachorum pati potuerint.* Hinc meritò tamquàm suspecti, aut certè parùm pij notantur, qui Religiosis Ordinibus infesti sunt.

Anglicanũ schisma initiũ habuit à monasteriorũ demolitione.

Hæreticorũ mos in Religiosos fuere.

[a] Tom. 1. lib. de Monachis in præfat.

629. Quàm incomparabilem iacturam tùm subierit Carmelitana Religio, coniicere licet ex vna bibliotheca Londinensi: de qua Franciscus Swertius, *in Athenis Belgicis* sub initium, in titulo: *Elenchus præcipuarum Orbis Bibliothecarum, ex Iusto Lipsio, Fuluio Vrsino Romano* & aliis [b] hæc refert: *Bibliotheca Carmelitarum Londinensium (tota iam, proh dolor, periit) multitudine & antiquitate superauit omnes quotquot erant Londini. Tot erant in ea nobilium auctorum Volumina, maiusculis Romanis scripta, vt illa ætas decem millium aureorum millibus æstimauerit, anno nimirum Christianæ salutis millesimo quadringentesimo vigesimo.* Erant etiam alij celeberrimi Conuentus. Scribit Lezana *ad annum Christi* 1240. reditus annuos vnius Conuentus Holuensis, iuxta computum Anglicanum, fuisse 7765. Scutorum Italicorum.

[b] Fol. 52.

Londini olim celeberrima bibliotheca Carmelit.

630. Eodem ferè tempore vipera illa Nouiodunensis Ioannes Caluinus motuum, malorumque author in Gallia extitit: vndè etiam Ordo Carmelitanus (sicut & alij) non modicam ruinam ibi sensit. Specialis autem in historiis fit mentio Conuentus Lunellensis, haud longè à Monte

Caluinus author malorum in Gallia.

Ibi multa Ordinis Carmelit. Monasteria euertuntur aut expoliantur.

pestulano: quem Caluinistæ ibi furentes, direptis omnibus, tam sacris quàm domesticis, & Venerabili Priore cum suis Religiosis necatis, incenderunt.

In Prouincia Aquitania.

631. De Conuentu S. Antonij in Aquitania, & Religiosis in eo commorantibus, turbulentissimo illo seculo, ita scribit Lezana *tomo* 4. *Annalium ad annum* 1400. (vbi de eiusdem fundatione) *Hæreticorum*, inquit, *Caluinistarum perfidia omnia ipsius ædificia vsque ad fundamenta funditùs euersa fuêre, Religiosis alijs in ignem iniectis, alijs in flumen demersis, alijs ense confossis, vel interemptis.* Cadurcensis etiam in Aquitania per Caluinistas exustus fuit anno 1572. & alij eiusdem Prouinciæ Aquitaniæ Conuentus funditùs euersi fuêre, vt in iisdem Annalibus Ordinis *ad annum Christi* 1360. (vbi de fundatione Conuentus istius Aurelianensis) annotatur.

632. De Gallia vniuersim hæc habet R. P. Leo à S. Ioanne Prouinciæ Turoniæ decus, in eleganti *Delineatione obseruantiæ Rhedonensis cap.* 12. vbi de Rupella, & Ordinis Conuentu ibidem, effræni Caluinistarum rabie diruto: *In Christi Sacerdotes furere, debacchari, eosdem mactare, trucidare, diuexare, excluſa omni humanitate, didicit. Inter cæteros nostrorum Carmelitarum maior pars Martyrio resplendens, cœli palmas meruit adipisci. Sacra mox diripere, deuotas Deo, diuinisq; obsequijs Ædes vel penitùs conuellere, vel prophanis vsibus addicere, neoterica Secta pars fuit præcipua.* Hæc ibi. Consequenter refertur, quomodò in domibus quibusdam, euersi Monasterij istius reliquiis, reconditæ à sacrilegis istis prophanæ merces promiscuæ, eæ, (diuino vindicante Numine, ægreque ferente, domum charissimæ Matris suæ fieri negotiationis officinam) igne, non multò post, absumptæ fuerint.

In Prouincia Turonensi.

Capite 13. commemoratur expilatio Ecclesiæ insignis Conuentus nostri Andegauensis. De cuius celebri, ob miracula, Sacello Deiparæ, diximus *par.* 3. *cap.* 33. [a] & qualiter Imago lapidea Deiparæ ab Iconoclastis illis in flumen proiecta fluctibus innatari visa sit. *Capite* 15. describitur euersio Monasterij Ploarmelensis in Armorica, & bini casus valdè notabiles, qui tùm acciderunt, relati quoque in Ordinis Annalibus ad annum 1270. quo dicti Monasterij fundatio facta scribitur. *Cap.* 17. Aurelianense Cœnobium, tunc solo adæquatum, lugetur. *Cap.* 18. Iulioduni Conuentus anno 1568. fundatus subversus perhibetur, *Cap.* 20. agitur de Pictauiensis Monasterij desolatione anno 1560. Proximè sequenti capite hæc de Aulacensi Cœnobio narrantur. *Anno* MDLV. *communi totius Aquitaniæ fato, ab hæreticis dirutum, & exustum est, tunc immani barbarie trucidati è nostris, Catholicam fidem deserere renuentes. Quos inter vnus ad vlmum (quæ arbor superstes notatur) quasi cælo factus spectaculum, alligatus, glandibusq; confossus est.* Consequenter etiam quorumdam istius Prouinciæ aliorum Cõuentuum per hæreticos deuastatio refertur.

[a] Nu. 516.

Et Vasconia.

633. Omnes etiam omninò Conuentus Prouinciæ Vasconiæ eorũdem hæreticorum immanitate, aut incendio conflagrarunt, aut planè diruti, aut spoliari fuêre: prout de singulis refertur *in Annalibus Ordinis ad annum*

num Christi 1358. Eaſdem calamitates ſenſerunt quoque pleræquæ aliæ Galliarum Prouinciæ & Conuentus Ordinis noſtri. De euerſo Conuentu Balneolarum in Prouincia Narbone ſcribitur in iiſdem *Annalibus ad annum Christi* 1310. Deque aliis alibi.

634. Tandem quoque Belgium noſtrum iiſdem fuit inuolutum calamitatibus; dùm enim per Hollandiam, Zelandiam, aliaſque Prouincias hæreticorum, & perduellium debaccharetur furor, diſiecta, exuſta, aut ſpoliata fuêre templa, monaſteria, cunctaque loca ſacra, diſcerptæ Imagines, pulſi ſuis ſedibus Religioſi, & Eccleſiaſtici omnes. Proſerpſit quoque malum in Brabantiam & Flandriam, adeò quidem vt anno 1573. Ioannes Molanus Louanienſis Vniuerſitatis Doctor præcellens de miſero eius ſtatu his verbis ſcriberet, ad D. Antonium Perrenottum Granuellanum Archiepiſcopum Mechlinienſem & S. R. Eccleſiæ Cardinalem: *a Vtinam autem, Illuſtriſſime Cardinalis, cuibus tua Diœceſis præſens adeſſes, in hoc afflictiſſimo ſtatu, & catholicorum Mechlinienſium, & reliquorum Belgarum.* ! *Vbique enim Belgium plenum eſt miſeriis, & ab hoſtibus fidei, & aliunde. Quare commendo afflictiſſimam Belgij Rempublicam; vt eâ authoritate, quâ ſummâ vales apud ſanctiſſimum Pontificem, & Regis noſtri Catholicam Majeſtatem, Belgij noſtri miſeriis ſubleuandis ſuccurrere digneris: vt, ſi non redeat ad eam felicitatem, quam ante deceſſum V. Celſitudinis habuit (id enim ſperare non audeo) ſaltem eouſq; redeat, vt tot hominum myriades, quæ Deo & Regiæ Maieſtati fideles perſtant, non per miſerias animis deiiciantur, & ad iracundiam prouocentur.*

In Belgio tumultus per hæreticos.

a In dedicatione Martyrologij.

635. Sub ea tempora Carmelitana noſtra Religio in Belgio penitùs amiſit Conuentus ſex, Vliſſingenſem in Zelandia (cuius alumnus extitit celebris ille Goſuinus Hex, poſtea Epiſcopus Ieropolitanus) Meurſanum, Gelriam inter & Coloniam: & in Hollandia Vltraiectinum, Schoonhouienſem, ac Harlemenſem (anno 1249. fundatum) qui decoratus fuerat vnâ ex quatuor venerandis Imaginibus, à S. Elizabetha Hungariæ Regis filia, Landtgrauia Haſſiæ datis Sophiæ filiæ ſuæ Ducisſæ Brabantiæ, & ab hac diſpartitis, de quibus mentio fuit *par.* 3. *c.* 35. & 36. *b* Etiam Harlemij erat Conuentus Monialium Ordinis, qui ſimiliter periit.

Ibi ex Conuentus huius Ordinis pereunt.

b Nu. 539. & 575.

636. Alij verò nonnulli tum fuêre flammis traditi, aut ſolo tenùs diruti, Anno ſiquidem 1578. die 12. Februarij per rebelles, & hæreticos, nũcupatos *Geuſios*, nominatiſſimum Monialium huius Ordinis Monaſterium propè Viluordiam, nuncupatum, DIVÆ CONSOLATRICIS, exuſtum fuit: prout *parte* 3. *c* retulimus. Eodem anno 1578. die 20. Aprilis Cœnobium D. Ioannis Baptiſtæ prope Angiam (quinque leucis à Bruxella) flammis traditum, & penitùs abſumptum fuit. Quo tempore Religioſi ad tantam redacti fuêre neceſſitatem, vt vaſa argentea Eccleſiæ, etiam calices, vendere debuerint. Illo etiam tempore ad terram proſtrata fuêre tẽplum & Cœnobium noſtrum Gerardimontibus. Anno autem 1580. die 9. Aprilis iidem Geuſij, quorum dux Templius (ſeu Tempelius.) & ſocij Angli hæretici, inuaſerunt, & interceperunt Mechliniam, magni Parla-

Alij cremãtur, aut diruuntur.

c Cap. 56.

menti ſedem, ſitam Bruxellas inter & Antuerpiam: Tunc ab iſtis in foro interemptus fuit Ven. P. PETRVS LVPVS, Prouincialis, vir raræ virtutis, magni in Dei honorem ſtudij, & in Regem ſuum, ac Mechlinienſes propenſioris affectus (eius enim operâ anno præcedente Mechlinia in gratiam Regis redierat) Id ſic paucis commemoratur in Faſtis Academicis ſtudij Generalis Louaniēſis: PETRVS LVPVS, vulgò WOLES *Goedſenhoui, Agri Thenenſis, Ordinis Carmelitani, Conuentus Mechlinienſis profeſſus, & Prior, & per Germaniam inferiorem Prior Prouincialis, occupatâ à Rebellibus atque hæreticis Mechliniâ, dum ſeſe omnibus eiuſdem ciuitatis incolis pro Deo & Rege ſuo exhibet anteſignanum, trucidatur eo ferè loco, vbi hodie vetus Palatium viſitur, anno* 1580. De quo alia in ſequentibus. Eodem anno & die ab iiſdem hæreticis, monaſterium inuadentibus, in ſua cella interfectus fuit Venerandus P. Ioannes de Hondt Supprior. Notabile id eſt, quod eo tempore contigit, & refert Ludouicus Canitellus Patritius Cremonenſis *in Annalibus ſuæ patriæ folio* 402. his verbis, ex Italico in Latinū traductis: *Anno* 1580. *captâ Mechliniâ, ciuitate Belgij, in ea conſtituti ſunt Angli milites præſidiarij, qui multas impietates aduersùs Catholicos, & maximè Religioſos, exercuerunt. Qui cùm tentarent ingredi templum S. Celſi Carmelitarum, vt illud ſpoliarent, apparuit ipſis brachium extenſum diſtricto gladio illos terrificans: quo viſo diſceſſerunt, & Patres illos reliquerunt liberos.* Poſtea tamen eodem anno, die 17. Iunij ab iſtis orthodoxæ fidei inimicis commiſſio data fuit, diruendi Eccleſiam, & Clauſtra: quæ aliquantò poſt executioni mandata fuit, ſupellectili omni, clenodiis, cimeliis, libris direptis, ac Religioſis omnibus ciuitate pulſis; qui, omnibus exutis rebus, quinquennio extorres exularunt, donec, receptâ per Regios Vrbe, redeuntes, inter ruinas receptacula adaptarent.

637. Vallencenis, Tornaci, & in locis circumuicinis, quid tùm auſi fuerint hæretici perduelles, & iconoclaſtę, deſcribit Franciſcus Haræus *in Annalibus Ducum, ſeu Principum Brabantiæ, tom.* 3. qui eſt de tumultibus Belgicis: *Obuia quæq;*, inquit [a], *Monaſteria, pagorumq; Eccleſias inuadunt, proterūt, prædas abducunt.* Sub ea tempora Carmelus Vallencenenſis ſubiit eorum truculentam rabiem, ſacræ ibi imagines fractæ, & Religioſi omnes expulſi fuêre. Id contigit anno 1566. Eodem anno Venerabilis P. *Ioānes Cordeau*, ſalutis animarum zelo ſuccenſus; vt Vallencenenſes in orthodoxa fide contineret, domos & ſcholas catechizādo obibat: quare ab hæreticis grauiter percuſſus in foro, communi damno, & luctu animam Deo reddidit. Anno ſequenti alius eiuſdem Cœnobij pius & zeloſus Pater *Amandus Clemens* multis locuples talentis, catechiſmo faciendo, & confeſſionibus fidelium excipiendis indefeſsè inſiſtēs, ab iiſdem hæreticis trucidatus fuit Vallencenis ſuper pontem Neronis. Anno 1572. cùm rurſùs & Lutherani, & Caluiniſtæ in Monaſteria, ac Religioſos furerent, Venerab. P. Petrus Bonnerius Sacriſta in defenſionem SS. Sacramenti Euchariſtiæ, & ſacrarum Imaginum, ab iis gladio confoſſus lætus obiit.

[a] Ad ann. 1566.

638. Antuerpiæ quid anno 1578. actum ſit, enarrat idem Franciſcus Haræus

Haræus in dictis Annalibus [a]: *Antuerpiæ, Caluiniſtis conceſſa ſunt templa iſta, Ieſuitarum, Minoritarum, Dominicanorum, & D. Andreæ, poſtea etiam D. Iacobi, relicto Catholicis Choro; Martiniſtis verò templum D. Georgij, & Carmelitarum*: Ad eumdem annum de hæreticis Gandaui tumultuantibus iſta refert: *Menſe Maio in Diuorum templa irruunt, omne ſacrum aurum, argentum, cruces, calices, aliaq; Eccleſiarum cimelia rapiunt, omnes viros Eccleſiaſticos, & Religioſos vrbe expellunt; ex ære & metallo, è turribus ablato, maximum numerum tormentorum bellicorum conflant.* Tunc Cœnobium noſtrum Gandenſe omni ſupellectili, bibliotheca, libris, templum Reliquiis S. SIMONIS STHOCK, omnibuſq; ſacris vaſis, ac ornamentis ſpoliata fuêre per dictos rebelles hæreticos. Similia attentarunt iſti ſacrilegi in aliis pluribus Brabantiæ, Flandriæ, & Hānoniæ locis, prout in iiſdem Annalibus latè deſcribitur, ſed noſtra hic dumtaxat ſuccinctè attingimus.

[a] Tom. 3. ad ann. Chr. 1578.

Antuerpiæ, Gandaui & Bruxellis quid euenerit.

439. Monaſterio Bruxellenſi quid euenerit ſub ea tempora ſic paucis annotatur in libro Depoſiti, Anni 1580. *Ven. P. Prior Laurentius Cuperus coactus eſt per Gentes Caluiniſtas in exilium à Conuentu diſcedere, quod factum eſt anno 1580. circa feſtum vndecim millium Virginum in Octobri, ſicut & in Aprili proximo totus Cœtus per furorem Caluiniſtarum Bruxellâ pulſus, toto quadriennio proximo exulauit.* De eodem Conuentu hæc lamentabilia ſcribit R. D. Antonius Sanderus *in Brabantia Illuſtrata*, illuſtrans antiquitates dicti Cœnobij Bruxellenſis: [b] „ Annus agebatur 1578. vti Regi in Belgio, ita fidei Ca- [b] Cap. 2.
„ tholicæ penè fatalis; quaſi vbi Rex vrbium Prouinciarumque patieba-
„ tur excidium, neceſſariâ connexione ſequi fidei deberet exterminium.
„ *Et poſt alia:* Bruxellæ Gubernator præerat Tempelius (*is ſcilicet, qui*
„ *Mechliniam poſteà, prout iam retulimus, inuaſit*) vti hæreticæ prauitatis fau-
„ tor maximus, ita Religioſorum omnium hoſtis acerrimus. Sub tali ca-
„ pite gemebant omnes Catholici, vltima quæque patiebātur Religioſi,
„ qui per plateas ludibriis excepti, nihil fortunarum domi habebant tuti,
„ nec erant ipſi. Monaſteriorum, Templorumque fores perfringeban-
„ tur; ſacra, profana, omnia diripiebantur. Hæc & ſimilia non ſemel paſſi
„ Carmelitani Patres, inediâ vexati, perſecutione attriti, faſtidio victi, mē-
„ ſis Septembris initio Conuentum, vrbemque deſerere ſtatuerant, in il-
„ lumque finem ſingulis viaticum erat diſtributum, & abitionis dies
„ iam decretus: cùm Reuerendi Adm. P. LAVRENTII CVPERI tum
„ inibi Prioris, erecti, obfirmatis animis, ſe domoque ſuâ Deiparæ Matri
„ commendatis, remanſerunt. Vtque ſecuriùs remanere poſſent, pactum
„ ineunt cum Tempelij miniſtrorum præcipuo Arnoldo vander Perren,
„ qui Conuentum Templumque ab omni flagitioſorum incurſu, & dire-
„ ptione tueretur. *Et aliquantò poſt:* Coacti Carmeli Patres anteriorem
„ Eccleſiæ ſuæ partem dictis hæreticis cedere, chorum (in quo ipſi ſer-
„ uentiùs Diuina obibant Officia, Deum rogantes monſtra in melius
„ conuerti) ducto muro, ab anteriore Eccleſiæ parte dictâ ſeparārunt, ve
„ vel ſic, pietas & impietas, fides & hæreſis, quantùm poterant (dùm non

„ poterant ampliùs) per ipsos forent seiunctæ. Nec hic finis: qui Eccle-
„ siam sic intrauerant, Conuentum immunem relinquere non volebant;
„ vt illum, tali modo eiectis Religiosis, totum occuparent, qui iam illius
„ partem possidebant.„ Hactenùs Sanderus: & cõsequenter refert, quo-
modò Religiosi omnes ciuitate pulsi sint.

640. Conuentus quoque Brugensis, quoad ædificiorum splendorẽ, templi ornatum, & domus ipsius suppellectilem, nulli tùm secundus, quid passus fuerit, declarat satis hoc ex Archiuio Vrbis Brugensis extractum,
Brugensis Cœnobij deplorãdus casus. „ è flandrico latinè redditum : „ anno 1578. die 25. Septembris decre-
„ tum fuit„ (ab hæreticis, scilicet Geusiis in quorum potestatem tùm
vrbs deuenerat) „ vt omnium Ecclesiarum, Monasteriorum, & Xenodo-
„ chiorum aurea, argentea, & quæuis pretiosa suppellex traderentur: vt-
„ que ex Ecclesiis amouerentur omnes statuæ, imagines, & ornamenta.
„ Die 1. Octobris eiusdem anni ordinatum fuit (ab iisdem) vt Religiosi
„ Ordinum Mendicantium Augustiniani, Iacobini, Carmelitæ è ciuitate
„ pellerentur (Minoritæ iam ante eiecti erant) quod executioni manda-
„ tum fuit die 8. Octobris & 2. Nouembris; & diuendita fuêre Conuen-
„ tuum istorum mobilia restantia. Die 1. Ianuarij anni 1579. claues Cœ-
„ nobij Carmelitani traditæ sunt nouæ Religionis (Geusiorum) ministris.
„ Die 25 Aprilis anni 1580. resolutum fuit (ab iisdem) ædificia monaste-
„ rij diuendere.„ Peculiariter illa quoad Conuentum istum in libro, in-
scripto *Manuale maius*: sic annotantur: *Anno Christi Saluatoris* 1578. *decidit Vrbs Brugensis in potestatem hæreticorum, quos Geusios nuncupabant, qui, abiecto fidelitatis & obedientiæ iugo Regis Catholici, pro sua assueta rabie, Religiosos è suis sedibus ignominiosè eiecêre, eos ad partes exteras profligantes: inquiebant enim: destruamus nidum, & mox aues auolabunt: funditus euersêre Ecclesiam, septem claustra, æstiuale refectorium, cum potissimis, & prænominatis ædificiis, parcentes dumtaxat vni claustro versùs plagam orientalem, cum aliquot ædificiis eidem contiguis, & refectorio hyemali. Dictus insuper hæreticorum furor (quod magis indolendum est) absumpsit potissimos libros, & perantiqua documenta.* Tum quoque ablata fuêre penè omnia pretiosa vasa, thecæ Reliquiarum, cæteraque ornamẽta, paucis exceptis, quæ ope, & industriâ ciuium quorumdam seruata sunt. Inter quæ est lac B. Virginis, sustentatum per duos Angelos argẽteos, quod cũ sanguine Christi Brugas allatum putatur anno 1148. & postea, constructo Monasterio, PP. Carmelitis datum. Exularunt autem Religiosi dicti Cõuentus quadriennio, scilicet vsque ad 25. Maij, anni 1584. quo sub Duce Parmensi, Ciuitas Regi Catholico restituta fuit.

* Tom. 4. ad ann. Chr. 1163.

641. De Conuentu Iprensi ista commemorat Lezana *in Annalibus* a *Ecclesia hæc postea cum Conuentu solo est adæquata pro ciuitatis conseruatione anno* 1578. *& alio loco, de mandato Magistratus, collocati nostri. Deinde* 1584. *die* 9. *Aprilis, recuperata ciuitate per Principem Parmensem ad eam redierunt.* Quid in-
Iprensis Monasterij eadem sors. interim euenerit tribus dicti Conuentus Religiosis orthodoxæ fidei zelatoribus, sic ibi paucis attingit commemorans viros illustres aliquot: *Sed maximè*

ximè celebrandus, quòd in ipso floruerint BASILIVS *Diaconus, & Henricus Turch Concionator, qui vitam pro Religione Christiana, ab hæreticis, & perduellibus interempti gloriosè expoſuerunt. Quorum etiam fidem imitatus eſt alius quidam Cœnobij Concionator Ægidius Couſaert nomine, qui magnâ ſollicitudine, & continuis exhortationibus id effecit, vt Ciuitas Burburgenſis ad finem vſque in fide Catholica, & obedientia Catholicæ Regis conſtans perſtiterit.* Frater Baſilius ab hæreticis capite plexus fuit, corpuſque eius in campo rotę ſuperpoſitum: quod nec corui, aut aliæ aues vnquam attigerunt; vt ab annis paucis adhuc ſuperſtites, qui tùm vixerunt, teſtati ſunt. Venerabilis autem P. Henricus, Concionator ſtrenuus, etiam ſub idem tempus ab hæreticis illis ad arborem ligatus, brachio confracto, ac glande bombardæ traiectus, & ſemiuiuus relictus, poſtea tamen ſanatus eſt. Verùm aliquot poſt annis Ciuitate Ipręnſi Regi Catholico reddita, Neoportano deſeruiens termino, rursùs in hæreticorū manus lapſus, grauiter ab iis vulneratus, obiit.

Eius Religioſi tres ab hæreticis trucidati.

642. Erat igitur eo ſeculo miſeranda, non modo huius, ſed & aliorum Ordinum, ac Eccleſiæ facies, cùm atrox bellorum furor, potiſſimùm in Belgio, & graſſantis vbique hæreſeos venenata contagio tam funeſta vitiorum illuſione in ſacra, in profana irruperat, vt cœlum terræ miſcens, omnia ſuſque deque reſtarent confuſa.

Hic opportunè inſerenda videntur ea quæ Vincentius Lirinenſis in ſuo aduersùs profanas hæreticorum nouitates, & crudelitates, conſultiſſimo Commentario enarrat generatim de omnibus, & nominatim de Arrianis: quorum rabiem imitati fuêre ſuperioris æui Lutherani & Caluiniſtæ. *Profana*, inquit, *ipſa nouitas, velut quædam Bellona, aut Furia nequaquam deinceps deſtitit vniuerſa miſcere, atque vexare, priuata, ac publica ſacra, profanaque omnia: nulli boni & veri gerere diſcrimen, ſed quoſcumque collibuiſſet tamquàm de loco ſuperiore percutere. Tunc temeratæ coniuges, depullatæ viduæ, profanatæ virgines, dilacerata Monaſteria, diſturbati Clerici, verberati Leuitæ.*

643. Hactenùs de Europæ tumultibus per hæreticos excitis, quorum occaſione etiam Turcicâ re magnis auctibus excreſcente, annum milleſimum quingenteſimum ſeptuageſimum primum Chriſtianis omnibus, & peculiariter huic Ordini, luctuoſum fecit clades Cypria. Iſtud enim Regnum tunc Venetis fuit ademptum à Muſtapha: qui contra pactam fidem Chriſtianos paſſim iugulauit: & ſic interiit antiqua illa (S. PETRI THOMASII habitatione, miraculis & ſacris Reliquiis decorata) Ordinis Prouincia, Religioſis aut à Barbaris interemptis, aut fugâ elapſis, & monaſteriis omnibus concrematis aut deiectis. De fundationibus prę-cipuorū monaſteriorū noſtrorum in Cypro agit Lezana *to. 4. Annaliū ad annum 1194.* Erant ea olim annexa Prouinciæ Terræ Sanctę: cuius etiam nomen ea ſola obtinuerunt ab anno 1290. circa quem omnia huius Ordinis Cœnobia in Terra Sancta igni tradita, diruta, aut occupata fuerunt per Saracenos, ſicut enarratum eſt *par. 3. c. 32.*

Cyprus à Turca fraudulenter intercipitur:

Religio Carmelit. ibi extinguitur.

644. Id tamen conſolationis hoc ſeculo habere potuit Carmeliticus Ordo;

Digitized by Google

Ordo; quòd, dùm *torculari* premeretur in terris, gratum cœlo *sua è vinea* propinauerit *mustum*, nouasque in illius viridario plantas fecerit efflorere; quamplurimi enim variis in locis ab hæreticis, interfecti tùm fuêre, quorum numerus Deo soli notus est. Ab hæreticis quidem in Anglia florentissima tùm Ordinis Prouincia, Scotia, & Hibernia, vbi omnes Religiosi fugati fuerunt, aut necati. Idem accidit in Prouinciis Bohemiæ, Saxoniæ, & Daciæ. De variis, in Gallia & Belgio occisis, iam mentio fuit. A Turcis autem, irruentibus in Cyprum, &, vti antè diximus, Christianos trucidantibus, quot illic ex nostris occubuerint, haud constat. Ab iisdem etiam Algeziris anno 1564. V. P. BARTHOLOMÆVS GRAIVS primùm lapidibus appetitus, deinde incendio consumptus fuit. Ibidem V. P. BARTHOLOMÆVS CARRANCIVS, post varia tormenta capitis abscissione triumphauit: etiam illic V. P. IOANNES BANNEGAS Turcis euangelizans, post multos in Christi horreum inuectos manipulos, igne probatus spiritum Deo reddidit anno 1588. Ex illis plures in odium Christi pro fide & virtute Christiana occisos fuisse, ac proinde eos retributionis coronam accepisse inter eos, qui, pro Christi nomine, sanguine fuso in terris, triumphât in cœlis, piè omninò existimandum est. Id tamen certò nobis affirmare non licet, ante S R. Ecclesiæ definitiuam sententiam: cuius est, veros Martyres, ac Diuos, declarare. Quinam tales sint, dies Domini manifestabit. At nunc sedatâ, Dei benignitate, tam horribili procellâ, deinceps leni spirante, & refocillante aurâ, nosta erit velificatio.

Illo seculo plures Ordinis huius Religiosi ab hæreticis & Turcis interempti.

CAPVT II.

De instauratione Ordinis, initiatâ à Prouincia Turonensi: cui mox se sociam dedit Aquitanica.

645. VIdimus capite præcedenti lugubrem Ordinis statum, lætiorem eius faciem redditam temporibus nostris, hic consequenter exhibemus. Cum igitur desperatissimis illis temporibus seculi decimi-sexti, hæresum, & bellorum procellis prostratæ iacerent Res tam Ecclesiæ quã Imperij, in plerisque Europæ regionibus præpostera morum licentia, vel sacerrima inuasit, & protruit (non aliter, heu! quàm si singularis ferus Domini VINEAM depasceretur) tùm inter Clerum secularem, tùm inter Religiosos: quorum conuentibus aut dirutis, aut ad magnam inopiam redactis, lata referata erat ianua ad proprietatem, omnium malorum in Religionibus radicem. Instauranda itaque, & erigenda fuêre ea, quæ dilapsa erant,

Seculo 16. lugubris erat Status Ecclesiæ.

Digitized by Google

erant,& qui à recto tramite deflectebant,reducendi:vitia euellenda, virtutes implantandæ.Ad illud præclarum sanè opus,necessariumque Ecclesiæ, strenuos in variis Ordinibus religiosis prouidit Diuina clementia restauratores: qui tamquàm in communi naufragio aliquot saltem tabulas eripere certatim allaborabant, & communi studio in sua redire connitebantur. Et quia magnum malum singulare exigit remedium, Luthero, Caluino,cæterisque hæresiarchis pernicioſissimis Vnius,Sanctæ, Catholicæ,Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ iuratis hostibus,templorum, & Sacrorum violatoribus, monasticæque disciplinæ osoribus, ac destructoribus, tamquàm firmissimum murum opposuit S. Ignatium & inclytam ab eo institutam Societatem Iesv, informandæ iuuentuti (in qua sita spes & salus Reipublicæ Christianæ) prorsùs mancipatam, & multis ad pietatem, eruditionem,templorumque nitorem,ac splendorem,ceu calcar, & normam: Sanctum quoque Philippum Nereum, & ab illo initiatam Oratorij Congregationem,nec non Prælatorum exemplar eximium S. Carolvm Borromævm, disciplinæ Ecclesiasticæ restaurandæ, conseruandæ, amplificandæ ardenti studio incumbentem: atque alios ex variis Ordinibus Religiosis,& Vniuersitatibus, fidei Christianæ strenuos pugiles,veritatis Catholicæ vindices, & Hæresimastyges.

Cui tum Deus prouidit de S. Ignatio & Societate Iesv.

Philippo Nerio, & Congregatione Oratorij, S. Carolo Borromæo,

646. Vtque nostra paucis contingamus, deplorandis illis temporibus, quibus Prouinciæ huius Ordinis,& Conuentus,per hæreticos, Turcas,& bella diminuebantur,Seraphica Virgo Teresia, Carmelitici Instituti Filia,nouos fundabat:qui breui tempore multiplicati fuêre per totum ferè Orbem Christianum, & vltrà:atque ita prosex aut septem prouinciis,ceu ramusculis detruncatis ex vetusto Carmeli caudice, noua ex ea vinea germinauit,nimirùm Congregatio bina Discalceatorum;in quarũ altera sex, in altera quatuordecim nunc numerantur Prouinciæ; vt non immeritò Carmelo dicere liceat: *In tribulatione dilatasti mihi.* Sed de istis latiùs infrà *a*. Hîc autem agimus specialiter de vetusti trunci reuirescentia & reflorescentia.

Et S. Teresia Monastici Instituti per hæreticos diminuti reparatrice, & auctrice clarissima.

a Par.7. c. 7.& 8.

647. Sub finem itaque istius seculi 16. Deus virtutum conuersus respexit de cœlo,vidit,& vilitauit senescentem vineam Carmeli, quam olim in Monte Sancto plantauerat dextera eius:eique prouidit de bono,& sollicito Patre-familias,qui eam pastinaret, pampinaret, destructan que maceriam repararet: is fuit (cuius sæpiùs mentio occurret in sequentibus) Reuerendiss. Pater Generalis Henricus Syluius; sub cuius auspiciis,variis in locis noua prodierunt germina strictioris obseruantiæ:& quidem anno 1604.in Carmelo Rhedonensi,Prouinciæ Turonensis in Gallia,felicibus auspiciis plantatus fuit palmes, qui latissimè germinauit: iacta, inquam fuêre fundamenta Restaurationis; quæ exinde non tantùm ad omnes istius Prouinciæ Conuentus, sed & ad alias intra, ac etiam extra Galliam Prouincias, deriuata fuit. Primi Authores extiterunt Venerabilis P. Petrus Behourtius: & Ven. P.Philippus Theobaldus. Cooperatores plures,

Ordini huic tum obtigit Præsul vigilantiss. Henricus Syluius.

Sub quo iacta sunt fundamẽta Rhedonẽsis obseruãtiæ.

Digitized by Google

virtute inſignes, cõmemorati in *Delineatione Prouinciæ Turonenſis*, per R.P Leonem à S.Ioanne, & *in Mandologio* eiuſdem Prouinciæ. Vitæ ſpiritualis internæ, & verè Carmeliticæ Miſtagogi & Magiſtri Ven.P.Dominicus à S.Alberto, ac V.Fr.Ioannes à S.Samſone, laicus, cœcus à pueritia oculis corporis, & oculis mentis perſpicaciſſimus: tantâ ſacrorum voluminum, & Theologiæ præſertim myſticæ intelligentiâ repletus, vt ab eo Doctores diſcerent, & in diuinis illuminatos ipſe doceret: cuius, & iſtorum aliorum, elogium aliquod dabimus in ſequentibus. Fautor præcipuus fuit dictus Reuerendiſſ. P.Henricus Syluius Prior Generalis Ordinis, qui à Clemente VIII. vt Commiſſarius Apoſtolicus miſſus, & à Rege Henrico IV. cis-Alpes euocatus, in Galliam opportunè venit, eo tempore, quo præfatus P. Petrus Behourtius Reformationem meditaretur, ac moliretur. Hic eximius Pater Carmelum Rhedonenſem pro cunabulis nominauit: & Statuta, ſeu Conſtitutiones aliquas ſanciuit pro Reformationis Inſtituto. Aliquantò poſt Eminentiſſ. D. Cardinalis à Ioieuſa, ſpecialiter delegatus, poſt viſa primordia illa reformatæ & ſtrictioris vitæ, à viris magnæ virtutis, & eruditionis (videlicet V.P. Angelo à Ioieuſa PP.Capucinorum tũ Prouinciali; V.P.Petro Cotonis è Societate Iesv Henrico IV. à Confeſſionibus, & V.P.Dominico à Iesv, noſtros inter Diſcalceatos percelebri) probatæ, & commendatæ; totum Rhedonenſis Obſeruantiæ negotium Pontificiâ authoritate communiuit.

Nõ primùm reſumptus in habitu color griſeus:

648. Laudandi quoque ſpecialiter ſunt Patres Britones; quòd, cùm arctiori vitæ ratione etiam proprium & antiquum Carmeliticum habitũ, non tantùm quoad formam & materiam, ſed etiam quoad colorem, qui griſeus eſt tendens ad nigredinem (cuius defectu, aut raritate, aliaue ratione, lapſu temporis niger tinctus inoleuerat) reſumpſerint, non obſtantibus quorumdam contradictionibus, quas fortiter ſuſtinuerunt, & feliciter ſuperauerunt, ſuffulti authoritate, & iteratis decretis Capituli Generalis, ac Reuerendiſſ.P. Generalis Sebaſtiani Fantoni, ac placito Regis Galliarũ Ludouici XIII. Præeunte, &, vt dici ſolet, glaciem ſcindente V.P. Ioanne Tuaudo, primario in Prouincia Aquitaniæ Reformationis Authore: qui, ſuæ Prouinciæ Archimandrita, meliora chariſmata æmulari geſtiens, in Turoniam profectus, inde R.P. Mathæum Pinaltum, tùm ibi Prouincialem, ſecum ad Lemouicos adduxit. Examina etiam ſuorum in Turoniam miſit, & viciſſim inde admiſit. Hic zelans zelum Religionis, Obſeruantiæ, & vniformitatis in Ordine, cum Summus Pontifex Paulus V. per ſpeciale Diploma, cuius initium eſt, *Ad militantis Eccleſiæ regimen*, mandaſſet Sebaſtiano Fantono Priori Generali Ordinis, vt non tantùm communem vitam, & victum, ſed & veſtitum in ſingulis Ordinis Prouinciis inducere ſatageret: Capitulum etiam Generale Romæ celebratum anno 1620. in Pentecoſte, decreuiſſet vniformitatem in colore veſtium in Ordine reuocandam: dictus Reuerendiſſ. Pater Generalis; id exequuturus, monuit,

Sed non ſine magnis obiectis difficultatibus.

mit,& in Domino hortatus fuit ſpecialiter RR. PP. Prouinciales Galliarum, *vt ſuauiter diſponant Religioſos, vbi commodè fieri poterit, vt griſeum colorem in tunicis aſſumant.* Quod primus mox præſtitit dictus P. Ioannes Thuaudus cum ſuis. Aſt, ex R. P. Leone à S. Ioanne, in præfato erudito opere, inſcripto TYPVS SEV PICTVRA VESTIS RELIGIOSÆ [a] addi quid euenerit: „ Currebamus, *inquit*, vnanimi omnes conſenſu in Turoniæ „ Prouincia, certè ex Regulæ præſcripto longè maior pars ad iniunctam „ coloris mutationem: iamque ſtadium obedientiæ occupauerat cum ſuis „ Reuerendus P. Aquitaniæ Prouincialis, adeò ſcilicet non expectauit „ nos comites, vt etiam, quod glorioſius eſt, præcucurrerit. Cum ecce tibi „ R. P. Ioannes Tuaut, vir expertâ dudùm doctrinæ ac virtutis laude „ cumulatus, trahitur ad publicum iudicium. Quo tandem nomine? no- „ uitatis præiudicio antiquitatis inductæ, & perſonati criminis reus, in fo- „ ro coram auguſtiſſimo Senatu Pariſienſi, quòd innocens Superiorum „ mandata obiiſſet, iuſtiſſimam cauſam dicturus. Cæterùm Chriſtianiſ- „ ſimo Regi Galliarum Ludouico placuit ad ſanctius interiuſque conci- „ lium ſuum cauſam euocari. „ Delecti itaque iuris diribitores, Eminentiſſ. D. Cardinalis de la Rouchefoucault, D. Archiepiſcopus Bituricenſis, Dom. Epiſcopus Vaurenſis, Dom. de Marillac, & Dom. de Laiſne primarij Conſiliarij, qui in cauſam inquirerent: quod cùm ſedulò præſtitiſſent, factâ, in frequenti Procerum concilio, relatione, rogatiſque Patrum ſententiis, die 9. Iunij anno 1623. decretum pronuntiauit Rex Chriſtianiſſimus, Ordinationem Prioris Generalis, quoad Reformationem, & conſequenter habitus mutationem, executioni mandandam. Atque ita, ſublatis remoris, ſecurè procedere licuit ad proprium & vetuſtum (vti mox probabitur) Ordinis colorem in habitu reſumendum. Integram relationem videre licebit in libro præfato, eâ ſuper re conſcripto. Exemplo potiſſimùm Turoniæ etiam in aliis omnibus Galliæ Prouinciis exciti fuêre religioſæ ſtrictæque obſeruantiæ zelatores, qui, collatis ab eadem Turonenſi Prouincia fraternis ſubſidiis, bellorum, & hæreſum furore diſſipata, reſtaurare ſunt aggreſſi: atque ita nunc omnes, ſit Deus benedictus, Galliæ Prouinciæ priſtino nitori inſtaurantur, & magnâ ex parte reſtitutæ ſunt. Conuentus, per hæreſes deperditi, aut dilacerati, recuperati, & reſtaurati, nouique variis in locis additi.

[a] Rat. 2. ſect. 6.

Illis Regia authoritas finem impoſuit.

Digitized by Google

CAPVT III.

Reformatio, strictiorq; obseruantia traducitur in Belgium.

649. IN Conuentibus Belgij Obseruantia, & Reformatio à Ven. P. Ioãne Soreth plantata perstiterat satis feliciter, & constanter per annos circiter centum: & interea ibi claruerunt plures eruditione præstantes, quorum aliqui celebriores hic infrà commemorantur [a]. At sub annum 1570. per tumultus bellicos, & hæreticorum rabiem, exsiccatus ibi penè fuit vertex Carmeli, periitque omnis decor eius. Erat autem tùm ibi doctrinâ, eloquentiâ, pietate & Religionis zelo valdè conspicuus Venerabilis P. PETRVS LVPVS (cuius mentio fuit capite præcedenti) qui collabentem ibi Ordinem sustentare satagebat: ac propterea in Capitulo Generali Placentiæ celebrato anno 1575. institutus fuit Commissarius, ac Visitator Generalis, vnde in Actis Definitorij Generalis scriptis in libro Ordinis *folio* 154. ista leguntur: *Ob causas rationabiles mouentes animum RR. Magistrorum Definitorum, maturè considerant expedire, vt Cõuentus Mechlinienses, Bruxellenses, Antuerpienses, Thenenses, Angienses, Gerardimontenses, &c. Hactenùs reformati in Prouincia Alemaniæ inferioris viuant sub Reformatione introducta à R. Magistro* PETRO LVPO, *& semper prædicta Reformatio conseruetur sub authoritate ipsius R. P. Magistri* PETRI LVPI. Isto autem Venerando Patre ab hæreticis interempto (vt capite 1. vidimus) interiit quoque illa Reformatio, omnisque ferè obseruantia in plerisque Conuentibus, aut penitùs destructis, aut ab hæreticis occupatis (sicut eodem capite retulimus) Atque ita in summa temporum varietate, & rerum omnium perturbatione perstitit languens Monastica disciplina vsque ad finem infelicis istius seculi decimi sexti.

[a] Par 6 c. 5. n. 6.

Reformatio in Belgio per V. P. Petrum Lupum.

Ea per tumultus Belgicos dissipatur.

650. Sub initium seculi proximè sequentis (in quo etiam nunc degimus) cùm post horridas illas tempestates serenitatis cuiuspiam splendor illuxisset in Belgio; eo tempore, quo in Turonia obseruãtiæ strictioris fundamenta locarentur, etiam in Belgio attentata est Reformatio per V. P. Franciscum Potel, Atrebati professum, virum eruditum, & Obseruantiæ Regularis zelosum, qui anno 1603. Prouincialis electus fuit in Capitulo Prouinciali Gandaui celebrato per supranominatum Reuerendissimum P. Generalem Henricum Syluium, Belgium visitantem: à quo tum pro Reformatione introducenda multa ibi vtilia decreta fuerunt. At postmodùm quorumdam oppositiones sancti conatus effectum impedierunt. Iacta tamen tum in quorundam animis, & conseruata fuêre semina quædã bonæ

Rursus attentatur per V. P. Fr. Potel,

Digitized by Google

bonæ voluntatis: quæ, dum circa annum 1615. germinare gestirent, ab inimico homine, superseminante zizania, ea rursùs sunt suffocata, non extincta. Etenim anno 1621. V.P. Richardus à S. Basilio, cum aliis quinque, pio zelo stimulati, compromiserunt in Reformationem. Verùm (vti plerumque bona magnaque proborum consilia, præsertim vbi de moribus ad arctitudinis, & priscæ seueritatis amussim reuocandis agitur, magnis solent arietibus oppugnari) obsistentibus iis, qui ex officio fauere debuissent, etiam tunc res non successit. Anno sequenti ante Capitulum Prouinciale, Brugis celebrandum, iidem & alij, bonæ voluntatis, illis adiuncti, elegerunt in Priorem R.P. Marcum Caffiau, virum pium, & obseruantiæ regularis zelosum: qui tamen perfringendi mox suscitatis difficultatibus insufficiens, cessit officio: habuitque successorem R. P. Ioannem Bauay: qui iam antè, dum Supprioris officio fungeretur, & alij quatuor è Sacerdotibus iunioribus, iureiurando pariter se obstrinxerant, collaboraturos pro introducenda in Carmelum Vallencenensem obseruantia simili, quæ in Turonensi Prouincia iam tum vigebat. Mox alij zelo conciti se iunxerunt socios: qui Dei, & MARIÆ (cuius sine nomine nihil in Carmeli Ordine tentari fixum est) Ordinis Patronæ opem implorantes, etiã Magnatum, quà sacrorum, quà secularium tutelâ se communire proindè statuerunt; vt, si difficultas interceßißet, essent quibus tegerentur. Quamobrem authoritatem, & fauorem sibi primùm conciliare studuerunt Excellentissimi D. Philippi, Arembergij Principis, Ducis Arschotani, ac deinde Reuerendissimi D. Hermãni Episcopi Atrebatensis (sub cuius diœcesi Conuentus ille existit) quorum inteructu etiam Sereniſſima Isabella Clara Eugenia Belgij Moderatrix clientelam addixit, scripsitque anno 1624. die 29. Aprilis ad Reuerendissimum P. Sebastianum Fantonum Generalem Ordinis, vt è Turonensi Prouincia ad Belgicam destinaret duos aut tres Religiosos idoneos, qui strictioris Obseruantiæ vsum præmonstrarent. Informatores itaque ex dicta Prouincia missi fuêre Venerandi PP. Philippus Theobaldus, Lucas à S. Antonio, & Nicolaus à Castro, pietate æquè ac doctrinâ spectabiles. Quibus Conuentum Vallencenensem ingressis die 11. Augusti eiusdem anni 1624. ante omnia preces sunt indictæ trium dierum continuæ, in Capitulo coram Ven. Sacramento: atque interea tres illi singulas habuêre exhortationes, & quidem P. Theobaldus tanto cum animi ardore, vt cunctis ferè lacrymas eliceret. Tertia die facta fuit ab omnibus votorum renouatio: postmodùm per vices, omnes se exercitiis spiritualibus decem dierum excoluerunt. En formulam initio cuiusuis Reformationis vsurpandam.

Tandem strictior obseruantia è Turonia in Belgium traducitur.

651. Atque ita expetita Reformatio in Conuentu Vallencenensi stabiliter fundata fuit, radices egit, & increuit. Prioribus tamen annis concussa grauissimis contradictionum procellis, ab intrà, & extrà: potissimũ ratione variati habitus; nigri scilicet (cuiusmodi temporum calamitates suppoſuerant) in coloris grisei, ad nigredinem tendentis. Quinimò eo res

Digitized by Google

Vallencenis tumultus ratione habitus grisei.

processit vt quidam Comes, superioris potestatis, malè informatæ, authoritate fulcitus, armatâ, & violentâ manu, Religiosos cogere intenderet ad deponendum iam assumptum griseum habitum, & resumendum nigrum: idque attentasset, nisi commotione propterea in populo Vallencenensi exortâ, re infectâ à vi abstinere debuisset. Ast, Deo auxiliante, &

Sedatur.

MARIA Ordinis Patronâ (cui se, & successum vnicè commendabant) protegente, difficultates omnes superatæ fuerunt & deturbatis nebulis oborta fuit serenitas.

Præcipui operarij & fautores referuntur.

Præcipui operarij in repastinanda illa nouella, seu renouata Carmeli Vallencenensis VINEA fuêre præfati Venerabiles PP. Ioannes Bauais (suo tempore facundiâ concionandi vix vlli secundus) qui habetur ibi primus Reformationis Prior; eò quòd P. Marcus Caffiau (vt iam dicebamus) statim resignauerit: Richardus à S. Basilio (qui anno 1628. ob negotia Reformationis Romam destinatus fuit, vnà cum P. Ioanne à S. Barbara) ex Priore Vallencenensi postmodum Prouincialis Prouinciæ Belgicæ, & Carolus à S. Gisleno, similiter ibidem atque alibi Prior, & exinde Vicarius Prouincialis: quibus se comites dedêre bonæ & generosæ indolis non pauci è iunioribus Religiosis, per quos ad alios Conuentus Gallo-belgicos deriuata fuit tradux, primò quidem anno 1628. ad Atrebatensem, & deinceps ad alios.

Fautores fuerunt & protectores imprimis præfati Excellentissimus D. Princeps Arembergicus Dux Arschotanus (qui etiam paulò post iuxta Vallencenas in sua sylua fundauit Cõuentum nuncupatum BONÆ SPEI, de quo suprà *parte* 3. [a]) & Reuerendiss. D. Hermannus Episcopus Atrebatensis, eiusque successor Paulus Baudot, Illustrissimi quoque DD. Franciscus Vander Burcht Archiepiscopus Cameracensis & Iacobus Boonen Archiepiscopus Mechliniensis Eximius etiam D. Gaspar Nemius tum in vniuersitate Duacena Professor Regius facultatis Theologicæ, exindè Episcopus Antuerpiensis, & modò Archiepiscopus Cameracensis, nec non Reuerendiss. D. Richardus Paulist rauius tunc Archidiaconus Atrebatensis, posteà Pro-nuntius Apostolicus per Belgium, & domum Episcopus Dionysiensis ac Suffraganeus Leodiensis piam operam solicitè & studiosè contulerunt: nec postrema laus hic debetur Reuerendiss. PP. Generalibus Sebastiano Fantono, qui è Turonia in Belgium destinauit tres præfatos Patres; nec non Gregorio Canalio, qui PP. Vallencenensibus grauiter impetitis ratione mutati coloris in veste & aliis, benignum & zelosum Patrem se exhibuit, ac strenuum defensorem. Ista & alia prolixiùs enarrantur in tractatu de principiis & incrementis Ordinis Carmelitani sub finem [b] edito per P. Iosephum à Cruce testem eorum oculato; quippe qui eo tempore (anno 1624. mense Iulio) habitum huius Ordinis accepit, vnà cum R. P. Angelo à Visitatione, postmodũ Prouinciali Prouinciæ Belgicæ, & aliis primariis officiis functo. Hos primos alij secuti sunt plures è seculo, illecti odore bono nouæ Reformationis.

[a] Cap. 37. nu. 594.

[b] Fol. 843. & seq.

652. Eodem

Digitized by Google

652. Eodem tempore Ven.P. MARTINVS DE HOOGHE, vir singularis virtutis, raræ scientiæ, & prudentiæ, ac apud Præsules magnæ anthoritatis, Carmeliticæ VITIS repastinationem moliebatur Gandauis quæ Flandriæ metropolis est) hortante, & authoritate suâ fulciente præfato Illustrissimo Domino Iacobo Boonen, ex Episcopo Gandauensi, tum translato ad Archiepiscopatū Mechlinienſem: qui quanto zelo in id opus ferretur, testãtur plures eius litteræ, ac inter eas istæ: *Reuerende Pater, tandem ergo Deus respicit Ordinem* MATRIS *suæ in Belgio; vt eum ad pristinum nitorem paulatim reuocet. Inter cæteras publicas, & priuatas maximi gaudij causas, ingens mihi est illa: quòd si Reformatio hæc (vt confido) succedat, absoluar vnà cum Reuerendissimis Coëpiscopis meis ab infinitis molestiis, odiisq́, quæ alioquin nobis subeunda fuissent; ad mortem enim potiùs laborare destinati eramus, & nihil non mouere in cœlo & in terra, etiamsi me etiam pedibus, & genibus Romam vsque reptare opus fuisset, donec succesisset id, quod, Deo dante, iam inchoari video. De cætero, si quâ re opem ferre queo, non parcat mihi R. T. quam Deus confortet. Mechliniæ 24. Septembris* M DCXXIII. & signatum erat, *R.V. Addictissimus Iacobus Archiepiscopus Mechlinienſis.* Superscriptio erat: *Reuerẽdo Patri* MARTINO DE HOOGHE *Presbitero Ordinis B.* MARIÆ *de Monte Carmelo, Gandaui.* Continuationem flagrantis desiderij, promouendi pium istud opus, singularisq́e prorsùs fauoris, & præstitæ operæ omnis possibilis in hanc rem, testantur quoque aliæ epistolæ eius ad eumdem R.P. MARTINVM. In animi haud immemoris beneficij tesseram, & ob reuerentiam tanti Præsulis partem saltem vnius subiungimus: *Reuerende Pater,* &c. *Etiam Domina Infans iuuabit totis viribus, & indignatur P. Thibautium tam diu morari. Inciderat mihi consilium, quod & Serenissimæ Infanti proposui, aliquem mittere ad P. Thibaut, vt nos non habeat diutiùs suspensos: sed, si venturus est, veniat; sin autem, valeat in omnem æternitatem, & non perdamus vlteriùs tempus, sed quæramus alia media promouendæ Reformationi: sed, volui priùs hunc proprium nuntium mittere, ad intelligendum sententiam vestram, & an non sciat, vbi iste P. Thibaut modò agat, an non habeat personam Reuerentia tua, quam eò mittere possemus: ego impensam omnem procurabo,* &c. An non ea zelosi, & generosi pectoris manifesta indicia? Domina illa *Infans*, erat Serenissima Isabella Clara Eugenia, dicta *Infans Hispaniarum*, tum Belgij moderatrix.

Eodem tempore quo Vallencenus, etiam Gandaui in Flandria Reformatio plantatur.

Hortante & opem ferente Illustriss. D. Archiep. Mechlin.

Ipse autem V.P. MARTINVS, à quibusdam, infestis machinamentis ei obnitentibus, non modica, etiam carceres, in heroico suo proposito exequendo perpessus, vt ab iis tutaretur, ac ne inchoata euerterentur, Romã adiit anno 1625. de misero perque hæreses, & bella deformato Belgicæ Prouinciæ statu, deque necessitate, & modo restaurandi, acturus coram cum Reuerendissimo P. Generali Gregorio Canalio, tum recenter in Capitulo Generali electo: qui omnem fauorem, & subsidium addixit, & præstitit, atque ita in Conuentu Gandauensi stricta regularis obseruantia fundata perstitit, creuit, & longè germina misit. Istius enim nouellæ, seu repastinatæ plantationis Gandenſis traduces fuêre aliorum per Flan-

V.P. Martinus de Hooghe multa pro sua Romam tendit.

Flandriam, & Brabantiam Conuentuum Reformationes: in quibusdam tamen, præsertim Bruxellensi, auxiliatrices manus contulerunt Patres Gallo-Belgæ, Religiosos subministrando: cuncta dirigente & aduersa omnia *alto* suo & ab *alto* confortato spiritu euincente, V. P. MARTINO DE HOOGHE, binis continuatis vicibus Prouinciali. Mutatio autem habitus nigri in griseum (quem cum dictis PP. Vallencenensibus etiã strenuè propugnauit idem P. MARTINVS contra quosdam sese opponentes) Gandaui, Bruxellis, & Louanij facta fuit anno 1633. & postea successiuè in aliis. Huic P. MARTINO fidelis, & strenuus cooperator adstitit V. P. LIVINVS A SS. TRINITATE vitæ mysticæ, & verè Carmeliticæ exercitator ac magister insignis. De vtroque aliqua dicemus parte 6.[a]

[a] Cap. 7.

653. En paucis expressum, qualiter, & quo ordine Prouincia Belgica (ex duarum nationum, seu potiùs idiomatum, Flandro-Belgici scilicet, & Gallo-Belgici Religiosis, & Conuentibus coalescens) hæresum furore vastationem magnam passa, ac diuturnis, grauissimisque bellis attrita iacens, erecta fuer t, omnesque Conuentus restaurati, primùm in obseruantia stricta regulari, & numero Religiosorum (qui ad triplum, & vltra auctus) atque in ipsis ædificiis, anteà dirutis, aut neglectis: Conuentibus nouis quinque, Dominæ nostræ BONÆ SPEI, Duaceno, Boxmerano, S. ANNÆ, & Landraceno adiectis: & sexto B. VIRGINIS AD MVLVM, dudum derelicto, nunc iterum restaurato. Sub idem tempus etiam reformatus fuit Cõuentus Leodiensis, de quo specialiter inferiùs [b]. De iam dictis testimonium aliquod publicum audiuisse iuuabit, videlicet Reuerendiss. D. Antonij Triest Episcopi Gandauensis, ad Proceres Germaniæ anno 1649. (cùm illic Reformationis strictorisque Obseruantiæ fundamenta iacerentur) inter cætera ista scribẽtis. *Fidem facimus & testamur, dictam Carmelitarum Religionem, quæ in hac Ciuitate Gandauensi ante annos circiter viginti quinque quasi penitùs collapsa, ac hominum temporumque iniuriis euersa erat, breui illo temporis interuallo (licet cum variis difficultatibus) pristinæ suæ integritati, & splendori non sine magno inuentutis, tam pietate, quàm litteris insignitæ ac* DEIPARÆ CVLTVS AVGMENTO *ad omnium stuporem restitutam esse.* Prætermissis variorum aliorum Præsulum, & Procerum similibus attestationibus de successu pari in aliis Conuentibus, vnius magni Ecclesiæ Pontificis Illustrissimi D. Gasparis Nemij, ex Episcopo Antuerpiensi nunc Archiepiscopi Cameracensis, cuius iam antè facta est mentio, omittenda non videtur. Is itaque eodem anno, dum adhuc Antuerpiæ degeret, in litteris etiam directis ad Principes Germaniæ pro commendatione introducendæ ibi Reformationis inter alia sic quod vidit, testatur: *Voluimus lucem supra candelabrum ponere, vt luceat omnibus, videnteque opera bona, vnà nobiscum glorificent Deum bonorum omnium authorem & rectorem.* Et infrà: *Etenim hæc sacra Religio, ex quo (Spiritu sancto pampinante & pastinante) ante annos aliquot in Belgio reformata est, velut incensis igni & suffossis, quæ infestare poterant, mirum quàm copiosos regularis obseruantiæ palmites germinet, quàm veteres disciplinæ monasticæ*

Prouincia Belgica per reformationem restaurata est.

[b] Par. 7. c. 6.

Digitized by Google

naſtica fructus ſuppeditet, quamque fœcundus bonorum omnis generis operum quotannis vindemias proferat, & promittat: non ANTVERPIAM *ſolùm noſtram, ſed &* BELGIVM *vniuerſum vbertatis dulcedine adimplens, atque ſanctiſſimis Religioſæ vitæ inſtitutis in ſui contemplationem prouocans*, &c.

CAPVT IV.

Origo, & progreſſus Obſeruantiæ, & Prouinciæ Montis Sancti, ac Reformationis Taurinenſis.

654. CAtanæ, in Sicilia, exordium habuit, in Prouincia S. ALBERTI (veluti ex eius ſacris cineribus prodiēs) Reformatio *Montis Sancti* nuncupata, Authore R. P. Magiſtro Deſiderio Placa, viro exquiſitæ eruditionis, & pietatis: qui in Catanēſi Vniuerſitate publicus Sacræ Theologiæ Profeſſor, Epiſcopalis Conſultor, & examinator Generalis, iteratiſque vicibus ſuæ Prouinciæ S. ALBERTI Prouincialis extitit. Socium habuit R. P. Alphium Licandrum, non minùs ſpectatæ virum virtutis, ac doctrinæ. Approbata fuit à Reuerēdiſſimo P. Sebaſtiano Fantono anno 1621. die 21. Februarij. Dicitur quoque *primi Inſtituti*; eò quòd in illa obſeruetur Regula primitiua (non quidem prout à B. ALBERTO ſcripta, ſed ſicut ab Innocentio IV. moderata, & approbata fuit) renuntiata ſcilicet mitigatione per Eugenium IV. factâ circa eſum carnium, quibùs perpetuò abſtinent eius alumni, licuti PP. Diſcalceati. Conſtitutiones habet eaſdem, quas cæteri in Ordine Carmelitano Reformati, confirmatas ſcilicet à Summis Pontificibus Vrbano VIII. & Innocentio X. (de quibus *parte* 3. [a]) additis quibuſdam ſtatutis ſpecialibus, ad exactam Regulæ obſeruantiam ſpectantibus, in Capitulo Generali anno 1645. approbatis. Habitus quoad colorem, & formam, eſt, prout in iſtis Conſtitutionibus præſcribitur (de quo plura *cap.* 6.) Peculiaris, circa cum, difficultas mota à nonnullis, deciſa fuit per Bullam eiuſdem Vrbani VIII. anno 1635. die 7. Aprilis: extat *in Bullario Cherubini tomo* 2. Augeſcente numero Conuentuum, iſtam primi Inſtituti obſeruantiam profitentium (qui ſunt Romæ Neapoli, Catanæ, & in aliis Italiæ, Siciliæ, ac Regni Neapolitani locis) decretum fuit in Capitulo Generali Romæ celebrato anno 1645. ex iis inſtituendam peculiarem Prouinciam, dictam *Montis ſancti*, quod anno ſequenti, accedente Apoſtolicæ ſedis authoritate, executioni mandatum fuit.

Initium Reformationis & Prouinciæ Montis-Sancti.

Qualis ſit eius obſeruantia.

[a] Cap. 57.

655. Eſt etiam in Italiæ illuſtri Prouincia, Lombardiæ, *Reformatio*

Taurinensis Reformatio, quando & per quos initiata.

Taurinensis, nuncupata ab Vrbe Taurino Pedemontanæ regionis metropoli: vbi anno 1633. exordium habuit, ad instantiam, & sub tutela, ac fauore Serenissimi Victoris Amedæi, Sabaudiæ Ducis, ac Pedemontium Principis, nec non sororum eius Mariæ, & Catharinæ, atque ex ordinatione Reuerendissimi P. Generalis Theodori Stratij, per litteras, sub die 20. Martij, anni præfati, instituentis in istum finem Commissarium Generalem Ludouicum Bullam, tum dicti Conuentus (nuncupati *Sanctæ* MARIÆ *de platea*) Priorem: cui piam præstitit operam, & illi biennio post (anno 1635.) ad alteram vitam euocato, successit R.P. Magister Dominicus Vicarius (post modùm à S. MARIA nuncupatus) qui primùm sub nomine Prioris Taurinensis, inde Commissarij Generalis, Vicarij Prouincialis, ac demùm Prouincialis Lombardiæ Reformationis negotium, singulari cum dexteritate, prudentiâ, & zelo promouit ac stabiliuit. Duobus præfatis Authoribus Reformationis illius primùm tres duntaxat se socios dederunt: & aliquantò post, odore obseruantiæ illius attracti, alij plures, & seniores, & iuniores accesserunt: quibus mox succenturiatus fuit numerus sat copiosus adolescentum ingenuæ indolis (qui iam tum Philosophiæ cursum perfecerant) magnæque exspectationis. Ex illis præcellentiores, quique obseruantiam illam sustentarunt, & claram reddiderunt, sunt (mutatis cum viuendi modo nominibus) Adm. R.P. Paulus à S. Ignatio, ex Prouinciali illius Prouinciæ in Capitulo Generali anni præteriti electus Procurator Generalis Ordinis, R.P. Michaël à S. Iosepho, post varia in eadem sua Prouincia administrata officia, nunc primus illius Definitor, & R.P. Cyrillus à S. Ioanne Bapt. etiam primarijs ibi functus officijs, & modo sub titulo Vicarij Prouincialis Reformationem ædificans: quorum (vtpote adhuc superstitum) celebrandis præconiis supersedemus. Istis etiam meritò adnumerandus R.P. Stanislaus à S. Antonio, pietate & doctrinâ insignis, præmaturâ morte ereptus, ast è discipulis suis sibi similes post se successores relinquens.

Eius prima, & præcipua germina.

Quo ratione se fuerit propagata.

656. Modus autem procedendi in illa Reformatione fuit is, qui in Prouinciis Turoniæ & Belgij, nempe in vno Conuentu Taurinensi Obseruantia illa plantata creuit, & adoleuit per annos sex: & tùm tandem, auctâ satis, & excultâ nouâ sobole, extra angustias Conuentus Taurinensis se extendès, ad aliorum quoque vtilitatem propagata fuit. Itaque anno 1639. nouam adiit coloniam; instante enim Illustriss. D. Francisco Emanuele Solario Marchione Doliani, eiusque loci Vniuersitate (famâ illius permotis) ad Conuentum ibi existentem derivata fuit (remotis antè multis obiectis obicibus) & in eo ordinatum Professorium. Biennio post (anno 1641.) ad Conuentum Clarasci, & haud multò post tempore ad Colletensem, ob insignem & miraculosam Imaginem B. Virginis MARIÆ de Monte Carmelo, nec non loci amœnitatem, clarum. Anno autem 1640. in Conuentu Astensi Reformationis semina iacta fuêre per Reuerendiss. P. Hieronymum Ari, tùm ibidem Priorem (modò totius Ordinis Generalem

ralem, de quo proinde ſpecialiter *parte 6. cap.* 8.) qui cum à Reuerendiſſimo P. Theodoro Stratio euocaretur Neapolim, ad præfecturam ſtudiorum & inde poſtmodum Commiſſarius ac Viſitator Generalis deſtinaretur in Siciliam; hinc ad maturitatem non excreuerunt, donec anno 1645. redux è Sicilia idem ipſe repaſtinando illam ſuam CARMELI VINEAM, quæ ante ſex annos ſeminauerat, ad incrementum & optatum fructum excoleret. Anno 1649. in Conuentu Vicinouenſi, decorato Virginis Deiparæ percelebri & miraculoſa imagine (de qua ſermo fuit *parte 3. cap.* 33.) eadem Reformatio ſedem fixit, tandemque anno 1654. in Conuentu Ripulano. Atque ab iſtis ad reliquos deriuanda ſperatur. Quod verò tardiùs ad plures ſe extenderit, bellorum præteritorum illis in regionibus tumultibus adſcribendum. Fructus iidem, qui in aliis Prouinciis, ad ſtrictiorem Obſeruantiam reductis, promanarunt etiam in præfatis iſtis Conuentibus, ij ſunt, populi ædificatio, & ad pietatem, ac debitum Sacramentorum vſum, templorumque nitore ſplendeſcentium, ac diuinorum Officiorum, ſolemniter peractorum, frequentationem, incitatio. Rei quoque familiaris, & prouentuum melioratione, atque notabile augmentum teſtantur, & muta ipſa ædificia, tùm vetera reſtaurata, tùm noua adiecta, loquuntur; vt vel inde appareat: Quòd *vbi quæritur, inuenitur vera ſapientia, & omnia bona veniant pariter cum illa.* Sap. 7.

Fructus illius.

CAPVT V.

Strictior obſeruantia propagatur in Germania & aliis Prouinciis.

657. ANnis ſuperioribus, felici ſucceſſu, Reformatio attentata quoque fuit in Prouinciis Germaniæ, etiam communi illa hæreſum & bellorum miſeriâ dilaceratis, maximè in ſuperiori Germania: vbi nonniſi pauci aliquot CARMELITANÆ VINEÆ palmites ſupererant, nimirum vix quadraginta Religioſi in vniuerſa Prouincia: Conuentus autem plures deperditi, omneſque ad pauperiem magnam redacti, &, ni ſubuentum fuiſſet, deficientibus inhabitatoribus, perdendi. Prouincia autem Germaniæ Inferioris, licèt notabiliter, & conuentibus, & Religioſis eſſet diminuta, non tamen ad tantam deuenerat vaſtitatem. Operarij ex Belgio miſſi fuêre R. P. Gabriel ab Annuntiatione Commiſſarius Generalis vtriuſque Prouinciæ, & deinde in ſuperiore Germania iteratis vicibus Prouincialis, ac alij non pauci, qui Prioris Lectoris, Magiſtri Nouitiorummunia obirent. Pro repaſtinatione in Inferiori Germania etiam è Turonia euocati fuêre R. P. Antoninus à Charitate, qui primùm ſocius

Strictior obſeruantia in Prouinciis Germaniæ inſtituitur.

Digitized by Google

præfati R.P. Gabrielis Commissarij Generalis, deindè ibi secundò Prouincialis, post multos, pro stabilienda Reformatione, exantlatos labores, ad laborum præmia euocatus fuit: & R.P. Damasus à S. Ludouico; qui perutilem ibi operam nauauit in informanda iuuentute, annis multis Nouitiorum Magister. Quibuscum strenuè collaborarunt R. P. Iacobus Emans, etiam nunc ibi Prouincialis, & alij zelosi istius Prouinciæ Religiosi: qui nunc pariter VINEAM illam suam, absque alieno pedamento statuminatam, excolere pergunt.

Per Reformationem quantopere Ordo restoruerit.

658. Atque ita duæ illæ Prouinciæ, olim spectatissimæ, & virorum illustrium fœcundæ, instauratæ sunt maiori ex parte. Quæ omnia, atque alia, de Reformationis progressu, accuratè referuntur in litteris circularibus Reuerendissimi P. Ioannis Antonij Philippini, ad omnes Ordinis Prouincias directis, anno 1649. quarum initium est: „ FR. IOAN. ANTO- „ NIVS PHILIPPINVS humilis Prior Generalis totius Ordinis Carmelitarum Dilectis nobis in Christo RR. Adm. PP. Prouincialibus, Prioribus, Magistris, cæterisque Patribus, ac Fratribus eiusdem Ordinis, salutem in Domino. *in quibus inter alia hæc*: Vt videre possitis singuli quantùm Diuinæ prouidentiæ debeamus, voluimus pro vestra, nostraque consolatione, statum totius Ordinis, & strictioris obseruantiæ progressum, breuiter indicare; vt Deo, vnico horum bonorum auctori, grates nobiscum habeatis immortales, & nouos ad virtutem animos recipiatis quam videtis felici adeò successu fortunari. *Incipitq; à Gallia Prouincia: de quibus, & felici in iis Reformationis successu, cùm singillatim egisset, subiungit.* „ Atque hic est Ordinis nostri in Gallia status, longè diuersus ab eo in quo „ Ordo iacebat ante introductam strictiorem obseruantiam. Temporum „ enim & bellorum iniuriâ extinctus fermè Ordo, diruti plerique Conuentus, in reliquis paucissimi Religiosi. Atque, vt vnum obiter attingam, „ in Prouinciis Aquitaniæ & Turoniæ, in quibus ante strictiorem obser- „ tiam vix centum erant & quinquaginta Religiosi, modò sunt circiter „ mille & ducenti. Vt nihil dicam de singulari pietatis, & eruditionis odo- „ re, quem in tota Gallia strictior obseruantia ad Dei, & Ordinis gloriam „ diffundit. *Transit deinde ad Belgium, & Germaniam: Verùm* non solũ Galliæ „ finibus continetur strictior obseruantia. Pridem excurrit in Belgicam „ Prouinciam, in quam dici vix potest quot gratias Deus quotidie con- „ ferat. Non enim sibi tantùm plena est multitudine Conuentuum, & „ proborum Religiosorum frequentiâ; Verùm (quod summam laudem „ meretur) aliis super-plena, operarios in vtramque Germaniam mittit, „ qui strictiorem obseruantiam introducant. Statim enim ab vltimo ge- „ nerali Capitulo R.P. Gabriel ab Annunciatione dictæ Prouinciæ Bel- „ gicæ Alumnus, institutus à nobis, ex decreto Reuerendissimi Definitorij Visitator Generalis per vniuersam Germaniam (vnà cum R.P. Antonino Prouinciæ Turoniæ alumno, qui à duobus annis prima iaciebat „ strictioris obseruantiæ fundamenta in Conuentu nostro Treuirensi)

Religiosos

„ Religiosos benè multos ex Belgio euocauit, qui secum in sancto illo „ opere strenuè collaborarent. Hic totum rabiei suæ virus dæmon euo„ muit, vt tam sanctis conatibus intercederet. Excitata domi & foris acer„ bissima tempestas, quâ post sex menses, fauente Deo, tandem sedatâ, „ introducta est strictior obseruantia in Conuentus Aquisgranensem, „ & Treuirensem, inferioris Germaniæ : & Bambergensem, atque „ Herbipolensem superioris, cum insigni Ciuitatum illarum applau„ su, quem approbarunt authentica Diplomata trium Serenissimo„ rum S.R.I. Electorum, Moguntini, Colonienſis, & Treuirensis, nec „ non Principis Illustrissimi Episcopi Bambergensis, pluriumque aliorum „ Principum, & Ciuitatum, quæ passim Religiosos postulant, & maximè „ hæreticorum, vel conuertendorum, vel certè confundendorum causa. „ Eò magis nos recreat felix iste successus, quò latior inde patet aditus ad „ introducendam in totum septentrionem strictiorem obseruãtiam. Om„ nia namque iam disposita sunt vt ex Germania in Bohemiam, illincque „ in Poloniam eatur. *Tum ad Italiam transgreditur :* In Italia quoque sunt „ alia strictioris obseruantiæ non mediocria initia, præter enim integram „ de Monte Sancto Prouinciã (quæ indies efflorescit, suscitatis diuinitùs „ eximiis benefactoribus) viget Reformatio Taurinensis, quæ post mul„ tas, quas passa est tempestates, tandem feliciter pacata est, iamque cum „ summa tranquillitate, & externorum ædificatione promouetur, & ad „ nouos Conuentus indies propagatur.„ Neapoli, & in Sicilia iacta Re„formationis semina feliciter germinasse refert. Et denique Patres nostros Hispanos, tardos quidem (nec imprudenter) in nouis amplectendis, semel tamen arreptis, & benè cœptis, fortiter, ac perseueranter insistentes, scribit, aliquot habere Conuentus in Prouincia Bæthica, vbi strictior viget obseruantia: vndè ad alios istius, aliarumque etiam inibi Prouinciarum deriuanda speratur. Deinde concludens zelosus ille Pater, sic omnes hortatur: „ Hæc autem omnia, eo animo ad omnes S. nostri Ordinis Pro„ vincias scribere, vt, quandoquidem diuino Numini placet tot gratiis, & „ fauoribus Ordinem cumulare, omnes & singuli pro viribus connitan„ tur diuinæ gratiæ non deesse, sed cordis aures aperire Deo, ad Reli„ giosæ vocationis nostræ debitum sollicitanti. Porrò enim vnum illud „ Carmelitis omnibus necessarium. Hic noster labor, hoc opus nostrũ, „ in quem Dei gloria, Ecclesiæ decus, nostra demùm omnium salus in„ uitat. Tandem enim post decursum huius vitæ mortalis agonem, asta„ bimus omnes ante Tribunal supremi Iudicis, rationem Votorum, Re„ gulæ, & Constitutionum nostrarum reddituri. Quare omnes, ac singu„ los inferiores nostros in Christi Visceribus obtestamur, vt in eamdem „ mentem vnà nobiscum conspirare, & collaborare velint, &, quando„ quidem Ordo noster nuncupatur ANTIQVÆ OBSERVANTIÆ REGVLA„ RIS, non frustrà nomen illud geramus, sed antiquam illam VETERVM „ PATRVM NOSTRORVM OBSERVANTIAM in praxim reuocemus „.

Reformatio plerumq; non fit sine obiectu difficultatibus.

659. Cæterùm ex dictis habetur, Reformationes, seu restaurationes seuerioris disciplinæ plerumq; non nisi testudineo gradu protrahi in exitum, & non sine occurrentibus obstaculis: multæ sæpè sunt remoræ in ortu, varij & aduersi casus in progressu; dum quosdam arctitudinis metus, alios liberioris vitæ assuetæ amor aduersarios exstimulet. Antiqua, consuetudine, ac possessione firmata, sine ægritudine animi plerumque non deseruntur; quò etiam sanctiora sunt Instituta proborum, eò validiùs quandoque impetuntur: at non opprimuntur, verùm firmantur solidiùs si à Deo inchoentur, eiusque prouidentiæ committantur, atque animo constanti ad optatum finem fortiter, & suauiter vrgeantur. Nec luculentiùs flamma succenditur, quàm cùm reluctatur aduersantium turbinibus ventorum. Torrenti morâ impone; fracto repagulo maioriui latiùs exuberat, & sese fidentiùs victor euoluit.

At per illas firmatur.

De difficultatibus, in Obseruantiæ Rhedonensis initijs, tractans R.P. Leo à S. Ioanne inter alia scribit: *sed enim ne deforet, operum diuinorum lapsidius, tentatio; dici vix potest, quot, & quantæ hinc, & hinc obortæ tempestates, nonnullam plantam derepentè concusserint, & tantùm non labefactarint.* Ibidem de V. P. Petro Behourtio, primo Reformationis authore, refert, quomodò varijs in locis probrosa, infanda, etiam carceres, pro zelo Reformationis sustinuerit: *At non despondet animo vir eximius, in Deo suo murum transgreditur: & diuinæ misericordiæ, quam assiduus efflagitabat, prudentiam adiungens.* Cõsequenter commemorat qualiter difficultates omnes, Dei ope, feliciter superarit, & premente rei familiari angustiâ experimentaliter in se, & suis adimpleri senserit istud Christi promissum: *Quærite ergo primùm regnum Dei, & iustitiam eius: & hæc omnia adijcientur vobis.*

Ea diuino auxilio, & animi robore superantur.

Matthæi 6.

Eadem euenerunt in Reformationibus Belgij, Germaniæ, atque aliarum Prouinciarum. Atque de hac in Belgio nostro Reformatione nostra eruditus & de Patria sua scriptis clarus Antonius Sanderus in *Brabantia Illustrata*, dum in *Chorographia Carmeli Bruxellensis* agens de V. P. MARTINO DE HOOGHE, præcipuo Reformationis zelatore, sic scribit: *Non poterat intra cordis angustias tenere flammam, foras protulit; alios q; conatus accendere, ad bonum opus socios quæsiuit. Videbatur inuenisse; sed, diabolo eorum mutante mentes, aduersarios inuenit. En tempestas. Insurgunt in eum omnes, turbatæ quietis arguunt, à Prioratu deponunt, aliisq; non paucis iniurijs modis affligunt. Non perdidit* Altos *animos* MARTINVS; *gaudebat potiùs, pro Dei Deiparæq; suæ nomine contumelias pati. Quod oleum igni, hoc illi ea fuit afflictio.* At quia tantis impar erat turbinibus, vt zelo suo vires adderet, in cœlo apud Matrem suam, in terra apud Episcopos & Principes conquirebat. Pergit de vtrisque, sic Sanderus. *Horum aliorumque ope nixus tot difficultatum nexus, ab omni ferè hominum genere innodatos & plexos aggressus est; & quosdam soluit suauiter, quosdam secuit fortiter, omnes superauit feliciter. Sed his* (Magnatibus) *quòd multùm deberet, se Clementissimæ suæ Matri* MARIÆ *sæpè fassus est, totum debere, quam, suam habens cynosuram, quotidie* MARIS STELLAM *salutabat, illumq; versum,* MONSTRA,

Eas in Belgio patitur P. Martinus de Hooghe.

Et superat.

STRA, TE ESSE MATREM, *cum magno pietatis gustu & ingenti animi fiducia repetebat sæpiùs, acceptumq; ab eadem solatium & auxilium fatebatur humiliùs.*

CAPVT VI.

Media quibus potissimum Reformatio, strictaq; obseruantia introducta, & conseruanda est.

666. IVuabit paucis hîc contingere rationes, vias, media, quibus sucreuit inter nos, & alibi, sanctior disciplina; tùm vt aliæ Prouinciæ, vbi nondum ita viget, cognoscant, &, si velint, imitentur: tùm vt vel præstantissimis institutis, ab natiua rebus humanis caducitate, numquam non imminens ruina, quantum fas est, præcaueatur; dum ijsdem insistitur, & opposita solicitè præcauentur, cùm, iuxta verum, ac vetus philosophicum eloquium: *Quibus causis res omnes adstruuntur, contrariis destruuntur.* *Primum* locum hic sibi vendicat Dei, bonorum omnium Authoris, inuocatio frequens, firma in eius bonitatem, ac prouidentiam fiducia, cum diffidentia sui: rectaque ad eum, & eius maiorem gloriam, intentio. In hanc cynosuram intendentes, in deuia, aut syrtes non abripientur. Huic *secundum* proximè adstat, filialis accursus ad benignissimam Patronam, & Matrem nostram MARIAM, quæ pro Ordine, peculiariter sibi dicato, solicitam, & maternalem curam semper habuit: ad quam confugisse, quam sensisse propitiam V.P. MARTINVM, iam diximus: iungenda quoque sanctissimi eiusdem Sponsi, S. CAROLI BORROMÆI, aliorumque Diuorum specialiter Ordinis huius, implorata tutela. Atque ita cœlesti sapientia, & subsidio cumulatis, bono principio inchoare, & cœpta ad optatum finem perducere continget.

Reformationi instituenda & conseruandæ eadem sunt necessaria.

1. *Fiducia in Deum & eius inuocatio.*

2. *Deiparæ & Sanctorum patrocinium.* Ita ferè R. P. Leo à S. Ioan. in Delin. Obteru. Turon. c. 6.

Spes confisa Deo, numquam confusa recedet.

661. *Tertium* est fauor, & subsidium Superiorum, Dei lex immutabilis est, Inferiora hæc dirigere non ordinariè per se, sed mediantibus causis secundis. Et quidem quoad Superiores Ordinis; sicut palmes non potest ferre fructum nisi manserit in vite; ita nec quoad Reformationis negotium quidquam fieri poterit, nisi firmiter Superioribus adhæreatur, ipsique sacra velut Oracula, consulantur, & ab illorum nutibus, secundùm Ordinis leges, per omnia res pendeat. Id certâ experientiâ in huius Prouinciæ Belgicæ restauratione didicimus; Reuerendissimos enim Priores Generales Gregorium Canalium, Theodorum Stratium, Albertũ Mazzarium, Leonem Bonfilium, Ioannem Philippinum, Marium Venturinũ sensimus.

3. *Subsidium Superiorũ.*

sensimus Patres optimos, qui ceu ad æmulationem res Reformationis curauerunt: ad quos in difficultatibus, siue ad extrà, siue ad intra, recurrentes, velut tutum portum in necessitatibus reperimus: quod & de moderno grauissimo Patre planè confidimus, & experiri cœpimus. . .

4. *Prælatorum & Magnatũ fauor.*

Quartò, etiam nos suo instruit exemplo magnus ille Ordinis Reformator B. Ioannes Sorethius, Prælatos Ecclesiæ, Dominici gregis Pastores, singulari colendos obseruantiâ, & prosequendos reuerentiâ: nec non Principes, ac in politico regimine Superiores; tùm quòd eorum dignitas id à nobis exigat; tùm vt Reformationi introducendæ, stabiliendæ, conseruandæ, fauorem suum præstent, aut certè nè obsint. Animo recolimus præstitum minimæ huius nostræ Belgicæ obseruantiæ beneficium ab Illustrissimis DD. Archiepiscopis Cameracensi, & Mechlinienſi, Episcopis Atrebatensi, & Gandauensi, Internuntio Apostolico, Excellentissimo D. Duce Arschotano. Etenim absque eorum fauore exortæ contra Reformationem tempestates sedari haud potuissent. Diuino itaque, & humano subsidio ceu duabus anchoris, se firmare debent, qui Reformationi introducendæ student: atque ita quod benè inchoatum fuerit ad optatum finem perducetur.

5. *Officij diuini singularis cura.*

662. *Quintum*, est studium Officij diuini, solemniter, ardenter, & conformiter Ordinis Cæremoniali, peragendi. Hinc certò exspectanda Diuini Numinis benedictio: dum enim *vt fumus aromatum* oratio nostra, & laudes Diuinæ ritè peractæ, *ascendunt ad Dominum*: vicissim ab ipso *super nos descendet misericordia eius*. Hinc quoque perennis, & constans Ecclesiæ Præsulum, Principum, populique erga nos beneuolentia, dum intuentur Ecclesiastici officij, singulari curâ peracti pietatem: quin vt cæremonias, accuratissimâ curâ peractas, percipiant oculis, cantum, & psalmodiam auribus imbibant, ad nostra templa confluunt. Hinc Ordini beneuolos, ac beneficos se exhibent. Ab annis octo Excellentissimi Comes & Comitissa de Berghes statuerunt Monasterium nouum fundare in suo independenti Dominio de Boxmeer: præmissis deliberationibus cui Ordini id traderent, ad nostrum se conuerterunt, tacti se ad id specialiter permotos solemni & deuoto peragendi Officij diuini ritu, cui quandoque in Ecclesiis nostris Bruxellis, & Gelriæ interfuerant. En reflorentis VINEÆ odore tractos, remque totam eleganter narratam in Oratione funebri Excellentissimi D. Comitis, quam Antuerpiæ, typis edidit R. P. Valentinus à S. Amando. *Non erant frequenti visitatione noti* Carmelitæ; *erant pietate: ne humano adscriberetur studio, quod diuino factum est instinctu. Viderat Excellentissima Domina* MAGDALENA, *dum Bruxellis ageret, Religiosorum istorum in Ecclesia nitorem, modestiam, pulcherrimarumq; ceremoniarum obseruantiam, &, quod tantùm laudabat, nunquam ex animo dimittebat. Narrabat hæc Comiti* ALBERTO, *& audienti similem instillabat amorem, inscia inflammabat, repletaq; desiderio videndi, cuius audiendi capi nequibat fastidio. Cum ecce, nil minus cogitantes Patres aduocat; venit R. Adm. Prouincialis; indicat suam Comes voluntatem, pacisciuntur, conditiones*

Pſal. 140.

conditiones ſcribit; iacit noui Conuentus fundamenta, & SS. SACRAMENTI *(interna deuotionis indicium) nomen imponit.* Tantum refloreſcentis Carmelitanæ VINEÆ bonus odor animorum patit illicium.

Non minimam etiam cœleſtis benedictionis partem firmiter tenemus promeruiſſe, matutinas, ſeu potiùs nocturnas vigilias; quòd nempe ab initio Reformationis introductum fuerit, vt mediâ nocte ad Matutinas horas perſoluendas conueniamus: quod religiosè & exactè obſeruamus. Nouimus è noſtris Conuentum in Belgio (eſt Gelrienſis Sanctimonialium) quondam in magna rei familiaris anguſtia conſtitutum, & aliis vexationibus grauiter afflictum, mox releuatum fuiſſe, omniaque & ſpiritualia & temporalia ſucceſſiſſe, mox vbi virili animo Religioſæ Virgines æmulantes feruorem ſuorum Fratrum, illis ſe hoc etiam puncto conformauerunt: & in eius obſeruantia in hodiernum diem perſtant, ac proficiunt.

663. *Sextum*, cum vetus, ac vera paræmia ſit, rem omnem, vt purificetur, eſſe ad ſua principia reducendam, & reformare ſit formam amiſſam, aut alteratam reparare; Religioſi reformatæ vitæ cupidi, ad ſuum identidem principium, Inſtitutionem ſcilicet, & Inſtituti ſui ſcopum adſpicere debent & collimare. Ac quemadmodum pictores (ea eſt D. Baſilij ſimilitudo) cùm imaginem ex imagine pingunt, exemplar identidem reſpectantes, lineamenta eius trãsferre ſatagunt ad ſuum opificium: haud ſecùs Religioſos, perfectioris vitæ auidos, veluti ſimulachra quædam ſpirantia, & actuoſa, ſuorum Patriarcharum vitas adſpicere oportet, probataque opera illorum imitando, ſua facere; primariumque ſui Ordinis finem, ac ſcopum conſiderare, atque ad illum collimare debent. Noſter autem Princeps, Dux & Inſtitutor eſt S. P. ELIAS. At cuiuſmodi eius fuit conuerſatio? Conſule, ſi neſcis, Scripturarum oracula, & reperies ſolitudinem, ſilentium, orationem ac cum Deo conuerſationem: in cuius præſentia iugiter ſe conſtitutum contemplabatur, ingeminans, VIVIT DOMINVS, IN CVIVS CONSPECTV STO. Hinc etiam primarium Regulæ noſtræ præſcriptum eſt: vt *in Lege Domini* ſimus *meditantes die ac nocte, & in orationibus vigilantes.* Vitam itaque internam velut proprium Ordinis noſtri nutrimentum, & ſpiritualem eſcam agnoſcere, & vſurpare, neceſſe eſt: ac proinde cauenda ſolicitè nimia euagatio extra cœnobia, multaque cum ſecularibus conuerſatio; illa enim animum Religioſum eneruant. Et quãuis optima ſint exercitia, nedùm ab Inſtituto noſtro aliena, ſed quodammodò etiam eſſentialia (ſecũdariò nempe) intendere ſtudiis, habendis cõcionibus cõfeſſionibus audiẽdis, viſitandis infirmis, & eiuſcemodi: neceſſaria quoq; ſint inuigilare ædificiis, vetuſtis quidẽ reſtaurandis, & conſeruãdis, ac quandoq; etiam nouis conſtruendis, nec non cæterarum rerum temporalium neceſſariarum adeptioni, ſeu conſeruationi cura ſit impendenda; meminiſſe tamen debet Religioſus quilibet huius Ordinis, illa dumta-

6. Primaua forma, ſeu Inſtituti reparatio.

Reformatio eſt prioris forma inſtauratio.

Quid ſit proprium & primarium Ordinis Carmelitici Inſtitutum.

duntaxat esse minùs principalia: atque ideò non ita illis vacandum, vt aliud istud primarium parùm curetur, ne in hora obitus dolens audiat: *Frater, sollicitus fuisti circa plurima: porrò vnum necessarium neglexisti.* Sed de istis plura alibi *a*. Splendet in eodem S. P. N. Elia rigor & asperitas: cuius exemplo nisi etiam pœnitentiæ & mortificationis serij, ac feruentes sectatores fuerimus, in vanum operam insumimus, semperque humi repentes ad altiora non assurgemus.

a Par. 8. c. 13.

665. *Septimum*, fundamentale, ac ferè primarium, inter præsidia, & media introducendæ, stabiliendæ, & conseruandæ obseruantiæ strictioris, est solicita, debitaque tyronum, ac iuniorum professorum educatio, atque institutio; cum in iis præcipuè vt nouellis plantis, Reformationis spes sita sit. Imò vniuersim, teste Diotogene *b*, *Adolescentum educatio fundamentum est totius Reipublicæ.* Id quoque variis in locis efficacissimis verbis & rationibus inculcant Constitutiones nostræ strictioris obseruantiæ, à Summis Pontificibus confirmatæ: & quidem *par. 1. c* istis: *Pridem nos, tùm maiorum documenta, tùm experientia docuerunt, disciplinæ regularis relaxationem ex tribus potissimùm capitibus oriri, videlicet nimia in recipiendis Nouitiis facilitate, aut in expellendis difficultate: ex negligentia in probando eorum spiritu, an verè sit à Deo; deniq; ex incuria in eis sanctè educandis, atque instituendis; vndè patet, quàm sit necessarium huic receptioni, probationi & institutioni inuigilare.* Et *par. 2. d* vbi de officio Magistri Nouitiorum: *Quanti sit momenti officium Magistri Nouitiorum, vel ex eo patet, quòd ipsi educationis institutio credita sit eorum, per quos Religio conseruanda est & propaganda. Parte* autem 3. *e* vbi de officio Prouincialis: *In recipiendis ad Nouitiatum, aut Professionem non sit nimium facilis; ne ineptiad nostrum sacrum institutum admittantur, &c. Circa dimittendos verò ob defectum idoneitatis ad nostrum Institutum fortiter se gerat, ac omni timore depositò, omniq; humano respectu posthabito solam Dei gloriam quærens, & decus Ordinis, quod in turba inepta non consistit, dimittat quos in conscientia ineptos iudicauerit.* Porrò quoad admittendos illud diuturniori experientia didicimus, eos qui prauæ, aut vitioſę comperiuntur naturæ tempore Nouitiatus, vix vnquàm postea emendari: at potiùs in peius tendere: pauciſſimi enim post Nouitiatum meliores, & feruentiores fiunt, sed multi tepidiores: *Formam*, inquit, S. Bonauentura *f*, *quam primò quis recipit, vix deponit, & qui disciplinam in nouæ conuersationis initio negligit, ad eam postmodùm difficile applicatur.* Quod & Spiritus S. testimonio confirmatur: *Adolescens iuxta viam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea.* Quare tales omninò dimittendi sunt. Hinc qui ex compassiuo quodam affectu similes (sub spe emendationis post professionem futuræ) admittunt, tum Religioni, tum etiam ipsis sic admissis nocent grauiter.

b Lib. de Sanct.

c Cap. 3. n. 1.

d Cap 4. nu. 1.

e Cap. 18. n. 13.

f In speculo disciplinæ.

Ad hæc, necessaria omninò est eorum separatio à conuersatione cum aliis antiquioribus, quorum laxiorem, liberioremue viuendi modum si viderint, facilè imbibunt, præsertim dum familiariter cum illis pertractant. Quem-

Quemadmodùm enim vinum nouum, quantumuis generosum, si misceatur acido, acescit: ita sanè ea humanæ naturæ est misera conditio, vt citiùs exempla trahant ad via, & laxiora, quàm eleuent ad superiora, & perfectiora: nam tepidior quispiam tantùm triduo dissipare valet, quantum toto trimestri magno labore magistri ædificauerunt: *Non sunt noui panni veteraſcentibus assuendi.* Hinc optimè, & fundamentaliter Reformationes inchoantur ab vno dumtaxat Conuentu: in quo, iuuentuti benè instituendæ, & ad exactam vitæ regularis obseruantiam, ab ipsis exordiis imbuendæ, opera detur, dimissis inde laxioribus: etiamsi ad tales angustias Reformatio esset redigenda, vt non nisi tres aut quatuor probiores ibi morarentur. Augescente reparati Instituti germine, ad alium locum traduci potest. Ast hîc lentè festinandum. De his adhuc infrà *capite* 8.

Et separatio à conuersatione cum senioribus.

Nec tantùm cura habenda eorum, vt in pietate, & stricta regulari obseruantia, (quæ primum, & supremum in Reformatione locum obtinent) solicitè instituantur: sed & in studiis scientiarum, quæ Religionum perfectioni valdè proficua, Reformationique vtilissima, imò & necessaria sunt. *Litteratorum enim virorum carentia in monasteriis, litteratis secularibus ingressum vetat; Ordinis Prælatos reddit contemptibiles, vitiosos nescit corrigere; nec iuuenes credere, sicut oportet, suis rectoribus.* Ita Ioannes Nider, Ordinis Prædicatorum pius & eruditus author, in *de Reformatione* [a] vbi etiam demonstrat, neglectum studij esse vnam ex radicibus relaxationis religiosæ: alia quoque in eodem adfert Reformationis adiumenta, & fulcimenta, quorum contraria Religiones destruunt: quod etiam egregiè præstitit Ven. P. Lezana noster toto libro inscripto, *Disciplina Monastica.* Hinc magnus ille Ordinis huius Reformator Ven. Ioannes Soreth quàm maximè promouere satagebat studia, prout *in Annalibus Ordinis, ad annum* 1456. (quo ipse Parisiis Capitulum Generale celebrauit) sic de eo refertur: *Ex eo autem, quòd plura studia Religionis in hoc Capitulo, quàm in quocumque alio præcedentium designata conspiciantur, liquidò innotescet, Venerabilem Ioannem Soreth vitæ sanctitatem cum Sacrarum litterarum amore cõiunxisse, ac proindè vtrumque in Ordine suo maximè promouere desiderasse.*

Et in studiis exercitatio.

[a] Lib. 2. c. 17.

CAPVT VII.

Quod ad Reformationem huius Ordinis plurimum contulerit resumptio habitus genuini, grisei scilicet: & de binis alijs Reformationis adminiculis.

665. EXperti manifestè fuimus, Reformationi stabiliendæ nobis contulisse resumptionem habitus proprij, & antiqui Ordinis Carmelitani, qui grisei est coloris, tendentis ad nigredinem: cuiusmodi constat vsum fuisse S. P. N. ELIAM, cuius vestis erat Melota, hoc est tunica castanei, ostrini, siue grisei coloris, seu potiùs nigri naturalis, non tincti (gallicè *couleur tannè*) quandoque etiam dicti *Carmelinus*, seu *Carmelitanus*, quòd eo vterentur Religiosi Carmelitæ: sicut color qui in vsu est apud PP. Minimos vulgò vocatur *couleur minime*. S.P.N. ELIÆ exemplo etiam discipuli, & posteri eius vsi fuerunt Melotis: quæ cum succedentibus temporibus risui potiùs quàm ædificationi esset, professores huius Religionis, concordi sententiâ, melotâ relictâ eiusdem coloris tunicam ex lana assumpserunt: prout refert vetustus author Ioannes XLIV. Patriarcha Ierosolymitanus libro *de Institutione primorum Monachorum* [a] istis verbis: *Huius autem Melotæ gestatio, succrescentibus temporibus, derisum potiùs, quàm ædificationē, eam videntibus cōparabat.* Et infra. *Loco autem eius tunicam lanæ nō pretiosæ, sed mediocriter asperæ eiusdem coloris, cuius existebat melota, quam subtus* SCAPVLARE *gestant, assumpserunt.* Hinc & in antiquis Ordinis statutis disertè decernitur: *Vestimenta Fratrum lanea sint, eiusdem formæ; habeant Fratres tunicas griseas rotundas vsque ad talos descendentes.* Deinde paucis interiectis, *habeant Scapularia eiusdem coloris cum tunica, vsque ad mediam tibiam descendentia, & non vltra.* Ita habetur in vetustioribus Ordinis Constitutionibus, & quidem in iis quæ in vnum volumen redactæ, distinctæque in LXIX. Rubricas recognitæ fuerunt in Capitulo Generali celebrato Lugduni anno 1342. cui intererant V. Petrus de Casa, seu potiùs, de Cæsis, Ordinis Generalis, assumptus à Clemente VI. in Episcopum Vasionensem, ac deinde in Patriarcham Hierosolymitanum, & qui in eius locum electus fuit, Petrus Raymundus de Grassa. Ferè eadem leguntur in Constitutionibus recognitis per B. Ioannem Soreth in Capitulo Generali Bruxellis celebrato anno 1462. in quibus statuitur *Rubricâ* II. & Fratres *habeant tunicas amplas griseas ad nigredinem tendentes*; quia autem tùm aliquibus in locis irrepserat habitus nigri coloris, nec generaliter tolli poterat; ex conniuentia tum

Coloris castanei, seu grisei erat vestis S. P. N. ELIÆ.

Et aliorum antiquorū PP. huius Ordinis.

[a] Cap. 45.

Digitized by Google

tia tum adiectum fuit *vel nigrum*. Conuentibus tamen reformatis indictus erat color griseus, vt in vita dicti B.Ioannis Soreth refert Walterus de Terra noua. Hinc Lezana *tomo* 4. *Annalium, ad annum* 1484. agens de veste coloris grisei,& non tincti,ait: *Sine dubio conformior est puritati Religionis, quæ nullam patitur contrarij admixtionem ; vsui B.Virginis* MARIÆ, *Ordinis Patronæ , & Sanctorum* PP. ELIÆ *& Eliſei, qui veſtes naliui coloris ſemper geſtaſſe creduntur: paupertati quoque Ordinis, quæ iure ſuo poſtulat viliori pretio veſtes comparandas, quales regulariter ſunt illæ, quas natura ipſa ſine arte præſtat.*

Paulatim variis in locis ſuppoſitus fuit color niger.

Color griſeus non tinctus proprius eſt huius Ordinis.

666. Hæc de vetuſto in Ordine vſu coloris Griſei copioſiùs per tractantur à R.P.Leone in libro *Typus ſeu pictura veſtis Religioſæ*: vbi cauſæ,rationes, & conuenientiæ plures adferuntur , cur Carmelitæ omnes griſeo colore vti debeant.Præcipuæ ſunt iſtæ quatuor I. Quia is,vti iam dictum eſt,proprius & antiquus Ordinis color.II. vt ſicut vnius, & eiuſdem Matris filij apellamur, & ſumus, ita nedum in Regula, ceremoniali, aliiſque ritibus , ſed etiam in habitu ſimus vniformes. III. Quia ea vniformitas haud parùm confert ad internam , mutuamque fraternalem beneuolentiã (inter membra eiuſdem myſtici corporis requiſitam) vt in domo Matris Dei vnanimes,& vniformes inhabitemus. IV. Denique,vt ſic ab aliorum Ordinum Religioſis diſcernamur.Ita etiam ferè Reuerendiſſimus P. Generalis Sebaſtianus Fantonus, in litteris mox adducendis. Eædem rationes æquè vrgent ad vniformitatem quoad colorem,materiam,& formam in cappis,ſeu palliis,quæ ex antiquiſſimo Ordinis vſu,& præſcripto ſtatutorum, &c. debent eſſe coloris albi, ex lana pura(non ex ſargia, vt vocant) ad mediam tibiam,non vltra,nè in eo aſſimilemur RR. DD. Canonicis Præmonſtratenſibus, quorum pallia ad talos definiuntur: nec etiam citra;ne geſtare videamur PP. Diſcalceatorum cappam,noſtrâ multò breuiorem, & circa genua finientem. Etenim identitas veſtimenti,& totalis ſimilitudo inter Religioſos diuerſorum Ordinum graviter cauetur à Summis Pontificibus.

Eius conuenientiæ.

Vniformitas in veſtibus magnopere expetenda in Relig.

667. Ad reuocandam autem vniformitatem in Ordine , quæ olim fuerat, dum omnes vbique griſeis natiui coloris vterentur, in Capitulo Generali Romæ celebrato 1620. decretum fuit, vt executioni mandaretur id, quod iam ante per ſpecialem Bullam (cuius initium eſt: *Ad militantis Eccleſiæ regimen*) mandatum fuerat per Summum Pontificem Paulum Quintum; vt ſcilicet in ſingulis Prouinciis introduceretur *Communis Vita, Victus & Veſtitus* : quod per idem Diploma committebatur Reuerendiſſimo Patri Sebaſtiano Fantono:qui executionem Breuis iſtius Pontificij,& publicationem dicti decreti Capituli Generalis de conformatione & conformitate veſtium in Prouincia Turonenſi faciendam , iniunxit R. P. Philippo Thibault Prouinciali Turoniæ, per litteras Romæ datas eodem anno 1620. die 3.Iulij. Tunc quoque ſcripſit ad alios Prouinciales Galliarum,ſignificans,in Definitorio iſtius Capituli Generalis propoſitum fuiſſe,decentiſſimum fore, vt Religioſi noſtri in colore veſtium om-

nes conuenirent: & quia maior pars griseo vteretur colore, qui Patrum nostrorum antiquus est, monuit eos, & in Domino hortatus est, vt suauiter Religiosos suos disponerent ad griseum colorem in tunicis assumendum. Litteræ istæ Patris Generalis referuntur in dicto libro *Typus vestis Religiosæ ratione 2. sect. 4.* sequenti autem anno iterum idipsum commendauit Religiosis omnibus præfatæ Prouinciæ Turonensis per litteras ad Capitulum Prouinciale directas, tenoris huius: *F. Sebastianus Fantonus, Magister ac humilis Prior Generalis Ordinis Carmelit. dilectis nobis in Christo Filiis Prioribus, Magistris, Patribus ac Fratribus istius dilectissimæ nobis Prouinciæ Turoniæ, Salutem in Domino, & per sanctæ obedientiæ meritum, æternæ gloriæ præmium. Notum vobis facimus, qualiter in Capitulo Generali proximè præterito, inter cætera ad Reformationem, & regimen istius Prouinciæ spectantia; hoc fuit statutum, & decretum, vt omnes Regulares nostri eamdem habitus formam, & modum, atque externam vestimentorum rationem seruarent, de vno, & solo colore griseo scilicet natiuo, absque alia tinctura, vbi commodè fieri poterit; vt sicut vnius, & eiusdem matris filij appellamur & sumus, ita nedum in externa, sed etiam in interna apparentia vniformes inueniamur, & à cæteris discernamur. Quapropter vt istud decretum executioni mandetur, vos omnes confratres in Capitulo Prouinciali congregatos, plurimùm in Domino hortamur*, &c. *Romæ 4. Nouembris* 1621. Atque ita in ista Prouincia, & deinde in aliis, griseus color in vestibus resumptus fuit; pro quo tamen non modica obstacula obiecta: at forti longanimitate remota fuêre, prout iam ante narrauimus.

P Generalis prudenti moderamine color griseus primùm resumitur in Gallia.

668. Peculiariter hîc notandum occurrit, quòd ab anno circiter 1480. circà quem pro griseo niger plerisque in locis paulatim introductus fuit: & pro cappis albis ex pura lana assumptæ fuerunt ex leuiori materia (sargio) Ordo declinare visus sit, prout notauit quoque, & deplorauit clarissimus ille noster Mantuanus in suis Eclogis. *Ecloga* 10. cui nomen *Bemibus*, vbi inter alia sic:

Quãdo color niger irrepsit, Ordo deferuebat.

Dic mihi, dic Mirmix, priscum cur lana colorem
Perdidit, hæc gregibus quidnam noua vellera fecit?
Cur pecus est nigrum, quod erat melioribus annis
Clarum? immutarunt mutati vellera mores.

Haud diu post Ordo passus est defectionem illam magnam, de qua *capite* 1. egimus. E contrà verò vidimus, & experti sumus, (vti iam dicebamus) strictiorem obseruantiam in Prouincia Turoniæ, & Belgica, atque aliis, resumpto prisco, & natiuo habitu, stabiliùs fundatam fuisse. Tamquam si etiam in Ordinis genuino habitu aliquid diuinæ benedictionis lateat. Latere autem, & multùm Religionis interesse, & propriæ cuiusque salutis, à primorum Institutorum vestimentis non descíscere: quòdque prisci habitus mutatio multùm displiceat SS. Virgini MARIÆ, ac Religionum Patriarchis, eiusdemque repetitio sit optima Reformationis nota, luculenter variis exemplis declaratur eodem libro *Typus vestis Religiosæ.*

669. Sed

Digitized by Google

669. Sed potissimùm ad strictiorem obseruantiam facilius introducendam,& stabiliter conseruandam medium,& fundamentum, experimur esse exterminationem Conuentualitatis. Antehàc enim professi cuiusuis Conuentus,quasi ius in eo semper manendi prætendebant, sublatâ quasi Superioribus; in eos alio mittendi plenâ authoritate. At modò in Reformatis Prouinciis ex omnibus omninò Sacerdotibus, Fratribus Clericis,Laicis,& Donatis vnum corpus mysticum constituitur: estque quilibet(exceptis Prioribus,& Supprioribus paucisque alijs officiarijs, durante triennio officij) ad nutum R.P.Prouincialis amouibilis:& pro necessitatibus, atque occasionibus occurrentibus facillimè mutantur de Conuentu in Conuentum. In quocumque autem Conuentu quis constituitur, illius est, & habetur mox ceu filius,& de quibusuis necessariis, seu sano,seu infirmo,per Conuentus Officiarios, prouidetur. Vnde necesse non est, vt aliud secum conferant, dum migrant,nisi Breuiarium, & propriâ manuscripta. Porrò ne inuiti, sed voluntarij sint Religiosi ad quemuis mutari Conuentum,inuigilat cura R.P.Prouincialis & PP.Definitorum,vt Cõuentibus indigentibus,nec ita sufficientibus, quò Religiosis suis de necessariis prouideant, communibus eleemosynis (quarum ipsis commissa est distributio) succuratur. Atque ita in omnibus Conuentibus victus, & distributionis necessariorum ratio ferè eadem est; hinc passim planè indifferentes sunt Religiosi ad quemlibet.

Conuentualitatis exterminatio Reformationis nostræ vtilis.

670. Scimus quoque frequentes visitationes Prouincialium (conformiter Sacro Concilio Tridentino, & præscripto Constitutionum nostrarum)singulis annis in omnibus Conuentibus, non obiter sed accuratè fieri solitas,fouendæ,& promouendæ obseruantiæ regulari, ac instaurandæ(sicubi collapsum aliquid in ea fuerit)plurimùm conferre.Si necesse sit annuè tecta & ædificia reparare, nè corruant,& corpora medicinis purgare ne humoribus prauis prægrauata in morbum & mortem incidant;& hortos effodere,ne loliis repleantur;profectò id magis requiritur in ædificiis, corporibus, hortis mysticis,seu Congregationibus Religiosis, ex deprauatione naturæ ad laxiora facilè declinantibus, ni Superiorum solicitudo,& zelus id,quod lapsum minatur,sustentet: quod potissimùm fit per visitationes Superiorum maiorum, maximè dùm collaborant Superiores subordinati, monita,& decreta Visitatorum executioni mandãdo: & cùm tam hi, quàm illi inuigilant Regulæ & Constitutionum obseruantiæ (in qua Reformatio sita)etiam in minimis; etenim,vt Seraphicus Bonauentura,*Ordo, qui negligit modica, paulatim decidet*: quod & sancti Spiritus testimonio similibus ferè verbis stabilitur.

CA-

Digitized by Google

CAPVT VIII.

Commendatur aliud generale, maximè necessarium restaurandæ, conseruandæq; regularis disciplinæ medium, proprietatis exterminatio, & vitæ communis ratio.

Cuius occasione memorabile diuinæ Prouidentiæ indicium profertur.

Basis, & murus Religionum est vita cõmunis.

671. INter ea, quæ Reformationi, Regularique obseruantiæ non tantùm vtilia, sed prorsùs necessaria sunt, est, vt nulla cuiquam sint propria, sed omnia communia. Vitæ, inquam, communis obseruantia. Hęc enim primarium substratum est cui omnis structura Religionis innititur; vt ipsius firmitate firmetur, ipsius euersione funditùs euertatur: basis est totius Regularis disciplinæ, murus Religionis, & thesaurus Monachorum, prout ex Patrum, & Doctorum (qui illis, & mille aliis epithetis, eam cognominant) luculenter ostendit Lezana in libro *de Reformatione Regularium cap. 16. & 17.* & ex consequenti, proprietatem in Monasteriis esse malorum omnium venenosam radicem, ac pessimam Monachorum nouercam, ibidem declarat. Quid enim malorum non inuehitur, vbi frigidum illud verbum (*meum ac tuum*) locum habere incipit. Hinc prudentissimi, ac deuotissimi viri, qui Religiones instituerunt, in suis legibus, seu Regulis, Summi Pontifices in Decretalibus, & Patres in Decretis Conciliorum, proprietatem, veluti spirituale Monasticæ obseruantiæ venenum, & pestem, proscripserunt. Sancta igitur vitæ communis (omni proprietate reiectâ) obseruantia singulariter, exquisitè, & quantùm fieri potest, à Reformatoribus inquirenda, instituenda, ac curanda semper est: & cum ipsa omnia, ac sine ipsa nihil efficient. Ideoque solicitè inuigilandum; vt Religiosis omnibus ex communibus, simul collatis, prouideatur rationabiliter, & competenter de victu, & vestitu: dumque itinerari debent de congruo viatico prout in Concilio Trid. *sess. 23. cap. 2.* sic ordinatur. *Nihilq; quod necessarium fuerit eis* (Religiosis) *denegetur.* Et hoc est, quod omnes Patres, Religionumque Institutores Superioribus erga subditos commendarunt, ac iniunxerunt: & quidem in Regula nostra: *Nullus Fratrum aliquid esse sibi proprium dicat, sed sint vobis omnia communia: & distribuantur vnicuiq; per manum Prioris, id est per Fratrem ab eo ad idem officium deputatum, prout vnicuique opus*

Proprietas autem omnium malorum radix.

Quæ vt cuiuetur de necessariis prouideri debet Religiosis.

opus erit, inspectis ætatibus, & necessitatibus singulorum. Et S. Benedictus in sua capite 55 in hunc modum: *Vt hoc vitium peculiare radicitùs amputetur, dentur ab Abbate omnia quæ sunt necessaria, id est cuculla, tunica, pedules, caligæ, bracile, cultellus, graphium, acus, mappula, tabulæ, vt omnis auferatur necessitatis excusatio, à quo tamen Abbate semper consideretur illa sententia Actuum Apost: Quia dabatur singulis, prout cuiq; opus erat.* Potissimè infirmis. Ast singularis planè, & præcipua cura habenda in consolatione, & subuentione infirmorum: & quâcumque tandem viâ comparanda ad id necessaria. *Eo sanè modo Reformationem in Ordine nostro increuisse, & à Deo benedictam, Maiorum traditione accepimus*: prout etiam in Constitutionibus Reformationis, ab Vrbano Octauo, & Innocentio Decimo approbatis, expresso testimonio cõprobatur [a]. Quod optimè perspectum erat S. Matri Teresiæ, de qua in eius vita ista scribit Ribera: *Si quas morbidas, & ægras, atque etiam benè valentes, re aliquâ verè norat opus habere, de hac illis ilicò prospiciebat: nec de sumptu tum vllo, etsi à re pecuniaria non admodum esset instructa, quærebatur.*

[a] Par. 2. c. 16.

672. Sed regulari, obseruanti, reformatæ vitæ parùm affecti excusationes quærentes in peccatis, ratiunculas prætexunt, obiiciuntq; Monasteriorum suorum inopiam obstare, quò minus sic, è communi, omnibus & singulis prouideatur. Verùm vndè inopia, & indigentia tanta; nisi quia singuli ad se trahunt, sibiq; appropriant, vt possunt: quæ si omnia in commune conferrentur, sufficerent, vt indigenti cuilibet debitè prouideretur. Videtur enim Deus rebus sic in commune collatis specialiter benedicere, vt multis sufficiant, quæ, si particularibus appropriatæ essent, paucis dumtaxat prodessent. Quæ paucis prodessent, si in commune conferantur, multis sufficiunt.

Scribimus, & testamur quæ vidimus, & experti sumus in Conuentibus Prouinciæ Belgicæ: &, vt in vno exemplum statuamus (eadem enim est ratio cæterorum: & id ipsum etiam de aliis Prouinciis, ac Conuentibus Reformatis intelleximus) Ante annos triginta quinque in Conuentu nostro Gandauensi, priusquam Reformatio, vitæq; communis ratio ibi introducta esset, egrè sustentari poterant Religiosi circiter viginti duo aut tres, etsi tempore pacis, dum Flandria opibus abundaret. Mox autem vt vitæ ratio mutata in melius, experimentaliter diuinæ benedictionis largitate perfrui cœpimus: & paulatim Religiosorum numerus adauctus, & necessaria pro congrua sustentatione adiecta; ita vt hoc tempore, & etiam annis superioribus, dum bella grauissima Flandriam premerent, supra quinquaginta aut sexaginta ibi, sufficienter prouisi conformiter religiosæ paupertati, degant, & è communi singulis, vt opus est & valentibus, & ægris (quorum præcipua habetur cura) distribuatur: idq; cum magno pietatis fructu, & singulari Primorum, populiq; ædificatione & admiratione de tam subita mutatione: vt satis liquet ex dictis capite 3. sub finem. Ab experientia & exemplis id probatur.

673. Hæc eatenus commemorauimus; vt manifestum sit id quod iam dicebamus, Quòd in Religionibus, & Monasteriis, in quibus exacta

vitæ communis ratio non obseruatur, si ea introducatur, ac ab omnibus & singulis omnia in commune conferantur, ista quæ paucis vix satis videntur, sufficient pro pluribus, Domino benedicente, & augente cum spiritualibus, etiam temporalia. Si tamen sub initium incommoda aliqua experiantur, confidant in Domino, qui in se sperantibus, eique placere volentibus, certissimè succurret. In dicta Prouincia Belgica nunc ad triplũ, aut vltra (vti suprà dicebamus) sunt Religiosi, quàm fuerint ab hinc annis triginta: qui omnes & singuli, quidquid à parentibus, amicis, benefactoribus, quoquômodò acquisierint, conferunt in commune: & inde de victu, amictu, medicinis, singulis sufficienter prouidetur, inspectis ætatibus, & necessitatibus singulorum: estque omnis cura & sollicitudo, ea procurandi, penes Officiarios Priorem, Procuratorem, Oeconomum: cæteris non nisi de monastica disciplina obseruanda, & exercitiis peculiaribus, ab obedientia iniunctis, sollicitis. Peculium autem prorsùs ignoratur. Interim etiam Conuentus ab hæreticis diruti reædificati: & alij in ædificiis ruinosi reparati, nouisque adiectis ampliati: aut debitis grauati exonerati fuêre. Hæc etiam in aliis Religionibus Reformatis in Belgio contingere nouimus. Sicut & in cæteris Prouinciis nostris Reformatis. Et quidem planè singulare est, quod de Rhedonensi Conuentu (Prouinciæ Turonensis) testatur is qui vidit R. P. Leo à S. Ioanne, Prouinciæ istius quondam Prouincialis *in Delineatione obseruantiæ Rhedonensis cap. 27.* his verbis: *Mirum, quam paruâ manu reuocatus initio hic Cœtus, quàm subitaneâ fœcunditate excreuerit in copiosam turbam. Nam sola hæc familia, quæ ante vix, ac ne vix quidem sex Ascetis sufficiebat, modò, rarâ Ciuium liberalitate, centum plerumq; fouet, ac nutrit.* Et Reuerendissimus P. Ioannes Antonius Philippinus, *in litteris circularibus*, vnde nonnulla dedimus suprà, sub finem capitis, asserit: *In Prouinciis Aquitaniæ, & Turoniæ, in quibus ante strictiorem obseruantiam vix erant centum quinquaginta Religiosi, modò esse circiter mille ducentos.* In Prouincia etiam Superioris Germaniæ modò sunt plures in duobus Conuentibus quàm ante annos tredecim in tota Prouincia. Idem de suo, aliisque Ordinibus testatur pius & eruditus Author Ordinis sacri Prædicatorum Ioannes Nider: *a*: *Qui vidit*, inquit, *testimonium perhibet de his quoad omnia penè quæ sunt in Alemania reformata Monasteria: vbi quotidie librorũ coaceruatur numerus; ædificia reficiuntur ruinosa (quæ apud deformata corruunt monasteria) fauor accrescit populi, augetur personarum valens numerus, & decor multiplicatur sacrarum vestium.*

Vbi ante Reformationẽ pauci ægrè, cum ea multi commodè viuunt.

a De Reform. l. 1. c. 17.

Atque ita manifestè verificatum videmus id, quod precatur Ecclesia in festo Corporis Christi: *Sic nos tu visita, sicut te colimus.* Pro mensura fidelis obsequij, Deus fidelis quoque erit, etiam in temporalibus, remunerator; suam enim nobis fidem obligauit de cura, & prouidentia sua, cum dixit: *Qui reliquistis omnia, centuplum accipietis.* Quomodò autem Deus Religiosorum indigentium, ei fideliter seruientium, & in ipsum sperantium indigentiæ, peculiari suâ prouidentiâ, mirabiliter sæpè subuenerit, non paucis potest demonstrari exemplis: inter quæ valdè notabile, & authen-

Deus nos visitat sicut ipsum colimus.

ticum

Digitized by Google

ticum est illud, quod *in Vitis Patrum libro primo* refertur de S. Frontonio, qui cùm septuaginta fermè Monachis in Eremo Deo seruiens, in magna inopia, & ægestate, accepit à quodam diuite subsidium, & prouisionem per camelos anonâ onustos, vrgente Angelo, qui diuiti eidem in somnis apparens id præceperat. Quod maximo miraculo peractum est; eò quòd cameli illi nullo ductore ad ipsos in Eremo commorantes, peruenerint, & redierint pro vt latius paulò dictum habetur supra *a*. Memorabile exemplum fermè simile refertur in vita B. Petri de Alcantara, cũ ipse, vnà cum aliis aliquot Religiosis, in molendino quodam degeret.

Fideliter sibi seruientibus, quàdoq; subuenit mirabiliter.

a Par. 3. c. 17. n. 367.

Deus sanè non deerit nobis, modò nos nostro non desimus muneri, & effectu, ac affectu omnem à nobis proprietatem abdicemus. Crumena igitur nostra sit fiducia in Deum: quantùm enim, cum discretione, confidere audemus, tantùm accipiemus. Nemo igitur hoc excusationis prætextu Vitæ communi, & proprietatis omnimodæ abdicationi obsistat, quòd Conuentus sint pauperes. Omnes peculium, & quidquid, quouis modo, acquisierint in commune conferant, & ad naturam, limitatamque indigentiam viuant, non superflua admittentes: *sperentq; in Domino, & faciant bonitatem, & pascentur in diuitiis eius*: qui paucula grana, terræ commissa, multiplicat in vberem messem. Concinnè hic audiamus verba Laurentij Iustiniani *b*. *Fiduciam vestram erigite in eo, qui pollicitus est, dicens, nolite soliciti esse animæ vestræ, quid manducetis, neque corpori vestro, quid induamini. Scit enim Pater vester quia his omnibus indigetis. Primùm igitur quærite regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis. Nam quemadmodum est liberalis promissor, æque est fidelis redditor. Fiet iuxta ipsius sponsionem, si tamen verbis illius adhibeatis fidem.*

Omnia in commune cõferre, & Deo confidere crumena sit Religiosorum.

Psal. 33.

b De Obed. c. 19. *Id nobis persuadet authoritas sacrarum litterarum, & assertio sanctorum.*

675. His meritò subiungimus testimonium magnæ Reformatricis S. M. Teresiæ, scribentis quæ in se, & suis experta fuit *c*: *Nolite putare, charissimæ, aliquid rerum ad victum necessariarum vobis defuturum, si modò de mundanis hominibus complacendo solicitæ non sitis* &c. *Ad sponsum vestrum oculos attollite: ipse enim est qui victum vobis dabit: si illi placeatis, vobis nolentes volentes de victu prospicient, etiam illi, qui minùs erga vos affecti sunt, & minùs diligunt, vti hoc iam sæpe per experientiam, & vsu vidistis,* &c. *Illius verba certa sunt ac vera, fallere non possunt, aut deficere; antè cœlum & terra deficiant. Curemus ipsæ tantùm nec vbi ei desimus, & certæ estote, illum nobis minimè defuturum. Si autem interdum eũ vobis deesse videatis, hoc in maius commodum vestrum cedet, perindè, ac Sanctis vita deficiebat cùm propter nomen Domini interficiebantur; idq; erat ad gloriam eorum per martyrium augendam.*

c In via perfectionis c. 2.

676. Ad fiduciam in Deo habendam nos meritò mouere debent tria illa quæ grauiter stringit præfatus Ioannes Nider cap. 12. *d* cuius est titulus: *Cùm causentur necessaria in victu se non habere, tradit, quomodo tunc fieri debet: & quanta confidentia sit habenda in Deo de temporalibus ministrandis.* Vbi inter cætera sic: *Dare ergo possunt fiduciam tria hæc: Vnum ex parte dantis: si enim nobilis quilibet familiæ suæ prouidet, quantò magis nobilissimus & largissimus*

d De Reform. l. 1. c. 12.

Deus? Vndè super illud Luc. 12. Nolite soliciti esse, dicit Glossa: Indecorum est homini curare de cibo vel veste, qui militat regno. Nouit Rex quemadmodum familiam suam pascat, & alat, & vestiat. Aliud est ex parte dati. Dicit enim Glossa super illud Matthæi, Nonne anima plùs est quàm esca? *Qui maiora dedit, id est, vitam & corpus; dabit minora, id est, victum, & vestes? Aliud est ex parte recipientis. Vndè super illud Psalmistæ.* Benedicam Dominum in omni tempore, *dicit Glossa:* Pascebat contemnentem se, & non pascet timentem se? Ibidem alia præclarè vrget ad propositum, tandemque ita concludit: *Singularitatem si aduersarij Reformationis deposuerint, & diligentiam ad bonum commune erexerint, inquirentes Dominum non deficient omni bono. Vidi & expertus sum, quoties cumq; reformabantur Monasteria virorum, aut fœminarum nostris temporibus, semper quàm antè se in temporalibus melius habuisse. Non ergo trepident timore, vbi non est timor, hi qui deformata verè renuntiant seculo.*

Religiosi memores voti paupertatis, eius effectus experiri aliquando ne ægrè ferãt.

Cæterùm quamuis Superioribus incumbat suis prouidere de necessariis, quoad victum, vestitum, & medicinas; nè quis ansam prætendat proprietatis, atque ita ianua ad peculium maneat reserata; debent tamen Religiosi singuli suæ vocationis & obligationis esse memores, paupertatem in sua puritate sic amantes, vt, iuxta omnium virtutum moderatricem, eius effectus quandoque experiri gaudeant, Redemptoris nostri exemplo, qui cùm esset diues, propter nos factus est egenus; nimis enim delicatulus is esset, qui nihil vnquam sibi deesse patiatur; id enim nec ipsis mundi locupletibus obtingit.

a In eius vita per Riber. l. 4. c. 19.

Ædificia non necessaria nimiúe sumptuosa in Religionibus cauenda.

677. Aliud hic animaduertendum, nè ex concessis bonis temporalibus occasio sumatur sumptuosa nimis ædificia construendi: vndè duplex malum pullulat: primum, quod per illud quodammodo diuinæ benedictionis ros exsiccetur, & fons ille Deificæ munificentiæ obstruatur; Deus enim humilitatis & paupertatis amator, in Religiosis ista detestatur. Id suis sæpè inculcabat S. M. TERESIA *a* flammigeris istis verbis: *Quàm, Deus bone, splendida illa, ac magnifica ædificia parùm ad interiorem profectum conferunt! Propter eius amorem vos obsecro, charissimæ Sorores meæ, & Patres, ne vmquam in moderatione hac quoad splendidas, sumptuosasq; domos sectanda defatigemini. Ponamus nobis ob oculos Fundatores nostros, sanctos, inquam, illos Patres, a quibus descendimus, quos per hoc paupertatis & humilitatis iter ad Dei scimus fruitionem peruenisse.* Idipsum etiam in libro *Via perfectionis* nuncupato *cap.* 2. pluribus inculcat: vbi sic suas alloquitur, *Valde indecens est, charissimæ, vt de pecunia pauperum, splendida, & capacia ædificia construantur. Non sinat id, obsecro, Deus, sed vt domus nostra omnimodis pauper, & parua sit, Regi nostro aliqua saltem in re assimilemur, vt qui aliam non habuit domum, quàm stabulum Bethlehemiticum, in quo natus, & crucem in qua mortuus est.* Grauiter hoc idem monet Sorethius, in Regulam commentans. Præterea, per id seculares scandalizantur (quos oportet ædificare verbo atque exemplo) & auertuntur ab eleemosynis contribuendis; existimantes, Religiosos istos abundare, & haud indigere: vnde periculum imminet, ne, cessantibus, aut imminutis eleemosy-

nis

nis, de necessariis post modum prouideri Religiosis fortè non ita possit: atque ita proprietatis detestabile vitium, per rimulas se insinuet. Quamuis igitur in ædificiis monasticis attendendum sit operis diuturnitati, soliditati, ac delectui materiarum, nè, dùm parcitur sumptibus, ludatur opera: cauendum tamen summoperè, ne ædificia monasticæ paupertatis, & humilitatis modum excedant, ac cum scandalo votum paupertatis, difforment.

CAPVT IX.

Monita quædam alia scitu necessaria pro restauranda Disciplina Regulari.

678. ANtequam ad alia transeamus, disquirendum restat, quâ ratione in totam aliquam Religionem, seu Prouinciam, si à primæua obseruantia & rigore defecerit, Reformatio introduci queat? an scilicet simul & semel in omnibus Conuentibus disciplina collapsa restauranda sit, an verò ab vno solo incipiendum? Paucis id edisseremus, exemplũ statuemus, pariter & exemplar, Prouinciam Turoniæ. Ibi pro cunabulis introducendæ Reformationis & strictioris obseruantiæ deputatus fuit Conuentus Rhedonensis: & inibi constitutus V. P. Petrus Behourtius, primus Reformationis Author, & alij septem, eiusdem cum eo propositi: quibus mox succenturiantur è seculo adolescentes bonæ voluntatis, ingenuitate, moribus, ingenio insignes, quibus præfectus fuit vitæ spiritualis Mystagogus: à quo in Orationis, meditationis, examinis conscientiæ, mortificationis, & austeritatis exercitiis informati fuêre, & ad solitudinis, ac silentij amorem incitati. Peculiariter verò commendata illis fuit erga quæque sigillatim Regularitatis exercitia alacritas: vnde videre erat nocte mediâ ad matutinas horas non tam diligentiam, quàm præcipitationem; quasi primo ingresso Chorum speciali palma à Deo proposita. Interim Magistrorum aduigilabat cura, & prudentia, ne vltra fas, & vires efferuerent. Iactis sic in Tyronibus solidæ virtutis fundamentis, appliciti ij fuêre ad litterarum studia, successerunt que interim ad tyrocinium alij & alij: Atque ita pedetentim agri istius bonus odor paulatim effusus illexit alios antiquiores Patres, vt eo transplantari expostularent. Quemadmodùm verò multiplicatæ apes, accessione nouarum ad nouam coloniam emittũtur; sic augescente reparati Instituti germine, propagatum id fuit ad Carmelum Andegauensem. Cum autem in illo vtroque numerus sufficienter accreuisset, ad tertium est processum: ac ita consequenter ad omnes.

In reformandis Religionibus pedetentim & successiuè est procedendum.

Id exemplis declaratur.

679. Ita etiam in Belgio (quod duarum nationum, seu potiùs idiomatum, hominibus incolitur) ex parte Gallo-Belgica primitùs fuit deputatus Conuentus Vallencenensis, atque in eo formati Tyrones, donec sufficerent pro noua colonia. Ex parte autem Flandro-Belgica delectus fuit Conuentus Gandauensis: inque eo solo perstitit Strictior obseruantia annis sex, & tum, aucto nouo germine exinde surculus deriuatus fuit ad Conuentum Louanienſem, atque post annos tres ad Bruxellensem, sicq; consequenter ad reliquos.

680. Idem felici successu peractum fuit in alijs Prouinciis, tùm Franciæ, tùm Germaniæ. Interea, si ex senioribus seueriori illi disciplinæ insuetis, aliqui expeterent, aggregari non sine delectu admittebantur: & admissi per annū peculiariter exercitabātur ac probabātur. Reliqui assueto modo suo pacificè, prout ante, viuere sinebantur, donec paulatim, seu per mortē, seu per migrationē, siue per accessum ad Reformatos, diminutus numerus oneribus vltra impar esset: & tūc, introductis Reformatis, optio fiebat iis qui idonei viderentur, & vellent, ibi manere, sed per annum probandi: aut, si moribus à Reformata vita alieni nimis viderentur, aut recusarent manere, ad alium Conuentum nondum Reformatum transmittebantur. Interea Superiorum solicitudo inuigilabat, vt hos inter & illos charitas mutua foueretur, non læderetur: vtque Reformati alios honorarent, & isti vicissim illos non despicerent. Atque ita suaui dispositione, sine vi, citraue tumultum, Reformatio in omnes Conuentus successiuè, & pedetentim insinuanda. Verum hic lentè festinandum (vt iam ante mouebamus:) quantumuis instent, & vrgeant Magnates, Magistratus, amici, vt ad sua loca citò transplantetur Reformatio: præproperâ festinatione nil magis hic nociuum. Fluenta diuergiis arescunt. Ita pessimis docemur experimentis, virtutem, dum diuiditur, infringi. Si præcipitanter hic procedatur ad alios Conuentus, in alterutrum, vel vtrumque incurritur incommodum. Aut minori, quàm par est, Therapeutarum numero disciplina languebit, & Regulares tepescent; cùm enim tot agendis impar cœtus redditur, vel mole nimiâ pauci obruuntur, vel præpostero ordine, potiarum rerum neglectu, ad exotica miserè distrahimur. Aut certè, ex antiquioribus, vitæ laxiori assuetis, promiscui, & minùs idonei admittuntur: Qui postmodùm (quoniam in illis vetusta consuetudo pro natura inoleuit) ad pristinas libertates prolapsi, facile suo exemplo alios iuniores pertrahunt ad similia, sicque *modicum fermenti totam massam corrumpit.*

Non nimis festinandum.

681. Haud multum dissimili modo Deus olim processit cum electo sibi populo Israel, pedetentim, non simul & semel, ad terras Chananæorum Amorrhæorum, Hethæorum &c. hos paulatim extinguendo, & illos successiuè dilatando: *Non eiciam eos à facie tua anno vno; nè terra in solitudinem redigatur, & crescant contra te bestiæ. Paulatim expellam eos de conspectu tuo, donec augearis, & possideas terram.* Exod. 23.

Exodi 23.

682. In

682. In variis Abbatiis Belgij reformandis, quibus ſubiacent Præpoſituræ, ſeu Prioratus, eò ablegati fuêre inuoluntarij, & retenti, vel aduocati cupidi priſcæ inſtitutionis: quibus adiunctæ fuêre nouellæ plantæ, quas Regularium obſeruantiarum aquis rigabat Magiſtrorum ſelectorum cura. Vbi ea commoditas defuit, locus (quantùm fieri potuit) ſeparatus deputatus fuit pro informanda, & continenda iuuentute; ne cum aliis ſenioribus conuerſationem haberent: quod ceu primum, & fundamentale obſeruandum, vt iam ante declarauimus. *Quid præticandum in Abbatiis & Monaſteriis Monialium.*

683. Quantùm ad Monalium noſtrarum Cœnobia ad ſtrictiorem inducenda obſeruantiam, res ſpecie tenùs videbatur difficilior; quod eæ ad alia loca ablegari nequeant: at facilitata res ex congruo procedendi modo (quem declarabimus) Dei, vt confidimus, gratiâ, adſpirante bonis conatibus. Sic verò in iis reformandis egimus, & agendum eſt. Vna, alteraue aut tres, à quarum nutibus, & dictis, aliæ pleræque potiſſimùm pendent (quales paſſim in ſingulis Monaſteriis aliquæ reperiuntur) primùm informandæ, leniterque vrgendæ, vt & aliis perſuadeant, negotium non ita arduum, vti apparet, ſed vmbratiles, & laruatas fore ratiunculas, quæ abſterreant. Inuitæ autem ad inconſuetum rigidioremue viuendi modum haud cogendæ: at ſi (vt dictum) vna, & altera, vel tres ex præcipuis bonæ fuerint voluntatis, & intentionis, perſuadere poterunt, vt paulatim ſe iungant aliæ: ſi quæ pertinaciter perſiſterent, relinquendæ priſtino viuendi modo. Deindè inchoandum, maximè à fundamentis, id eſt à iunioribus, & nouitiis, curandumque, vt iis præficiatur zeloſa aliqua, Obſeruantiæ meliori bene addicta.

684. Cæterùm, hic maximoperè aduertendum, *Antiquos mores leniter, non aſperè reſcindendos*; opus, inquam, hic eſt lenitate, & diſcretâ modeſtiâ. *Nec temerè incipiendum: nec præcipitanter progrediendum: nec citò deſiſtendum, ſi difficultates occurrant, vt ferè numquam non euenire ſolent.* Id elegantiſimilitudine (in ſubiecto haud multùm diſſimili) polito, vt ſolet, ſermone ſic declarat Adm. R. P. Leo à S. Ioanne in *Typo veſtis Religioſæ.* [a] Solent, *inquit*, fidium periti, ſi quandò dum muſicum pulſant inſtrumentum neruus aliquis laxatus ſymphoniam auribus animiſque priùs ſuauiter abblandientem corruperit; non quidem inconſulto impetu, aut temerè violento chordam ad concentum reducere, ſed manu lentâ, ac prudenti contorto verticulo, ſenſim per cauam teſtudinem extendere, eoque artificio fides iterum aptâ modulatione contemperant. Nec ſimilitudine omnino diſſimili, aiunt medici, referente B. Hieronymo, grandes morbos non eſſe curandos, ſed dimittendos naturæ, ne medela languorem exaſperet: vel certè remedia cautè decet inſtillare: quò videtur alluſiſſe poëta neſcio quis dum cecinit. *Suauitas fortitudini contemperanda.* *Similitudo à Citharædis.* *Et medicis.*

[a] Ratione 2. ſect. 4.

Temporibus medicina valet: data tempore proſunt,
Et data non apto tempore vina nocent.

Vt exinde condiſcamus, cum *nullum animal moroſius ſit, nullum maiori arte ita-*

Seneca c. 17, de clement.

tractandum quàm homo, nulli magis parcendum, mirâ prorsus dexteritate opus, moribus hominum corrigendis. id quoque venustissimè, & omninò in rem nostram expressisse videtur D. Ambrosius (hoc ipsum quod meditamur, licèt in diuersissima materia, tractans ex instituto) *Quod erat*, inquit, *tunc dolendum, nunc auferendum est, non asperè, sed, sicut scriptum est, in spiritu lenitatis & mansuetudine*, & lineâ fermè interiectâ. *Non ergo asperè, quantùm existimo, non duriter, non modo imperioso ista tolluntur, magis docendo quàm iubendo, magis mouendo quàm minando*, &c. Sic quoque pueri ad virtutem ducuntur plerumque non vi, & terrore, sed lenitate, ac amore. Et hæc practicanda quoque inter viros Religiosos, vt nempe Superiores, & Reformatores cum lenitate, & benignitate, prudentique moderamine procedant: debentque plena persuasionis eorum esse præcepta, non timoris: idque ipsis altè infideat animo necesse est, vt cum longanimitate iungant suauitatem; ad emolliendos, attrahendos, fouendos animos. Ea magni momenti est ratio operandi, *instar Dei ipsius* (& vtinam inter nos, vsque perseueret) *forti æquanimitate, à fine vsque ad finem*. Itaque suauitati misceatur fortitudo: & quemadmodum in naturalibus præuiè, & pedetentim materia disponitur ad formam: quæ deinde subitò, atque instantaneè introducitur: atque vt chirurgus facturus grauem incisionem, præuiis frictionibus carnem emollit, ac præparat, & tunc celeriter secat: Sic in restauranda disciplina regulari, rescindendisque moribus inueteratis, initio matura discretione suauiter debent animi leniri & disponi, tandemque, ea quæ sunt præcipua, prudenti moderataque celeritate, ac virili fortitudine, decernenda sunt, & executioni mandanda. Pro istis verò ritè contemperandis, cùm Salomone diuina frequenter est implorandа Sapientia.

Qua arte debeat homo mansuefieri.

Antiqui mores leniter, non asperè rescindendi.

3. Reg. 3.

685. Antequam ab hac tabella manum retrahamus, spectandam quoque hic exhibemus praxim quamdam, inter nos vsitatam, cuius manifestam experimur vtilitatem. Licèt nobis Regula specialissimè verbisque efficacissimis commendet *silentium*, *in quo cultus iustitiæ* [a], & dehortetur *multiloquium, in quo non deerit peccatum* [b]: attamen vi Constitutionum strictioris obseruantiæ, à Summis Pontificibus approbatarum, permittitur quotidiè bis colloquium commune (vt reliquo diei tempore religiosius sileatur) mox à prandio per horam & vesperi (præterquàm in Quadragesima) mediâ horâ, &, dùm non est, ieiunium Ordinis, etiam per horam. Vt verò inde habeatur non modò aliquantula spiritûs relaxatio, primariò intenta, sed & alia vtilitas; in communi tabella officiorum deputatur, & hebdomatim, per ordinem, renouatur qui colloquium istud auspicetur verbis præuiè præparatis breuem quemdam, per modum exhortationis, instituendo sermonem; aut quandoque aliquod ad virtutem exstimulans referendo exemplum, vel casum quempiam, seu difficultatem ex Theologia morali proponendo, & soluendo. Eius industriæ fructum quiuis facilè perspiciet.

Perutilis praxis colloquij inter Religiosos.

a Isaiæ 32.

b Prouerb. 10.

Omne tulit punctum, qui miscuit vtile dulci.

PARS

Digitized by Google

PARS QVINTA

DE

ORDINIS PECVLIARI PATRONA,

EIVSDEMQVE PATROCINIO,

AC SINGVLARI DONO

(SACRO SCILICET SCAPVLARI)

TRADITO

S. SIMONI STOCK,

CVIVS VITÆ CHRONOLOGIA

INTERMISCETVR.

686. *HActenus de Authore, Origine, Propagine, succeſſibus variis Ordinis huius: deinceps de eiuſdem Patrona ſingulari, & titulo, ſeu nomẽclaratura ab ea indita, agemus ſuccinctè, lõgiore eius tractatione reſeruatâ pro Speculo Magno Ordinis. Subnectuntur quoque Chronologia, Officium, & Elogia* S. SIMONIS STOCK: *qui à Beatiſſ. Virgine* MARIA *ſuſcepit ſingularis prorſus in hunc Ordinem affectus, & tutelæ ſymbolum, ſacrum* SCAPVLARE: *cuius priuilegiis illuſtrandis tantiſper inhærebimus.*

Digitized by Google

CAPVT I.

De Patronatu B. Virginis MARIÆ *in hunc Ordinem, & nomenclatura, quâ ab ea insignitur.*

687. VT igitur à Patrona Ordinis exordiamur; Arnoldus Bostius anno Christi 1479. librum scripsit *de Patronatu B. Virginis* MARIÆ, in quo copiosè demonstrat, *quòd præstantissima Mater Dei Virgo* MARIA *sacrum Carmeli Ordinem, peculiariorem suam familiam, sancti nominis sui titulo singulariter insignem, specialibus subsidiis sæpè iuuerit, defensauerit, & prouexerit.* Antè Bostium Balduinus Leersius Atrebatēsis (qui obiit anno 1474.) eiusdem ferè subiecti tractatum compilauit, nempe *Collectaneum exemplorum, & miraculorum, qualiter Gloriosissima Dei Genitrix Virgo semper* MARIA *Carmelitarum Fratrum Patrona singularissima, & singulare Refugium, Ordinem suum, & Fratres prouexit, protexit, ampliauit, exaltauit, quotidie honorat, & custodit.* Istorum vestigia premens eximius P. Lezana insigne etiam Opusculum edidit inscriptum MARIA PATRONA, seu *de singulari SS. Virginis Patronatu, & Patrocinio in sibi deuotos; specialiter in Carmelitici Ordinis Fratres, & Sodales*, &c. in quo Summorum Pontificum, & grauium Doctorum authoritatibus, eruditè, & luculenter declarat, Sanctissimam Dei Genitricem, & Virginem MARIAM Carmelitani Ordinis Patronam peculiariter dici, & esse, tribus istis titulis *Fundatione, Constructione, & Dotatione* (quibus etiam Ius Patronatus Ecclesiasticum, tam per Laicos, quàm per Clericos acquiritur. Vnde vulgaris ille versiculus:

Patronum faciunt dos, ædificatio, fundus.)

Qui scripserint de Patronatu B. MARIÆ *in Ordine Carmelit.*

Ex tribus titulis desumitur.

Fundatione.

688. *Fundatione* quidem; quia tamquàm causa exemplaris, finalis, & meritoria produxit, seu edidit Ordinem, vti disertis verbis tradunt in suis Bullis (*par. 2. cap. 2. & 3.* relatis) Sixtus IV. Iulius II. Gregorius XIII. dum scilicet in typo nubeculæ à S. Propheta ELIA præcognita, ipsum ad sui imitationem, & venerationem incitauit: prout Lezana dicto libro *cap. 3.* declarat. Idem argumentum latiùs prosequuti fuimus suprà *parte 2. cap. 5.* [a]

a Numer. 230. & seq.

689. *Constructionis* autem titulo Patrona iure nuncupatur; tum quòd in variis locis, vbi ipsa, & parentes eius S. Ioachim & S. Anna habitarunt; Conuentus fundati fuerint, nimirùm Ierosolymis in loco dicto *Porta aurea* (de quo suprà parte 3. cap. 12.) & in Nazareth, vbi per annos plùs quàm mille, sacra Ædes quam ipsa inhabitauit, & modo Laureti existit

sub

ſub cura Carmelitarum fuit (prout ex variis ſcriptoribus comprobat Lezana ibidem *cap.*4.& nos indicauimus ſuprà *parte* 3.*cap.*33.)atque in Mõtanis per quæ tranſiuit,vt ſalutaret Elizabet, (cuius mentio facta eſt eadẽ *parte* 3. *cap.*30.) Tum quod primum in Orbe ipſi Deiparæ conſecratum Oratorium, ſeu Sacellum à Carmelicolis in Monte Carmelo fuerit conſtructum:prout ſuperiùs à S.Cyrillo,Ioanne Bachone,& Arnoldo Boſtio traditum habemus, & copiosè authoritatibus plurimorum ſtabiliuimus *parte* 3.*cap.*13. Tùm denique, quòd ipſa munificentiſſimã Mater variis prodigiis, & miraculis Ordini huic loca procurauerit,prout videre licebit hic ſuprâ *par.*3.*c.*33.& ſequentibus. *Conſtructione.*

690. Quòd denique titulo *Dotationis* competat liberaliſſimæ Dei parenti Patronatus in Carmeli alumnos, plenè oſtenditur à Lezana *cap.* 5. Cunctis autem id pro comperto erit recolentibus eximium Ordini huic traditum donum Sacrum videlicet SCAPVLARE, ſingularibus priuilegiis condecoratum.In ſequentibus autem capitibus idem Lezana, Virgineum Patronatum in Carmelum corroborat ex authenticis ſcripturis, Antiſtitum litteris, antiquiſſimi temporis curſu, intitulatione Eccleſiarũ Ordinis(quæ ferè omnes illi ſunt dedicatæ)exq́ue Carmelitanæ familiæ inſigniis ſeu ſtemmatibus,& ſpecialibus obſequiis. *Dotatione.*

691. Quoad titulum iſtum, ſeu nomenclaturam à Patrona acceptã: ORDO FRATRVM B.V. MARIÆ DE MONTE CARMELO, ab immemoriali tẽpore verè competere huic Ordini, & cur,habetur ex ſupradictis,*in ſecundo Opuſculo Bachonis cap.*3.*a* ac *Breuiloquio Boſtij particula* 2.*cap.*1. *& ſeq.* & comprobatur authoritatibus Summorum Pontificum,ſic in ſuis Bullis Ordinem,& Religioſos intitulantium: *Dilectis Filiis Prioribus,& Fratribus Eremitis ſanctæ* MARIÆ DE MONTE CARMELO, aut, *Dilectis Filiis Priori Generali,& Fratribus Eremitarum* ORDINIS B. MARIÆ DE MONTE CARMELO. Ita ſcribunt Gregorius IX. Innocentius IV. & Alexander IV. in variis Bullis,Ordini conceſſis:quæ habentur in antiquo Speculo, ſeu Bullario Ordinis *folio* 61. *&* 63. Poſtquàm autem Ordo, ob Saracenorum, Terram Sanctam occupantium,ſæuitiam in Europam commigrauerat: & vnus inter quatuor Mendicantes à Summis, Chriſti in terra Vicarijs,appoſitus eſſet,ita ferè ſemper ab iiſdem Pontificibus intitulatur: *Dilectis Filiis Priori Generali,& Fratribus* ORDINIS B. MARIÆ DE MONTE CARMELI: ſeu, *Dilectis Filijs Generali, Prouincialibus, Prioribus* ORDINIS B. MARIÆ DE MONTE CARMELO. Idq́ue practicatur vſque in præſentem diẽ; etenim Bullæ Vrbani VIII. & Innocentij X. approbatoriæ Conſtitutionum Reformationis, ijſdemq́ue inſertæ (quarum mentio facta fuit ſuprà *parte* 3.*cap.*37.)& eorumdem,ac etiam SS.Domini Alexandri VII. (qui nunc Vrbi & Orbi feliciter præſidet) aliæ Bullæ Ordini huic conceſſæ. Iiſdem illis vtuntur terminis: ORDINIS B.MARIÆ DE MONTE CARMELO. *a.* Num.66. *Nomẽclatura:* Ordo B.V. MARIÆ de Monte Carmelo *Pontificum authoritate comproba-ta.*

992. Propter iſtam tituli prærogatiuam varia Ordini largiti quoque

Digitized by Google

Eius intuitu varia Ordini cõcessa Indulgentia.

fuerunt priuilegia, & fauores, prout habetur etiam ex dictis illa *parte 3. cap.* 28. & expresè declarant in suis istis Bullis *parte 2. cap.* 1. & 2. citatis Sixtus IV. & Iulius II. his verbis: *Multi Romani Pontifices, prædecessores nostri, ob reuerentiam gloriosissimæ, & intemeratæ Dei Genitricis semperque Virginis* MARIÆ DE MONTE CARMELI: *& singularem deuotionem, quam ad illam, & prædictum Ordinem, sub eiusdem* DEI GENITRICIS MARIÆ TITVLO SPECIALITER INSIGNITVM *gesserunt, diuersas Indulgentias, & peccatorum remissiones, ac priuilegia, & indulta ipsi Ordini, & illius domibus concesserunt: quæ in eisdem domibus sunt recepta.* Ea ibi consequenter referunt, & approbant, nouaque superaddunt. Et ante istos Ioannes XXII. in solemni priuilegio exemptionis: *Sacer Ordo vester in agro Dominico diuinâ dispositione plantatus, &* GLORIOSÆ VIRGINIS MARIÆ TITVLO SPECIALITER INSIGNITVS, *Apostolicis gra. iis dignè meretur attolli.* Insuper Vrbanus VI. Indulgentias largitus est Christi-fidelibus, eo titulo Ordinem, aut Fratres, nuncupantibus: quas eiusdem successores confirmarunt, prout retulimus *parte 3. cap.* 33. vbi etiam mentio fuit solemnis istius Decreti Vniuersitatis Cantabrigiensis in Anglia, in anterioribus producti, circa istum titulum: quem etiam ipsa Virgo Sacratissima insigni prodigio, ibidem memorato, contra æmulos defendit, & stabiliuit.

Cardinales quoque & Episcopi eo titulo Ordinem indigitant.

693. Alij etiam Ecclesiæ Præsules, exemplo Summorum Pontificum, in suis litteris, & Bullis, huic Ordini concessis, eumdem titulum tribuunt: ita Geruasius Cardinalis in litteris ad Capitulum Generale celebrandum in monte Pessulano anno Domini 1287. GERVASIVS *miseratione Diuina tituli Sancti Martini in Montibus presbyter Cardinalis Religiosis viris, in Christo sibi dilectis, Priori Generali, ac cæteris Fratribus* ORDINIS B. MARIÆ DE MONTE CARMELI, *in hoc instanti Capitulo Generali congregandis, salutem, & sinceram in Domino charitatem. De statu Ordinis vestri prospero cogitantes,* &c. Iisdē terminis ad Capitulum Generale Brugis celebrandum anno 1379. scribit D. Bartholomæus Cardinalis tituli S. Marcelli, habentur litteræ *in Bullario Ordinis folio* 84.

Quidam etiam propterea Indulgentias concessere.

694. Idipsum quoque alij Prælati obseruarunt: quinimò nonnulli etiam illum in finem peculiares concessêre Indulgentias, nimirùm Archiepiscopus Colonienſis Dominus Sifridus (à nonnullis nuncupatur Sigefridus) per litteras huius tenoris: SIFRIDVS, *Dei gratiâ Sanctæ Colonienſis Ecclesiæ Archiepiscopus, sacri Imperij per Italiam Archicancellarius, Vniuersis Abbatibus, Præpositis, Decanis, ac aliis Ecclesiarum Rectoribus, præsentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Cum dilecti nobis in Christo Fratres* ORDINIS B. MARIÆ DE MONTE CARMELI, *ex indulto Papæ, ac ex ordinatione sui Generalis Capituli strepeticum pallium, ob indecentiam clericalis habitus, deposuerint, albam cappam pro signo suæ Religionis assumendo, sicuti in litteris dicti Capituli vidimus cõtineri, vobis eosdem Fratres commendamus, in Domino exorantes, quatenùs ipsos promouendo, quantùm in vobis est, faciatis eos suo proprio titulo* FRATRES BEATÆ MARIÆ, *seu* FRATRES DOMINÆ NOSTRÆ *vulgariter appellari. Nos verò*

Sifridus Archiep. Coloni.

pietatis

Digitized by Google

pietatis affectum omnibus Christi-fidelibus contritis, & confessis eorumdem Fratrum FAVTORIBVS, *ac ipsos suo titulo prædicto devotè nominantibus, tam in nostra, quàm in Suffraganeorum nostrorum Diœcesibus decem dies Indulgentiarum, authoritate Omnipotentis Dei, & eâ quâ fungimur, misericorditer elargimur. Datum anno* MCCLXXXVII. *in festo Exaltationi; S. Crucis.* Extractum id est, ex vetusto Codice MS. Conuentus Mechlinienſis *folio* LXXVIII. vbi subscriptum est: *Vidi hanc Bullam, & palpaui, ac legi, & exscripsi in Conuentu nostro Harlemij F. Ioannes Oudewater*, is alio nomine cognominatur *Palæonydorus*, & *ab aqua veteri*, celebris Ordinis historiographus. De strepetico, seu barrato pallio dimisso, & resumpto albo peculiariter egimus *par. 3. c. 26.*

695. Eiusmodi fauorem haud multùm dissimilibus verbis præstitit quoque D. Bertholdus Episcopus Herbipolensis, prout commemorat Ioannes Trithemius *lib. 2. de B. Virgine in Vrticeto cap.* 8. his verbis: *Anno etiã Dominicæ Natiuitatis* 1287. *indictione Romanâ quintadecimâ* BERTHOLDVS *Episcopus Herbipolensis, Dux Franciæ Orientalis per suam Diœcesin Fratribus Carmelitis memoratis tale dedit munus.* Sequitur. BERTHOLDVS *Dei gratiâ Episcopus Herbipolensis, vniuersis Abbatibus, Præpositis, Decanis, & alijs Ecclesiarum Rectoribus, præsentes litteras inspecturis salutem in Domino, &c. Vobis eosdem Fratres commendamus, in Domino exhortantes, quatenùs ipsos promouendo, quantùm in vobis est, faciatis eos proprio titulo* FRATRES B. MARIÆ, *seu* FRATRES DOMINÆ NOSTRÆ *vulgariter appellari. Nos verò, pietatis affectu, omnibus Christi-fidelibus, contritis, & confessis, eorumdem Fratrum fautoribus, ac ipsos suo titulo deuotè nominantibus, in nostra Diœcesi decem dies Indulgentiarum, auctoritate Omnipotentis, Dei, & quâ fungimur, misericorditer elargimur. Datæ anno Domini* 1287. *in festiuitate B. Remigij Episcopi, & Confessoris.* Etiam alij Ecclesiæ Præsules in hodiernum vsque diem passim eodem illo titulo vtuntur. *Et Bertholdus Episcopus Herbipolensis.*

696. De singulari patrocinio & patronatu SS. Dei Genitricis in hũc Ordinem, & de nomenclatura, seu titulo FRATRVM B. VIRGINIS MARIÆ DE MONTE CARMELO, præter historicos omnes Carmelitanos peculiariter scribunt quoque Ioannes Trithemius loco præcitato, & *libro de Origine & laudibus Carmelit. cap.* 7. Iustinus Miechouiensis in præclaro opere super Litanias Lauretanas *discursu* CCXXII. Ioannes de Carthagena *lib.* 17. *homiliarum homiliâ* 1. & 2. Georgius Coluenerius in *Kalendario Mariano ad diem* 30. *Ianuarij*: & alij: sicque paucis complectitur *in sua Brabantia Mariana lib. 3. cap.* 72. Præsul Tongerloensis Augustinus Wichmans, Ordinis sacri Præmonstratensis: *Ordo Carmelitarum in solidum quoque* MARIANVS *est, vt solo suo nomine eius Religiosi testantur, qui per Brabantiam nostram vulgariter non nisi* ONSE LIVVE VROVWE BROEDERS, id est, FRATRES NOSTRÆ DOMINÆ *nuncupantur. Quantum autem sub tutela Sanctissimæ Deiparæ sit is Ordo clarè admodum ostensum est Honorij* IV. *tempore.** * Legatum.

CAPVT II.

Dilectionis mutuæ Patronam inter & clientes testimonia perstringuntur.

Inter B. V. Mariã & Ordinem Carmelit. mutuum necessitudinis vinculum.

697. MVltiplicia in hunc Ordinem à præpotenti hac cœli Regina effusa beneficia, & vicissim ei ab huius Instituti Alumnis præstita specialia obsequia correlatiuam Patronæ, Matrisque, & Clientum ac Filiorum necessitudinem, seu vinculum intercedere manifestè euincunt. Maternalis autem & filialis, mutuæque dilectionis inter SS. Virginem Deiparam MARIAM & hunc Ordinem certa testimonia habentur ex antecedentibus; etenim nondum nata, anno circiter ante Christi ortum 926. in typo Nubeculæ prænotata, Ordinem hunc edidit (prout alibi à nobis declaratum est [a]) & quadamtenùs in eo honorata fuit (vt mox videbitur.)

[a] Par. 2. c. 3. n. 237.

Ordinem certâ ratione edidit: & visitauit Carmelum: in quo ui viuenti dicatum Sacellum.

698. Annis 77. ante Christi Domini Natalem Carmeli incolis, sub figura arboris & rami speciosissimi reuelatus fuit ortus S. Annæ, eiusdemque filiæ Deum pariturae: quæ nata, & educata in Nazareth distante à Monte Carmelo tribus circiter milliaribus, eius incolas SS. Prophetarum ELIÆ & *Elisei* posteros suâ præsentiâ, alloquio, ac familiaritate dignata fuit, sicut patet ex dictis. Atque à Carmelicolis eidem adhuc in viuis existenti circa annum Christi 38. in latere seu decliuio Montis Carmeli constructum est Sacellum: ac post eius in cœlos assumptionem anno 83. illud fuit renouatum, seu translatum, vel aliud ædificatum: de quo copiosè egimus *par. 3. c. 13.*

Carmelicola eius venerationem propagarunt.

699. Anno Domini 430. S. Cyrillus, quondam Carmeli incola, Virginis Deiparæ honorem, omnisque in ea dignitatis, & priuilegiorum fundamentum, Maternitatem videlicet Dei contra Nestorium propugnauit. Et ipsam THEOTOCON esse in Cõcilio Ephesino (cui præsidebat) definiuit. Exinde crescente per Orbem deuotione ad illam Natalis dies eiusdé reuelatus fuit Religioso cuidam, qui è Carmelo in Cyprum transmigrarat, & vitam ibi solitariam agebat, atque ab eo alijs publicatus fuit: sicque per vniuersam Ecclesiam festum istud solemnizari cœptum, vt latiùs relatum est suprà. [b]

[b] Par 3. c. 24.

700. Fuerunt quoque Ordinis huius sectatores non modò purissimæ Conceptionis illius cultores, ac propugnatores, & plures pro ea speciales edidêre tractatus, quos refert Lezana *tom. 4. Annalium* [c] sed & iugis, ac perpetua traditio iam per bis mille quingentos, & ampliùs, annos, (nimirùm à visa illa in Carmelo Nubecula) inter eos viguit de Virginis Deiparæ ab

[c] Ad ann. 1306. n. 6.

omni

Digitized by Google

omni peccato immunitate, (vide *par.2.cap5.* ſub finem) quod inter cæteros ſic paucis explicat Ferdinandus Quirinus de Salazar in tractatu peculiari de immaculata Cõceptione Deiparæ *a*: *Nubecula illa parua, quæ quaſi veſtigium hominis orante in Carmelo* ELIA *de mari aſcendere viſa eſt, non magis pluuiæ largitatem, quàm* MARIÆ *puritatẽ prænuntians, atque præſagiens. Oriebatur ſcilicet Nubecula illa dulcis ab initio:& MARIA (quæ nubes ab Hieronymo, & aliis ſæpè Patribus appellatur) dulcis ab ipſo naturæ exortu ſine vlla peccati amaritudine exſtitit: aſcendebat illa leuis:& hæc nullo vnquàm criminis pondere grauata ſuper omnes homines altiùs ferebatur.* Et infrà: *Vnum illud addam: quod ille quoque addit, eam de* B. MARIÆ *puritate præſagam,& propheticam cognitionem, ab* ELIA, *Eliſeo,& aliis ſuis diſcipulis manifeſtatam, ab illis porrò ſequentibus, perpetuâ ſucceſſione per manus traditam fuiſſe, donec ortâ iam* MARIA *& viſionem reipſâ comprobante, ædes ſacra in Carmelo extructa fuit eiuſdem puritatis præclarum monimentum.* Teſtimonia circa hoc Ioannis Patriarchæ Ieroſolymitani, Pauli Zamorę, Petri Ojedæ,& aliorum producit P. Gregorius Candel *in tractatu de antiquitate feſti Conceptionis puriſſimæ Virginis* MARIÆ *in Ordine Carmelitano:* in quo illud, à multis ſeculis, ſolemniſſimum fuiſſe, declaratum quoque eſt *par.3. cap.24.* Habitum etiam ſuperiorem candidum ab inſtitutione Ordinis aſſumptum. fuiſſe in ſignum candidiſſimæ Virginis, & puriſſimæ Conceptionis illius, tradunt & noſtri,& exteri. Videri poterit Ildephonſus de Flores *in Commentario ad caput 24. Eccleſiaſtici parte 3.* Qualiter habitus ille albus in perſecutionibus Saracenorum mutatus fuerit in barratum ac deinde reſumptus albus, dictum fuit *par.3. cap.26.* Notabile id eſt, hic ad propoſitum, quod P. Philippus à SS. Trinitate refert *in hiſtoria Ordinis Carmelitani cap.1.* de viris Religioſis quibuſdam, vitæ auſteræ & magnæ venerationis in Gallia, ante Chriſti Incarnationem: qui *Druides* nuncupabantur (eorum meminit Cæſar *libro 6. de bello Gallico,* & *par.3. cap.1.* aliqua de illis diximus) nempè, ipſos in cauerna ſubterranea ſacellum, & altare Virgini parituræ dicatum habuiſſe. Ibidem demonſtrat idem Author iſtos fuiſſe Eſſenos, aut Eſſenorum Sobolem: & ex traditione à primis Prophetæ ELIÆ diſcipulis inſtructos fuiſſe de Virgine Deum paritura: quam propterea venerabantur.

a Argum. 9.c.38.nu. 11. Idem Salazar alia habet ad propoſitũ arg.12.c. 42.

Inter eos viguit traditio antiquiſſima de illius immaculatæ Conceptione.

Quam etiã pretendit habitus albus.

b Sect.36. n 1671.

Druides ante Chriſti ortum venerati fuêre Virginem parituram.

701. Inter cætera verò peculiarioris erga munificentiſſimam hanc Matrem deuotionis in hoc Ordine ſigna illud eſt frequens repetitio in Officiis diuinis, & Miſſis celeberrimæ Antiphonæ, ſeu Cantici SALVE REGINA, quæ ab antiquiſſimis temporibus in hoc Ordine celebrata fuit. Id certum, fuiſſe inſtar cantus cygnęi Religioſis in Carmelo, dum Barbari Carmeli Monaſterium originale Ordinis inuaderent, incenderent, Fratreſque ipſos SALVE REGINA canentes trucidarent in vltimo Terræ Sãctæ excidio, de quo ſuprà *par.3. cap.32.* De illo plura ſcribunt Arnoldus Boſtius *c*, Petrus Saracenus *d*, & Lezana. Et quidem Boſtius, inter alia hæc: *Decies ei* (Virgini MARIÆ) *quotidie flectentes genua cordis, & corporis, reciprocamus dulce illud canticum, ac nobiliſſimum melos, ſpirituali dulcedine multâ refertum,*

SALVE REGINA *in hoc Ordine frequentiſſimè repetitur.*

c De Patron c.13. *d* In Menologio Carmelit. *e* In lib. *Maria Patrona* c.12.

Digitized by Google

refertum, Antiphonam illam prædeuotam, sibi vtique gratissimam, SALVE REGINA MISERICORDIÆ. *Quæ, fœcunda sensu, & profunda mysterijs, suauitatis vbertate mentem impinguat.* Circa quæ ista notat Lezana ibi supra: „ Quod de „ Antiphona SALVE REGINA dicit *decies quotidie* à nostris reciprocari, „ ideò veritatem continet, quia septies in fine septem horarum Canoni- „ carum (iuxta Decretum Capituli Generalis Barchinonensis de anno „ millesimo tricentesimo vigesimo quarto, prout refert Palæonydorus „ *lib. 3. cap. 11.*) propè finem etiam Missæ cuiuslibet Sacerdotis, Missæ „ Conuentualis à toto Choro, ac in actione gratiarum post prandium, „ cùm in Choro dicuntur, repetitur. Etiam cum genuflexione, vt ait „ Bostius, exceptis Dominicis, in quibus stando dicitur, ob memoriam „ Resurrectionis Saluatoris. Ibi paulò infrà refert, qualiter aliquando in „ maiori Conuentu Carmelitano Bononiæ, cum SALVE REGINA à Fra- „ tribus caneretur, illis dicentibus: *Et* IESVM *benedictum fructum ventris tui „ nobis post hoc exilium ostende*, ad fuerit beatissima Virgo, illis dicens: *Psalli- „ te deuotè filioli, vobis enim* IESVM *filium meum, & in præsenti, & in futuro „ seculo ostendam*, ac illis puerum, quem in vlnis gestabat, videndum tra- „ diderit. „ Simile contigisse Massiliæ anno 1266. in Ecclesia PP. Prædicatorum, scribit Saracenus: qui & alia ibidem habet. Peculiarem fauorem præstitit S. TERESIÆ anno 1571. in festo S. Sebastiani in Monasterio Incarnationis, dum illud caneretur, ex eius vita habetur in sequentibus. *a*

Beneficia sub eius recitatione, præstita.

a Parte 6. cap. vltimo.

702. Et quidem ista sunt quotidiana, vt sic quotidie sæpiùs cogitatione adeamus tam benevolam Matrem; atque filialem affectum iugiter cõseruemus, & renouemus; deceret equidem deuotionem ad ipsam haud remitti: id tamẽ optari faciliùs, quàm ab hominibus inter huius vitę multiplices occupationes distentis impleri posse videtur; ea propter, vt quod fortè per anni circulum debitâ de pietate deterituꝛ, id in solidum reparetur, proindè, à multis retrò seculis, decretum fuit festum solemnissimum, nuncupatum FESTVM SOLEMNIS COMMEMORATIONIS: quod per totum Ordinem præcipuo apparatu celebratur die 16. Iulij, seu Dominicâ sequenti. Institutum quidem primò illud fuit, occasione insignis victoriæ contra æmulos, Ordinem exstinguere volentes tempore Honorij Papæ Tertij. De quo videri poterunt dicta à Bostio *in Breuiloquio b* atque dicenda *in Chronologia vitæ S. Simonis c* & idem tradunt cæteri historici Ordinis, ac fidem faciunt Orationes omnes olim in Officio diuino, in dicto *festo solemnis Commemorationis*, singulæ ad singulas horas, dici solitæ: quas ex vetustioribus Breuiariis (ante renouationem, seu mutationem in illis factam sub Gregorio XIII.) pro memoria antiquitatis, inferendas hic censuimus.

Primariũ in Ordine festum est Solemnis Commemorationis B.V. MARIÆ.

b Bost. in Breuil. p. 3. c. 3 & in notis.

c in Chronol. ad an. 1226.

703. AD PRIMAS VESPERAS, ET LAVDES: *Deus, qui excellentissimæ Virginis, & Matris* MARIÆ *titulo Ordinem humilem tibi electum singulariter decorasti, ac pro defensione eiusdem miracula suscitasti, concede propitius, vt cuius commemora-*

Orationes antiquitus in eo dici solitæ.

Digitized by Google

memorationē deuoti veneramur, eius in præsenti auxiliis muniri, & in futuro gaudiis sempiternis perfrui mereamur. Per Dominum, &c.

AD TERTIAM. *Adiuuet nos, quæsumus Domine, gloriosæ tuæ Genitricis semperque Virginis* MARIÆ *intercessio veneranda, quæ sacrum Carmeli Ordinem, sui nominis titulo decoratum, confirmandum inspirauit, & à cunctis periculis absolutos eius interuentu tua faciat pace gaudere. Per Dominum, &c.*

AD SEXTAM. *Protegat nos Domine tuâ cœlesti benedictione sancta & gloriosa Mater & Virgo perpetua, pro nobis intercedendo; & cuius ope Ordo Carmeli illustratus, depulsis aduersantibus eius nominis, insignia experitur, & suffragia percipere faciat opportuna. Per Dominum, &c.*

AD NONAM. *Oramus te Domine* IESV CHRISTE, *vt sicut tua Genitrix Virgo luminis splendore, nocte apparens, ostendit petentium Carmelitarum vota suscipi, & acceptari, vt montis Carmeli Religio sua nominaretur & esset: ita diuinis operibus nos studere facias ad remissionem omnium delictorum, & ad collationem cœlestium bonorum. Qui viuis, &c.*

AD 2. VESPERAS. *Benedictio tua, Omnipotens Deus, larga descendat, quâ contra oblectamenta peccati mentis ratione perfistamus, & deprecante piissimâ Virgine* MARIA, *cuius miracula Carmeli cultores coruscare senserunt, & eorum institutâ Ecclesiæ fecit esse accepta; ab omnibus corporis & animæ protegamur aduersis. Per Dominum, &c,*

704. Extracta sunt ea ex antiquis Breuiariis, impressis Venetiis anno 1495. & 1575. & ex Missalibus anni 1509. & 1551. in quibus ad Missam ponitur prima illa *Deus qui excellentissimæ.* Post singularissimum verò fauorem illum Ordini præstitum in sacro SCAPVLARI (de quo statim) Festiuitatis istius solemnitas adaucta fuit, accedente iubilo pro isto tanto dono; atque etiam decreta fuit in memoriam omnium beneficiorū à potentissima & liberalissima Patrona Ordini huic præstitorum, prout innuunt verba Officij Matutini pro eo festo à sacra Rituum Congregatione iteratis vicibus approbati; in eo enim, recitatis præcipuis fauoribus, & patrociniis, per eam exhibitis, hæc canuntur. *Tot ergo tantisq; beneficiis Ordo cumulatus, solemnem beatissimæ Virginis Commemorationem, ritu perpetuo ad eiusdem Virginis gloriam quotannis celebrandam instituit.*

Solēnitas illa est memoratiua omnium benefic. à B. V.M. Ordini præstitorum.

705. Ipsa itaque benignissima Mater & Patrona Ordini sibi dicato pro aliquantulo obsequio superabundè vicem rependit. Vt proinde Emanuel Rodericus *to. 2. Quæstionum Regularium qu. 97. art. 7.* scripturus de Bullę Sabbathinæ priuilegio sic exordiatur: *Multifariam, multisq; modis olim & hodie Beata Virgo fauorem beneuolum impertita fuit Religioni Carmelitarum Patrum.* Præcipua cursim transcurremus. Inter sæuissimas multorum seculorum persecutiones per Saracenos, & Turcas Ordinem hūc suum, ne interiret, conseruauit: & in eiusdem fauorem Summos Pontifices excitauit; vt enim ex dictis constat circa annum Christi 850. Leo IV. & post eum Adrianus II. Stephanus V. Sergius III. atque alij plures huic Ordini miserè afflicto compatientes peculiares Indulgentias concessêre Chri-

Beneficia multiplicia à B. Virg. huic Ordini præstita. Vide p. 3. cap. 33. & seq.

sti-fidelibus, qui ei manus adiutrices conferrent. Ex Oriente, ne extirparetur, in Occiduas partes sua sub tutela ipsa transmisit, transmissum contra æmulos sæpiùs defendit: Carmelitas *suos esse* FRATRES dixit, & miraculis confirmauit: SS. Angelum, Albertum, Andream Corsinum, ex parentibus sterilibus editos Ordini huic dedit: & illis, nec non S. Bertholdo S. Brocardo, S. Cyrillo, S. Simoni Stock, S. Petro Thomæ, B. Franco, S. Theresiæ, B. Mariæ Magdalenæ de Pazzi, & aliis singulares fauores præstitit, atque ad eximiam perfectionem ac sanctitatem prouexit: vt videre licebit *parte* 6. vbi etiam patescet, istos vicissim erga eam eximio deuotionis affectu claruisse.

707. Mirabilem casum, & varia Marianæ, ac maternæ pietatis in hūc Ordinem testimonia circa fundationem Conuentus Tholosani describunt Ioannes Hildesheim *in Defensorio Ordinis*, Arnoldus Bostius *in Speculo Historiali*, Balduinus Leersius *in Collectaneo exemplorum*. Contigerunt ea circa annum 1264. ad quem de illis latè agitur in Annalibus Ordinis. Aliqua ex eis libantur *in Chronologia vitæ S. Simonis Stock* sub finem, & *parte* 7. vbi de Prouincia Tholosæ. Sub idem ferè tempus eiusdem nostræ Patronæ fauore, prodigioso modo, Conuentui nostro Montis-pessulani cessit pars Sacræ Crucis Dominicæ: referunt iidem Bostius & Leersius, Ordinisque Annales: à quibus aliud quoque eodem penè tempore miraculum commemoratur, præstitum in quodam adolescente scabie infecto, & mirabiliter sanato, atque ad hūc Ordinem perducto. Singulariter autem ad deuotionem, & amorem piissimæ Matris nostræ nos debet excitare, quod in præfato Collectaneo exemplorum *cap.* 3. traditur in hunc modum:

Sub extenso pallio Fratres protegere visa.

„ Fuit quidam deuotus Frater Ordinis Carmeli, qui B. Virginem MARIAM „ maximo venerabatur affectu: cui vice versa ipsa ex familiari quodam „ contubernio multas consolatorias, & dulces ostendit visiones. Quadam „ ergo vice cùm se deuotioni cū aliis Fratribus dedisset, & feruens intē„ rius cōtemplationi ad B. Virginē vacasset, stans in choro, vidit Beatissi„ mā Dei Genitricē MARIAM Ordinis sui dilectā Patronā, suis obtuti„ bus præsentari, gestantem suū filiū Dominum nostrum IESVM CHRIS„ TVM super brachiū. Erat enim vestibus albis induta, & aliis ornamentis, „ ad modū Sororum Ordinis, excepto quòd in capite gerebat coronam. „ Vidit & Angelos duos, vnum à dextris, & alium à sinistris eius, tenen„ tes pallium album, & extendentes: sub quo videbatur recipere viros „ albos, & mulieres nitidis indutas: sub quo etiam ipse Frater recipi vide„ batur, & quasi à vento, & turbine videbantur omnes defendi. Quibus „ visis Frater vltrà modum exhilaratus, intellexit B. Dei Genitricem esse „ Ordinis sui dulcē Protectricem, & Patronam: vndè ei multas gratiarū „ actiones referens deuotior in eius seruitio deinceps extitit, prouocans „ alios Fratres in seruitio eiusdem dulcissimæ Patronæ fieri deuotiores. „ Vnde & plures Deū & B. Virginem laudantes, eius se gratiæ commen„ dantes dixerunt deuoto cum affectu cordium, pariter & corporum.

O MARIA,

Digitized by Google

„ *O* MARIA, *cuius gratia*
„ *De potenti procedit fulie;*
„ *Roga Patrem & iube Filio,*
„ *Ne damnemur rei iudicio.*
„ *Cum tonabit vltima quæstio,*
„ *Sub alarum tuarum pallio*
„ *Cum electis nostra sit portio.*

„ Dicamus ergo sæpè ei laudes istas, Fratres, vt eius auxilio mereamur „ euadere iudicium vltionis, & protegi ab inimici insidiis, & tandem, „ cum ipsa glorioſa Patrona in æternum lætari in gloria, Amen. „ Verbis vix dissimilibus hoc ipsum repræsentatur in dicto *Speculo Hìstoriali Bossij lib.* 7. *c.* 29. & ex eo *in Annalibus ad annum Christi* 1288.

708. Haud minoris consolationis est id, quod ex iisdem Authoribus habetur, de Religioso magnæ gratiæ, & feruentis deuotionis, qui in Festo S. MARIÆ AD NIVES tempore Missæ solemnis Virginem gloriosam, gestantem Filium in brachiis, vidit, benignè Frates respicientem, & procedentem per medium chori, per stallos Fratrum, singulis spiritualia clenodia largientem: Vni quidem dedit pomum rotundum, & rubicundum, in signum feruentis amoris in Deum, & eius Genetricem: Alteri lilium nitidum in signum internæ castitatis: Alteri panem rotundum, & candidũ ad modum hostiæ in signum perfectæ fidei, & mirandæ deuotionis ad Venerabile altaris Sacramentum. Id contigisse sub annum 1288. annotatur etiam in Annalibus: vbi illud latiùs descriptum extat. *Festo ad Niues eos visitat*

709. Sed inter omnia indicia peculiaris patrocinij exhibita, & priuilegia, ac dona concessa huic Ordini per ipsam Gloriosissimam Dei Genitricem, præcipuum, & valde singulare est SACRVM SCAPVLARE, ab eadem cœlitùs allatum, & traditum dicto S. SIMONI STOCK, ipsi Virgini Deiparæ deuotissimo. Vt autem tanti doni Religioni huic, & quibusuis participare volentibus, præstiti, & ipsius S. SIMONIS (quem tam singulari fauore dignata est cœlorum Regina) maior notitia habeatur; non inconuenienter hìc à nobis subnectitur *Donum singularissimum.* S. SCAPVLARE.

Digitized by Google

CHRONOLOGIA VITÆ S. SIMONIS STOCK

SEXTI PRIORIS GENERALIS ORDINIS FRATRVM BEATISS. VIRGINIS DEI GENITRICIS MARIÆ DE MONTE CARMELO:

Insertis nonnullis gestis istius seculi, quo vixit, ad Ordinis huius historicam veritatem elucidandam,

Per R. P. F. SEGERVM PAVLI, *Colonienſem, eiuſdem Ordinis.*

AVTHOR AD LECTOREM.

710. *QVoniam ad vitam* S. SIMONIS STOCHII *illustrandam non parum conducet singula ipsius gesta principaliora, quoad fieri poterit, per annos singulos, quasi ad oculum delineare; Hinc breuem Vitæ ipsius Chronologiam confecimus. In ea primus numerus litteralis Chronologicus annos Christi, ſecundus annos Vitæ* S. SIMONIS *indicat. Inſeruimus autem annos initiales & finales ſex aliorum primorum Generalium Priorum huius Ordinis quibus omnibus ipſe* B. SIMON *contemporaneus fuit; eò quòd*

quòd in eorum annis Chronologicis assignandis diuersorum Scriptorum extent opiniones: quas pro modulo nostro (saluô meliori iudiciô) conciliare, vel refutare, sed breuiter, conabimur. Signamus quoque annos, ac dies, quibus pleraq; Priuilegia ac indulta Apostolica à diuersis Summis Pontificibus, tempore regiminis quinquaginta ferè annorum S. SIMONIS, *huic Ordini data sunt; eò quòd huiusmodi Priuilegia, ipsô Sancto virô principaliter agente, vel per se, vel per suos delegatos Fratres, impetrata fuerint. Nec omisimus pancula quædam huius Ordinis gesta alia insigniora, intra hos centum annos Vitæ* S. SIMONIS *occurrentia, ad suos annos Chronologicos referre, quorum notitia Lectoribus non ingrata erit. Omnia autem ad ipsam Chronologiam Vitæ* S. SIMONIS *propriè non spectantia indicabit eiusmodi signum* (*) *ad latus annotatum.*

Digitized by Google

CHRONOLOGIA VITÆ
S. SIMONIS STOCK.

A S Simonis annus natalitius.	Anni Christi.	Anni Vitæ S. Simonis.	
	1165.	1.	711. NAscitur a S. SIMON ANGLICVS in Cantia, Comitatu Angliæ, parentibus Catholicis ac nobilitate claris. Hic porrò annus pro maiori parte reputandus est primus vitæ eiusdem S. SIMONIS, eò quòd centesimo anno completo obierit 16. Maij 1265.
* a 1166. Error quorundam circa annũ obitus S. Bertholdi.	1166.	2.	712. Ad illum a annum referunt nonnulli, authore Paleonydoro *lib. 3. cap. 1.* obitum *S. Bertholdi* primi Prioris Generalis Latini. Sed eos erroris arguit S. Cyrillus Doctor veridicus, tunc viuens, qui in opusculo de profectu Ordinis sui, asserit *S. Bertholdum* hunc obiisse post Aymericum Patriarcham Antiochenum. At Aymericus è viuis excessit anno 1187. post mensem Iunium, vt in Onuphrij Chronico, & apud Baronium videre est. Viuebat ergo adhuc *S. Bertholdus* anno 1188.
	1167.	3.	
	1168.	4.	
	1169.	5.	
*De S. Cyrillo Constantinopolitano.	1170.	6.	713. *S. Brocardus* Ierosolymitanus, Prior localis existens Montis Carmeli, seu etiam Vicarius Generalis *S. Bertholdi*, ætate grandæui, ad Ordinem suum suscipit *S. Cyrillum* Constantinopolitanum Presbyterum, postquàm hic, peractâ suâ, hoc eodem anno, legatione Emanuelis Imperatoris ad Alexandrum Papam III. & cum Græcis suis schismaticis habitâ disputatione, à Deipara admonitus fuisset in Palęstina Carmeliticum institutum amplecti.
	1171.	7.	S. SIMON Septennis puer traditur à parentibus litterarum studio, & in cultu Deiparæ Virginis exercetur ab iisdem.
	1172.	8.	
	1173.	9.	
	1174.	10.	
	1175.	11.	

714. *S. Bro-*

Digitized by Google

714. *S. Brocardus* eodem anno (1171.) ex commissione *S. Bertholdi* Generalis, Latinum [b] conscribit Canonem seu Regulam cum Latinis Constitutionibus, ad reducendum Ordinem suum ad morem Ecclesiæ Latinæ. Hunc Canonem postea *S. Albertus* Patriarcha Hierosolymitanus recognouit, correxit, & obseruãdum præscripsit, ac eidem *Brocardo* tradidit, anno, vt volunt, 1209. Ex quo conciliantur authores, qui aiunt Carmelitas Regulam accepisse anno MCLXXI. & illi, qui id factum volunt anno MCXCIX. seu potiùs, restitutâ legitimâ lectione, anno MCCIX.

[b] S. Brocardus *Constitutiones Ordinis scribit.*

B

Vide supra parte 2. nu 186. & infrà in notis nu. 770. *Conciliantur authores circa datam Regulæ Carmelit.*

1176. 12. 1177. 13. 1178. 14. 1179. 15. 1180. 16.

715. S. SIMON duodennis [c], monitu Deiparæ, eremum adit, & in concaua quercu (vnde deinceps cognomen STOCK, siue STOCH adeptus est) viginti annis planè solitarius degit, canis dumtaxat ministerio, statis diebus panẽ sibi adferentis, vsus. Vbi austeram admodùm, sed diuiuis consolationibus suauem, vitam ducit.

C

1181. 17. 1182. 18. 1183. 19. 1184. 20. 1185. 21.

716. *S. Cyrillus* Carmelita hoc anno Soldanum Iconij, Saracenum, ad fidem Catholicam conuertit, & in Paschali solemnitate baptizat. Annum præsentem pro hac historia potiùs assignamus cum Roberto de Monte, & Gulielmo Tyrio, quàm annum 1169. cum Baronio; quia constat eumdem Iconij Soldanum [a], post assignatum annum 1169. adhuc Christianorum infensum hostem fuisse, & consequenter necdum baptizatum. Idem *Cyrillus* prænonitus à Diuo Basilio Magno, hoc eodem anno, vnà cum B. Eusebio socio suo, in Armeniam profectus, eam totam intra subsequens decennium ad Orthodoxam S.R. Ecclesiæ fidem reducit. Nam licèt decennio ante, hoc est anno 1170. id præstitisse scribat Theorianus quidam Græcus: is tamen schismaticus fuit, nec Romanæ Ecclesiæ primatum

* S. Cyrillus *Sultano suo unus ex suis.*

[a] Ab aliis passim vocatur Sultanus.

tum agnouit. Vnde noſtri *Cyrilli* diuina legatio fruſtranea non fuit.

D
[a] *Naſcitur S. Angelus.*
1186. 22. 717. Naſcitur [a] Hieroſolymis *S. Angelus*, eiuſque frater germanus *B. Ioannes* menſe Martio, ex prædictione Virginis Deiparæ, quæ parentes eorum anno præcedente à Iudaiſmo ad fidem conuerterat: quorum filiorum vnus Martyrio, alter Patriarchatu Ieroſolymitano decorandus erat.

E
[b] *Hieroſolyma capitur.*
1187. 23. 718. Capitur Hieroſolyma [b] cum regno eius, à Saladino Babiloniæ & Ægypti Rege, occiſis multis Chriſtianorum millibus: quo tempore *S. Bertholdus* primus Generalis Prior adhuc ſuperſtes vidit animas plurimorum Fratrum ſui Ordinis per Palæſtinam à Saracenis trucidatorum cum palma martyrij ab Angelis in cœlum deferri. Quando & S. Chriſtina virgo longè diſſita in Germana ſimilem viſionem de aliis Chriſtianis ibidem occiſis habuit, vt apud Baronium hoc anno videre eſt. De Bertholdo verò id teſtatur Wernerus Carthuſienſis in Faſciculo Temporum ſub anno 1184.

[c] *Obitus S. Bertholdi.*
1188. 24.
1189. 25. 719. Moritur hoc circiter anno *S. Bertholdus*
1190. 26. præfatus primus Latinorum Prior Generalis,
1191. 27. ætatis ſuæ 115. regiminis 45. miraculis clarus viuus ac defunctus, cuius feſtiuitas à Carmelitis colitur die 29. Martij, quo deceſſit, ſub duplici Officio Eccleſiaſtico. Dixi hoc circiter anno; id eſt, hoc anno, vel præcedente, aut ſaltem ſubſequente, mortuum eſſe: quia, vt ſuprà viſum, anno 1188. adhuc in viuis erat ante 29. diem Martij; & anno ſequente 1190. ſucceſſorem habuit *S. Brocardum* Ieroſolymitanum poſt aliquod notabile temporis ſpatium ab obitu ſuo.

F
1192. 28. 720. Diuus *Cyrillus* presbitet [f] (qui præce-
1193. 29. dente anno ex Armenia reuerſus à Cœleſtino
1194. 30. Papa tertio Patriarchatum Ieroſolymitanum ſibi obla-

Digitized by Google

1195. 31. bi oblatum humiliter acceptare renuerat) nunc hoc anno [a] die 21. Octobris ſtupendo prodigio, velut alter Moyſes à Deo honoratur: qui ipſi inter Miſſarũ ſolemnia Angelico miniſterio tranſmittit duas tabulas argenteas, græcis litteris inſcriptas, futurum Eccleſiæ ſtatum prænunciantes; prout in Breuiario Carmelitarum pleniùs continetur.

[a] an. 1192. S. Cyrillus tabulas argenteas ab Angelo accipit.

1196. 32. 721. S. SIMON STOCK poſt xx. annos ab in-
1197. 33 habitata quercu, à Deipara præmonetur, aduen-
1198 34 turos aliquando in Angliam Carmelitas, quorũ & ipſe inſtitutum amplecteretur. Vnde aliis adhuc quindecim annis partim ſolitarius ibidem degit, partim ſtudia literaria complet, Sacerdotio decoratur, & diuini verbi prædicationi ſedulò incumbit. [g] G

1199. 35. 722. Traditam fuiſſe hoc, anno Carmelitis * Regulam [h] ab Alberto Patriarcha Ieroſolymi- H tano, vetus error eſt, qui irrepſiſſe creditur in exemplaria aliquot primùm M. SS. deinde impreſſa; quia Albertus iſte Patriarcha non fuit ante annum Chriſti 1204. quo electus eſt, & anno ſequente confirmatus. Patriarcham verò exiſtentem Carmelitis Regulam tradidiſſe, aſſerit vetus, & inſignis Scriptor Sibertus de Beka Doctor Pariſienſis, & vtriuſque Allemaniæ Prouincialis, electus anno 1317. in opuſculo ſuo de conſiderandis ſuper Regulam Carmel.

Error circa annum data Regula Carmelit.

1200. 36. 723. Clareſcebant hoc tempore in Paleſti- *
1201. 37. na aliquot huius Ordinis viri ſanctitate illuſtres,
1202. 38. vt *B. Euſebius Syrus* Prior Montis Neroy de quo
1203. 39. ſuprà: Venerabilis *Hieronymus Palæſtinus* Prior
1204. 40. Ieroſolymitanus S. Annæ, quatriduani defuncti reſuſcitator: Ven. *Ieremias Palæſtinus* Prior localis Montis Carmeli, diuinis reuelationibus clarus: Ven. *Radulphus Fresburnus*, Anglus, & primus poſtmodùm Angliæ Prouincialis, qui mira-

Viri illuſtres.

culis clarus senex obiit anno 1274.

* De B. Alberto Patriarcha Hierosol.

1205. 41. 724. *B. Albertus* de Castro Gualterij, Parmensis Diœcesis, Canonicus Regularis Mortarensis, superiori anno à Clero Ierosolymitano, ex Episcopo Vercellensi, absens corpore, præsens virtutibus, electus in Patriarcham Ierosolymitanum latinæ nationis; nunc die scilicet 17. Febr. Apostolicæ Sedis confirmationem ab Innocentio tertio obtinet, cuius Bullæ initium est *Vercellensi Episcopo*, &c. Pontificatus ipsius anno septimo adhuc currente, vsque ad diem XXII. eiusdem mensis. Vnde ante hunc annum non dedit Carmelitis Regulam. Vide Michaelem Munnoz in propug. Eliano fol. 312. & 313. ac alios.

1206. 42. Hoc anno, vt publica monumenta ostendunt.
1207. 43. *B. Albertus* Patriarcha Hierosolymitanus nouam
1208 44. cudit monetam, ac sedem suam Ierosolymitanã Latinæ nationis Acconem transfert. Non ergo ante hunc annum Regulam suam Carmelitis dedit, si eam Accone dedit.

* Quando dederit Regulam.

1209. 45. 725. Nunc itaque hoc anno die 13. Ianuarij
1210. 46. idem *Albertus* Patriarcha *S. Brocardo* Priori Generali, eiusque Fratribus Carmelitis, compendiosam Regulam Latinam deinceps obseruandam tradidit, hac occasione, quòd his temporibus à Dositheo Patriarcha Græco intruso & schismatico exagitatus, apud Carmelitas in Carmelo sub eorum habitu monastico, retentâ dignitate Patriarchali, latitauerit, vt habent Didacus Coria, Michael Munnoz, & alij. Quæ & causa est, quòd nonnulli viri graues, sicuti & quædam huius Ordinis Breuiaria, eũ inter Carmelitas recensent.

De prædicatione S. Simonis.

1211. 47. 726. S. SIMON his temporibus regnum Anglicanum velut sidus (Paleonydoro teste) verbo pariter & exemplo illustrans perambulabat.

Nec

Nec incassum: cùm enim ab anno 1208. totum regnum illud ob malitiam Regis sui Ioannis Apostolico interdicto subiectum, ipseque Rex sacrilegus ac tyrannus anno 1211. excommunicatus, & regno ab Innocentio Papa III. priuatus esset: tam huius S. SIMONIS operâ, sicut & alterius eremitæ Petri Anglici, quàm Pandulphi Legati Apostolici industriâ, anno tandem 1213. sublato interdicto, regno restitutus fuit.

727. Nascitur eodem anno, die 3. Decembris In Italia *B. Francus Grottensis: de Senis* cognominatus; eò quòd apud Carmelitas Senenses habitum Monasticum, sibi à Deipara Virgine missum, inter Laicos fratres induerit. Qui cùm valdè peruersam vitam in seculo duxisset, miraculosè conuersus, admirandum pœnitentiæ exemplum posteris reliquit; ac præclarus miraculis, cum eximio cultu Deiparæ Virginis, sancto tandem fine defunctus est. Eius festiuitatem decreuit Clemens Papa V. in ciuitate Senensi Duplici officio celebrandam, festo S. Damasi Papæ translato in diem sequentem. Est autem hic diuersus planè ab illo Francisco, Senensi natione, sed Cremonensi professione, de quo infrà ad annum 1257.

* B. Franci ortus.

Vid. de eo infrà nu. 760. & p. 6. c 2.

1212. 48. 728. Carmelitis nonnullis hoc anno in aliquot Europæ Prouincias particularem transmigrationem facientibus ex Palæstina; Videlicet *Patauium* in Italiam, *Herbipolim* in Germaniam, & in *Cantiam* Comitatum Angliæ: S. SIMON dimisso tunc penitùs trunco suo solito, eos, qui ad partes Angliæ aduenerant accedit, eorumque institutum Eremiticum amplectitur. Hoc factũ esse anno 12. huius seculi testantur Thomas Scropus Anglus, Dromorensis Episcopus, Catalogus scriptorum Britanniæ, Magnum specu-

Carmelitæ in Angliã veniunt.

I

Digitized by Google

lum Ordinis fol. 60. Michael Munnoz fol. 315. & alij.

1213. 49. 729. Moritur die 2. Septembris *S. Brocardus* [k] secundus Prior Generalis, mortui resuscitatione, aliisq; miraculis clarus; cùm Ordinem solus rexisset post *Bertholdum* annis viginti tribus teste D. Cyrillo in suo opusculo epistolari, egregiè manu-scripto in membranis Carthusiæ Colonienſis; licèt in Opusculo Ordinis fol. 29. corruptè legantur anni regiminis 33. pro 23. Nihilominùs ipsum cum *S. Bertholdo* adhuc aliis annis viginti, vt Vicarium, seu Coadiutorem Generalem, Ordini præfuisse, suprà ad annũ 1170. indicauimus. Colitur duplici officio Ecclesiastico 2. Sept. Et successorem habuit sui Generalatus S. Cyrillum Constantinopolitanum, de quo aliquoties hactenùs, & infrà sæpiùs.

K
* De anno obitus *S. Brocardi* vide infrà in notis n. 775.

* *Obitus S. Alberti Patriarchæ.*

1214. 50. 730. Obiit die 8. Aprilis *S. Albertus* Patriarcha Ierosolymitanus, Carmelitarum Legislator Latinus, & in eorum Ecclesia S. Annæ Ierosolymis sepelitur miraculis clarus, vt habet Philippus Metius: & colitur Officio Ecclesiastico Duplici, eodem die. Vnde errant, qui eius obitum anteponunt ad annum præcedentem; cùm cõstet auctoritate vetusti Scriptoris Ioannis de Vineta, illum obiisse anno vno cum dimidio ante celebratum Concilium Generale Lateranense; quod habitum fuit anno 1215. mense Nouembri.

S. Simon Generalis Vicarius Ordinis.

1215. 51. 731. S. SIMON STOCK constituitur hoc anno per omnes Occiduas Europæ Prouincias, in quibus Carmeliticus Ordo recenter, sub noua restauratione reflorescere cæperat, Vicarius Generalis, seu secundarius Generalis Prior, cũ potestatis plenitudine. Quod nemini mirùm videri debet; cum & hoc nostro tempore videamus in reformatissimo Carmelitarum Discalceato-

ceatorum Ordine duos Generales Priores, in Hiſpania vnum, in Italia alterum reſidẽtes. Hinc eſt, quòd Ioannes Groſſius ſcribat, eumdem S. SIMONEM quinquaginta annis Ordinem ſuum laudabiliter rexiſſe: eoſque annos Palæonydorus, & alij quidam, ab hoc præſenti anno 1215. numerare incipiant.

1216. 52. 732. Ad hunc & ſequentem annũm, refe-
1217. 53. runt nonnulli Regulæ *Alberti* Confirmationem,
1218. 54. per Honorium III. factam; ſed errant omnino: nam hoc anno Idibus Ianuarij, Honorius Tertius necdum erat Pontifex, viuente adhuc Innocentio III. vſque ad diem 16. Iulij, & annus ſequens, non decimus, ſed primus erat Honorij Tertij. Regulam autem confirmatam eſſe decimo, non verò primo anno Honorij, omnia vetera Bullaria huius Ordinis tam MSS. quàm impreſſa, vnà cum recentiori Bullario Laërtij, expreſsè demonſtrant. L.

1219. 55. 733. Clareſcebant hoc tempore in Palæſtina viri aliquot Ordinis Sanctitate, ac dignitate Eccleſiaſticâ præcellentes[m]: Videlicet: *B. Ioannes de Ieruſalem* frater S. Angeli, hoc anno Patriarcha Ieroſolymitanus exiſtens nationis Syrianæ, miraculis clarus. Ven. *Petrus Syrus* Patriarcha Antiochenus, eiuſdem Syrianæ nationis, Ven. *Geraſimus*, ſeu *Eraſmus Palaſtinus*, Archiepiſcopus Nazarethanus, qui luto & ſputo, Chriſti exẽplo, oculos cæci nati aperuit. *Ioannes Palaſtinus*, Archiepiſcopus Cæſarienſis Palæſtinæ. Ven. *Eliſeus Syrus*, Prior Carmeli Antiocheni, & Archidiaconus præfati Petri Patriarchæ Antiocheni: cuius animam Angelico concentu ad cœlos deportari videre meruit idem Eliſeus, & tres alij Fratres Cœnobij ſui. His addimus *B. Angelam Pragenſem* Virginem, Bohemiæ Regis filiam, Prioriſſam Ieroſolymitani Cœnobij S. Mariæ Magda- M *Plures ſanctitate illuſtres.*

Magdalenæ, per annos xxxv. cœlesti reuelatione, hoc, vel sequenti anno, electam: cuius vitam, additis Notis copiosis, aliàs publicaui.

* S. Angeli martyrium.

1220. 56. 734. Hic annus illustri decoratur martyrio
1221. 57. *S. Angeli* Ierosolymitani Carmelitæ Presbyteri,
1222. 58. Leocatæ in Sicilia (à Beringario, Comite incestuoso, & hæretico trucidati) die 5. Maij, quo eius
1223. 59.
1224. 60. meminit Romanum Martyrologium, & Carmeli Ordo festum eius celebrare solet cum Indulgentiis plenariis: qui miraculis extitit clarissimus, & diuini verbi præco adeò celebris, vt frequenter ad Conciones ipsius multa millia hominum conuenirent, vt præter Arnoldum Bostiũ, alia quoque monumenta vetera expressè testãtur. Tunc quoque vnà cum *S. Angelo* similem martyrij lauream assecutus est *Lanfrancus Siculus* ab eodem Beringario trucidatus, teste Phil. Metio in Opusc. de sanctis sui Carmelitici Ordinis. Eiusdem S. *Angeli* martyrio interfuerunt Venerabiles *Petrus*, & *Ioseph*, Palęstini Carmelitæ, quos sui itineris ac prædicationis socios in Palęstina assumpserat: qui ambo postmodùm Episcopali infulâ decorati insigni vitæ sanctitate claruerũt. Et quidem *Petrus* Episcopus Bethlehemiticus, & Ascalonitensis, triennio extitit, ac miraculis clarus in Carmelo suo Bethlehemitico sepulturam accepit. *Ioseph* verò ex Cõuentu suo Emaus assumptus, eiusdem loci, seu Ecclesiæ Emausensis Antistes fuit ordinatus.

N Graus persecutio in Ordine.

1225. 61. 735. Vigente, hoc præsertim anno, graui huius Religionis persecutione, " tam in Orien, te, quàm in Occidente, à Prælatis Ecclesiarum potissimùm exorta; quasi hic Carmeliticus Ordo recenter adinuentus esset, seu Regulam non haberet ab Ecclesia approbatam, & consequenter vi Decreti Generalis Concilij Lateranensis anno 1215. celebrati non esset tolerandus, sed extinguendus,

Digitized by Google

tinguendus, seu ad alium Ordinem approbatum redigendus. Huic persecutioni in Palæstina, ac Syria sese opposuit *S. Bertholdus* per eas partes Prior Generalis, patrocinante ei Radulpho Patriarchâ Ierosolymitano Latinæ nationis, S. Alberti ab anno 1214. successore; teste Siberto de Beka in Commentario super Regulam eiusdem Alberti. In Europa verò (vbi quàm maximè, & periculosiùs, apud Sedem Apostolicam periclitabatur idem Marianus Carmeli Ordo) S. SIMON STOCK egregium sese ex officio defensorem exhibuit; patrocinante sibi, suoque Ordini potentissimâ Cœli Reginâ Deiparâ, vt mox dicemus.

1226. 62. 736. Hoc itaque ineunte anno, dilato diu per Ordinis æmulos primarios (duos videlicet Commissarios Apostolicos, teste Thomâ Scropo Episcopo in Tract. ad Eugenium Papam IV. scripto) eiusdem Religionis negotio, præfata Virgo Deipara, CAPVT ET DECOR CARMELI, in visu nocturno seuerè mandat Honorio Tertio Pontifici, Ordinis sibi deuotissimi protectionem, & Confirmationem. Memoratos verò duos eius inimicos (qui patronos sese simulabant) eadem sinceriſſima Carmeli Patrona, simul eâdem nocte, mortali, sed dispari pœnâ, plectit. Mox itaque Honorius Papa die subsequente, videlicet 30. Ianuarij, Regulam Ordinis huius Albertinam, dato Breui Apostolico, [a] confirmat; amplissimasque Indulgentias præ cunctis suis prædecessoribus (Plenarias videlicet præcipuis anni festiuitatibus) eidem Religioni elargitur. Quæ potentissima Deiparæ protectio, & Apostolicæ Sedis benignitas (per S. SIMONEN STOCK in his Europæ Prouinciis Generalem Priorem, potissimè procurata [o]) prima origo extitit Festi *Commemorationis Solemnis Gloriosæ Virginis Mariæ de Monte Carmelo*:

B. Virginis MARIÆ *patrocinium.*

[a] Bulla ista Honorij extat in Bullario Cherubini tom. 1. & in Speculo Ordinis fol. 31. & 60.

[o]

Carmelo; quod deinceps, post acceptum sacrum SCAPVLARE priuilegiatum, multo solemniùs effectum est.

1227. 63. 737. Tunc adhuc clarescebat in Terra San-
1228. 64. cta Venerab. *Enoch Palæstinus*, ex Carmelo Ierosolymitano S. Annæ assumptus in Syrianę nationis Ierosolymorum Patriarcham, vitæ sanctitate, ac doctrinâ celebris, diuinoque oraculo commendatus: qui hoc anno scribebat vitam S. *Angeli* martyris, quæ adhuc extat, cuius ipse itineris, & prædicationis socius extiterat, ac martyrio interfuerat.

Iterata molestatio Ordinĕ.

1229. 65. 738. Cùm rursùs hoc tempore aduersarij
1230. 66. huius Ordinis præfatam eius persecutionem (de
1231. 67. qua suprà ad annum 1225. & sequentem) con-
1232. 68. tinuarent; ex tenore Confirmationis Regulæ S.
1233. 69. *Alberti* ansam sumentes; eò quòd in literis Apo-
1234. 70 stolicis contineretur hæc clausula: *quam* Regu-
1235. 71. lam *ante Generale Concilium vos dicitis humiliter suscepisse*; arguerentque Prælati Ecclesiarum, hãc Fratrum assertionem admittendam non esse nisi legitimis documentis eam probarent; quin & intenderent ipsis Fratribus suâ authoritate, contra tenorem Regulæ eorum, Priores præficere; S. SIMON Prior Generalis, eâdem quâ priùs vigilãtiâ eis occurrit, egitque apud Gregorium IX. Honorij successorem; vt is eamdem Regulam iteratò confirmaret, vetaretque, ne vllus Prælatorum secularium eis Priorem præficeret, &c. idque hoc anno die 6. Aprilis dato diplomate[a]. Et, ad maiorem cautelam, per aliud Breue Apostolicum curauit Ordinem suum suscipi sub protectione Sedis Apostolicæ, ac tempore interdicti potestatem diuina celebrandi; scilicet die 9. eiusdem mensis, & anni.

[a] Habetur in Speculo Ordinis (Venetiis ann. 1507. excuso) fol 32 & in Annal. ad ann. 1230.

1236. 72. 739. Cùm post celebrata hoc anno Parisiis ad Pentecosten per B. Iordanum Ordinis Prædicatorum

dicatorum ſecundum Priorem Generalem, iſtius Religionis Generalia Comitia, idem Generalis Iordanus in Terram ſanctam, ad viſitanda ſui Ordinis illic extantia Cœnobia peregrinationem inſtituiſſet, teſte Spondanô ad hunc annum. Sanctus quoque SIMON STOCK (cui cum hoc Iordano, viro ſancto, ac miraculis claro, maxima intercedebat neceſſitudo, ? Swaningtono teſte) ſuam profectionem in Palæſtinam inſtituit; idque, vt credibile eſt, in eiuſdem Iordani conſortio; vt ſui Ordinis Carmelitici Generali Capitulo, ſequenti annô (teſte Boſtio in Patronatu Mariano) celebrando, intereſſet: quod ad difficilem quamdam Ordinis controuerſiam diſcutiendam, ac determinandam in Montem Carmelum conuocatum erat.

S. Simon cum B. Iordano Generali Prædicatorum.

1237. 73. 740. Reuerſurus autem hoc anno præfatus Iordanus ad partes ſuas tranſmarinas, cùm nauigio appuliſſet propè Acconem, tempeſtate exortâ, vnà cum ſociis multis, naufragio periit die 13. Februarij. Verùm eius ſanctitas poſt mortem diuerſis eſt probata miraculis, ac manifeſtata apparitionibus. Intèr has vna eſt, quâ glorioſus apparuit noſtro S. SIMONI STOCKIO (teſte Swaningtono in vita eius) ſicuti & alteri cuidam Fratri Ordinis Carmelitici, eiuſdem loci, qui Religionem ſuam deſerere cogitauerat (ob tyrannicam Saracenorum, credo, perſecutionem in Paleſtina; de qua mox infrà anno ſequenti) ac per talem tanti viri mortem, magis in propoſito confirmatus fuerat, & quaſi in deſperationem lapſus: quem tamen idem ſanctus vir Iordanus ad ſanam mentem reduxit, dicens: *ſibi impoſterùm non quâ morte abirent homines, ſed quam vitam duxerint, cogitandum.* Ex quibus omnibus, hoc, & præcedenti anno dictis, patet manifeſtè, B. SIMONEM STOCK non modò ante annum 1237. Carmeli-

B. Iordanus ſubmerſus glorioſus apparet S. SIMONI, & alteri Carmelitæ.

tam fuisse (contra eos qui id factum putant anno ineunte 1240.) sed & sui Ordinis Generalem Priorem, modo suprà explicato. Nam in Vitis Fratrum Prædicatorum *parte 3. cap. 42.* post enarratam præfatam apparitionem posteriorem, additur ista clausula: *Hoc ipse Frater, & Prior eiusdem Ordinis Frater* SIMON, *Vir Religiosus & verax nostris Fratribus retulerunt*, non aliquem Localem sed Generalem intelligendum esse, accedente ipso nomine SIMONIS, Arnoldus Bostius in opusculo de Viris illustribus Ordinis sui cap 3. manifestè docet.

Comitia in Carmelo.

Interest itaque S. SIMON hoc eodem anno Generalibus Ordinis sui Comitiis, in Mõte Carmelo celebratis: Vbi (monente Beatissimâ Dei Genitrice MARIA, Priori Carmeli apparente) decretum fuit, omnibus & singulis Fratribus Ordinis licitum esse, ob Saracenorum frequentes incursiones tyrannicas, & maximè quia hic Ordo breui è Terra Sancta exterminandus erat; ad partes transmarinas siue Europæas sese trãsferre, ibidemq; suam Religionem vlteriùs propagare: quod hactenùs in particulari sæpiùs factum fuerat, numquàm tamen ex generali Ordinis decreto.

741. Et quia idcirco plùs quàm probabile est, nulla de inceps ampliùs in Syria fundata fuisse huius Ordinis Cœnobia: præsens etiam Generale Capitulum celebratum esse per solos Priores locales, eorumque socios totius Palæstinæ, ac Syriæ (S. SIMONE excepto, cuius præsentia necessaria erat) cum ipsos tantùm concerneret quæstio illa, an Ordinis huius Fratres liberè, ac licitè Terram Sanctam deserere possent, & c. non abs re fuerit nominatim specificare Cõuentus, seu Monasteria huius Religionis in Syria, quorum Priores ad hoc Generale Capitulum conue-

cõuenerint, prout fecit Arnoldus Bostius in suo Patronatu Mariano c. 6. vbi specificat sequentia XI. Cœnobia insigniora: scilicet, *Montis Carmeli* originale Ordinis: *Quarentanense* prope sõtem S. Elisei: *Valimense* iuxta mare Galilææ: *Acconense*, seu Ptolemaidis maritimum: *Tyrense* maritimum: *Sareptanum* maritimum: *Tripolitanum* maritimum: *Montis Libani* seu Belli loci, iuxta fontem hortorum: *Ierosolymitanum S. Annæ* propè Portam Auream: *Antiochenum* in Syria, vtbe Patriarchali: *Montis Neroy*, prope Antiochiam. Addunt Mantuanus, Paleonydorus, & Metius sequentia: *Nazarethanum*: *Montana Iudææ*: *Bethlehemiticum*: *Emausense*: *Iordanis Ioannis Baptistæ*, *Sapsas* dictum; in quo tamdem Ven. *Hieronymus* Prior S. Annæ sepulturam accepit: *Montis Thabor*, vbi triplex extabat Ecclesia, cuius loci Prior fuit Ven. *Anselmus* Palæstinus, ibidem in tertia Ecclesia S. ELIÆ scilicet sepultus, miraculis clarus. *Hebronense*, cuius Prior fuit Ven. *Eustachius* Palæstinus, mortui resuscitatione clarus, ibidem tumulatus, primus enucleator Regulę Carmelitanæ S. Alberti Patriarchæ. Quibus adde *Ierosolymitanum S.* MARIÆ *de Latina* prope sepulchrum Domini; de quo prolixè egi in Notis ad vitam *B. Angelæ* Virginis Priorissæ Monasterij Ierosolymitani Monialium S. Mariæ Magdalenæ.

Monasteria praecipua Ordinis in Terra Sancta.

Absoluto præfato Generali Capitulo, cùm mox eodem anno, ruptis induciis Christianorum cum Barbaris, in Palæstina (vt notat Gordonus ad hunc annum) grauiores oriri inciperẽt bellorum turbines: non admodùm tutum erat B. SIMONI in Europam reuerti. Qui partim hanc ob causam, partim, ac præcipuè, vt, vesuti assuetus tot annis vitæ eremiticæ, aliquam sibi à tantis curis quietem daret (substituto quopiam, qui in Europa suo loco Vicarium Generalem ageret)

intendebat in Monte Carmelo anachoreticam vitam, hactenùs extra Religionem seruatam, ad annos aliquot reassumere; quod tamen, ob grauissimos tumultus bellicos, tunc aliquantulum differre coactus fuit.

* 1238. 74

Mirabile de Fonte S. ELIÆ. 1239. 75. 1240. 76. 1241. 77. 1242. 78. 1243. 79.

742. Nam mox hoc sequenti anno in tãtum excreuit tyrannica Saracenorum incursio, vt etiam in ipso Monte Carmelo Fratres omnes repertos crudeli gladio necarent. Propter quod celeberrimus in eo Monte *Fons* S. ELIÆ dulces suas aquas retraxit, & ob Fratrum absentiam amplius fluere cessauit. Receperunt se verò, qui Barbaricum effugerãt gladium, in ciuitatem Accon ad Monasterium, quod inibi habebant: donec Christianorum exercitus (quorum aquas Saraceni infecerant ac mortiferas reddiderant) intelligens à Fratribus Carmeli incolis exulibus, Accone degentibus, quòd si illuc ipsi reducerẽtur, *Fons* S. ELIÆ, Patris eorum, dulces iteratò aquas redderet; armatâ ac forti manu ipsos Fratres denuò eodem anno circa calores æstiuos in Montem Carmelum restituerunt. Quibus orantibus, mox magni ELIÆ *Fons* occlusas aquas suas dulces rursus toti Christianorum exercitui largifluè cõmunicauit. Quoviso miraculo, diuersi milites Christiani nobiles, in regressu ad propria, nonnullos ex ipsis Fratribus Carmelitis adregna ac regiones suas cõduxerunt, eisq; illic Monasteria fundarunt; videlicet in Cypro, Sicilia, Gallia, & Anglia: ad quam hâc alterâ vice noua Colonia deducta fuit per nobiles milites Barones Ioãnem Vescij, & Richardum Grey sub finem anni Iuliani 1239. ipso die Natalis Domini, à quo incipit annus Ecclesiasticus 1240. Vide Baptistam Mantuanum Fastorum libr. 8. in S. Ludouico Rege: & Ioannem de Vineta in Chronico suo,

R

Vide infrà in notis.

seu

seu eius compendio, quod extat in maiori Ordinis speculo fol. 59.

743. Tunc itaque S. SIMON (qui præfato vtique interfuerat miraculo *Fontis* ELIÆ) occasionem nactus, desiderio suo (de quo superiori anno actum) satisfacere cœpit, & electâ cellulâ aliquâ seu antro Eremitico ipsius Carmeli Montis, per integrum deinceps sexennium illic moram traxit, idque ieiunus, sed à Deipara Virgine cœlesti mannâ pastus, vt ex eius vita refert Del Rio & alij viri celebres; protectus ibidem diuinâ prouidentiâ à barbarico incursu: qui & deinceps nihil crudelitatis in Monte Carmelo exercuisse leguntur vsque ad an. 1291.

S. Simon per sexennium solitarius in Carmelo.

Delrio Disq. magic. l. 2. q. 21. sub fin. S

1244. 80. 744. Hic annus est, de quo paulò ante, quo illud contigit quod Sanuicus scribit in Chronico suo capite vltimo de interfectis ac martyrio coronatis Fratribus huius Religionis in Monasteriis Palæstinæ *Quarentenensi*, ac *Valimensi* quandò & ipsa Ierosolymorum vrbs à paganis (quos Choraſmianos vocant, de quibus historici ad hunc annum) capta, multa Christianorum millia inibi cœsa sunt: *Monasterio B. Angelæ* Virginis iuxta Dominicum sepulchrum tunc miraculosè à deuastatione barbarica præseruato, vt alibi in eius vita plenius ostendi.

Martyrizantur Religiosi huius Ordinis.

Eo itaque anno Ven. *Alanus* Brito Generalis Prior veritus vlteriora mala, credēsq; iam tempus aduenisse exterminationis Ordinis sui in Terra Sancta (quam Deipara Virgo iam ante iteratò futuram prædixerat suis decessoribus *Cyrillo* & *Bertholdo Lombardo*) assumpto secum S. SIMONE STOCK (qui iam suum compleuerat sexennium anachoreticæ vitæ in Carmelo) ac multis aliis sui Ordinis Fratribus in Angliam transmigrauit, vbi tunc quinque ad minus extabant huius Ordinis Monasteria, eiusque sedem

primariam ex Palæstina in Angliam transtulit. Alij vero ex eisdem Fratribus eodem anno è Palæstina, ob præfatam persecutionem in Galliam Narbonensem trãsfretantes (teste Arnoldo Bostio in Patronatu Mariano c. 6.) apud Massiliam Monasterium fundare cœperunt. At Generalis Prior Alanus in Angliam veniens mox conscribit Generale Ordinis sui Capitulum pro futuro anno apud Aylesfordiam in Cantia celebrandum: præsertim quia eodem anno Generale totius Ecclesiæ Concilium Lugdunense ad Natalitia S. Ioannis Baptistæ, præsente Innocẽtio Papâ IV. habendum erat, & apud ipsum varia pro hoc Ordine nouiter in Europæ partibus dilatari incipiente, procuranda priuilegia ac gratiæ.

Monasteria aliquot vetustiora huius Ordinis in Europa.

745. Et quia suprà ad annum 1238. specificauimus Monasteria aliquot totius Syriæ, ex quibus Patres huius Religionis ad Generale eorum Capitulum tunc in Mõte Carmelo celebratum, conuenerant; non inutile futurum iudico, si & in præsenti idem præstemus, enumerantes illa dumtaxat Europæ Monasteria Carmelitica, vel saltem loca à Carmelitis inhabitata pro fundandis Cœnobiis; quorum Priores seu Prȩsides cum suis sociis ad hoc primum totius Europæ Generale Capitulum hoc anno conuocati sunt. Ex his (quorum ad me notitia deuenit, nam plura fuisse non dubito) sunt *Senense* in Italia peruetustum, ab anno scilicet 797. inhabitari cœptum. *Burdegalense* vetus in Gallia Aquitanica ab An. 1099. per Dominum de la Landa fundatum. *Bopardiense* in Germania ad Rhenum fluuium circa idem tempus loci receptione acquisitum; cuius primus Pater Ven. Henricus de Bopardia Vitæ sanctimoniâ clarus obiit anno 1113. *Colonienſe* in Germania, ab anno 1198. fundatore nobili milite ac patritio

De vetustis Cœnobiis huius Ordinis in Europa vide p. 3. c. 29.

patritio Colonienſi Domino Brunone de Bonnerhoff, qui eo anno Carmelitas ex ipſo Monte Carmelo Coloniam Agrippinam adduxit. *Venetiarum* in Italia, ante annum 1206. *Petralatenſe* in Cathalonia, ab anno 1206. *Patauienſe* ſeu *Paduanũ* in Italia ab anno 1212. *Herbipolenſe* ſeu Wurtzburgenſe in Germania vrbe Franconiæ primaria ab anno eodem 1212. loci receptione. *In Cantia* Comitatu Angliæ Eremitorium quoddam ab eodem anno 1212. vbi eo anno S. SIMON STOCK primum ad Ordinem receptus fuit. *In Apulia, In Campania, in Sicilia* ab anno 1219. loca recepta per *S. Angelum* Carmelitam futurum martyrem, dum eo anno iis in partibus prædicationi intenderet. *Leocatenſe* in Sicilia, paucis annis ante aduentum *S. Angeli* in Siciliam. *Dinakſpulenſe* in Germania Superiori ab anno 1221. *Valencenẽſe* in Belgio ab anno 1235. Forcanienſe & Famaguſtanum in Cypro, ab anno 1238. *Meſſanenſe Panormitanum, Drepanenſe* in Sicilia ab eodem anno 1238. *Aluevvicenſe*, & *Eylesfordienſe* in Anglia ab anno exeunte 1239. *Nerbendenienſe*, *Burnhamienſe*, *Londinenſe* in Anglia, ab anno 1241. *Boltonienſe*, itidem in Anglia, Comitatu Eboracenſi *S. Iuonis* dictum, circa annum 1242. fundatore Richardo Grey de Codnor: *Maſſilienſe* in Gallia Narbonenſi, ab anno 1244. Porrò nullum hoc loco antiquorum Cœnobiorum huius Ordinis à tempore primitiuę Eccleſiæ in Europa (præſertim in Gallia, Hiſpania, Britannia, &c.) extãtium mentionem fecimus; ſed ea dumtaxat adduximus, quæ à prima ſua fundatione, ſub proprio Carmelitarum nomine, hucuſque continuato extitiſſe noſcuntur. Sed neque omnium horum nomina nobis innotuerunt: vnde & aliquot prouincias generatim dumtaxat adduximus.

1245. 81. 746. In præfatis ergo Comitiis Generalibus,

Alanum tunc defunctum fuisse censent Ioan. Paleonydorus, Petrus Lucius & alij.

bus, hoc anno celebratis, Ven. *Alanus Brito* Prior Generalis, resignans officium suum illud de assensu omnium Gremialium Patrum transfert in S. Virum SIMONEM STOCK, eò quòd illud iam ante in iisdem Europæ partibus tam strenuè ac fructuosè administrasset, ab anno scilicet 1215. licèt paucis abhinc annis (Substituto Vicario) aliquantulùm in Palęstina respirauerit. Hanc verò eius in Generale regimen totius Ordinis electionem non sine concomitante miraculo factam esse, testatur Ioannes Grossius.

Venerabilis verò *Alanus Brito* post resignationem suam (quam Anglici Scriptores cum Ioanne Pitseio expressè admittunt) relictâ Angliâ, in Germaniam transiit, & Coloniam Agrippinã diuertens, ibidem apud Fratres suos tandem sancto fine quieuit, sepulturam in Choro ante summum altare eleuatiorem aliorum sepulchris accepit, ac miraculis etiam post mortem claruit. Quòd si tamen audiendus est Ioannes Grossius in Viridario suo, tribuens huic Alano annos regiminis sexdecim, dici poterit non improbabiliter (vt & suprà in aliis Generalibus Prioribus ostensum est, & infrà in Nicolao Gallico manifestum fiet) illum vnà cum Bertholdo Lombardo annis aliquot in Palæstina, Ordinem, vt Generalis eius Coadiutor, solus verò, seu vt primarius Generalis, cæteris eumdem rexisse.

S. Simon *varia impetrat Apostolica priuilegia.*

747. Satisfacturus igitur S. SIMON officio Generalatus sui supremi, mox eodem anno mense Iunio, ante inchoatum scilicet Generale Concilium Lugdunense, ab Innocẽtio Papa IV. quatuor impetrauit, in fauorem Ordinis sui Bullas Apostolicas, scilicet octaua die Iunij vnam: 13. die Iunij duas: & vigesima eiusdem, vnã [a]. Quarum, sicuti & subsequentium, argumenta singula hic recensere nimis prolixum fuerit, quæ proinde

[a] Bullæ istæ Innocentij IV. extant in Speculo, & Bullario Ordinis fol 61. & 62. Itẽ

Digitized by Google

de in diuersis Bullariis huius Ordinis inquiri poterunt. in Annal. Ord. ad an. 1250.

1246. 82. Sic & hoc anno sequenti duo alia obtinuit ab eodem Priuilegia, seu Indulta Apostolica, scilicet 13. & 27. Iulij.

1247. 83. 748. Postquàm hic Ordo à primordiis suæ institutionis, peculiariter solitudini & contemplationi addictus, ab Innocentio Quarto destinatus esset, vt cum aliis tribus, vnus esset ex quatuor Mendicãtibus: atque vt talis Regulam suam latinam, ab *Alberto* Patriarcha traditam in quibusdam punctis ægrè seruare posset, S. SIMON Prior Generalis, cum consilio Capituli Generalis, prædictam Regulam Ordinis in illis pũctis, authoritate Ecclesiæ, declarandam, ac mitigandam esse expediens, quinimò necessarium censuit. Destinati ergo, pro eo negotio, sunt duo prouidi & graues Fratres Reginaldus & Petrus, & Lugdunum profecti, ad præfatum Pontificem Innocentium Quartum: qui eos benignè recipiens Regulæ Declarationem, Correctionem, ac Mitigationem faciendam mandauit duobus hâc in parte Commissariis suis, scilicet Hugoni Cardinali, & Gulielmo Anteridensi Episcopo; qui idem negotium compleuerunt Kalendis Septembris huius anni 47. n'm. 48. vt passim in impressis exemplaribus corruptè legitur, cum Regula Originalis subsigillo plũbeo, vltra 400. an. penes nos hic Coloniæ asseruata, sicut & Bullariũ MS. Siberti de Beka, expresè contineant annum 1247. [a] is enim erat annus quintus Pontificatus Innocentij IV. incipiens à die 24. Iunij: Idemque Pontifex per suas literas Apostolicas præfatorum suorum Commissariorum Regulæ declarationem confirmauit mox ineunte mense sequenti eiusdem anni, scilicet kalendis Octobris.

Mittit ad Sum Pontific. pro Regula moderatione.

[a] Bulla illa Innoc. IV. Extat in Speculo Ordinis lib. 8. c. 8 & iterum fol. 74. ac 75. Itẽ in Annal. Ord. ad annũ 1247. & apud Cherubinum tom. 1.

1248. 84.
1249. 85.

Bamberga, Bruxellis, Harlemij Conuentus noui.

749. Intendens quoque idem Sanctus Generalis SIMON dilatationi Ordinis sui tria, hoc, & sequenti anno, in Germania, & Belgio recepit noua loca pro fundandis Cœnobiis. Et hoc quidem anno 48. *Bambergæ* in Germania superiori Ducatu Franconiæ, anno verò sequenti 49. *Bruxellis* in Brabantia, & *Harlemij* in Hollandia. Sed & Carmelitas *Ipris* in Flandria extitisse ante annum Christi 1250. ante omnes videlicet alios Ordines Mendicantes, habet Antonius Sanderus in sua Flandria illustrata; vbi addit Minoritas aliquot illic obiisse anno 1250. & 51. Instrumẽta verò publica, facta an. 1260. ab eis ostendi possunt, cum adhuc in Hollebeka degerent.

1250. 86.

Alia priuilegia à Sede Apostol.

750. Cum sub ante dicta Regulæ B. *Alberti* correctione Ordo Carmeliticus notabiliter in his Europæ partibus multiplicari inciperet; inuidens Diabolus felici Fratrum successui, excitauit contra eos Ecclesiarum Prælatos, & Parochos qui diuersas ipsis molestias intulerunt. Ad quos compescendos S. SIMON Generalis hoc anno tres obtinuit ab Innocentio IV. Bullas Apostolicas in Ordinis sui fauorem, omnes vno die 27. Septembris datas. a

a Sunt illę Bullæ in Speculo & Bullario Ord. fol. 63. de illis agitur in Annal. Ord. ad an. 1250.

Quo item anno aliud per eumdem sanctum virum sui Ordinis Generale Capitulum in Europa celebratum fuisse videtur: ad quod ex Oriente conuenerit quoque Ven. *Alanus Brito* istorum locorum Generalis Prior secundarius, rogaturus supportationem totius iterati oneris sui. In cuius locum S. SIMON, de assensu omnium istius Capituli, substituerit Ven. *Nicolaum Gallicum*, Narbonensem: Illum enim hoc præcisè anno Ordinem suum regere cœpisse, vsque ad ineuntem 1270. per annos xx. ipsemet fatetur in Opusculo suo *Ignea Sagitta* intitulato, & expressè confirmant veteres scriptores, Grossius, Bostius,

Ven. Nicolaus Gallicus Vicarius Generalis in partibus Orientis.

Digitized by Google

stius, Trithemius & alij. Ex quibus viginti annis, quindecim attribuendi sunt regiminis eius per Orientem; gubernãte S. SIMONE Ordinem principaliter in Occidente, quinque verò residuis annis Ordini præfuit principaliter in Occidente, ab obitu scilicet S. SIMONIS. Quod confirmari potest ex eo, quia sub anno Christi 1254. Deipara Virgo ipsi in Monte Carmelo apparens illum præmonuit (Bostio teste *in Patronatu Mariano*) de aduentu S. Ludouici Regis Franciæ in eumdem Carmeli Montem: & anno 1266. hoc est altero anno ab obitu S. SIMONIS, reperitur confirmasse Concordata quædam inter Carmelitas Iprenses, & Præpositum S. Martini facta, vt habet Antonius Sanderus in sua Flandria illustrata. Post hoc verò Generale Capitulum Ven. *Alanum Britonem* in Germaniam sese contulisse, & Coloniæ aliquanto post obiisse, iuxta Ioannis Grossij computum annorum regiminis ipsius probabiliùs videtur. Vide suprà ad annum 1245.

1251. 87. 751. Vigente verò adhuc Ordinis persecutione (de qua superiori anno) à Clero præsertim excitata in Europa; ambo Generales Priores strenuè sese pro posse suo aduersarijs opposuêre. Et cùm humani fauores apud sedem Apostolicam admodum tenues essent, nec clausulæ literarum Apostolicarum satis efficaces; cælitùs adiuti efficacis adiutorij effectum partim hoc præsenti, partim subsequenti anno consecuti sunt. Hoc quippè anno, cùm vterque Generalis ad Deiparam Virginem, velut Ordinis Patronam singularem, suas effunderet preces, & efficax exspectaret auxilium, vtrique gratiosè apparuit, ac remedia contulit. Sancto quidem SIMONI Cantabrigiæ in Anglia sub noctem diei 16. Iulij imminentis, tribuens ei sacrum ac priuilegia-

B. Virgo MARIA *afflicto Ordini suo patrocinatur.*

tum habitum SCAPVLARIS Carmelitici; prout ipsemet vir sanctus fatetur in Epistola hac de re per semetipsum dictata sua Confessario Petro Swanyngtono Anglo, ac per Ordinem mox diuulgata; in qua post alia sic ait: „ Cum effunderem animam meam in conspectu Domini, „ quamuis sim puluis, & cinis, & in omni fiducia „ Dominam meam Virginem MARIAM deprecarer, quòd, sicut volebat nos appellari FRATRES „ suos, monstraret se Matrem, eripiendo nos de „ casu tentationum, & aliquo *Signo* gratiæ nos „ recommendãdo erga ipsos, qui nos persequebantur, dicendo illi cum suspiriis;

Scapulare *tradit* S. Simoni.

Pars epistolæ S. Simonis *ad Fratres suos.*

„ *Flos Carmeli,* „ *Mater mitis,*
„ *Vitis Florigera,* „ *Sed viri nescia,*
„ *Splendor cœli,* „ *Carmelitis*
„ *Virgo puepera* „ *Da priuilegia.*
Singularis. *Stella maris.*

„ Apparuit mihi cum grandi comitatu, & tenendo habitum Ordinis dixit: *Hoc erit Tibi & cunctis Carmelitis Priuilegium. In hoc moriens aeternum non patietur incendium.* „ Insuper eadem Virgo Deipara tunc quoque ipsi B. SIMONI in mandatis dedit, vt mitteret ad Innocentium Papam IV. qui de præfatis grauaminibus Ordini à Prælatis Ecclesiarum inflictis remedium præstaret. Nam mox subdit in sua epistola idem vir Sanctus: „ Et quia suâ gloriosâ præsentiâ me lætificabat vltrà captum: nec ego miser maiestatem eius sustinere poteram, disparendo dixit, „ quòd mitterem ad Dominum Innocentium „ benedicti Filij sui Vicarium, qui de grauaminibus remedium præstaret, &c. „ hæc ipsemet S. SIMON Generalis.

752. Alteri quoque, videlicet Ven. *Nicolao Gallico*, Deiparam apparuisse, ac mandasse, vt in hoc

hoc eodem negotio præfatum Innocentium accederet, teſtatur Arnoldus Boſtius in ſuo *Patronatu Mariano cap.*9. dicens poſt alia: „ Virgo beniſſima MARIA ſuper-altiſſimæ Trinitatis „ ſpeculum ſolium quoque delicioſum, Carmeli„ tanique populi honorificentia peculiaris, à tam „ chariſſimè dilectis amicis humiliter inuocata, „ Beato viro *Nicolao Gallo* Priori Generali gregis „ Carmeli Reginæ tam ſublimis viſitatione prę„ digno, inter alia familiariter & amicè dixit, vt „ ad Pontificem Maximum Innocentium acce„ deret intrepidè, qui iuxta nominis ſui indicium „ nemini nocendo, partem foueret innocentiæ: „ ſic quoque ſalubre remedium ab eo, contra „ præmiſſa grauamina reportarent: „ Sic Boſtius. In hac vtrâque apparitione Deipara Virgo diſtinctione vſa eſt, dum S. SIMONEM ætate grandęuum, ac ſupremum Ordinis rectorem iuſſit *mittere* ad Innocentium Pontificem, videlicet nuncios ſuos: Ven. verò *Nicolaum Gallicum*, vtpote iuniorem, & ſecundarium Religionis ſuæ moderatorem, præcepit *accedere* eumdem Innocentium. Huius etiam legationis Marianæ copioſè meminit Abbas Trithemius *l.* 1. *de Laudibus Carmelitarum cap.* 9. dignus vt hac in parte legatur. Vide plura anno mox ſequenti.

Ven. Nicolaus Gal. à B. Virg. MARIA *amãdatur ad Sum. Pontif.*

753. Ob præfatum, tam nobile, ac magnificum Priuilegium ſacri habitus, ſiue SCAPVLARIS, quod Deipara Virgo S. SIMONI tradidit; per quod etiam mox eodem die illuſtria patrari cœperunt miracula, & Vetuſtiſſima huius Ordinis Confraternitas, hactenùs, *Beatæ Virginis* MARIÆ *de Monte Carmelo* nuncupata, renouari, propagari, ac nouo titulo SACRI SCAPVLARIS inſigniri cœpit. Multi verò Reges, ac Principes, præter vulgus innumerabile, ſucceſſiuè eidem Confraternitati ſeſe incorporarunt: quos dein-

Miracula per Scapulare monstrat Christianis populum & Summates, vt illud ge-ſtent.

Digitized by Google

de ipsi quoque summi Pōtifices, Cardinales, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, & alij ex Clero plurimi sunt imitati, de quibus alibi.

Ad hunc quoque annum refertur fundatio Carmeli *Cantabrigensis* in Anglia; in quo ipse S. SIMON tunc degebat, quando Sacrum SCAPVLARE illud à Deipara accepit. Similiter *VVintonienſis* loci receptio, & Conuentus postmodum erectio, ob insigne miraculum primū sacri SCAPVLARIS tunc per S. SIMONEM patratum.

Post traditum Scapulare *Ordo à molestiis respirat.*

1252. 88. 754. Cum igitur intuitu eiusdem sacri ac priuilegiati Habitus apud seculares, præsertim homines honoratiores, maiori in pretio Ordo Carmeliticus haberi inciperet; mox hoc sequēti anno etiam apud Clerum à solitis molestiis aliquatenùs respirare cœpit. Hoc quippe anno die 13. Ianuarij Innocentius Papa IV. suas dedit & consignauit literas Apostolicas, ad cunctos Episcopos, & Archiepiscopos, iuxta Deiparæ Virginis mandatum, seuerè eis præcipiens, vt Fratribus huius Religionis in præfatis grauaminibus pium fauorem impenderent, & molestatores ipsorum per censuram Ecclesiasticam, appellatione postpositâ compescerent.

[a] Bulla est in Speculo Ordinis lib. 9. c. 7.

1253. 89. 755. Rursùs hoc anno idem Innocentius quatuor alias consignauit, & in huius Ordinis fauorem dedit Bullas Apostolicas, easque omnes vnâ die 26. Augusti; ad instantiam vtique S. SIMONIS Generalis: in quarum vna idem Pontifex commēdat pluralitatem Fratrum huius Ordinis in Theologica facultate instructorum cōpetenter. [b] Ex quo intelligi datur non modò sancto viro cordi fuisse in Religione sua virtutum studium cum Regulari obseruantia, sed & scientiarum atque doctrinæ semina plantare; cùm & ipsemet insigni doctrinâ claruerit, vt libri a eo conscripti

[b] Bullæ habentur in Speculo Ordinis fol. 61. & 62. ac in Annal. ad an. 1253.

conscripti indicant, de quo plura infrà ad annum 1259.

1254 90. 756. Sed & hoc quoque anno præfatus Pontifex binas literas Apostolicas dedit in fauorem Monasteriorum aliquot Angliæ, die scilicet 26. Augusti & 9. Septembris; nec multò post obiit, die nimirum 7. Decembris eiusdem anni. Hic insuper, tempore Pontificatus sui, in præcipuis anni festiuitatibus, earumque Octauis, omnibus Christi fidelibus, visitantibus huius Ordinis Ecclesias (Deiparæ Virgini, vt plurimùm dicatas) Tertiæ partis peccatorum remissionem clargitus fuit. Nec non decem dierum Indulgentiam iis concessit, qui hanc Religionem appellarent, *Ordinem Fratrum Beatæ Virginis* MARIÆ *de Monte Carmelo*. Hęc verò omnia ad instantiam S. SIMONIS, siue per se, siue per suos delegatos impetrata fuisse, indubium est.[a]

S. Simon varia impetrat Apostolica priuilegia.

757. Ven. interim *Nicolaus Gallicus* eodem anno ac deinceps, in Palæstina, præsertim in Mõte Carmelo degebat. Vbi ipsi eodem tempore Deipara Virgo MARIA rursùs apparuit, præmonens eum, de aduentu S. Ludouici Regis Franciæ in montem Carmelum. Hic quippe S. Rex repatrians in Franciam (annum præsentem notant Gordonus, Spondanus & alij) ad radices Montis Carmeli, euidens naufragij incurrit periculum. Vndè voto facto ad eiusdem Montis, & Ordinis Patronam Deiparam, quòd eius Ecclesiam inuiseret, periculum patrocinio eius euasit, Montem ascendit, Matri Virgini gratias egit, Fratres eius inuisit, eorumque sex numero secum sumpsit, Monasterium ipsis Parisiis ante *portam Barratam* (sic à *Barratis* Fratrum palliis deinceps appellatam) fundauit: „ Habitum priuilegiatum sacri SCAPVLARIS assumpsit, Ordinisque huius Confrater effectus, in eodem sacro-

S. Ludouicus Rex è Carmelo sex Religiosos ducit Parisios.

[a] In Speculo Ordinis fol. 71. & 74.

Vs

cro habitu (quem quidam deridens, miraculosè punitus est) sanctè obiit: Carmelitisque Parisiensibus aureum super albo serico (vt Bostius loquitur) ornamentum, cum omni suâ plenitudine perfectum, ad decoranda Deiparæ Virginis solemnia, donauit.

758. Hoc insuper anno S. SIMON Generalis Ordinis sui Capitulum celebrauit Londini in Anglia, vt vult Ioannes Pitseus *in Henrico de Hanna*. In quo Capitulo inter alia Ven. Radulphus Fresburnæ primus Angliæ Prouincialis, senio grauis, suum resignans officium, successorem accepit præfatum Henricum de Hanna: quem quidam *de Harena* cognominant, ratione Anglicum, virum mirè industrium: qui Ordinem suum multipliciter per Angliam, Scotiã, Hiberniam, Galliam, & Germaniam propagauit. Et hoc tempore, sub initium scilicet regiminis sui, *Oxoniensis primi Carmeli* locum de consilio S. SIMONIS Generalis Ordini acquisiuit, domum videlicet Richardi Comitis Cornubiæ, quam apud Oxoniã in vico *Stocwvel* habebat, eamque postea in suorum Monasterium vertit anno 1260. Et hic Conuentus diuersus planè est ab *altero votiuo*, quem medio post seculo anno scilicet 1309. fundauit Eduardus II. Rex Angliæ, ex palatio suo Regio, anno secundo regni sui, in primo infortunato prælio contra Scotos tunc commisso, non in posteriori ad annum 1314. quod quidam perperam confundunt cum præcedente.

Oxonij duo huius Ordinis monasteria.

V. p. 3. nu. 541.

1255. 91. 759. Non cessabat vir sanctus intendere dilatationi Ordinis sui præsertim in Anglia: vt patet ex celebri Carmelo *Eboracensi*, in ipsa Archiepiscopali Sede, hoc anno per Dominos Vescy & Percij fundato. Insuper, sicut apud Innocentium Papam IV. benignitatem expertus fuit Apostolicam, sic non minorem illi exhibuit successor

cessor eius Alexander IV. à quo hoc eodem anno die 13. Februarij Indulgentias aliquas obtinuit pro certis anni Festiuitatibus. *a*

1256. 92. 1257. 93. 1258. 94. 760. At hoc sequenti anno ampliſſimis fauoribus idem Alexãder Ordinem Carmeli prosequens, septem diuersas Bullas ei fauorabiles expediri iussit: *b* videlicet 15. Ianuarij duas, 3. Februarij vnã, nonâ Februarij duas, 24. Februarij vnam, & 3. Martij vnam.

Ad annum 1257. refert Benedictus Gononus in Chronico suo Mariano Martyrium *B. Franciſci Cremonenſis* natione, sed *Senenſis* Carmeliticâ professione. Qui cum prædicaret Cremonæ contra pessimum blasphemiæ vitium in Deũ, ac Sanctos suos, idque in publico foro, vbi illud quam maximè in vsu esse solebat, à concitata plebe ad columnam quamdam in medio foro alligatus, ac lapidibus, vt alter Stephanus, obrutus, pro lapidantibus orans, in pace quieuit, miraculis in vita ac post mortem clarus; de quibus alibi. Sunt nonnulli tam inter veteres quàm recentiores scriptores, qui ex his duobus *Franco Senenſi* & *Franciſco Senenſi* vnum & eumdem cõstituunt, eumque Cremonæ sepultum volunt; sed toto cælo aberrant, ex ignorantia, vt credo, Actorum vtriusque. Vnde necesse est hoc loco paucis assignare vtriusque discrimen. Primò enim ipsa prænomina *Francus* & *Franciſcus* diuersa sunt. 2. Vterque cognominatur quidem Senensis professione Carmelitica, neuter tamen fuit Senensis natione: *Francus* enim in pago quodam, de Grolti nomine, Diœcesis Senensis; *Frãciſcus* verò Cremonæ natus fuit. 3. *Francus* professione laicus extitit: *Franciſcus* presbyterio decoratus. 4. Francus vt Confessor obiit: *Franciſcus* Martyrij palmam adeptus fuit. 5. *Francus*

a Vide Speculum Ordinis fol. 64.

b Sunt etiam in Speculo Ord. fol. 61. 62. 67. & in Annal. ad an. 1256.

* De B. *Franco* Senensi & B. *Franciſco* Senensi.

Diuersi sunt, non vnus & idem.

Senis deceſſit, & ſepulturam accepit. *Franciſcus* Cremonæ curſum vitæ conſummauit. 6. *Franci* Senenſis Confeſſoris feſtiuitas Senenſibus celebranda conceſſa fuit per Clementem Papam V. ſed de *B. Franciſci* Senenſis Martyris celebritate nihil mihi conſtat: niſi quòd Phil: Ferrarius in ſuo Martyrologio ad XI. diem Aprilis eius depoſitionem referat his verbis: *Cremonæ depoſitio B. Franci Senenſis Ordinis Carmelitarum.* Sic ille, qui & ipſe hic confundit Confeſſorem cum Martyre: nam certum eſt *Francum* Senẽſem non Cremonæ, ſed Senis diem Depoſitionis accepiſſe: & è contra compertum habemus *B. Franciſcum* Senenſem Martyrem Cremonæ obiiſſe.

1259. 95. 761. Quod ſuprà exliteris Apoſtolicis Innocentij IV. indicauimus de pluralitate Fratrũ huius Ordinis in Theologica Facultate inſtructorum competenter, operâ nimirum, ſeu curâ S. SIMONIS STOCK, id hoc anno cum effectu demonſtratum eſt; quo inſignis Theologus Hunfridus ſeu Vmfridus Neckton, natione Anglicus, primus inter Carmelitas omnes, primuſque inter Scholaſticos Cantabrigenſes, Doctorali laureâ Theologicâ decoratus fuit. Id enim expreſsè affirmat Ioannes Lelandus, cuius apud Pitſeum hi duo verſus ad perpetuam rei memoriam exarati leguntur.

Laudibus Hunfridum meritis ſuper aſtra feramus.
Cui data Grantana Laurea prima ſchola.

In ſuper ab Alexandro Papa IV. Idem B. SIMON quatuor impetrauit eodem anno Bullas Apoſtolicas pro Ordine ſuo; videlicet 13. Februarij tres, & 18. Martij vnam. [a]

1260. 96. 762. His circiter annis contigit Tholoſæ in Gallia Narbonenſi miraculoſa illa Carmeli Toloſani fundatio: quando nimirum primarius ludæorum

[a] Sunt in Speculo Ordinis lib. 10. c. 2. & fol. 68. & 71 ac. in Annal. ad an. 1259.

dæorum illic degentium *Samuel Grossy* nomine, per visam imaginem Deiparæ Virginis in arbore pomerij sui ad fidem cõuersus domum suam Carmelitis (qui hactenùs extra muros Tolosanos aliquot annis constiterant, & nunc primùm intra vrbem admissis) donauit, baptismum cum vxore & liberis suscepit, eundemque Ordinem Marianum intrauit. Quandoquoque mox regius Præfectus seu Capitaneus Vrbis, auditâ insolitâ campanellâ Fratrum, eos inde expellere tentans, sed exire nolentes, fame enecare volens, vtrosque oculos suos erutos sensit. Carmelitis verò, miraculosè libertati donatis, ipse pœnitens oculos recepit, & Carmelita effectus totam substãtiam suam ad istius loci structuram complendam donauit. Tantis in angustiis cõstitutis Carmelitis S. SIMON STOCK adhuc vivus, sed longè absens, illis visibiliter apparuit, & vt in Deiparã Virginem spem collocarent, docuit; illa verba Antiphonæ quam composuerat: TV NOS IN HOC CARCERE SOLARE PROPITIA &c. repetẽs. Vide infra aliud miraculum illic anno 1265. patratum paulò post obitum S. SIMONIS.

Tolosa miraculosa fundatio Conuentus.

1261. 97. 763. Qui rursùs hoc vltimo anno Alexandri IV. sex diuersas Bullas impetrauit in Ordinis sui prouectum datas, [a] scilicet die 7. Martij vnã, 8. Martij tres, 11. Martij vnam, & 29. eiusdem vnam. Item ab eius successore Vrbano IV. eodem anno die 16. Septembris impetrauit per Breue Apostolicum, quòd Fratres huius Ordinis pia fidelium legata recipere possint; sicuti & bona iniustè quidem acquisita, nescitur tamen cui illa restitui debeant.

[a] Habetur in Speculo Ord. fol. 66. 70. & 71.

1262. 98. 764. Fundatur hoc anno posterior, seu modernus Carmelus *Burdegalensis* in Aquitania in quo paucos post annos S. SIMON STOCK obiit

nam primum monasterium illic fundatum esse ab anno Christi 1099. suprà vidimus ad annum 1237. Non cessauit interim vir sanctus apud Apostolicam Sedem pro vlterioribus gratiis seu indultis in Ordinis sui fauorem obtinendis. Nam hoc eodem anno Vrbanus Papa IV. non minùs beneficus quàm sui prędecessores septē diuersas Bullas hunc in finem expediri iussit, scilicet 22. Februarij vnam, 15. & 19. Martij duas 15. & 16. Maij duas, 28. Augusti duas. a

a Sunt in Speculo Ordinis fol 68. 69. & 73.

1263. 99. 765. Extabant hoc tempore Carmelitæ apud vrbem *Argentinensem* in Germania, inter quos clarescebat hoc anno *Petrus Argentoratensis* Carmelita historicus; qui Argentinensis belli inter Episcopum & ciues hoc eodem anno peracti historiam vberem conscripsit. Licèt autem Fratres huius Ordinis tunc ibidem habitarent extra vrbis moenia, in eam tamen tamdem introducti sunt anno 1323. quando & alia nouem loca Ordinis, extrà vrbes longiùs situata (quorum nonnulla hoc tempore S. SIMONIS extitisse credibile est) intra vrbes translata sunt; vt patet in literis Apostolicis Ioannis Papæ XXII. sunt autem Loca seu Cœnobia sequentia, *Rothomagense, Turonense, Narbonense, Pisanum Budense* b, *Carauguſtanum, Cathurcense, Argentinense, Astense* c, & *Auinionense* d. Sed & *Arelatensis* Conuentus hactenus Archiepiscopalibus ædibus contiguus, tũc quoque in alium eiusdem vrbis locum translatus est

b Speculũ Ordinis habet *Brimiduſinense.*
c *Aſcenſiense.*
d *Imolẽſe.*

1264. 100. 766. S. SIMON Generalis sub occasum vitæ suæ volens adhuc dilatare Ordinem suum, eum hoc anno in Scotiam transplantauit: ibidemque primum sub noua Alberti Regula Carmelitæ Cœnobium *Parthinienſe* recipiunt, sacello Diui Nicolai eis pro loco assignato: licèt multis retrò seculis,

seculis, tam ibi, quàm in Hibernia, sub veterum Culdeorum, seu Britannorum Monachorum nomine, diu ante aduentum benedictinorum in Angliam, extiterint: quod expressè asserit, & aliquoties confirmat Benedictus Monachus in suo Apostolatu Benedictinorum in Anglia. Ante hunc quoque annum Carmelitas Brugis in Flandria extitisse, apud Antonium Sanderum in sua Flandria illustrata reperies. Quo similiter anno, S. SIMON conscribit Generale Ordinis sui Capitulũ pro futuro anno in Carmelo Tholosano celebrando, cui tamen ipse, morte præuentus, non interfuit.

1265. 101. 767. Hoc ergo anno S. SIMON STOCK (qui fuit vitæ suæ centesimus completus) adhuc visitans Religionem suam, teste Ioannne Grossio, in Vita eius, in prouincia Vasconiæ, apud Carmelitas suos Burdegalenses die 16. mensis Maij in recitanda Salutatione Angelica moriens, sancto fine quieuit, w clarus miraculis etiam post mortem; quæ quàm prætiosa fuerit in conspectu Domini, sub finem Vitæ eius latiùs deducemus. *Obitus S. Simonis.*

768. Porrò in Generali Capitulo mox post obitum S. SIMONIS, die scilicet Pentecostes celebrato Tholosæ, teste Paleonydoro *lib. 3. cap. 9.* elegerunt gremiales omnes Ven. *Nicolaum Gallicum* in Generalem Priorem totius Ordinis, qui hactenùs B. SIMONIS, Generalis dumtaxat Vicarius, cum potestatis plenitudine, extiterat in partibus Orientis, per annos quindecim.

Ad hæc autem Generalia Comitia Ordinis cùm non pauci Patres, ætate, moribus, ac eruditione graues, magna cum populi ædificatione conuenissent, & peractis negotiis suis ad pro-

Miraculũ notabile Tolosæ.

pria rediissent, Tholosani Comitis Viguerij (cui tunc Tolosa parebat) filius, Monasterio Fratrum huius Ordinis vicinus, inuidens felici eorum successui, diabolico instinctu, armatâ manu illud incendio delere, ac spoliare aggressus est die 5. Augusti eiusdem anni. Sed non sine manifesta Dei Matris, istius loci patronæ, vindicta: nam mox Tyranni caput inuersum est, ita vt facies spectaretur à tergo, & occiput in pectore. Qui sentiens vltionem Dei supplex ad imaguculam B. Virginis confugit, liberatusque à plaga, portam vbi fuerat molitus incendium, lapideo, & egregio opere illustrauit. De quo plura Gulielmus Benedicti V. I. D. in repetitione capitis *Raynutius*, de Testamentis. Quod miraculum hic adducere placuit, tamquam diuersum plane ab illo de quo supra ad annum 1260. actum est: cum aduertam vtrumque à quodam moderno viro erudito perperàm confundi pro eodem.

NOTÆ.

In præcedentem Chronologiam: vbi de miraculis, translatis Reliquiis, & officio S. SIMONIS.

A 769. NAscitur S. SIMON &c. Ita quoque Lezana in Annalibus ad annum 1165. scribit: *Item eodem anno (retrogradâ supputatione factâ à die obitus) Cantiæ in Anglia nostræ Religionis splendidissimum iubar B.* SIMON STOCHVS *nascitur. Cùm enim ætate cẽtenarius vitæ cursum sub anno* 1265. *consummauerit vt sub eo tempore dicemus, elicitur hoc anno in lucem editum fuisse.*

De *SS. Bertholdo, Brocardo, Cyrillo,* ac per hunc baptizato Iconij Sultano, eiusdemque prædicatione in Armenia, atque eâ ad fidem orthodoxam perductâ, accuratè pertractatur *tom.* 4. *Annal. ad annum Domini* 1181. & in antecedentibus, ac subsequentibus.

770. *S. Brocardus Latinum conscribit Canonem, seu Regulam cum Constitutionibus &* B Lezana verisimiliùs censet, illud contigisse anno 1191. Scripsit autem,

Digitized by Google

autem, seu compilauit S. Brocardus ex S. Basilij Regula, ac potissimùm ex libro Ioannis Hierosol. (de quo actum est *par.1.in libro S. Cyrilli cap.1*) methodum quamdam vitæ Regularis: & ex illa, atque ex eodem illo Ioannis libro Albertus Patriarcha, rogatu ipsius S. Brocardi compendiosam Regulam confecit, & suâ authoritate obseruandam tradidit, circa annum Christi 1205. vt statim dicemus. Composuit quoque idem vir sanctus Statuta quędam, seu Constitutiones: quę à Ioanne Bachone, Bernardo Olerio, & aliis vocantur *Constitutiones antiquæ*: quarum mentio facta est *parte prima in Breuiloquio Bostij a & par.2.cap.2. b* Et hoc est, quod Gesnerus *in Bibliotheca*, & Possevinus *in Apparatu* de S. Brocardi Scriptis sic commemorant: *Brocardus patriâ Hierosolymitanus, Palæstinorum Doctor Hebræus, ac latinè peritus, Eremita Montis Carmeli, latinè scripsit Canonem suæ Ordinis librum vnum, Statuta in Carmelo librum vnum.* *De Brocardo scribente Constitutiones Ordinis.*

a Partic. 1.c.3.n. 84.

b 18 &c.

771. S. SIMON *duodennis*, c &c. Similia scribit Lezana ad annum Christi 1178. Eadem habentur in *Officio eiusdem*, quod hic subnectitur *lectione quarta*. Sic S. Ioannes Bapt. adhuc puer deserta petiuit: S. Albertus Drepanensis cùm septimum superasset annum Monasterium vltrò adiit. S. Franciscus de Paula ab anno ætatis decimo-tertio ad eremum secessit. C

Nascitur d Hierosolymis S. Angelus &c. ad illum annum istorum ortum referendum etiam ostendit Lezana ex historia Vitæ eorumdem, scripta ab Enoch Patriarcha Hierosolymitano. D

772. *Capitur Hierosolyma*. e De graui tunc huius Ordinis calamitate & multis Fratribus per Barbaros igne ferroque neci datis (quorum animas in cœlum deferri conspexit *S. Bertholdus*) videri poterunt Annales Ordinis ad istum annum: vbi etiam annotatur ad annum sequentem, tũc institutas fuisse preces illas, quæ adhuc in Missis ferialibus Quadragesimę post calicis eleuationem fieri in Missalibus nostris præscribuntur: nempe psalmus: *Deus venerunt gentes* cum Oratione: *Clementissime*. B.

D. Cyrillus Presbyter. f Elogia quædam de S. Cyrillo præfixa sunt eius libro hic suprà post præfationem: alia quædam de eo dicentur *parte 6. capite*... De Angelico Oraculo, & tabulis binis argenteis cœlitùs ei missis scribunt ferè omnes, qui illius mentionem faciunt, & præ omnibus accuratiùs Lezana ad an. 1192. E

773. S. SIMON STOCK &c. *diuini verbi prædicationi sedulò incubuit* g Præter Authores orthodoxos etiam Ioannes Balæus apostata, etsi passim alàs in Sanctos iniurioſus, de nostro tamen SIMONE Anglico, *in Catalogo Scriptorum Britanniæ, centuria 2.* ista scribit: *Quod ex solitudine, Dei verbum sæpiusculè annuntiauerit, ac plebis scelera taxauerit, sanctitatis eius non leue argumentum est.* G.

774. *Traditam fuisse Carmelitis Regulam* h &c. Annum datæ Regulæ fuisse 1205, verisimiliùs censet Lezana *in Annal. ad istum annum nu.9.* vbi H

conse-

consequêter referens Segeri opinionem, eam quoque vt probabilem admittit, his verbis: *Mihi Segeri opinio hæc credibilis apparet; quòd, cùm iuxta dicta sub anno* 1199. *plures & grauissimi ex nostris vetustioribus Scriptoribus dixerint Regulam eo anno datam fuisse, ex eo suspicari potest in eum errorem incidisse, quod numerus ille anni* MCXCIX. *seu* 1199. *valde affinis sit numero* MDCIX. *seu* 1209. *& ita ille pro isto suppositus ab Scriptoribus, vel per inaduertentiam, fuerit.* Corrupta trāscriptio incertitudinem causauit. De S. Alberto Patriarcha Hierosolymitano, Regulæ conditore, seu compilatore, latè agit ibidem & in sequentibus. De his quoque videri possunt Notæ nostræ ad librum Sancti Cyrilli hic suprà. *a*

a Nu 29.

I 774. *Carmelitæ hoc anno* (1212.) *ad partes Angliæ aduenerunt* i Idem commemoratur in Annalibus Ordinis ad istum annum. Thomas Scropus Anglus eūdem annum designat verbis hic infrà adducendis. *b* Idem annus designatur in Catalogo Scriptorum Britanniæ his verbis: *Anno Domini* 1212. *Quidam Eremi cultores ex Carmelo Syriæ venientes, Angliam intrabāt, solitaria quærentes loca. Sed rebus illic sub Pontificis interdicto tumultuantibus, nihil fecerunt. Ex eo tempore* SIMON *Cantius ab illis informatus, & ex cauaquercu, à quo* STOKII *cæpit cognomen, egressus, vitæ infeliciter actæ pœnitentiam hominibus prædicabat.*

b Cap. 3. n. 794.

K 775. *Moritur die* 2. *Septembris S. Brocardus.* k quoad diem obitus S. Brocardi historici omnes, & kallendaria vetusta, ac noua conueniunt: quantùm ad annum dissensio est, orta ex confusione aliqua chronologiæ in historia Ordinis, causata (vt frequens satis est) ex corrupta transcriptione exemplarium: vndè etiam circa aliorum primorum Generalium Chronologiam disceptatio est inter Scriptores, prout latiùs diximus in Notis ad caput 4. in Opusculo S. Cyrilli. *c* Cæterùm Lezana sustinet S. Brocardum superstitem fuisse vsque ad annum 1221. idque hac ratione; quòd in Generalem electus fuerit circa annum Domini 1188. & Ordini præfuerit non tantùm viginti tribus annis (vti autumat Segerus, nixus Codici MS. Carthusiæ Colonensis) sed triginta tribus: atque ita habent non tantùm Speculum Ordinis Venetiis impressum anno 1507. & exemplar Transpontinæ, sed & vetusti MSS. Codices, inter quos valde correctus est Gandensis, exaratus in membranis anno Christi 1446. in quo *libro* 8. *cap.* 2. de S. Brocardo expressè scribitur: *sub regimine cuius triginta tribus annis permanserunt:* atque ita verificatur id quod scribit Lezana.

De anno obitus S. Brocardi.

c Part. 1. n. 22.

Ordini præfuit annis 33.

Obiit die 8. *Aprilis S. Albertus Patriarcha anno* 1214. Quoad hoc conueniunt Scriptores.

L *Ad hunc annum* (1216.) *referunt nonnulli Regulæ Confirmationem per Honorium* III. *factam l: sed errant.* Ita quoque Lezana in Annalibus *ad annum* 1216. *&* 1226.

Clarescebant hoc tempore (1219) *in Palæstina huius Ordinis sanctitate, ac dignitate Ecclesiasticâ præcellentes. m* De illis, ac potissimùm de S. Angelo tra-

M ctatur

Digitized by Google

datur *tom.4. Annalium Ordinis* circa istum annum. Quædam de iisdem dicentur inferius *a*. a Par. 6. n. 2.

776. De molestatione Ordinis *n* circa an. 1225. & Regulæ approbatione per Honorium III. illique facta apparitione SS. Virginis MARIÆ & iussione, ac de subita & graui vindicta læuicte in æmulos Ordinis huius, latiùs scribitur in iisdem Annalibus nostris. Quædam etiam dicta sunt suprà in Breuiloquio Bostij, vbi de Regulæ confirmatione *b*. De Regula nostra confirmata, iubente Deipara, scribunt quoque Bzouius in Annalibus & Gononus in Chronico Mariano ad ann. 1217. N b Nu. 112. & 118.

777. *Quæ potentissima Deiparæ protectio, & Apostolicæ Sedis benignitas per* S. SIMONEM *Stock potissimè procurata.* o Idem sic annotatur in Annalibus Ordinis ad annum Christi 1226. sub finem. *Huius autem diplomatis* (confirmatorij scilicet nostræ Regulæ per Honorium III.) *impetratio Beato* SIMONE STOCK, *eo tempore in Europæ partibus Generalis Vicarij munus gerente, solicitatore facta est prout habetur ex Officio & Legenda ipsius. Ibi enim Lectione sexta dicitur:* [*Regulæ confirmationem ab Honorio Tertio & Gregorio Nono Summis Pontificibus impetrauit.*] Ibi in Chronologia vitæ ipsius S. SIMONIS sequitur: *S.* SIMON *eâdem quâ priùs vigilantiâ egit apud Gregorium IX.* &c. Etiam id in Annalibus Ordinis ad annum 1230. refertur. Alia plurima Apostolica priuilegia idem Sanctus Ordini obtinuit: prout in iisdem Annalibus traditur ad singulos annos, quibus ea concessa fuêre. Bullæ autem seu diplomata illa pleraquè extant in Speculo, seu Bullario Ordinis Venetiis excuso anno 1507. & pleraque annotauimus. O

De familiaritate S. SIMONIS cum B. Iordano *p* & qualiter hic post mortem in naufragio apparuerit Fratri tentato eumque instruxerit, ac consolatus fuerit, agitur in Annalibus ad ann. 1236. P

Conuentus istos Terræ Sanctæ *q* etiam commemorat Bostius in Breuiloquio, hic suprà parte 1. sub finem: præter quos erant alij plures; habuit enim Prouincia ista Terræ Sanctæ Conuentus septuaginta septem: prout *par. 3.* annotauimus. *c* Q c Cap. 32. n. 504.

778. De illo fontis ELIÆ miraculoso fluxu *r* eaque occasione propagato, extra Terram Sanctam Ordine, scribunt quoque alij Ordinis historici, sed latissimè Lezana in Annalibus Ordinis *d* vbi ex Mantuano (*libro 8. Fastorum*) hos adfert (inter alios) memorabiles versus. R d Tom. 4. ad ann. 1239.

Et quia Carmeli fontem, qui proximus Vrbi est,
Audierant, Patribus nostris absentibus imbrem
Non dare, quo facerent lymphas arescere, facto
Impete mactarunt quot sunt in Monte reperti.
Et subitò fons clausit aquas.

Refert dicto loco Mantuanus ob infectos veneno à Barbaris puteos, & à proiectis in fossas cadaueribus corruptas aquas Christianorum exercitum graui penuriâ laborantem, adiisse Montem Carmelum, & Patres nostros illis restituisse: atquè ita rursùs fontem aquis exuberasse:

——— Sed fonte reperto
Funditùs exhauſto (nam poſt crudelia Patrum
Funera noſtrorum defecerat) omnibus ingens
Incubuit mœror: flexo tum poplite Sancti
Orauêre Patres lymphas; mox flumine facto
Fons vitreas effudit aquas, quæ tempore belli
Aſpera perpetuo fecêre ſalubria fluxu.
Iſta Duces tanta intuiti miracula, ſecum
In Patriam duxêre viros, quibus arma negabant
In laribus ſedem Aſſyriis; & templa, domoſq;
Conſtruxêre nouas. Paucis ita floruit annis
Religio, quaſi virga ſolo depaſta feraci,
Et veluti palmes robur tranſlata recepit.

779. De S. SIMONE in Carmelo ſexennium aut ſeptennium anachoreticam vitam agente, & diuinis refecto pabulis, Martinus Del-Rio ex eius vitæ Scriptoribus iſta refert [a]: SIMONEM STOCKIVM *in Carmelo ſex annis Deipara cœleſti mannâ pauit: apud Monaldum Roſarium, & Rolandum Bo. harium in eius vita.* Ita Del-Rio. *ſ* An alius aut quis interea, eius loco, Vicarij Generalis munere functus fuerit, certò non conſtat.

[a] Diſq. magic. lib. 2. q. 21.

S

780. Ea quæ ad annum 1251. & ſequentes de tradito cœlitùs SCAPVLARI, [t] aliiſque in Ordine euentibus ſcribuntur, luculenter & accuratè *in tomo* 4. *Annalium* ad iſtos annos pertractantur: quò proindè lectorem, plura ſcire deſiderantem, remittimus. Id ſolùm in præſenti annotantes, quoſdam hiſtoricos noſtros, & extraneos, annum conceſſi cœlitùs SCAPVLARIS B. SIMONI STOCK, ſcripſiſſe 1246. Qui tamen accuratiùs rem indagarunt, ex Petro Swanyngtono Synchrono & Socio S. SIMONIS, ad dictum annum 1251. referunt. Huiuſmodi autem Chronologicorum diuerſitas, ne quid minimum hiſtoriæ adferre poteſt detrimentum. Notiſſimum namque eſt cuicumque hiſtoriarum Eccleſiaſticarum notitiâ vel mediocriter imbuto, ſæpiſſimè & frequentiſſimè huiuſmodi controuerſias eſſe ſine vlla læſione hiſtoricæ veritatis. Alioqui è faſtis deleta fermè infinita eſſent; cum in illis hiſtoriæ non cohæreant quoad tempus, vel annum, quo contigerunt. Ita Lezana *ad an.* 1246. *nu.* 4.

T

781. Quoad hiſtoriam [x] (de qua ad ann. 1254) S. Ludouici Regis Franciæ, in mari iuxta Montem Carmelum, tempeſtate iactati, & periclitantis, atque voto facto, incolumis in terram perducti, Carmelumque viſitantis, & inde Religioſos aliquot in Franciam ducentis: ea à teſte oculato, aut qui ab iis qui viderant acceperat, Gulielmo de Samuco, incola eiuſdem Montis Carmeli, (qui circa illa tempora, aut paulò poſt ibi morabatur,) deſcribitur *in libro de multiplicatione Ordinis huius in Terra Sancta, & Europa, cap.* 6. Idem referunt cæteri hiſtorici noſtri, & inter illos præfatus Mantuanus, etiam *in Faſtis ſeu de ſacris diebus* (ad Leonem X. Pontificem Maximum) *lib.* 8. ad diem 24. Auguſti, ita canens:

V

De S. Ludouico tempeſtate iactato propè Carmelū.

Magnani-

Digitized by Google

Magnanimus Rex Gallorum Ludouicus eâdem
Luce triumphato transiuit in æthera mundo.

Et infrà:

Multaq; pro Christo passus discrimina, tandem
Carmeli iuga conscendit, nostrosq; reuisit
Per Montis spelea Patres; vbi vixerat olim
Maximus ELIAS, *secumq; ad Gallica duxit*
Littora, plerosq; illorum: sic nostra propago
Venit ad Occasum, terramq; exiuit in omnem.

782. *Sancto fine quieuit, clarus miraculis.* vv Propterea anno primo ab eius obitu cultus Sancti, seu Beati fuit illi attributus, seu permissus, prout refertur *in Annalibus Ordinis tom.4. ad ann. Christi* 1266. *numer.* 5. his verbis: *Eodem etiam anno, volente Deo Beatum* SIMONEM, *qui anno præcedenti diem vltimum clauserat, sibi & Beatissimæ ipsius Matri deuotissimum, honorare, Burdegalensi Episcopo inspirauit vt eum veluti Sanctum coli, & honorari faceret, prout factum est.* Annotatur ibidem, cultum ab Archiepiscopo isto tum Beato SIMONI concessum, vocari à Pitseo *de Scriptoribus Angliæ Ætate* 13. Canonizationem, sed non rectè; cum Canonizatio ad Sedem Apostolicam spectet. Improbus quoque apostata Balæus Anglus *in Catalogo Scriptorum Britaniæ, Centuriâ* 2. agens de SIMONE STOCHIO, commemoratis actis, Scriptis, ac anno obitus eius (1265.) ista, hæreticâ phrasi, sibi familiari, subiungit: *Eum Burdegalensis Archiantistes sequenti anno* (scilicet 1266.) *inter Papisticos retulit Sanctos.*

W

B. SIMON *mox ab obitu honoratus vt sanctus.*

783. Celebris Scriptor Theophilus Raynaudus, libro de SCAPVLARI [a] refert Missam & Officium Diuinum de B. SIMONE, tamquam de S. Confessore, Burdigalæ celebrari concessum à Nicolao Tertio: qui Pontifex renuntiatus fuit anno 1276. annis vndecim post decessum S. SIMONIS. *Innocentius* (inquit) *V. & Adrianus V. in huius Beati miracula, & res gestas inquiri iusserant. Et cùm huiusmodi negotia absumant longa tẽpora, neuter eorum, Cœlitũ honoribus hunc hominem Dei honestauit. Postmodum tamen Nicolaus III. ritè perfectis omnibus, ad id, vel vsu præscriptis, potestatem fecit, Missam & Diuinum Officium de* B. SIMONE, *Burdigalæ, vbi quieuit, tamquam de S. Confessore celebrandi* 16. *Maij, qua fuit ei ad æternam vitam Natalis. Id quod Paulus V. diffudit ad omnia per Orbem Carmelitana Cœnobia; addito pro Burdegalensibus auctario plenariæ Indulgentiæ quotannis recurs urę, iis qui expiati, & cœlesti cibo refecti ad* B. SIMONIS *Sacellum solitas preces exsoluerint.* An autem à tempore Nicolai III. in vsu fuerit officium proprium, in Conuentu Burdegalensi recitari solitum, cuius initium est: *Hic vir despiciens mundum,* MARIÆ *dilectus meruit appellari:* (quod hîc subsequitur) an verò Officium de communi Confessoris non Pontificis de eo recitatum tunc fuerit, non ita constat.

[a] Par. 2. q. 1.

784. Porrò sanctitatem eius Deus miraculis glorioſis testificatam voluit, prout referunt Vitæ eius Scriptores, & Ordinis Historici suprà memorati: & indicant Martyrologia Molani, & Gillemanni, his verbis: B.

Sanctitas eius miraculis confirmata.

SIMONIS STOCK &c. *Miraculorum coruscatione præglorioſi.* Quæ verò in vita geſſerit, licèt non omnia comperta ſint, hæc referuntur: *Piſces coctos à germano ſuo in obſonium oblatos, vt eius inediam tentaret, erectis in cœlum oculis vitæ reddidit. Aquam crucis ſigno in vinum conuertit, ſuperans Dæmonis aſtutiam, qui ſacra facienti vinum in vrceolis paratum callidâ arte abſtulerat.* Ita Boſtius *in Speculo hiſtoriali* Palæonyd. &, alij apud Lezana *tom. 4. ad an. 1264. num. &* vbi adiungit: „ Quod, cùm ieiuniis & abſtinentiis multùm deditus eſſet, „ *Vitæ rigorem leniebat nonnumquam Deus canum miniſterio, qui ſtatis diebus, ad* „ SIMONEM *accurentes, panem ei, vnde ieiuna membra refocillaret, afferebant.*

Spiritu prophetico claruit.

„ Quod vix ſine iugi miraculo intelligi poteſt accidiſſe. Huc accedit Spi- „ ritus Propheticus, quo à Deo donatus plurima futura prædicens, in „ prædicto officio dicitur: vndè etiam in vita eiuſdem Sancti SIMONIS, „ quam inter vitas Patrum Occidentalium Benedictus Gononus poſuit, „ de eo habetur: *Ante aduentum Fratrum Ordinis ſui in Angliam, ſpiritu pro-* „ *phetico illos expectauit, in quodam trunco cancano.* Et inferiùs: *Sacrum Ordi-* „ *nem Carmelitarum, quem diu Spiritu prophetico expectauit, maximâ cum de-* „ *uotione intrauit.* „

785. Poſt obitum quoque ſepulchrum eius cœleſti lumine illuſtratum fuit, & corpus effoſſum in honeſtiori loco eleuatum, miraculis claruit. Lezana ibidem *nu.* 12. De miraculis S. SIMONIS etiam teſtimonium perhibet liber vetuſtus MS. memorabilium Conuentus Bruxellenſis: in quo initio hæc habentur: *Huius Conuentus fundatio incepit anno Domini* M. CCXLIX. *tempore Innocentij Papæ IV. Sub Generalatu Magiſtri* SIMONIS STOCK *iam miraculis clareſcentis.* Eadem verba ſub initium huius anni 1661. reperta ſunt inſcripta muro ſupra portam antiquam Eccleſiæ, dum pro ædificanda noua Sacriſtia paries vetuſtus frangeretur.

Hinc ad diuerſas Ordinis Prouincias, & Conuentus ex hoc ſacro pignore particulæ expetitæ tranſmiſſæ fuerunt; Etenim anno Chriſti 1423. die 4. Nouembris Ioannes de Burgo Vicarius Generalis Conuentus Burdigalenſis, & Guilielmus Coſtalli Prior, vterque in ſacra pagina Doctor, ad inſtantiam Ioannis Hazeiagere, conceſſerunt, brachium, duas coſtas, & partem gutturis pro Prouincia Franciæ. Brachium autem donatum fuit Conuentui Gandauenſi (tunc ſub Prouincia Franciæ) & vt pretioſus theſaurus ſuſceptum, ac magna in Veneratione habitum, vt teſtatur Arnoldus Boſtius in libro *de Patron. B. V.* MARIÆ *cap.* 20. & indubitatam fidem faciunt litteræ Originales de donatione iſtarum Reliquiarum, huius tenoris: „ Vniuerſis, & ſingulis Chriſticolis ſeriem huius literæ lecturis, audituris, ſeu viſuris liqueat, quòd nos Fratres Ioannes de Burgo Vicarius Generalis Conuentus Burdigalę Ordinis Fratrum Beatiſſimæ Dei Genitricis & Virginis MARIÆ de Monte Carmeli, Gulielmus Coſtalli Prior localis eiuſdem Conuentus, in Sacra pagina Doctores, fide mediâ veridicè declaramus, omni ambiguitate & dubio penitùs remotis, & qualibet

Reliquiæ illius cõmunicatæ variis Cõuentibus.

ſatis &c. Ibi primum commemorantur SIMONIS *ſancta vita, & per eum Conuen-*

tui

„ *tui Burdegalenſi præſtita beneficia, ſubdituréque de eius miraculis* : Et poſt-
„ quam fuit de medio ſublatus, mirificis & multiplicibus miracu-
„ lis hinc indè eius vita clarè apparuit approbata. *Tum ſequitur donationis*
„ *Reliquiarum teſtimonium.* Quia omnium rerum plaſmator vult, quòd
„ per paſſionem Domini noſtri IESV CHRISTI, & per ſanctorum ſuorum
„ merita Eccleſia Catholica, Prouinciæque huius orbis & regna illumi-
„ nentur, ea propter Frater Ioannes de Hazeiaghere, præſentium lator,
„ eiuſdem Ordinis, & Prouinciæ Franciæ vir Religioſus, & probæ vitæ,
„ prout aliàs experti fuimus, & circa iſtum Sanctum deuotus, humiliter
„ quidem nobis ſupplicauit, quatenùs de Reliquiis huius Sancti SIMO-
„ NIS impertiri dignaremur, vt ipſas communicare in ſua Prouincia poſ-
„ ſet, ad Dei laudem, & Sancti SIMONIS exaltationem. Nos igitur pa-
„ ternali pietate commoti, & bono zelo Prouinciæ Frãciæ pro poſſe ſer-
„ uire cupientes, ſuæque petitioni annuere volentes, dicto Fratri Ioanni
„ Hazeiaghere dedimus eius Sancti brachium; duas coſtas, & vnam par-
„ tem gutturum. Et iſtas ſanctas Reliquias habentes Rogamus & ſuppli-
„ camus quatenùs deuotè, & honeſtè ipſas recipiant, & in loco honorifi-
„ co ponant: vt in his omnibus Deus honorificetur in ſecula ſeculorum.
„ In quorum omnium iſtorum teſtimonium ſigilla Vicariatus & Priora-
„ tus officij præſentibus ſunt appenſa. .... noſtro Conuentu Burdega-
„ læ, an. Domini MCCCCXXIII. quartâ die Nouembris. „

In Prouincia Franciæ.

L'acunatam illã vetuſtas exederat: videbatur eſſe, in Carmeli.

In Conuentu Colonienſi particulam quamdam extare Reliquiarum eiuſdem Sancti teſtatur Segerus Pauli Colonienſis in Compendio vitæ S. SIMONIS STOCK, vbi dictarum Reliquiarum in Conuentu Gandenſi mentionem quoque facit.

Colonienſis.

De Reliquiis S. SIMONIS, quondam in Eccleſia Conuentus Brugenſis, fidem facit eiuſdem liber, nuncupatus *Manuale maius* vbi in inſtructiſſima ſupellectili Eccleſiæ, quæ erat anno 1577. hoc annotatur: *Reliquiæ S. SIMONIS STOCK in theca argentea.* At iis (ſicut & aliis pleriſque Reliquiis, ſacris vaſis, & ornamentis) noſtros priuauit hæreticorum impia debachatio anno 1578. prout retulimus *par. 4. c. 1.*

Brugenſis.

786. In Conuentu etiam Vallencenenſi Prouinciæ Belgicæ (de quo alia diximus *parte 4. c. 2.*) magnâ cum veneratione aſſeruatur digitus dextræ manus eiuſdem Sancti, cuius fidem faciunt bina inſtrumenta: tenor primi eſt. „ Nos Frater Menaldus S. Theologiæ Pariſienſis Magiſter, ac
„ humilis Prior Prouincialis Prouinciæ Vaſconiæ Sacratiſſimi Ordinis
„ Fratrum glorioſiſſimæ Dei Genitricis ſemperque Virginis MARIÆ
„ de Monte Carmelo, Et Prior localis, & Clauarij, omneſque Filij, &
„ Officiarij noſtri Conuentus Burdegalenſis, confitemur, & atteſtamur,
„ propter crebras ſupplicationes Venerandorum Patrum & Fratrum Pe-
„ tri Draguet & Ioannis Lohet, eiuſdem Ordinis & Conuentus Vallen-
„ cenarum Sacerdotum, & profeſſorum, donaſſe eiſdem vnum articulum
„ digiti maioris dextræ manus Sanctiſſ. Viri B. SIMONIS STOCK, cui vi-
„ uenti adhuc in ſeculo Sacratiſſ. Virgo Mater Chriſti, Patrona habitum

In Cœnobio Vallencenenſi eſt articulus digiti illius manus dextræ.

„ noſtræ Sacratiſſ. Religionis donauit : promittens quòd in hoc moriens „ ſaluaretur : qui anno ætatis ſuæ centeſimo obiit mortē in Conuentu no- „ ſtro Burdegalenſi, multis, & variis coruſcans miraculis. Quibus etiam „ Patribus dedimus Officium de ſe compilatum. Vos itaque Patres aman- „ tiſſimos obſecramus, vt eiuſdem Sanctiſſ. Patris memoriam agatis in „ Conuentu veſtro, illique preces offeratis, tamquam Paſtori: vt memor „ ſit ſuarum ouium ante conſpectum Sanctiſſimæ Trinitatis, & earum- „ dem ouium cauſam tueatur & defendat. Datum in prænominato Cō- „ uentu Burdegalenſi anno Chriſtianæ miſerationis ſexto ſuper quingen- „ teſimum, & milleſimum. Idibus [illegible] ſigno manuali Prouin- „ cialis prædicti, & ſigni Vene[illegible]tionis [illegible]riorum eiuſdem „ Communitatis hic appenſo „ [illegible]tum erat [illegible]noliboſio &c. Se- cundi verò eſt ſolius Prouincialis præfati Menaldi, confectum coram te- ſtibus, per Notarium Apoſtolicum. Fuerunt autem ibi hactenùs Sacræ il- læ Reliquiæ in ſingulari veneratione, eò quòd per panes benedictos ſub inuocatione S. SIMONIS ægri in [illegible]ſuuamen aut leuamen quandoque retulerint. Annum conceſſionis, & tranſlationis indicat ſubie- ctus verſiculus.

ReLLiqVIae PatrIs StoChII eXVIaſqVe SIMonIs
VaLenCena Capit, Igiter atqVe tenet.

787. Quoad Officia olim in eius feſto recitari ſolita, Lezana *in Anna-*
a To. 4. ad an. 1265. n. 9. *libus* a tractans de ſanctitate, & cultu S. SIMONI exhibito, ac de variis Officiis pro eius feſto conſcriptis, illa habet: *Ex iis* (Officiis) *vetuſtius eſt illud, quo Cœnobium Burdigalenſe, vbi ſanctum Corpus requieſcit, à multis annis vtitur, cuius authentica copia apud nos extat. Id verò Scriptum eſt in libris Chori eiuſdem Conuentus anno* 1435. *vt etiam authenticis litteris teſtimonialibus comprobatur. Typis verò mandatum poſt fuit Burdigalæ anno* 1580. *Præter id autem erat olim (vt credimus) in Anglorum vſu Officium aliud proprium eiuſdem Beati* SIMONIS *à Roberto Balæo.* Et infrà: *Officium hoc Roberti* : AVE SIMON PATER INCLYTE, *(vt Ioannes Balæus notat) Burdegalenſe autem ſic;* HIC VIR *&c. Erant ergo, qui vtrumque Officium confundentes ex duobus vnum faciunt.* Quia au- tem Officium iſtud, vetuſtum, & deuotum, ac Epitome eſt Vitæ ipſius S. SIMONIS, illud hic ſubiungendum duximus.

Officia de S. SIMONI.

OFFI-

Digitized by Google



Dum pia Virgo suum donabat Veste SIMONEM,
Haec, ait, aeternae signa Salutis habe;
In vita, e medijs nam liberat illa periclis:
Post vitam, e medijs liberat illa rogis.

OFFICIVM

S. SIMONIS

CONFESSORIS ORD. CARM.

878. *Si venerit tempore Paschali, post Antiphonas, Responsoria, & Inuitatorium, addatur* Alleluia. *& Versiculi Horarum dicantur, vt in communi temporis Paschalis.*

Ad primas Vesperas
Antiphona.

HIc vir despiciens mundum, MARIÆ dilectus meruit appellari. *Psalm.* Dixit Dominus.

Antiph. Fidelis seruus & prudens, quē constituit Dominus super familiam Matris. *Psal.* Confitebor tibi Domine.

Antiph. In mandatis Dei generationem ELIÆ benedictionibus repleuit. *Psal.* Beatus vir.

Antiph. Puer in quercu Dominum laudabat. *Psal.* Laudate pueri.

Antiph. Iudicia sua SIMONI manifestauit Deus, cum ex trunco eum deduxit in CARMELVM. *Psal.* Lauda Ierusalem.

Capi-

Digitized by Google

Capitulum.

Beatus vir qui inuentus est sine macula: & qui post aurum non abiit, nec sperauit in pecunia & thesauris. Quis est hic, & laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vita sua. *Resp.* Deo gratias.

Resp. Bonitatem Dei meditabatur sedulò SIMON fidelis Christi seruus * Orás vt viam salubriorem sibi patefaceret. Alleluia.

Vers. Sicut oculi seruorum in manibus Dominorum suorum, sic mens diuini SIMONIS in Deum iactabatur. Orans. Gloria Patri. Orans.

Hymnus.

Voce Sanctorum celebremus diem,
Quâ SIMON, nostri iubar inter omnes
Ordinis Diuos, iubilante cœlo,
Astra petiuit.
Huc ades, dum te canimus frequenti
Æde Carmeli columen paternum:
Quas tui dicunt famuli quotannis,
Suscipe laudes.
Te suum Christi Genitrix MARIA
Virgo *dilectum* vocat: & triumphos,
Dum tuis ponit Scapulis amictum,
Ordinis auget.
Triduo functus loqueris sepulchro,
Excutit spirans venerata castum,
Quæ tuos olim tulerat dolores,
Terra cadauer.
Iam pij fructu frueris laboris,
sentiat nostros pietas reatus:
Imminet vulnus, precibus repelle
Iudicis iram.
Prosperam, pro quo fugiens, parentum
Diuitum sortem, rigidam reponis
Arboris truncо, canibus ministris
Ducere vitam.
Gloriam Patri resonemus omnes,
Et Deo nato sit honor perennis,
Flamini Sancto moduletur atque
Orbis in æuum. *Resp.* Amen.

Vers. Amauit eum Dominus & ornauit eum.

Resp. Stolam gloriæ induit eum. Alleluia.

Ad Magnificat. Antiphona. Pauperis Euangelicæ amator velut lampas fulgentissima in nebuloso præsentis seculi turbine resplenduisti, Sancte SIMON, mititate Patriarchas, Martyres constantiâ, confessores parcimoniâ æquans; apud Clementissimum Christum intercedere pro nobis non recuses, & criminatoris astutias tuo repellè clypeo defensionis. *Magnificat.*

Oratio.

Deus qui precibus, & meritis Beati SIMONIS Confessoris tui, *Carmeli montis Ordinem* per manus Genitricis Filij tui Domini nostri IESV CHRISTI singulari priuilegio decorasti; concede, vt ipso interueniente ad gloriam, quam diligentibus te præparasti, peruenire valeamus. Per eumdem Dominum &c.

Ad Matutinum Inuitatorium. Pientissimo Christo iubilemus omnes; qui sanctum SIMONEM euexit ad gloriam Sanctorum. *Psalm.* Venite exultemus. *Hymnus.* Voce Sanctorum.

In primo Nocturno Antiphona. Secus decursus aquarum huius seculi stans SIMON in suo vitæ initio, dedit deuotionis fructus. *Psalm* Beatus vir qui non abiit.

Antiphona. Beatus SIMON in timore Domini seruire Deo in Sancto proposito studuit, vt dæmonis astutias intrepidè euaderet. *Psalm.* Quare fremuerunt.

Antiphona. Domine, qui es gloria, & exultatio iustorum, dilectissimum tibi SIMONEM aggregasti numero electorũ. *Psal.* Domine quid multiplicati.

Vers. Amauit eum Dominus & ornauit eum.

Resp. Stolam gloriæ induit eum. Allel.

In primo Nocturno Lectiones de Script. occur.

Resp. 1. Sanctum Religionis propositum SIMON in puritate subiit cõscientiæ * vt dæmonis iras euaderet. *Vers.* Tamquã lignum, quod secus plantatur aquas, pius dedit fructum. Vt dæmonis.

Resp. 2. In lege Dei vir sanctus firmiter roboratus

Digitized by Google

foboratus anguſtioris vitæ normam intrat intrepidus *Vt granum ex palea excutiat. *Verſ.* Tamquam aurum in fornace probat electos Dominus. Vt granum.

Reſp. 3. Iuſtus Pater SIMON corpus ſuũ affligebat ieiuniis, & orationibus * Carnem iubens obedire parti ſuperiori.

Verſ. Ecce elongauit fugiens & manſit in ſolitudine. Carnem iubẽs. Gloria Patri. Carnem iubens.

In ſecundo Nocturno Antiphona. In pace conſcientiæ dormire ſatagens, ſacrificium ſanctum ſe Deo exhibuit. *Pſal.* Cũ inuocarem.

Antiphona. Domine ſcuto protectionis tuæ tibi dilectiſſimum SIMONEM protexiſti. *Pſal.* Verba mea auribus.

Antiphona. Eleuaſti Domine magnificentiam tuam ſuper opera manuũ tuarum, deuotum tibi SIMONEM Sanctorum collegio aggregando. *Pſal.* Domine Dominus noſter.

Verſ. Iuſtum deduxit Dominus per vias rectas.

Reſp. Et oſtendit illi regnum Dei. Alleluia.

Lectio quarta.

SIMON STOCHIVS Cantiæ in Anglia nobiliſſimis parentibus ortus, cùm puer liberalioribus diſciplinis ſtuderet, in ſortem Domini electus eſt; nam duodecimum annum agens, relictis parentibus, & ſpretis rebus familiaribus, ac mundi pompis, in ſolitudinem ſeceſſit; vbi, in concauę quercus trunco deliteſcens, ab omni hominum commercio ſeparatus, tantò copioſiùs mentem pauit cœleſtibus contemplationis deliciis, quantò parciùs corpus fouit terrenis alimentis, eo liberiùs habuit Sanctorum communionem, quò rariùs cum hominibus colloquium. Ieiuniis adeò deditus erat, vt aquâ frigidâ tantummodo potu, herbis, radicibus, pomis ſilueſtribus, cibis vteretur. Quem vitæ rigorem lẽniebat nõnumquàm Deus canum miniſterio, qui ſtatis diebus ad SIMONEM accurrentes, panem ei, vndè ieiuna membra refocillaret, afferebant. Sedebat ſolitarius in arbore, orabat aſſiduus, profunda fundẽs ſuſpiria: dormiebat rariſſimè, & carnem vepribus conſtrictam, ſpinarum verberibus ſubiiciebat ſpiritui. Tu autem Dom.

Reſp. Dum ſacrum myſterium agere pararet, vrceolos ambos inuenit aquâ plenos *, & benedictione appoſitâ, aqua factum eſt vinum. *Verſ.* Memoriam fecit mirabilium ſuorum Omnipotens Deus. Et benedictione.

Lectio quinta.

Cùm in tanta alperitate plures annos tranſegiſſet, diuino monitus oraculo, Carmelitarum Ordinẽ, qui tunc in Anglia è Syria traductus floreſcebat, ingreſſus eſt, cuius ingenium ſingulare rarís virtutibus ornatum demirati Ordinis Superiores, emiſſis ſolemnioribus religioſæ vitæ votis, Oxonium diuinarũ litterarum ſtudij cauſâ eum miſerunt: vbi propter humilitatem, quâ præ cæteris eminebat, Fratrum ſuorum. & Magiſtrorũ Oxonienſium precibus victus, inuitus inferiorem tantùm Theologiæ gradum admiſit. Applicuit deinde animam animarum ſaluti: quo in munere, quales quantoſque fructus Eccleſiæ pepererit, difficile eſt dictu. Multa ſcripſit de patientia Chriſtiana, & præclara in laudem Chriſti Matris, cui familiari obſequio famulabatur. Tandem, Alano mortuo, totius Ordinis Generali, omniũ votis in demortui locum Aiſtefordiæ ſuffectus eſt. Addidit tantæ dignitatis oneri frequentiores vigilias, vberiores lacrymas, & acutiora cilicia, & ſeuerior in ſe factus, mitis in omnes nouo flagrorum genere corpus afflictabat: virginitatem perpetuò illæſam ſeruauit.

Reſp. Germanus ſancti Patris volens frugalem experiri vitam, coctum offert in cibum piſcem, quem ſanctus Pater in flumine proiecit * Qui viuus factus mox natare cœpit.

Verſ. Mirabilis Deus in ſanctis ſuis, mirabilia operatur, dum piſcis coctus vitæ reſtituitur. Qui viuus factus.

Digitized by Google

Lectio sexta.

Hanc vitæ sanctitatem publicè multis miraculis cõprobatam voluit Deus; plurima enim futura prædixit spiritu prophetico, morbos insanabiles curauit. Pisces coctos sibi à Germano suo in obsonium oblatos, vt eius inediam tentaret, erectis in cœlum oculis vitæ reddidit. Aquam crucis signo in vinum cõuertit, superans dæmonis astutiam, qui Sacra facienti vinum, in vrceolis paratum, callidâ arte abstulerat. Regulæ cõfirmationem ab Honorio tertio & Gregorio nono Summis Pontificibus impetrauit. Precanti ei Diuam Virginem, vt Ordinem iam confirmatum, qui sacro titulo eius gaudet, *singulari* aliquo *priuilegio* à cæteris discerneret, apparuit ipsa Virgo benedicta, Angelorum multitudine comitata, tenens præ manibus SCAPVLARE Ordinis, dicens: *Hoc erit signum tibi & cunctis Carmelitis priuilegium, quòd in hoc moriens æternum non patietur incendium.* Ordinem sibi creditũ, vt vir cœlitùs missus ad propagandum in Europa ELIÆ zelum, mirâ prudentiâ, & summâ cum laude quinquaginta annis rexit: post centesimum ætatis in Cõuentu suo Burdegalæ migrauit ad Dominum anno Christi millesimo ducentesimo sexagesimo quinto. Eius humatum cadauer diuino monitu tertiâ die effossum, ac eleuatum, in honestiori loco, clarum miraculis, positum fuit.

Resp. Vestitus innocentiæ togâ Christo famulari studuit in innocẽtia. * Ideo ad Generalatus, zelo Religionis ampliandæ, fastigium est vocatus.

Vers. Ad omnia Christi mandata dirigebat aspectum, & omnem viam iniquitatis odio habuit. Ideo, Gloria Patri. Ideo.

In tertia Nocturno Antiph. Sine macula Religionem ingressus SIMON, non fecit proximo suo malum, nec opprobrium aduersus proximos suos. *Psal.* Domine quis habitabit.

Antiph. Desiderium cordis eius tribuit ei Dominus, quando Religionem Carmelitarum voluit esse in Europa ampliatam. *Psalm.* Domine in virtute tua.

Antiph. Virgâ regularis correctionis, & baculo spiritualis doctrinæ consolabatur Ordinem sibi diuinitùs commissum. *Psal.* Domini est terra.

Vers. Iustus vt palma florebit in domo Domini.

Resp. Sicut cedrus Libani multiplicabitur. Alleluia.

Lectio septima.

Euangelium. Ecce nos reliquimus omnia: *vt in communi vnius Confessoris non Pontificis. Sed tempore Paschali, eius loco dicatur Euangelium:* Dixit IESVS discipulis suis: Ego sum vitis vera.

Resp. VII. In pastorali regimine talentum sibi creditum magnificè dispensauit. * Cum subditos verbo & exemplo vitæ allexit. *Vers.* Iucunditatem & exultationem thesaurizauit super eum. Cum subditos.

Resp. VIII. Gregem sibi commissum diuino fouebat eloquio * & granum è palea virgâ directionis excutiebat.

Vers. Memor erat verbi Domini & in corde suo Legem Dei volutabat. Et granum.

Resp. IX. Dæmonis vt præsentiit insidias pius Pater, MARIAM affatur: O flos Carmeli, vitis florigera, splendor cæli, virgo puerpera, mater mitis.* Carmelitis da priuilegia.

Vers. Ego seruus tuus sum, & filius ancillæ tuæ. Carmelitis. Gloria Patri, Carmelitis.

Te Deum laudamus.

Vers. Os iusti meditabitur sapientiam.

Resp. Et lingua eius loquetur iudiciũ. Alleluia.

Ad Laudes. Et per horas.

Antiph. Decorem & fortitudinem induit eum Dominus, ideò eleuatæ dæmonis astutiæ non prævaluerunt. *Psalm.* Dominus regnauit.

Anti-

Digitized by Google

Antiph. Populus, & omnis Spiritus in Sancto SIMONE laudet Dominum, qui abnegato seculo in Montem transiuit Carmelum. *Psalm.* Iubilate Deo omnis terra.

Antiphona. In velamento feruidæ contemplationis adhæsit Domino suo; ideò obstructum est os loquentium iniqua. *Psal.* Deus Deus meus.

Antiph. Sanctus SIMON laudet Dominum; qui eum transtulit ad Sanctorũ contubernium. *Cant.* Benedicite omnia opera.

Antiphona. Ad sumendum de hoste supplicium, vinum vitauit, aquæ petens poculum. *Psalm.* Laudate Dominum de cœlis.

Capitulum.

Beatus vir: *vt in primis Vesp.*

Hymnus.

Adsis supernæ curiæ
Ciuis SIMON Sanctissime,
Iuua tuos Fratres, tuis
Cantu vacantes laudibus.
Magnæ parentis Virginis
Feruens amor denunciat,
Apud Deum, quâ polleas
Rerum datorem gratiâ.
Per te sanantur languidi;
Membris vigor reuertitur;
Fit vnda vinum nobile
Quem proditor suffecerat.
Per te fideles mortui
Flammis habent auxilium:
Qui tanta dedit munera,
Regnet Deus per sæcula. Amen.

Vers. Iustus germinabit sicut lilium.

Resp. Et florebit in æternum ante Dominum. Alleluia.

Ad Benedictus Antiphona.

Videns dæmonis astutam malitiam, & carnis continuam in spiritum pugnã, Christi seruus SIMON egregius, contubernium malorum hominum spreuit, ante se habens Dominum, æternumque supplicium, vitam ducens eremiticam, quam mutauit in cœnobiticam, suæ ætatis anno centesimo raptus est ad æternam gloriam. *Cant.* Benedictus Dominus. *Oratio.* Deus qui precibus. *Vt suprà.*

Ad secundas vesperas Antiphona. Laudum Psalmi de communi. Cap. Hym. & versus, vt suprà in primis Vesperis.

Ad Magnificat Antiphona.

Magnificatus in Sancta Ecclesia ob frugalem vitam, in conspectu regum loquebatur Sapientiam, & lucri faciebat Christo animas, quas dæmonis astutia auferre nitebatur, in Religiosa vita in Domino confortabatur, & radices mittebat à progenie in progenies timentibus Christum. *Magnificat.*

Oratio vt suprà.

Digitized by Google

NOTÆ.

789. QVod *lect. 6.* sub finem dicitur: *Ordinem sibi concreditum quinquaginta annis rexit*, id sic accipiendum, nimirùm triginta annis, aut circiter, vt Vicarius Generalis, in partibus Occidentis, & viginti vt primarius Prior Generalis Ordinis: ab anno videlicet 1245. vsque ad 1265. quo obiit. Festiuitas eius ex concessione Sedis Apostolicæ solemnizatur per Ordinem die 16. Maij, quâ ad Missam & horas Officij Diuini olim illa legebatur Oratio, seu Collecta: *Deus, qui nobis Sanctum dedisti* SIMONEM *Rectorem & Patrem, quem, dum viueret, Filio tuo & eius gloriosissimæ Virgini Matri puro corde & sincerâ deuotione seruire voluisti, tuam imploramus clementiam; vt cuius gaudemus meritis, tranquillâ prosperitate in tua iugiter laude lætemur, eiusq; instruamur exemplis, Per Dominum*, &c. Nunc autem istius loco hæc recitatur: *Plebs tibi Domine Virginique Matri dicata, beati* SIMONIS, *quem ei Rectorem, & Patrem dedisti, solemnitate lætetur: & sicut per eum tanta protectionis signum obtinuit, ita prædestinationis æternæ munera consequatur. Per Dominum*, &c.

Hactenus quæ ad Chronologiam vitæ S. SIMONIS, illius officium, eique traditam Mariani SCAPVLARIS purpuram attinent, quòd ea & ad Historiæ Carmelitanæ intelligentiam faciant, & aliunde Lectoribus putauimus non iniucunda, publicâ ventura in lucem hic dedimus. Simile de Chronologia hac iudicium habuit Venerabilis noster P. Ioannes Bapt. De Lezana, qui eam suis in Annalibus laudat ac sequitur, vt videre est *Tomo 4. ad an. Christi* 1165. in fine & 1250. *num.* 7. Sic quoque sensêre alij pietatis ac scientiæ laude conspicui viri, quos inter R. P. Sigismundus è Patribus Discalceatis doctrinâ clarus hoc de ea testimonium dedit: *Si, vt fert passim vulgata paræmia, altissimo puteo latet obruta veritas; immensum & laudis & honoris sibi ab humano genere promerentur, qui labore improbo, & continuis lucubrationibus, eam tenebris erutam luci reddunt, asserunt dignitati. Tanti refert ad hominum vtramque felicitatẽ eam ex vultu cognoscere. Inter eos benemeritos ego Segerum Pauli, haud immeritò repono; vt qui vitæ suæ meliorem partem in restituendo Religioni suæ eiusmodi bono collocarit; rimatus pleraque iam penè sepulta venerandæ antiquitatis rudera in iis Ordinis sui sacrosancta monumenta feliciter inuenit, inuenta collegit, collecta cõposuit, composita luculenter edidit. Porrò hæc si in reliquis obtinuit, neque in hoc (licet mole exiguo) opere desiderantur. Manat enim ex eo (me quidem iudice) Deo gloria, S.* SIMONI *encomium, Carmelitis exemplum, virtuti stimulus, publico denique emolumentum. Ita sentio:* Subscriptum erat. *F. Sigismundus à S. Iacobo Carmelita discal. indignus.* Huius Chronologiæ Autographum ad me transmisit R. A. P. Iacobus Emans nostri Ordinis, S. T. Doctor, in alma Vniuersitate Colonienſi Decanus, modò Prouincialis.

Digitized by Google

tialis Alemaniæ Inferioris, vnà cum præfato teſtimonio, & ſubſcripta approbatione. *Hiſtorica Vitæ* S. SIMONIS STOCK *deſcriptio nihil fidei Catholicæ, aut bonis moribus contrarium complectitur: typis igitur euulgari poterit. Coloniæ 9. Iulij 1651.* Subſcriptum, *Henricus Francken Siers Forpſſe. SS. Theolog. Doctor, Gymnaſij Laurentiani Regens, Librorum Cenſor Ordinarius.*

CAPVT III.

Elogia quædam in S. SIMONEM STOCK.

790. AGiographorum, & aliorum grauiorum aliquot Authorum teſtimonia, ſeu elogia de B. SIMONE, & tradito illi à B.V. MARIA SCAPVLARI hic conſequenter producemus, tum vt magis innoteſcant & tanti viri meritum apud Deum, & priuilegiatę iſtius veſtis dignitas inter homines: tùm ad reuincendam manifeſtam falſitatem cuiuſdam libelli famoſi (illius meminimus ſuprà *a*) de cuius authore hæc ſcribit perpoliti ſermonis author Theophilus Raynaudus *b*. „ Quod paſſim „ innotuerit ingenij eius prurigo; quâ celebritatem captans ex ſenſuum „ antiquorum conuulſione, colliſus eſt cum bona parte Religioſorum „ Ordinum, qui in Gallia florent; nimirùm cum Benedictinis, Carthuſianis, Dominicanis, Societate IESV, ſed maximè cum Carmelitanis: „ quorum ſcilicet Confraternitatem ſacri SCAPVLARIS ſublatam voluiſſet, ſi potuiſſet: ſuiſque aculeatis ſcriptis, ſicuti alios plures ſanctos, ita & B. SIMONEM quoque impetit. Eius quidem cauillos, & calumnias diſiecerunt, & fortis ſcriptionis clauâ proſtrauerunt Iacobus Eueillon, Ioannes Cheron & alij *c* ac nouiſſimè (in gratiam Ordinis huius) præfatus Theophilus Raynaudus: Pro declaranda tamen magis antiquitate, ac pietate SCAPVLARIS PARTHENO-CARMELITICI, & SIMONIS noſtri Sanctitate, è re non modò Ordinis huius, ſed & Eccleſiæ (cùm SCAPVLARIS geſtatio in vſu ſit apud omnes Eccleſiæ gradus vt conſtat ex dictis & dicendis *d*) cenſemus, etiam alia quædam ſuperaddere; vt ſic magis veritas inclareſcat, & ſtabiliatur.

KALENDARIA VETVSTA, ET MARTYROLOGIVM ORDINIS ad diem 16. Maij ita habent: *Decimo ſeptimo kalendas Iunij* SIMONIS *Confeſſoris Ordinis noſtri, Duplex.* Sic annotatur in vetuſto kalendario Sanctorum Ordinis Carmelitani, quod extat in Codice MS. Conuentus Mechlinienſis ſub initium fol. VII. Inde etiam apparet ab immemorabili tempore ſub ritu Duplici de eo officium celebratum fuiſſe. In alio Catalogo eiuſdem Codicis fol. LXXVI. *Sanctus* SIMON *Confeſſor non Epiſcopus.* In tabula ſeu Catalogo Sanctorum in antiquo Speculo Ordinis Carmelitani typis edito Venetijs

a Par. 3. n. 610.

b Lib. de SCAPVLARI Partheno-Carmelitico p. 2. in præluſione.

c Citati p. 3. n. 610.

d Vide p. 5. num. 570. 591. 600. 615. & hic infrà num. 803. ſub finem. Kalendaria, & Martyrologia Ordinis de S. SIMONE.

Venetijs anno 1507. ſub finem: *Sanctus* SIMON *de Anglia Generalis Ordinis Sextus.* Et in impreſſo kalendario ex Decreto Capituli Generalis Romæ celebrati in Conuentu S. Martini de Montibus, anno 1564. Præſide S. Carolo Borromæo ad diem 16. Maij: S. SIMONIS *Anglici Confeſſoris Duplex.* Paulò latiùs in Martyrologio Ordinis, inſerto Ordinali, ſeu Ceremoniali *a* hæc ſic commemorantur: *Burdigalæ depoſitio S.* SIMONIS STOCK, *Generalis Ordinis Carmelitarum. Qui natione Anglus, vitæ ſolitariæ ſtudio Deo acceptus, hominibus admirabilis, & Spiritu Prophetiæ clarus, diu in arboris trunco reſidens, Dei monitu Carmeliticæ Religionis habitum aſſumpſit. Quo recepto, eâ morũ & virtutum honeſtate, feruenti charitate ſuæ Religionis zelo, & in Deiparam Virginem* MARIAM *pietate, & ſingulari deuotione præcellait, vt ſedulis, & inſtantiſſimis precibus, ab eadem ſuper-liberali Virgine* SCAPVLARE *ſeu Confraternitatis priuilegium, ſalutis ſignum, fœdus pacis, & pacti ſempiterni recipere meruerit: quo etiam nunc iugiter maxima perpetrantur miracula. Tandem poſtquàm Ordinem ſuum multis annis Sanctiſſimè gubernaſſet, anno centeſimo vitæ ſuæ, plenus bonorum operum, miraculiſq; multis, in vita & in morte clarus, migrauit ad Chriſtum.*

a Lib. 1. Rub. 33. pag. 69.

791. ALIA MARTYROLOGIA ET CATALOGI SANCTORVM. Ioãnes Molanus *in Martyrologio ſeu Additionibus ad Vſuardum* ex impreſſione Antuerpiæ anno 1583. *ad diem* 16. *Maij*, his verbis ſanctitatem noſtri B. SIMONIS commendat: *In Ciuitate Burdegala* B. SIMONIS STOCK *Carmelitæ, Deiparæ Virginis* MARIÆ *ſingulariter deuoti, ac miraculorum coruſcatione præ-glorioſi.* In Annotationibus etiam iſta de eodem adſcribit: *De* SIMONE STOCKIO *ex Catalogo Scriptorum Britanniæ vitam ſcripſerunt Monaldus Roſarius Vaſco, Rolandus Bouchier Hannonius, & Nicolaus Harlemenſis Batauus, viri ſuis temporibus clari: Officium edidit Robertus Bale Carmelita Brunhamiæ.* Ferè eadem, quæ in Molano, leguntur etiam in Agiologio Ioannis Gillemanni, vetuſti Scriptoris, Canonici Regularis Ord. S. Auguſtini in Rubea valle propè Bruxellas. Philippus Ferrarius Alexandrinus *in Catalogo generali Sanctorum, ad diem* 16. *Maij*, ſic paucis: *Burdegalæ in Aquitania Sancti* SIMONIS *Ordinis Carmelitarum.* Et Andreas Sauſſayus *in Gallorum Martyrologio* ad 17. Calendas Iunij: *Burdegalæ* S. SIMEONIS * STOCK *Confeſſoris, ex Carmelitarum Ordine, eiuſdemq; Sextus in Latinorum Serie Generalis, mentis puritate, vitæq; ſanctitate, & mirâ in ſanctiſſimã Virginem deuotione, ſignorumq; gloriâ illuſtris.* Theophilus Raynaudus *b* iſtum Andream nuncupat *Bedam Gallicanum, de Cœlitibus, qui in Gallia floruerunt, bene meritiſſimum.*

Martyrologia alia de eodem.

* *Leg* SIMONIS.

b Lib. de SCAPVLARI *Partheno-Carmel. par. 1. c. 1.*

792. PETRVS SWANYNGTON ipſi S. SIMONI ſynchronus, & quondam à comitatu, confeſſionibus & legationibus, in epiſtola, ſeu hiſtoria de geſtis eiuſdem. „ B. SIMON grandæua ſenectute grauatus, & rigoroſâ „ pœnitentiâ fractus omnium Fratrum dolores in corde ſuo ſuſtinendo „ aſſiduè pernoctabat in oratione vſque ad auroram: dum autem ſic ora„ ret, venit ei conſolatio de cœlo, quam nobis in ſimul congregatis nar„ rabat ſic: Fratres chariſſimi, Benedictus Deus qui non dereliquit ſpe„ rantes in ſe, & non ſpreuit preces ſeruorum ſuorum: Benedicta in id ipſum

Petrus Swuaington Socius & Confeſſarius S. SIMONIS.

Digitized by Google

„ ſum Sanctiſſima Mater Domini noſtri IESV CHRISTI, quæ memor
„ dierum antiquorum, & tribulationum quæ multos veſtrûm inuenerũt
„ nimis, non attendentes, quòd omnes qui piè volunt viuere in CHRISTO
„ IESV perſecutiones patientur, mittit vobis verbum, quod ſuſcipietis
„ cum gaudio Spiritus Sancti: ipſe me regat, vt manifeſtem illud, ita vt
„ oportet me loqui. Cùm effunderem animam meam in conſpectu Do-
„ mini, quamuis ſim puluis & cinis, & in omni fiducia Dominam meam
„ Virginem MARIAM deprecarer *&c.* Apparuit mihi cum grandi comi-
„ tatu, & tenendo habitum Ordinis, dixit: HOC ERIT TIBI, ET CVNC-
„ TIS CARMELITIS PRIVILEGIVM: IN HOC MORIENS, ÆTERNVM NON
„ PATIETVR INCENDIVM, *&c.* Fratres, conſeruando verbum iſtud in
„ cordibus veſtris, ſatagite electionem veſtram certam facere per bona
„ opera, & numquam deficere: vigilate in gratiarum actione pro tanta
„ miſericordia, orantes ſine intermiſſione, vt ſermo mihi factus clarifice-
„ tur ad laudem Sanctiſſimæ Trinitatis, Patris, IESV CHRISTI, Spiritus
„ Sancti, & Virginis MARIÆ ſemper benedictæ. Idem verbum mittebat
„ ad Fratres, qui erant in aliis locis valde triſtes, per cõſolatoriam, quam
„ ego immeritus, homine Dei dictante, ſcribebam, vt ſimiliter gratias a-
„ gerent, orando, & perſeuerando. Cantabrigiæ in craſtinum diuiſionis
„ Apoſtolorum 1251. „ Ibidem conſequenter refert, & teſtatur id, quod
ſuis oculis ex parte conſpexit, videlicet, meritis B. Virginis MARIÆ per
ſacrum SCAPVLARE poſtridie eius diei, quo illud S. SIMON cœlitùs acce-
perat, præſtitam cuidam nobili Waltero de Linthonia ſingulariſſimam
gratiam: cum enim morti vicinus, deſperabundus, & blaſphemans ani-
mam ſuam dæmoni deuoueret, impoſito illi ſancto habitu mirabiliter im-
mutatus, cum magna contritione peccata ſua confeſſus, æternæ damna-
tionis periculum euaſit, & ſalutem obtinuit; ſicut per reuelationem didicit
frater eius Petrus de Linthonia Præpoſitus Eccleſiæ S. Helenæ, Winto-
niæ in Anglia; qui in gratiarum actionem, & rei memoriam Monaſterium
ad honorem diuæ Virginis ædificari curauit. Id quoque indicant illa de
fundatione Conuentus Wintonienſis in ſerie Conuentuum Angliæ: *Win-
toniæ fundator Dominus de Linthonia Præpoſitus Eccleſiæ S. Helenæ Wintonienſis:
qui propter miraculum ſibi per glorioſam Virginem* MARIAM *oſtenſum Fratres
ibidem fundauit.* De illo miraculo valdè celebri, & primo per SCAPVLARE
à B. Virgine MARIA traditum S. SIMONI, deque fundatione iſta Winto-
nienſi agitur in Annalibus Ordinis ad annum Chriſti 1252.

Alia quædam ex eodẽ authore vide ſuprà in Chronologia Vitæ S. SIMONIS ad an. Chr. 1251.

Miraculũ primum per S. SCAPVLARE.

In Speculo Ordinis Venetiis excuſo anno 1507. *fol.* 60.

793. GVLIELMVS CONVENTRE ANGLVS in *Scuto Carmelitarum*, confecto circa annum 1348. & ex eo IOANNES GROSSIVS Generalis Ordinis huius, electus anno 1389. in Tractatu de Sanctis Ordinis: „ S. SI-
„ MON de Anglia, Generalis Ordinis Sextus, qui Dei glorioſiſſimã Ge-
„ nitricem iugiter deprecabatur, vt Carmelitarum Ordinem, qui ſpeciali
„ gaudent ipſius Virginis titulo, aliquo communiret priuilegio, dicens vo-
„ ce deuotiſſimâ: Flos Carmeli, Vitis florigera; Splendor cœli, Virgo puerpera,

Guilielmus Conuentre & Ioannes Groſſius.

„puerpera, singularis. Mater mitis, sed viri nescia, Carmelitis da privile-
„gia, Stella maris. Cui Beatissima Virgo cum multitudine Angelorũ ap-
„paruit, SCAPVLARE Ordinis in benedictis manibus suis tenens, & di-
„cens: HOC ERIT TIBI ET CVNCTIS CARMELITIS PRIVILEGIVM,
„QVOD IN HOC MORIENS ÆTERNVM NON PATIETVR INCEN-
DIVM.„

Thomas Bradley.

794. THOMAS BRADLEY, seu Scropus Episcopus Dromorensis in Hibernia tempore Eugenij Papæ Quarti *in Tractatu de Fundatione, Intitulatione, Antiquitate* &c. *Ordinis Carmelitani cap.* 2. quod est de habitu Ordinis: „Super-humeralibus etiam in veteri Testamento vsi fuerunt E-
„LIAS & Eliseus, Ioannes Baptista, alijque Carmelitæ eorum sequaces
„*&c.* Nouæ autem Legis tempore huic vesti, in apertura colli additum
„caputium; & gestarunt vsque ad annum Domini MCCXII. quo tem-
„pore venerunt Carmelitæ in Angliam. Erat tunc vir sanctus in Reli-
„gione prædicta SIMON STOCK nomine, natione Anglicus, qui Dei glo-
„riosam Genitricem iugiter deprecabatur, &c. Ibi consequenter ijsdem
„penè verbis, quibus Gulielmus Conuentre, & Ioannes Grossius, traditi
„SCAPVLARIS historiam commemorat.

Versus antiqui, de tradito à B. V.M. Scapulari.

795. VERSVS ANTIQVI (ij varietatis gratiâ intermiscentur) in *Collectaneo Exemplorum* per Balduinum Leersium (qui Atrebati obijt anno 1483.) *cap.* 4. in quo tractatur de S. SIMONE STOCK, & apparitione Virginis Deiparæ illi facta: isti referuntur vetusti versus Leonini:

Si Ordinis in signo moritur quis, iure benigno
Soluitur à pœnis, fruiturq; loci per-amœnis.
Hoc impetrauit SIMON à Virgine chara:
Postea migrauit scandens ad gaudia clara.

[a] Fol. xci. & seq. vbi initio adscriptum est: *Author Magister de Edam:* Harlemẽsis is erat, claruitq; circa ann. Christi 1490.

In volumine MS. Conuentus Mechlinien sis, continente varia antiqua monumenta, libros, & tractatus de Ordine Carmelitano extat libellus carmine heroico [a] de ortu, progressu, habitu, & regula Ordinis eiusdem: in quo *cap.* 2. quod est *de habitu* vetustioris temporis poësi sic canitur.

Pelliceum priscâ Fratres ætate ferebant,
Zonam & pelliceam, cum mantello simul albo.

Ibi consequenter refertur qualiter pallia alba, iussu Homar Regis Arabum, fuerint mutata in barrata: tandemque, illis dimissis, resumpta alba: & quòd Scapulare fuerit per B. Virginem MARIAM traditum S. SIMONI.

Pallia sumpta iterùm tunc Patribus alba fuerunt.
Post (Innocenti Papæ sub tempore Quarti,)
Sanctus vir SIMON STOCK Ordinis & Generalis,
Virginis intactæ suasu, monitúq; MARIÆ
Anglorum grata SCAPVLARE recepit in ora.

Distichon quoquè vetustum de S. SIMONE, & SCAPVLARI illi tradito videri poterit sub finem partis sextæ.

796 ARNOL-

Digitized by Google

796 ARNOLDVS BOSTIVS libro *de Patronatu SS. Virginis* MARIÆ *cap.* 9. recensens præcipuos Ordinis huius sanctitate illustres, hæc habet de S. Simone: „ SIMON Angligena, totius virtutis armarium, cognomento „ STOCK per orbem celebris, ab arbore cava, in qua vitam ducens eremi- „ticam, præsolabatur Carmelitas, MARIÆ Fratres peculiariores, quos „ venturos esse, diuinitùs edoctus fuit. „ *Et cap.* 10. *cuius titulus est*: „ Qua- „liter super pijssima Virgo MARIA feruido suo zelatori Beato SIMONI „ STOCK Carmelitani cœtus Priori Generali pro se, cunctisque suis Cō- „fratribus SCAPVLARE Ordinis, immenso fauore detulit, stupendo quo- „que dignitatis priuilegio: *vbi historia traditi* SCAPVLARIS *sic elegantes describitur.* Beatus SIMON STOCK Anglus, totius Carmeli cœtus Prior „ officio, vir præstantioris meriti, & vniuersæ sanctitatis exemplar illustre, „ cum, inter cætera bonorum operum studia, sanctam Dei Genitricem „ MARIAM, Aurigam Rectricemque Currus ELIÆ præcipuam, multùm „ familiariter diligeret, eam tempore longo deprecatus est, vt Sacram „ Carmeli Religionem glorioſi nominis sui titulo singulariter insignitā, „ aliquo speciali dotaret encœnio, peculiarique priuilegio communiret, „ inter alias orationes suas ei corde deuotissimo decena quotidie: FLOS „ CARMELI, &c. Virgo præliberalissima, in omni super-omnipotentis „ imperio post Filium secunda, feruido suo zelatori, pro impensi seruitij „ labore, mellis & faui dulcedinem abundantem propinauit, „ suam insu- „per hæreditatem ei adijciens. Tantam enim in oculis eius inuenit gra- „tiam, vt Angelicis comitata cateruis, & amicta lumine sicut vestimen- „to, familiariter ei, velut amicissimo dilectori appareret, & adimpleret eū „ lætitiâ cum vultu suo, tantâ pulchritudine refplendens, quantâ tam sin- „gulare, atque mirificum opificis Dei figmentum prædecorari conue- „niens est. *Et infrà*: O præmium suauissimum, mellitum dulcedine men- „tis: quod nulla mercari potest meritorum numerositas! quis enim labor, „ quæ pœna, quæ passiones huius temporis condignæ reperientur ad tā „ specioſi vultus, lydereo splendore perfusissimi, reuelationem? Faciem „ plenam gratiarum, quæ salus est aspicientium; vultum cuius pulchritu- „dinem corruscantium radiorum perspicabili lumine conspicuam, sol & „ luna mirantur..... O Pater dulcissime SIMON, in te Spiritus nul- „lus, cum aspiceres illam iucundissimam faciem, tam vibrantis luminis „ fulgore radiantem. „ *Et post alia de pulchritudine virginei aspectus*: „ Crē- „disne, quòd hæc vilis sit tota merces? certè puto, quòd nec tantum pe- „tere præsumpsisses. Ergone, Satis & certè si tibi sufficit, non sufficit „ MARIÆ. Audi quid adijciat: Gloria gloriæ coalescit, & gratia gratiæ „ diuinitùs accessit. Multiplicat locupletare te; auditui tuo datura gau- „dium, & lætitiam cœlestis præsagij; pectore placido depromet oracu- „culum, riuos intellectus & memoriæ eloquiorum suorum, stillicidijs in- „ebriatura. SCAPVLARE Ordinis tui in manibus tenet suis. Iam ex ful- „gida sua præsentia tuum lætificauerat visum, nunc (vt per omnia pic-

Arnoldus Bostius.

Annotat ipse Bostius, sub finem, se hoc opus scripsisse an. 1479.

De S. Simone & tradito illi Scapulari insignes cōsiderationes.

„ tatis fœdera commendaret) multa simul complectitur amoris officia, „ charitatis insignia, clementiæ monimenta. Donarium enim mirabiliter „ singulare, ex cœlestium super-pretiosum, velut arcam gaudij plenioris, tibi „ porrigit; & aromaticum os aperiens, mellitorum verborum delicijs tui „ saginat auditum: PRÆDILECTE MI, inquiens, RECIPE MEÆ FRATER- „ NITATIS SIGNVM: HOC ERIT TIBI ET CVNCTIS CARMELITIS PRI- „ VILEGIVM; IN HOC MORIENS ÆTERNVM NON PATIETVR INCEN- „ DIVM. O pretiosum habitum! paradoxum vtique, & irrefragabile præ- „ cipuæ dignitatis, & honoris, ac inuictæ virtutis insigne. O donum in- „ chitæ vocis, dari pariter & accipienti speciosum! cœlesti vtique confe- „ ctum nectare, mellifluo sapore conditum. Ex hoc nempe pudici oris „ balsamo claret, aromaticas species odoriferosque flores fluere multipli- „ ces. O singulare priuilegium, & stupendum signum sine fine iugiter „ permansurum!„ Alia, & ferè similia, ex eiusdem authoris Speculo hi- storiali, referuntur *in Annalibus Ordinis* ad eumdem annum 1251. Baldui- nus Leersius, & Petrus Brunus Bostio anteriores, ac Ioannes Paleonydorus ei suppar, ferè eadem (sed breuius) quæ scribunt de S. SIMONE, & da- to illi à B. Virgine MARIA SCAPVLARI, videri ibidem poterunt in iis- dem Annalibus Ordinis.

Aubertus Miræus de eisdem.

797. AVBERTVS MIRÆVS in libro *de origine, & incrementis Ordinis Carmelitani cap.* 6. quod est de Sanctis: „ S. SIMON STOCHIVS, hone- „ stis in Anglia parentibus natus, patriâ Cantianus, anno ætatis suæ duo- „ decimo, in solitudinem exiuit, & in trunco concauæ quercus sibi domi- „ cilium elegit: vnde cognomen accepit. Nam truncus idem latinè signi- „ ficat quod anglicè *Stock*. Ibi, vt scribit Leladus & Pitsæus, ab omni ho- „ minum commercio separatus, tantò copiosiùs mentem pauit cœlesti- „ bus contemplationis deliciis, quantò parciùs corpus fouit terrenis ali- „ mentis. Eò liberiorem habuit Sanctorum communionem, quo ranùs „ cum hominibus colloquium; precibus, vigilijs, ieiunijs semper intentus. „ Et deinde, postquam succinctâ synopsi vitam eius strinxisset, historiam traditi illi cœlitùs S. SCAPVLARIS, prout à præcedentibus descripta est, refert: tandemque subiungit: „ Tanti miraculi famam excepit cum ad- „ miratione orbis vniuersus: veritatem confirmarunt Summi Pontifices „ non pauci Ioannes XXII. Clemens VII. Gregorius XIII. Sixtus V. „ Gregorius XIV. Clemens VIII. & cæteri: Sanctimoniam coluerunt im- „ peratores, Reges, Principes, populi, qui in Sodalitium, seu Confrater- „ nitatem huius SCAPVLARIS, passim in toto orbe Christiano, non sine „ magno pietatis fructu, curant adscribi. De hac celeberrima Confrater- „ nitate, & eius priuilegijs quamplurimi scripsere Authores. Obiit S. Si- „ MON anno ætatis suæ plus minus centesimo, natiuitatis verò Christi Seruatoris 1265.

Ioannes de Carthagena.

798. IOANNES DE CARTAGENA ex Ordine Minorum *lib. 17. Homiliarum* peculiariter scribens de Ordinis huius origine, & successione à ma-

gno Prophetæ ELIÆ, variisetiam locis agit de S. SIMONE STOCK, & tradito illi SCAPVLARI, nec non de singulari priuilegio Bullæ Sabbathinæ: cuius opera cùm passim sint obuia, paucula dumtaxat, indè excerpta, hic damus: & quidem *ex homilia* 1. ista. „ Postquàm autem sacra hæc „ Religio à summis Pontificibus confirmata, multisque priuilegiis, ac A„ postolicis prærogatiuis donata fuit, S. Pater SIMON STOCK, Anglus, in „ Generalem istius Ordinis creatus, Christo Redemptori nostro, ac sa„ cratissimæ Virgini dilectissimè inseruiens, vt Religio simul tota grata „ illi obsequia præstaret, quoad poterat, satagebat. „ *Et infrà*: „ Oratio à „ sancto recitari solita, Flos Carmeli, vitis florigera, splendor cœli, Virgo „ puerpera, singularis mater, mitis, sed viri nescia, Carmelitis da priuile„ gia, stella maris. Hæc quidem Oratio Sanctissimæ Virgini adeò pergra„ ta fuit, vt nocte quadam Sanctus intra suam cellam genuflexus orans, „ iubar quoddam cœleste, copiosumque Angelorum cœtum intueretur, „ in quorum medio Sanctissima Virgo ei apparuit, quæ SCAPVLARE, „ quoddam manibus deferens, sic illum est alloquuta: DILECTISSIME „ FILI, HOC RECIPE HABITVI ORDINIS SCAPVLARE, MEÆ CONFRATER„ NITATIS SIGNVM, TIBI, ET CVNCTIS CARMELITIS PRIVILEGIVM, „ IN QVO QVIS MORIENS NON ÆTERNVM PATIETVR INCENDIVM. „ Doni istius magnitudinem expendit ibidem. Postea tractat de Bulla Sabbathina: „ Cupiens autem Beatissima Virgo magis ac magis Ordi„ nem hunc illustrare, præcipuisque gratiarum prærogatiuis sublimare, „ priuilegium quoddam singulare à Filio obtinuit. Etenim, vt narratur „ in Bulla Ioannis XXII. quæ incipit Sanctissimo vti culmine, dato „ Lugduni die 3. mensis Martij, eius Vicario in terris Ioanni XXII. Sum„ mo Pontifici B. Virgo apparuit, ei præcipiens, vt euulgaret Carmelitis „ Fratribus, & omnibus cum illo SCAPVLARI sepultura traditis, purga„ torij ergastulo detentis, meritis, & assiduis intercessionibus, piisque suf„ fragiis, ac singulari eiusdem Virginis protectione, primo sabbatho die „ ab ipsorum obitu adueniente, purgatorij pœnarum integram relaxa„ tionem dandam: eamdem Indulgentiam concesserunt Clemens VII. „ Gregorius XIII. in Bulla quæ incipit: VT LAVDES „ In *homilia* 2. sub finem rursus declarat illud priuilegium singulare *Bullæ Sabbathinæ* nuncupatum, à multis Pontificibus confirmatum, & ab Academia Salmanticensi fuisse approbatum: „ Academia Salmanticensis, exploratis Apostolicis „ his Bullis, declarauit validam esse hanc Sabbathinam Indulgentiam, „ & in suo robore semper permanere, nisi per Summum Pontificem, aut „ Concilium aliquod derogetur, nosque testamur, insigniorum Doctorũ „ illius Academiæ subscriptiones, illam approbantes legisse, & vidisse. „ Quare cùm non solùm authoritate tantorum Doctorum, sed expres„ sis Summorum Pontificum oraculis Indulgentia hæc Sabbathina sit „ corroborata, & stabilita, non video quâ ratione quispiam absque ingẽti „ temeritate illam inficiari queat.

Clemens Reynerus.

799. CLEMENS REYNERVS Ordinis S. Benedicti in libro inscripto: *Apostolatus Benedictinorum in Anglia*, agens de Carmelitis, *Demonstratione 6. pagina 162.* ista habet de S. SIMONE: „ Sed illud demum rebus Ordinis „ Carmelitici par est à nobis adiungi, diuinâ reuelatione fuisse prædictum „ eorum in Angliam aduentum. Fuit enim SIMON quidam, STOCHIVS, „ dictus, honestis in Anglia parentibus natus, patriâ Cantianus, qui anno „ ætatis suæ duodecimo in solitudinem exiuit, & in trunco cõcauæ quer- „ cus sibi domicilium elegit, vndè cognomen illud accepit; nam truncũ „ Angli STOCK vocant: vbi ab hominum commercio prorsus separatus, „ corpus ieiuniis macerans animam cœlestibus pascebat deliciis. Aqua illi „ potus: herbæ, radices, poma syluestria cibus fuerunt. Inter hæc oraculo „ cœlesti reuelatum est illi, venturos aliquando in Angliam ex Palæstina „ Syriæ quosdam Monachos, quorum & ipse institutum amplecteretur. „ Euentus comprobauit oraculi veritatem, venientibus in Angliam, ex „ Syriæ, Carmelitis, SIMON hic sese lætissimo animo coniunxit: qui eum, „ vt cœlitùs missum adiutorẽ suscipiebant. Anno itaque 1245. apud Ail- „ fordiam celebrantes generale Capitulum, eumdem totius Ordinis Ge- „ neralem Magistrum crearunt, cui ad annos viginti præfuit post Alanũ „ Armoricum Britonem (Yuonem alij vocant) sese magistratu abdican- „ tem: Vitæ sanctitate, prophetiis & miraculis insignis, obiit centenarius Burdegalæ.

Abraham Bzouius.

800. ABRAHAM BZOVIVS *tomo* XIII. *Annalium Eccl. ad ann. Christi* 1217. *num.* 13. postquam egisset de S. Alberto, Compendiatore Regulæ huius Ordinis, immediatè de nostro B. SIMONE subdit: „ Eius Instituti „ floruit eâ tempestate, SIMON, natione Anglicus, moribus compo- „ situs, charitate feruens, in societate mansuetus, fortis ad patientiam, ad „ miserandum pronus, tam vehemens diuini verbi præco, vt Anglorum „ animos à vitijs ad virtutes mirabiliter commutaret, in iudicio certus, in „ eloquio modestus, strenuus in agendis, humilibus & minoribus blan- „ dus, pœnitentibus benignus, rigidus superbis, & inflexibilis obstinatis, „ spiritu denique prophetiæ clarus.

Theophilus Raynaudus

801. THEOPHILVS RAYNAVDVS Scriptor illustris è Societate IESV libro de SCAPVLARI Partheno-Carmelitico *par. 1. cap. 1.* Liber ille totus est in illustrando SCAPVLARI Partheno-Carmelitico, seu (vt etiam nuncupat) STOCHIANO; quia cœlitùs traditum S. SIMONI STOCHIO: cuius proinde Vitæ Scriptoribus recensitis, subiungit: „ Omnes hi, præ- „ ter cæteros, de B. SIMONIS apud Deum, & homines gloria, diffusè scri- „ pserunt. Nos pauca de eo, hinc inde, vt florigeræ apes libauimus; quan- „ tum ad præsens institutum videbitur operæ pretium. *Deinde sic sermo-* „ *nem ingreditur:* Natus est B. SIMON, in Maioris Britanniæ toto orbe di- „ uisæ Prouincia, cui nomen Cantiæ. Parentes habuit genere nobiles. „ Nec defuit qui pro vsu aliquorum, insignes quosque gentis Viros à Re- „ gia necessitudine celebrandi, eum in Regiam prosapiam transcriberet.

Quod

„ Quod tamen decus carneis hominibus magnum, Sanctis Dei nullo est
„ loco; qui sciant veram nobilitatem non ad maiorum apices, etiam re-
„ gios, esse admetiendam: sed ad virtutes, quas interni hominis sublime
„ genus atque prosapiam indigitauit S. Ambrosius. Cœlestem hãc nobili-
„ tatem exhibuit iam ab infantia B. Simon, animo iam tunc ad diuina
„ propensissimo: & secundùm Deum B. Mariæ Matris cunctorum vi-
„ uentium, studiosissimo. Vix duodennis, exemplo Baptistæ, è paternis la-
„ ribus secessit in Eremum: vbi domus illi fuit cauus arboris truncus, vndè
„ illi cognomentum Stock; quæ vox Britannis truncum sonat. Arborem
„ produnt fuisse quercũ annosam, cuius cauum, cum adiacente solo dumis
„ aculeatis inhorrescebat. Hæsit eo in loco vir Dei per annos tredecim,
„ herbis in solo inculto sponte nascentibus, ac pomis syluestribus famem
„ sedans: sitim verò restinguens frigidâ, ad testandam Dei magnificen-
„ tiam (vt Philo disserit) etiam in auia eremo, ac tesquis scaturiente.... In
„ ea escarũ terrestrium tenuitate, vel ieiunitate, interiorem hominem o-
„ piparè saginabat; dulci orationis, propè assiduæ, pabulo mẽtem nutriens,
„ & iugis in cœlestibus epulis per illustrationes diuinas, & benedictiones
„ dulcedinis, quibus suauissimè perfundebatur; pensante Deo, de more
„ corporeæ tractationis imbonitatibus refertæ, damnum. Angeli super B.
„ Simonem ascendentes, ac descendentes, cauum illud frequentabant;
„ & docente Sanctum suum Deo, mixta ex mortali homine & immor-
„ talibus illis spiritibus schola cõflabatur; vt à Saluiano de Moyse in Sina
„ cum Deo colloquente, est proditum. Quantæ capacitatis dicemus fuisse
„ illud arboris cauum, non Simonem modò inquilinum sed ipsum quo-
„ que Deum, & tot Angelicas turmas excipiens? Abietem tantæ crassitu-
„ dinis, vt quatuor hominum vlnas complectentium impleret, & æqua-
„ lis propè crassitudinis cedrum Cypriam, Plinius describit. Qui item
„ prædonum Germanorum, singulis arboribus cauatis homines ad trigin-
„ ta ferentibus nauigantium, vastissimas arbores memorat. Vix tamen ali-
„ quo sit loco ea vastitas, præ amplitudine illius apud Indos Occiduos
„ castaneæ; quam textor cum textrina sua, totoque opificij apparatu in-
„ habitabat, ciusq; concauum Equites octoni subibant, indeque nullo suo
„ obstaculo prodibant; tanta erat vastissimæ arboris cauitas. Sed ego am-
„ pliorem supra omnem comparationem fuisse dixerim quercum illam;
„ quæ, sedem in ea figente Simone, Deo & cœlestibus Aulicis pro Re-
„ gia fuit, instructa contra Satanæ acies propugnaculis, qualis illa apud
„ Prussos patentissima quercus, præsidio firmata, & bellicis munimentis,
„ validæ arcis instar, in longam belli remoram instructa, vt memorat Æ-
„ neas Syluius. In sua quercu, longè alias acies fregit Simon. Verè san-
„ ctiua quercus, non illa Druydarum ac Dryadum, execrandis sacrificiis
„ dehonestata: & inde à rusticis (vt lex Luitprandi loquitur) nomine
„ *Sanctiua* donata. „ Hactenùs Raynaudus de vita B. Simonis ante
ingressum in Religionem. Deinde latè refert, quomodo, Deiparâ cum

Epitome vitæ S. Simonis.

Mira de arborum magnitudine.

monente, de aduentu Carmelitarum in Angliam, in illorum cœtum coop-
tari expetierit, & exorauerit: aggregatus autem, spiritum Dei, quem per
tempus diutinæ successionis plenè hauserat, effuderit in proximos; discur-
rens quaquauersùm in magnum animarum bonum, & non exiguam di-
latationem Ordinis Carmelitani; qui propterea, SIMONIS præsertim ope-
râ, per Angliam vniuersam optimo odore fragrauit. Tum iter eius in Pale-
stinam, secessum in Carmelum (vbi exiguam nactus cellam velut manu-
codiata, & auis cœli mystica, aliquamdiu vitam exegit sanctissimam, cœ-
lesti mannâ subinde refectus) regressum in Occiduas partes, electionem
in Priorem Generalem Ordinis, & traditi eidem SCAPVLARIS histo-
riam eleganter, vt solet, prosequitur. Deinde priuilegia SCAPVLARIS il-
lustrat, & propugnat.

Alij Scriptores de S. Simone.

802. ALII AVTHORES. Vitam S. SIMONIS STOCK scripserunt Mo-
naldus (seu Menaldus) Rosarius, Rolandus Bouchier, & Nicolaus Harle-
mensis (vti constat ex Molano suprà, Martino Del-Rio, Possevino, &
Gesnero) Scripsit etiam ante istos supra-citatus Petrus Swaninghton.
Compilauit quoque eam Thomas Saracenus in Menologio Carmelita-
rum: alij autem, præter iam adductos, & domestici, & exteri quamplurimi,
occasionaliter commemorant huius Beati viri sanctitatem, & deuo-
tionem erga Deiparam, & receptum ab ea SCAPVLARE. Præ cæteris au-
tem V.P. Lezana accuratè vitam, & gesta eius chronologicè inserta ha-
bet *tomo* 4. *Annalium:* vbi de tradito cœlitùs à SS. Virgine SCAPVLARI
latè tractat, *ad annum Christi* 1251. & de pretiosa morte, sanctitate, ac an-
tiquo cultu huius sancti Patris *ad annum* 1265. Porrò anno primo ab eius
obitu cultum Sancti seu Beati attributum illi fuisse, diximus in Notis ad
Chronologiam, sub finem.

803. Hæc de B. SIMONE & SCAPVLARI cœlitùs illi tradito dicta
sufficiant: Sed antequam istius priuilegiatæ vestis prærogatiuas explice-
mus, memorandum hic, quòd etiam alios suos peculiariores clientes mu-
ficentissima cœlorum Regina similibus fauoribus dignata fuerit. Sanctis
Ildephonso Toletano, Bonito Auernensi, Thomæ Cantuariensi, Episco-
pis casulam, sui in illos amoris tesseram, donasse, & eiusdem Cantuarien-
sis Antistitis cilicinam vestem detritam, seu dissutam suâ manu reparasse,
perhibetur. B. Alberico, secundo Cistercij Abbati, cœlestium spirituum
stipata phalange cãdidam cucullam capiti imposuit, vt refertur in Chro-
nico Mariano per Benedictum Gononum ad annum Christi 1109. Ali-
quantò post in eodem Chronico [b] scribitur de S. Norberto: *Hic S. Norber-*
tus præcipuâ deuotione coluit B. Virginem: nam se suumque Ordinem
sub eius tutela posuit, ab eaque Ordinis sui candidum accepit vestimen-
tum, vt testatur & multipliciter probat Myræus in Chronico Ordinis
Præmonstratensis. B. Reginaldo, ex Decano Aurelianensi, illustri Ordinis
Prædicatorum alumno, & B. Franco Senensi Ordinis nostri (de quo iam
antè, & plura in sequentibus) vestis suæ Religionis ab eadem amabili

[b] Ad ann. Chr. 1125.

Vestes multis Sanctis cœlitus datæ, aut mõstratæ.

Matre

Matre demonstrata fuit. Alia non minoris dilectionis prorsùs singularis signa passim leguntur in actis Sanctorum. Id tamen est discriminis in habitu (SCAPVLARI) tradito S. SIMONI, quòd non illi aut suo Ordini soli, sed cunctis Christi fidelibus, eum portare volentibus, concessus fuerit: vt habetur tum ex verbis ipsius clementissimæ Virginis SCAPVLARE tradẽtis, & (post illa: TIBI ET CVNCTIS CARMELITIS PRIVILEGIVM) absquè vlla restrictione spondentis: IN HOC MORIENS, ÆTERNVM NON PATIETVR INCENDIVM: sed clarissimè id exprimunt illa verba Bullæ Sabbathinæ (de qua infrà cap. 5.) ab eadem Deipara prolata ad Ioannem Pō. tificem: *Si alij, deuotionis causa, in sanctam ingrediantur Religionem sancti* HABITVS *signum ferentes, appellantes se Confratres, & Consorores mei Ordinis prænominati, liberentur & absoluantur.* Vbi eamdem gratiam factam Religiosis Ordinis huius, etiam promittit aliis quibuscumque legitimè Confraternitati suæ inscriptis. Id quod hic attigimus, nempe sacrum SCAPVLARE non tantùm Religiosis Carmelitis esse proprium, sed aliis etiam Confratribus, probat latiùs P. Cyprianus à S. MARIA in thesauro Carmelitarum cap. 6. & 7. tùm ex Pontificiis Diplomatibus, tùm ex antiquissima semperque continuata praxi.

Priuilegiorum Scapularis *Carmelitici omnes fideles possunt esse participes.*

CAPVT IV.

De primo SCAPVLARIS *Carmelitici priuilegio, contento illis verbis,* In quo quis moriens æternum non patietur incendium: *quæ diuersimodè explicantur.*

804. GLoriosa Dei Genitrix MARIA tradens SCAPVLARE B. SIMONI STOCK inter alia hæc protulit: *In hoc moriens æternum non patietur incendium,* seu: *In hoc moriens saluabitur.* Quæ, sicut varia, ferè similia S. Scripturæ verba (mox adducenda) non nudè, vt sonant, sed sub explicatione sunt accipienda. Hinc Reuerẽdissimus Pater Generalis Ordinis Theodorus Stratius *a* decreuit: ne à nostris illa typis mandentur, aut concionando, alioúe modo diuulgentur sine explicatione, quam ipse in dicto Tractatu, Thomas à Iesu *in libro de Confraternitate Carmelitana*, Lezana *in Annalibus b* & in aliis Tractatibus, P. Leo à S. Ioanne, Irenæus à S. Iacobo, Theophilus Raynaudus, & passim alij, qui de SCAPVLARI Patheno-Carmelitico scribunt, triplicem adferunt.

a In instruct. de indulg. & priuil. S. Scap.

b To. 4. ad an. D. 1251.

805. *Primus sensus catholicus* est, vt illa verba intelligantur, sicut alia similia

Primus sẽsus istorum verborum.

Digitized by Google

milia in ſacra Scriptura, quibus promittitur æterna vita, & ſalus, propter aliqua opera, quæ tamen ſola, ſine alijs, ad ſalutem non ſufficiunt; vt patet ex illo Ioannis 6. de SS. Euchariſtia: *Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum.* Et de fide, *a Vt omnis, qui credit in eum, non pereat, ſed habeat vitam æternam.* Et iterum. *b Si confitearis in ore tuo Dominum* IESVM, *& in corde tuo credideris, quòd Deus illum ſuſcitauit à mortuis, ſaluus eris.* Et de fide ac baptiſmo Marci vltimo. *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit.* Quemadmodum enim his locis ſacræ Scripturæ, ſalus animæ, & vita æterna promittitur prædictis operibus, quamuis ſola non ſufficiant, ſed ſimul cum illis neceſſaria ſit obſeruatio aliorum præceptorum; idque quia vtiliſſima & conuenientiſſima ſunt ad talem finem conſequendum; Sic etiam B. Virgo vitam æternam promittit, ſuâ interceſſione conſequendam, SCAPVLARE ſuum in vita gerentibus, & obſeruanda obſeruantibus: quia licèt iſtud ad talem finem non ſufficiat, niſi cum alijs & cum obſeruantia præceptorum Dei & Eccleſiæ, nihilominùs ex voluntate Dei, & ex peculiari ipſius Virginis protectione, multùm ad prædictum finem conducit. Ita Reuerendiſ. Stratius. Paucis, at ſucco pleni verbis, Theophilus Raynaudus ſic rem ſtringit, & explanat. *c Eſt enim* SCAPVLARIS *geſtatio teſſera, & pignus vberis gratiæ auxiliatricis, à Deipara Sodalibus ſuis exoratæ, cuius interuentu ſeruabunt mandata, & vitam ſancto fine concludent. Et hæc eſt vis illa ſpecialis, iuxta Dei-paræ ſponſionem.* Quacum videlicet faciliùs Dei mandata ſeruare, & ex conſequenti ſaluari poſſunt, ſi *vberi gratiæ* iſti *auxiliatrici* cooperari aliquatenùs velint, & non omninò negligentes ſint. Itaque non tã effectus, quàm vis vberioris gratiæ, ſacro SCAPVLARI annexæ, & ſubſidium, quo quis à fine ſuo non aberret, ſi eo vti velit, hic denotatur. Eo etiam ſenſu Maldonatus *in cap. 6. Ioannis* explicat illa verba: *Qui manducat hũc panem viuet in æternum*, ſcilicet: *Quantùm in natura fidei, & baptiſmi eſt; hic enim non tam effectus, quàm vis, & natura rei, cui annexa eſt promiſſio, ſignificatur.*

a Ioan. 3.
b Rom. 10
c Libro de Scap. p. 2. q. 7.

Secundus ſenſus.

806. *Secundus ſenſus* eſt, à priori haud multùm differens, Sacro SCAPVLARI SS. Virginis MARIÆ ſalutem animæ, & præſeruationem à pœnis inferni tribui: Quantùm eſt ex parte B. Virginis, ipſiuſque pro illis interceſſione, niſi per ipſos ſteterit, ſalutem conſequuntur æternam. Sic etenim, & in eodem ſenſu, de Deo dicitur. *d Vult omnes ſaluos fieri.* Et *Vult omnes ad pœnitentiam reuerti*, ſcilicet quantùm eſt ex parte ſua, & auxiliorum, quæ ſingulis pro opportunitate diſtribuit. Plures autem ab æterna damnatione, quâ ſecundùm præſentem iuſtitiam, digni erant, Beatiſſimæ Virginis precibus, & interuentu liberatos fuiſſe, adeò certum in hiſtorijs, vt noſtrâ non egeat probatione. Ita Lezana loco citato, Stratius & alij.

d 1. ad Timot. 2.
2. Petri 3.

807. Hanc explicationem amplectitur, defendit, & explicat præ cæteris luculenter, & eruditè Raynaudus libro præfato *e* aſſerens, & declarãs, quòd, & qualiter ſacrum SCAPVLARE ſit *Signum & nota diuinæ prædeſtinationis,*

e Par. 1. c. 7. & p. 2. q. 7.

ſtinationis, & conſequenter SIGNVM SALVTIS. Hâc autem vtitur inſigni ratiocinatione; quam contractiorem, ipſius tamen verbis, hic damus [a]. „ Extra controuerſiam eſt, nemini viatori, citrà ſpecialem reuelationem „ notam eſſe poſſe prædeſtinationem ſuam. *Et infrà*, Nihilominùs ſana „ doctrina ex Patribus, ipſiſque Scripturis hauſta, agnoſcit, ſaluâ regula- „ ri prædeſtinationis incertitudine, dari quædam veriſimilia eius ſigna. „ Eiuſmodi præſertim ſunt, quæ octo vulgatis beatitudinibus continen- „ tur.... His addunt alij, Perſeuerantiam in ſemel inito Religioſo ſtatu. „ Hinc in libello, cui titulus *Doctrina S. Bernardi*, ſic ipſe S. Bernardus referens viſionem factam cuidam Monacho Gerardo nomine, ſcribens inducitur: *Nullus tui Ordinis peribit* (verba ſunt Chriſti ad iſtum Monachum) *ſi Ordinem amauerit: aut in morte purgabitur, aut breui poſt mortem.* „ Eodem „ pertinet auditio verbi Dei, cum interiori affectu coniuncta. Sed vnum „ aliud, nemini cæterorum ſignorum de aliquali euidentia cedens, cenſe- „ tur eſſe pietas ſingularis erga B. Virginem. In quam rem latè, ac benè „ diſſerit Pelbartus, & ex eo Spinellus: & eruditè (vt omnia) Recupitus. „ Sanè ex affectu, quo quis fertur in B. Virginem, inferre licet, recipro- „ cum Deiparæ affectum erga addictum ſibi Clientem; quia ipſa, Filij „ imitatione, diligentes ſe diligit: nec grauatur, imò gaudet, amantes ſe „ redamare. Quin etiam, ſicut Deus ita diligit diligentes ſe, vt præueniens „ eorum dilectionem, ante occupet voluntatem humanam, & immittat „ ſemina, vndè dilectio progerminet: ita B. Virgo Amatores ſuos bene- „ uolentiâ indebitâ præuenit, & ante-occupat, ingerens per impetrationē „ ſancta lumina, & pios afflatus, ac benedictiones dulcedinis, ſapore vitali „ (vt Ennodius appellat [b]) perfundentes hominis voluntatem; quo ſic „ permota, velit diligere. Et eo modo ſe gerit B. Virgo erga populum „ honorificatum; in quo propterea *radicare* dicitur & *in electis Dei radices* „ *mittere*. „ Ita Raynaudus: qui illa etiam verificat ex titulis iſtis Ma- rianis, *Ianua*, aut *Porta cœli*: *Cœli feneſtra*, & ſimilibus: atque ex SS. Patri- bus, quorum aliqui ſcribunt: *Perire non poſſe, qui benè affectus fuerit erga Matrem ſalutis*: & Laurentius Iuſtinianus: *Nullus* MARIÆ *deuotus à* CHRISTO *efficietur alienus*. Deinde ſubſumit: „ Quare habere fauentem, atquè bene- „ uolam hanc diuini ærarij Erogatricem, à qua ſubſidia electa ad potien- „ dum æternam felicitatem ſuppeditentur ad modum prædictum; habe- „ re, inquam, hanc cœleſtem Theſaurariam, quæ ſumptus in cœli viati- „ cum neceſſarios liberaliter ſubminiſtret, hanc cœli Ianitricem, per quam „ pateant portæ æternales; ſignum eſt prædeſtinationis. Nec verò quale- „ cumque, ſed admodùm veriſimile. Quòd autem Sodales Parthenici „ potiantur ſpeciali benevolentiâ B. Virginis, conijcere licet ex hoc pi- „ gnore per ipſammet Deiparam delecto: & ex tot argumentis, quibus „ iam à multis ſeculis prodidit, placere ſibi huius Religioſæ Ob- „ ſeruantiæ teſſeram, & qui eam vſurpant, pro ſpecialibus Filijs à ſe ha- „ beri. „ *Tandemque concludit*: „ Itaquè perſpicuum videtur SCAPVLA-

[a] Par. 1. ca. 7.

[b] Ep. ad Conſt.

Veriſimilis nota prædeſtinationis deuotio ad B. Virginem.

Et religiosa gestatio Scapularia.

„ re Virgineum insigni illâ prærogatiuâ exornati, quòd sit PRÆDESTI-
„ NATIONIS NOTA; quia, cùm sit tessera incensi affectus erga Deiparam,
„ ex semine per ipsammet iacto excitati, est etiam signum reciprocæ spe-
„ cialis beneuolentiæ tantæ Matris; curaturæ media electa ad salutis æ-
„ ternæ adeptionem, quâ est apud Filium gratiâ, & in dilectos suos beni-
„ gnitate. „

808. Pro confirmatione dictorum subdit: „ Hanc ratiocinationem,
„ quæ potest censeri à priori (quippe continens causam, cur gestatio
„ SCAPVLARIS Parthenici, dicatur SIGNVM PRÆDESTINATIONIS)
„ firmat optima ratio ducta ab experimentis, quæ interdùm fuerunt eiusmodi, vt nihil deesse videretur ad palpandum insignem hunc effectū,
Id exemplis comprobatur. „ cui declarando insistimus. Deo, quæ superiori capite signaui, agens de
„ disploſione globi in nobilem, cui nomen *De Cuge*, & in Militē è Croa-
„ tia, eiusmodi sunt, vt vix possit aliquid desiderari in hanc rem illustrius.
„ Videtur enim vncialibus literis exarata in vtroque euentu, diuina ad
„ gloriam prædestinatio, executioni mandata beneficio SCAPVLARIS,
„ impeditâ, supra naturam, præcipitatione in mortem: dùm expectatur
„ qui Christiano ritu expiet ante migrationem animæ è corpore, & vittæ
„ aureæ disruptionem. „ Capite autem præcedenti retulerat casum vtrumque scilicet *D. De Cuge & militis Croati*: quorum prior diffracto, & contrito corde, & posteriori gladio impacto, & sclopi missu multipliciter saucius, ac capite dississo, & cranio in duas partes disrupto, in vita perstiterunt, donec confessi, & absoluti fuissent. Commemorat ibidem exemplum aliud de nobili, qui blasphemans, & desperans attactu S. SCAPVLARIS à furore ac œstro dæmonis liberatus, sedatus suscepit Sacramenta, ac optimè dispositus obijt: cùm prius quàm sacro SCAPVLARI contingeretur, nullam confessionis, nullam Eucharistiæ mentionem admitteret. *Quis*, ait Raynaudus, *hic non videat* SIGNVM PRÆDESTINATIONIS *in* SCAPVLARIS *admotione luculentum? Hic, si sacrum* SCAPVLARE *non contigisset, inexpiatus periret.* Huc spectat, quòd vir doctus Alphonsus à Matre Dei libro de S. SCAPVLARI refert: Quærenæ tempore processionis S. SCAPVLARIS auditos dæmones vlulantes, & conquerentes de iactura animarum, quam patiuntur ratione SCAPVLARIS, quòd plurimæ ipsis per illud subtrahantur. Idem habetur ex reuelationibus eximiæ pietatis viri Francisci Yepes, typis editis per Iosephum de Velasco.

Caueat tamen quilibet, ne hoc prætextu aut liberiùs peccet, aut negligentiùs viuat: Quòd Marianam protectionem, & specialem gratiam magis demereretur, &, veluti præsumptione, Dei vindicta concitaretur. *Non negligentibus, sed obseruantibus, Diuina & Mariana beneficia conferuntur.* Quod à Concionatoribus sæpè inculcandum.

Tertia expositio.

809. *Tertius sensus est*, vt per *Ignem æternum* denotetur ignis, seu pœna Purgatorij: quæ licèt temporalis sit, diuturna tamen est, quantum est ex parte Diuinæ iustitiæ, nisi suffragiis, & indulgentiis redimatur. Ita Lezana.

na locis citatis, [a] variis exemplis declarans, ex Sacræ Paginæ vulgatissima phrasi *æternum* sæpiùs appellari solitum non solùm id quod fine caret, sed etiam quod per multum, & indeterminatum tempus durat. Ita Circumcisio dicitur *Fœdus æternum*, seu *sempiternum*; quia scilicet per longũ tempus, nempè vsque ad Christum duratura. Ibidem Abrahæ & semini eius populo Israelitico promittitur terra promissionis *in possessionem æternam*; cùm tamen non nisi ad tempus durauerit. Ac proinde, iuxta hanc explicationem, idem erit: *Non patietur ignem æternum*, ac non patietur ignem Purgatorij per longum tempus. Quo sensu accepta illa Deiparæ sponsio coincidit cum Priuilegio, nuncupato *Bullæ Sabbathinæ*, à Summis Pontificibus sæpè comprobato. Quòd scilicet Beatissima Virgo MARIA animas Fratrum & Confratrum, post eorum obitum, si in gratia decesserint, suis precibus sit adiutura, & è Purgatorij incendio liberatura, præcipuè die Sabbathi, post eorum obitum.

[a] Tom. 4. Annal. ad an. 1251. & in lib. MARIA. PATR. c. 3. n. 13. Genes. 17.

810. Adferunt nonnulli istorum verborum explicationem etiam aliam (quæ tamen, si benè consideretur, à duabus prioribus expositionibus vix differt) vt scilicet ea intelligãtur, de gestantibus SCAPVLARE non solùm *physicè*, vt pannus quidam est, sed & *moraliter*, ac ritè: videlicet cum animo erga B. Virginem benè affecto, & exercendo aliqua bona opera in honorem eiusdem B. Virginis. Iuxta quem sensum, promissionem istam, *In quo quis moriens* &c. illi consequentur, qui & *physicè*, vt vestem aliquam, SCAPVLARE gestauerint: & *moraliter*, vt lignum fœderis cum B. Virgine: & *ritè*, præstando debitum B. Virgini obsequium: modò tamen alia ad salutem necessaria ex supina negligentia non prætermittant. Promissio enim illa Deiparæ quasi conditionalis est, exigens mutuam quodammodò obligationem. Itaque liberatio ab igne Purgatorio & salus æterna promittitur à B. Virgine gestantibus SCAPVLARE non nudè, aut materialiter, vt dictum est, sed cum obseruantia castitatis (secundùm cuiusque statum) recitatione Officij, vel ieiunio, aut à carnibus abstinentia, aliisque obseruantiis Ordinis, vel Confraternitatis, respectiuè, prout vltimo capite declarabitur.

Alia explicatio.

Scapulare gestandum non tãtùm physicè, sed moraliter, & ritè.

811. Hanc Reuelationis, Beato SIMONI factæ, & verborum istorum legitimam, ac catholicam expositionem esse, multipliciter, & variis adductis exemplis, declarant, inter alios, Lezana, & Raynaudus locis citatis: adducentes Sanctorum hominum enunciata, & visiones, ac reuelationes: in quibus non pauca duriuscula, subobscura, ambigua continentur, & (ob reuerentiam debitam Sanctis à quibus sunt scripta eiuscemodi, aut factæ fuerunt tales visiones & reuelationes,) non modò tolerantur, vt etiam ab Ecclesia quandoque approbentur; eo quòd piè, & in catholico sensu exponi possint, & fideles ex ipsis ad pietatem excitentur. Quæ rationes, seu congruentiæ in Reuelatione, de qua hic agitur, aptè reperiuntur, vt ex dictis patet.

Digitized by Google

CAPVT V.

De alio singulari priuilegio sacri SCAPVLARIS, nuncupato, BVLLÆ SABBATINÆ.

812. EST præterea aliud peculiare SCAPVLARI Carmelitico annexũ priuilegium SABBATINVM, seu BVLLÆ SABBATINÆ nuncupatum: cuius aliquoties suprà mentionem fecimus, potissimùm verò *par.* 3. *cap.* 33. *a* vbi retulimus, apparitionem B. Virginis MARIÆ factam Ioanni XXII. priusquam Pontifex esset: prout commemorant historici nostri vetusti & neoterici, pluresque exteri: & ipsemet testatur in sua Bulla dicta SABBATINA: cuius Originale olim translatum fuisse in Angliam, indicant Bostius *in Speculo historiali* *b* Palæonydorus in historia Carmelitana *c* Balduinus Leersius in Collectaneo exemplorum, *d* Cyprianus à S. MARIA *in thesauro Carmelitarum* *e* Irenæus à S. Iacobo de singulari protectione Deiparæ *f*atque alij.

a Nu. 516.

Originale Bullæ Sabbatinæ in Anglia extitit.

b Lib. 7. c. 36.

c Lib. 3. c. 11.

d Cap. 6.

e Cap. 18.

f Sect 2. c. 5. §. 1.

813. Bulla illa originalis, in Anglia, lamentabili defectione à Romana Ecclesia factâ, circa annum 1542. verisimiliter, vnà cum aliis Ordinis selectissimis gazis ac vetustis monumentis, communi cladi inuoluta fuit, nisi fortè adhuc ibi lateat. Autographum ipsum, vel apographum, se vidisse in Anglia scribit quoque Ioannes Balæus Anglus hæreticus, *in Catalogo Scriptorum Britanniæ centuriâ 5. in Appendice ad Nicolaum Trimeth*, vbi agens de apparitione, seu visione, facta Ioanni XXII. (quam *centuria 4. in Appendice ad Robertum Baston*, more sibi solito, canino dente corrodens, dixerat, contigisse authore diabolo) hæc de illa habet: *Istam apparitionem, cum inauditis Indulgentiis, & animarum Purgatorij liberationibus &c. in quadam Bulla legi, tam in Anglia, quàm in Hannonia; quæ etiam Romæ anno 1530. sub Clemente VII. renouata fuit.* Quibus manifestissimè hanc Ioannis Bullam, & concessionem in ipsa contentam, extitisse, receptam fuisse, & à Papa Clemente septimo renouatam esse (vt suprà vidimus *g*) non tam indigitat, quàm clarè testis, non de auditu, sed de visu supponit, & demonstrat. Hùc porrò hæreticum pro nostra causa adduximus, non quia ipsius testimonio egeamus, sed quoniam, Chrysostomo teste, *veritatis maximum argumentum est, cum quis inimicos ad testimonium adhibet.* Ita Lezana tomo 4. Annalium. *h*

g Par 3. nu. 565.

h Ad an. Chr. 1322. n. 14.

814. Ad litteram habent BVLLAM istam SABBATINAM Petrus Lucius *in Compendio historiali cap.* 13. & alij relati suprà *i*; & integra inserta est Diplomati Alexandri Quinti, de quo capite sequenti. Extat quoque in volu-

i Par. 3. c. 33. n. 519.

Digitized by Google

in volumine MS. Prouinciæ Belgicæ, seu Conuentus Mechlinienſis, peruetuſto charactere exarata *folio* CLXXIII. his verbis:

IOANNES SERVVS SERVORVM DEI *Vniuerſis, & ſingulis fidelibus, tam præſentibus, quàm futuris, præſentes litteras inſpecturis, Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Sacratiſſimo vti culmine Paradiſi, Angelorum tam dulcis & ſuauis reperitur melodia, modulamine viſionis, dùm paterno* IESVS *munere circumſpicitur adhumanitùs, dicendo Domine: Ego, & Pater vnum ſumus; & qui videt me & Patrem meum videt. Et Angelorum Chorus non deſinit dicere Sanctus, Sanctus, Sanctus. Ita Synodus non ceſſat laudes * celſa Virgini, dicendo Virgo, Virgo, Virgo, ſis ſpeculum noſtrum pariter & exemplum; quoniam munere munitur gratiarum: Sic ſancta canit Eccleſia.* MARIA *gratiâ plena; Mater miſericordiæ. Sic iſte Mons reputatur de Carmelo Ordine cantibus extollendo & hanc gratiarum Genitricem commendando, & dicendo: Salue Regina Mater miſericordiæ, & Spes noſtra. Sic mihi flexis genibus ſupplicanti Virgo viſa fuit Carmelita, ſequentem affata ſermonem: ô Ioannes! ô Ioannes, Vicarie dilecti Filij mei; veluti à tuo te eripiam aduerſario, te Papam facio, & inſtituo Filij mei Vicarium, meis coadiuuantibus ſupplicationibus, * dilectiſſimo Filio meo petitis, quod gratiosè obtinui: Iſtam gratiam, & amplam meo ſancto, & deuoto Carmelitarum Ordini cõfirmationem debes * piè concedere, per* ELIAM *& Eliſeum in Monte Carmeli inchoato: Quòd vnuſquiſq; profeſſionem faciens, Regulam à meo ſeruo Alberto Patriarcha ordinatam obſeruabit, inuiolatamq; tenebit: & per meum dilectum filium Innocentium approbatam, vt veri Filij mei Vicarius debeas in terris aſſentire quod in cœlis ſtatuit & ordinauit Filius: Quòd qui in ſancta perſeuerabit obedientia, paupertate, & caſtitate: vel qui ſanctum intrabit Ordinem, ſaluabitur. Et, ſi alij, deuotionis cauſa, in ſanctam ingrediantur Religionẽ ſancti habitus ſignum ferentes, appellantes ſe Confratres, & conſorores mei Ordinis prænominati, liberentur, & abſoluantur à tertia eorum peccatorum portione, à die quo præfatum Ordinem intrabunt: caſtitatem, ſi vidua eſt, promittendo: Virginitatis, ſi Virgo eſt; fidem præſtanda: ſi coniugati, inuiolati, conſeruationem matrimonij adhibendo, vt ſancta mater imperat Eccleſia: Fratres prædicti Ordinis ſupplicio ſoluantur, ac culpâ. Et die quo ſeculo recedunt abiſto,*

a Tenor Bullæ Sabbatinæ.
b
c
d
* Effundere.
e
f
* Dulciſſimo.
g
h
* Præconcedere.
i
k
l
m
n
o

p *ab isto, properato gradu accelerant ad purgatorium, ego Mater*
q *gratiosè descendam Sabbatho post eorum obitum, & quotquot inueniam in purgatorio, liberabo: & eos in montem sanctum vitæ æternæ reducam. Verùm quòdisti Confratres, & Consorores teneantur horas dicere canonicales, vt opus fuerit, secundùm Regulam ab Alberto datam. Illi qui ignari sunt, debeant vitam teianam ducere in diebus, quos sancta iubet Ecclesia: nisi necessitatis causa*
r *alicui essent tradiri impedimento: Mercurio &*
s *Sabbatho debent se à carnibus abstinere, præterquàm in Filij mei Natiuitate. Et hoc dicto euanuit hæc sancta Visio. Istam ergo sanctam Indulgentiam*
t *accepto, roboro, & in terris confirmo, sicut propter merita Virginis Gloriosæ* IESVS CHRISTVS *concessit in cœlis. Nulli ergo hominum*
u *liceat hanc paginam nostræ Indulgentiæ, statuti, & ordinationis irritare &c.*

Sic finitur in dicto exemplari manuscripto, & immediatè subiungitur: *Hæc est Bulla Ioannis XXII. quam Alexander V. confirmauit. Cuius Originale dicitur esse in Anglia, & in Conuentu Ianuensi eius instrumentum authenticum.*

815. De illo Pontificio diplomate ex Ioanne Cheron, contra quòdam, minùs pium dissertatorem, scribente, meritò Lezana in libro *de Patronatu SS. Virginis* MARIÆ a hæc adducit: *Bulla prima priuilegiati* SCAPVLARIS *nihil iuri dissonum habet; quia angularem Lapidem non disrumpit, aut distrahit, charitatem nequaquam ledit, prauos quæstus non inducit, Ecclesiasticam disciplinam non eneruat, nemini iniuriam irrogat, bonis moribus non officit, conscientias non illaqueat; sed fraternitatis iura colens omnibus Christianis de fauoribus Virginis* MARIÆ *benè sperandi occasionem præbet.*

a Cap. 8. n. 8.

Varietas exemplaria Bullæ Sabbatinæ Varietas aliqua lectionis:

816. Animaduertendùm autem, inter exemplaria, seu apographa huius Bullæ aliquam esse varietatem in extimo verborum cortice, quæ contingere potuit ex variis causis. Sic etiam non paucæ Scripturæ, à Christo, & Apostolis, allegantur, eodem quidem sensu, sed cum variatione aliquâ in minutiis, aut in cortice vocabuli. Potissimùm hic orta videtur ea variatio ex multiplicibus transcriptionibus, & magnâ discernendi veteris characteris difficultate, atq; antiquæ ortographiæ varietate. Hinc, quibusdam verbis, terminis, particulis aliter & aliter in diuersis exemplaribus expressis, aut quasi ex coniectura positis, aut interpunctionibus non

Vnde causata.

vniformiter ordinatis, varietas inter exemplaria, & consequenter maior contextus ipsius Bullæ obscuritas causata fuit: præcipua hîc succinctè adnotabimus, ex collatis inter se potissimùm tribus præcipuis exemplaribus. Ea sunt illud ex Codice Mechlinienſi, quod hic dedimus, Genuense duplex, sed eiusdem planè tenoris, (de quo capite sequenti) & Romanũ expeditum per D. Marcum Antonium Franciottum Prothonotarium

vtriusque

vtriusque signaturæ Sanctiss. Domini Papæ Referendarium, nec non curiæ causarum Cameræ Apostolicæ Generalem Auditorem, &c. quo-cum Genuense illud ferè ad verbum, & ad litteram concordat: Mechlinienſe autem ab vtroque in verbis nonnullis differt, vt iam videbimus.

Præcipua puncta variationis notantur.

a *Ioannes seruus seruorum Dei*, &c. Romanum, & Genuense habent: *Ioannes Episcopus seruus seruorum Dei vniuersis & singulis Christi-fidelibus.*

b *Tam dulcis & suauis reperitur melodia modulamine visionis, dum paterno* Iesvs *munere circumspicitur adhumanitùs*, &c. In Romano legitur: *Tam suauis & dulcis reperitur melodia modulantium visionis, dum paterno* Iesv *numini circumspicitur adunatus.*

c *Dicendo Dominæ: ego & Pater vnum sumus:* ita legendum censent, qui codicem diligentiùs inspexerunt: illudque *Dominæ* referri videtur ad SS. Virginem Deiparam. Alia exemplaria exprimunt: *dicendo: Domine, ego & Pater*, &c. Cæterùm an in dictione illa *Domine* vltima littera debeat esse *e*. an *e* haud satis perspicuum; eò quòd in antiquo illo Codice MS. passim pro *æ* ponatur simplex *e*, vt *lorica iustitie* pro *iustitiæ*: *Marie* pro Mariæ. Idem est de aliis vetustioribus exemplaribus, etiam authenticis.

d *Synodus non cessat laudes celsæ Virgini*, ad marginem apponitur *effundere*, alia quædam exemplaria habent *extendere*, ex errore, vt apparet, ortographiæ.

e *O Ioannes* &c. *te Papam facio, & instituo mei Filij Vicarium, meis coadiuuantibus supplicationibus* &c. In aliis sic: *O Ioannes* &c. *te Papam facio, solemni dono Vicarium, meis iuuantibus supplicationibus*: in quibusdam verò: *solemnem dono Vicarium.*

f *Dilectissimo*: Romanum, & alia exemplaria habent, *Dulcissimo*: Id etiam notatur in margine.

g *Filio meo petitis*: in nonnullis est: *à Filio meo petens.*

h *Istam gratiam* &c. *debes piè concedere.* In aliis nonnullis legitur: *Ita gratiam* &c. *habeas præconcedere*: in Romano est: *Ita gratiarum.* &c.

i *Vt veri Filij mei Vicarius debeas in terris assentire, quod in cœlis statuit & ordinauit Filius.* Genuense habet: *Vt verus mei Filij Vicarius debeas in terris assentire; quod in cœlis meus statuit semel, & ordinauit Filius*: in Romano est: *Et veri mei filij.*

k *Absoluantur à tertia eorum peccatorum portione.* In nonnullis est: *liberentur à tertia parte peccatorum.*

l *Virginitatis, si virgo est, fidem præstando.* In Genuensi est: *Virginitatis, quæ virgo est, fidem præstando.* In Rom. *Virginitatis, si est Virgo*, &c.

m *Si coniugati, inuiolati conseruationem matrimonij adhibendo*: in Genuensi legitur: *si coniugata, inuiolatè obseruationem matrimonij adhibendo.* In Romano: *Si est coniugata, inuiolati conseruationem matrimonij.*

n *Fratres prædicti Ordinis supplicio soluantur* &c. alia ferè omnia sic: *Fratres professi dicti Ordinis supplicio soluantur.*

o *Et die quo seculo recedunt ab isto*: In aliquibus est: *Die quo ab hoc seculo isti*

Digitized by Google

isti recedunt: in ceteris verò: *& die quo ipsi à seculo recedunt.*

p *Properato gradu*: In aliquibus legitur: *perpetrato gradu*, sed, vt videtur, error est ortographicus.

q *Quotquot inueniam in purgatorio, liberabo*: In Genuensi est: *& quot*: in aliis: *& quos.*

r *Nisi necessitatis causa alicui essent traditi impedimento.* In Romano, & aliis nonnullis, est: *alioqui.*

s *Euánuit ista Sancta visio*: In nonnullis autem: *euanuit ista sancta Virgo.* Ita apud Gononum & in Genuensi.

t *Propter merita Virginis gloriosæ* IESVS *Christus concessit in cœlis*: cætera habent: *Propter merita Virginis Matris gratiosè Christus concessit in cœlis.*

u *Nulli ergo hominum liceat hanc paginam* &c. *irritare.* Ita finitur istud exemplar Codicis MS. Mechliniensis: in cæteris additur: *vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & beatorum Apostolorum Petri & Pauli se nouerit incursurum.*

CAPVT VI.

BVLLA SABBATINA, *à variis Pontificibus confirmata, explicatur. Priuilegium illius aliis omnibus Confraternitatibus esse incommunicatum, declaratur.*

§. I. BVLLÆ SABBATINÆ *confirmatio multiplex.*

Bulla Sabbat. *à multis Romanis Pontif. confirmata.*

817. BVLLAM & PRIVILEGIVM istud SABBATINVM post Ioannem XXII. confirmarunt plures alij Romani Pontifices, prout constat ex dictis *par. 3. cap. 35.* [a] & 36. [b] Alexander quidem V. eam verbatim insertam habet suo diplomati, cuius authentica exemplaria variis locis extantia indicat Lezana in libro de Patronatu B. Virginis MARIÆ [c] antiquius est Genuense: cuius meminerunt Leersius, Bostius, & Palæonydorus, locis paulò antè citatis, & indicat Codex ille vetustus Mechlinienſis, verbis istis iam antè relatis. *Hec est Bulla Ioannis XXII. quam Alexander V. confirmauit* &c. *Et in Conuentu Ianuensi à eius instrumentum authenticum.* Instrumentum istud Ianuense authenticum profert Irenæus à S. Iacobo *in Tract. Theologico de singulari protectione SS. Virginis* MARIÆ sub finem. Etiam P. Gregorius à S. Basilio in libro *Parthenicæ adoptionis* [e] verbatim refert istud antiquum Genuense (seu quod Genuæ asseruatur) apographum Bullæ

a Nu. 543.
b 565. 566. 570.
c Cap. 5. n. 24.
d Nũc dicitur *Genuensi.*
e Par. 2. c. 17.

Digitized by Google

Bullæ Alexandri V. asseritque se illud, cùm Genuæ esset, vidisse, & inde per Notarium publicum, & coram Iudicibus, cum debitis solemnitatibus expeditum fuisse exemplar illud suum: est autem huius tenoris: *In nomine Domini nostri* IESV CHRISTI. *Amen. Anno Dominicæ Incarnationis* 1421. *Mense Ianuario, die secundâ eiusdem Mensis, decimâ quintâ Indictione, Regnante Serenissimo Domino nostro Rege Alphonso, Dei gratiâ Inclyto Rege Aragonum, & Siciliæ, Valentiæ, Maioricarum, Sardiniæ vtriusque, Comite Barchinon. Duce Athenarum &c. Regiminis verò eius Anno sexto feliciter Amen. Nos Petrus de Terra-noua, Iudex, & Paulus de Rubengerio, Imperiali authoritate vbiq;, & Regiæ totius Insulæ Maioricarum, Iudex ordinarius, ac Notarius Publicus, & testes subscripti, ad hoc vocati specialiter, & rogati, præsenti scripto publico, notum facimus, & testamur quòd ad nostram accedens præsentiam Venerabilis Frater Pater Alphonsus de Therano, de Regno Angliæ Prior Conuentus Capturiensis, Ordinis S.* MARIÆ *de Monte Carmelo; Nobis præsentauit, & publicè legi fecit, quandam Bullam Papalem felicis recordationis Alexandri Papæ V. impetratam per dictum Ordinem, quam vidimus, legimus, & inspeximus diligenter, tenoris & continentiæ subsequentis; petiitq; Venerabilis Prior à Nobis, nostrum qui suprà Iudicis & Notarij, in hac parte officium implorando, vt ipsam Bullam, in formam publicam ad cautelam dicti Ordinis, cuius interest & interesse poterit in futurum, redigere, & exemplare deberemus. Nos autem attendentes petitionem dicti Exponentis tamquam sanæ & iustæ rationi consonam, & quia iustè petentibus non est denegãdus assensus, dictam Bullam cum Bulla plumbea pendente, prout iacet, nihil per nos aucto vel mutato seu etiam diminuto, quod sensum mutet, augeat, vel variet intellectum, in præsentem formam publicam, & sumptum publicum, duximus fiducialiter redigendum, vt tanta fides adhibeatur huic publico sumpto, quanta adhiberi posset originali Bullæ prædictæ. Cuius Bullæ tenor per omnia talis est.* [a] ALEXANDER EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, VNIVERSIS, ET SINGVLIS CHRISTI-FIDELIBVS, TAM PRÆSENTIBVS QVAM FVTVRIS, PRÆSENTES LITTERAS INSPECTVRIS, SALVTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM. TENORE CVIVSDAM PRIVILEGII, FELICIS RECORDATIONIS IOANNIS XXII. PRÆDECESSORIS NOSTRI, DILECTIS FILIIS PRIORI GENERALI, ET FRATRIBVS, ET DILECTIS IN CHRISTO FILIABVS, SORORIBVS, ET CONFRATRIBVS CONFRATRIÆ FRATRVM DICTI ORDINIS CANMELITARVM CONCESSI, PER NOS VISI, ET DILIGENTER INSPECTI, DE DICTO ORIGINALI SVMPTO, VT DE IPSO IMPOSTERVM CERTITVDO PLENIOR HABEATVR, PRÆSENTIBVS FECIMVS ANNOTARI, QVI TALIS EST: IOANNES EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI &c.* [*] DATVM ROMÆ SEPTIMA DECEMBRIS APVD S. MARIAM MAIOREM PONTIFICATVS NOSTRI ANNO PRIMO. [b] *Vnde ad futuram memoriam, & dicti Ordinis certitudinem, & cautelã. fuit præsens publicum transumptum exinde factum, & per me prædictum Notarium Petrum, meoq; solito signo signatum, nostriq; Iudicis, & subscriptorum testium subscriptionibus, roboratum. Actum Maioricæ. Anno, mense, die, & indictione præmissis, Ego Petrus de Terra-noua, qui suprà, Imperiali authoritate vbique; & Regiæ totius*

Atque imprimis ab Alexandro V. cuius Bulla authenticum exemplar antiquum est Genuæ.

Solemniter expeditum.

[a] Initium Bullæ Alex. V.

[*] Ibi consequenter inseritur tota Bul. Ioan. XXII. ante relata.

[b] Finis Bullæ Alex. V.

tius Insulæ Maioricarum Iudex ordinarius, atque Notarius publicus, præmissa omnia rogatus scripsi, meoque solito signo signaui. Ego Paulus de Rubengerio de Placentia, qui suprà, iudex, me testor. Ego Domnus Alphonsus de Maiorica, prædictam Originalem Bullam cum plumbea pendente vidi, & legi, & me testor. Ego Domnus Andreas de poculis prædictam originalem Bullam vidi, & legi, & me subscripsi. Ego Dominus Philippus de Arta, vt suprà. Ego Dom. Philippus de Au, vt suprà me subscripsi.

818. Post nouem annos, scilicet an. 1430. aliud authenticum exemplar cõfectum fuit per Matthæum de Monte Leone, Notarium & Iudicem ordinarium &c. coram testibus: cui primum illud verbatim insertum fuit. Exemplar authenticum Bullæ istius Alexandri Quinti, cum inserta verbatim Bulla Ioannis XXII. Romæ per D. Marcum Antonium Franciotthum confectum, est eiusdem ferè tenoris (vt diximus) & paucula verba differentia, annotauimus sub finem capitis præcedentis. Alia de Alexandri V. Diplomate videri poterunt suprà. *a*

a Par. 3. c. 35. n. 543.

Bullam istam Ioannis XXII. & Priuilegium Sabbathinum confirmarunt quoque post Alexandrum Quintum, alij Pontifices Clemens VII. duplici Diplomate, priore quidem dato anno 1528. posteriore autem anno 1530. vndè partem aliquam dedimus suprà. *b* Paulus Tertius quadriennio post, scilicet anno 1534. per Bullam: *Prouisionis nostræ*, cuius etiã partem adduximus ibi consequenter: Pius V. anno 1566. per Bullam *Supernâ dispositione*, prout etiam ibidem declarauimus. Gregorius XIII. anno 1577. per Bullam: *Vt laudes*, cuius magna pars habetur superiùs. *c* Notabile Decretum Sacræ & vniuersalis Congregationis Eminentiss. DD. Cardinalium circa Priuilegium istud Sabbathinum reperies etiam *parte 3. cap. 37.* *d*

b Par. 3. c. 36. n. 565.

Qui alij Pontifices Bullã illã confirmarint.

c Par. 2. c. 3. nu. 200.

d Nu. 586.

§. II. BVLLÆ SABBATHINÆ *explicatio.*

Eamdem varij explicarunt.

819. ILlustrarunt & explicarunt istam Bullam & Priuilegium plures tractãtes de SCAPVLARI Carmelitano, eiusque priuilegiis: & quidem integros hac de re ediderunt tractatus Ioannes Cheron, Philippus Fezaijus, Thomas Aquinas à S. Iosepho, Irenæus à S. Iacobo, & nouissimè Theophilus Raynaudus, vir politi sermonis, in libro inscripto: SCAPVLARE *Partheno-Carmeliticum illustratum & defensum.* Ex istis authoribus Bullæ istius obscuriora nonnulla elucidabimus.

Constat quasi 4. partibus.

820. Prænotandum, quòd ea constet quatuor partibus. *Prima*, proëmium quoddam est, à *Sacratissimo* vsque ad *sic mihi* exclusiuè. *Secunda* continet Apparitionem Deiparæ, Ioanni victoriam, seu liberationem ab inimicis promittentis, atque Pontificatum asserentis: & sponsionem, factam Religiosis omnibus sui Ordinis Carmelitani, quòd saluandi sint, si in tribus votis perseuerauerint, atque Regulam obseruauerint, ab *Sic mihi* &c.

vsque

Digitized by Google

vsque ad *saluabitur* inclusiuè. *Tertia* agit de Confratribus, quòd absoluendi sint à tertia parte pœnarum peccatis debitarum, die quo *sancti habitum signum assument*, Confraternitati nomen dando, & castitatem, pro suo statu, seruare proponendo: & quòd Sabbatho post eorum obitum è Purgatorio liberandi sint, si præscripta seruauerint. Incipit: *Et si alij deuotionis causâ.* Et in hoc potissimè consistit ratio Priuilegij Sabbathini. *Quarta* est acceptatio, confirmatio, & publicatio istius Priuilegij, seu Indulgentiæ Sabbathinæ, & prohibitio, ne quis dicto Priuilegio se opponat.

821. SACRATISSIMO VTI CVLMINE PARADISI, ANGELORVM TAM DVLCIS ET SVAVIS REPERITVR MELODIA. Quia Bullæ huius subiectū, seu argumentum, excellens est, etiam insolito (inque aliis suis Bullis non vsitato) exordio eam Pontifex auspicatur. (Sic Gregorius VII. ei Constitutioni, quâ Henricum IV. exautorauit, hoc initium ex abrupto præfixit: *B. Petre, Apostolorum Princeps, inclina quæsumus pias aures tuas nobis:* cuiusmodi in nullo alio Diplomate simile reperitur.) Est etiam Bullæ huius stylus nonnihil diuersus à formulis cæterarum, quæ plerumque à secretariis, seu scribis, semper ferè simili formulâ vtentibus, conficiuntur. At verisimiliter hæc ab ipsomet Pontifice Ioanne (cui soli nota erat visio illa) composita fuit. *Sacratissimo*, igitur ait, *vti culmine*, id est, sicuti, vel, quemadmodum: *Sacratissimum culmen Paradisi* cœlum est: in quo Angelorum suauis resonat melodia, *Modulamine visionis*, in qua beatitudo potissimùm consistit. *Eius exordium sublime, & insolitum; quia de subiecto singulari.*

822. DVM PATERNO IESVS MVNERE CIRCVMSPICITVR ADHVMANITVS &c. aut, vt in aliis exemplaribus legitur: *Dum Paterno* IESVS *numini adunatus circumspicitur.* Post Diuinæ enim essentiæ & SS. Trinitatis contemplationem summæ voluptatis est aspectus humanitatis Christi, ineffabili nexu Verbo, & consequenter Paterno numini, vnitæ. Cuius visionis suauitatem sic meritò extollit S. Augustinus: [a] *De Rege autem, qui horum medius residet, dicere vox nulla sufficit: effugit enim omnem sermonem illud decus &c.*

[a] Serm. 38. de Sanct.

823. SIC ISTE MONS REPVTATVR DE CARMELO ORDINE. Mõs Carmelus locus est originalis Religionis huius, ibi institutæ, ad honorem ipsius SS. Virginis & ideo vocatur: *Ordo Fratrum Beatissimæ Virginis* MARIÆ *de Monte Carmelo.* Inter laudes & cantica, *quibus extollit hanc gratiarum genitricem* (vt loquitur Pontifex) *& commendat*, SALVE REGINA celeberrimum, & maximè vsitatum est in Ordine hoc, ideoq; ad omnes horas Canonicas, atque infra omnes Missas (defunctorum exceptis) recitatur. Vide dicta *cap. 2.* [b]

In Ordine Carmelitano maximè celebratur SALVE REGINA.

[b] Nu. 701.

824. SIC MIHI FLEXIS GENIBVS SVPPLICANTI. Hinc videtur vigilanti contigisse hæc visio. *Sic mihi* &c. Postquam Pontifex retulisset, quòd ipsa SS. Virgo Deipara, cœli terræque Regina, specialiter colatur, in Ordine Carmelitano, inuocetur à tota Ecclesia, honoretur in cœlis, subiungit; similiter se in magna perplexitate constitutum ad ipsam confugisse

Digitized by Google

B. Virgo quandoq; apparuit in veste huius Ord.

fugisse pro auxilio. VIRGO VISA FVIT CARMELITA, id est Carmelitani Ordinis vestibus amicta. Sic etiam aliàs quandoque apparuisse legitur: ita enim illam vidit Religiosus ille, de quo sic in Collectaneo exemplorũ Leersij: *Erat enim vestibus albis induta & alijs, ad modum Sororum Ordinis, excepto quòd in capite gerebat coronam.* [a] Præterea, ipsa SS. Virgo haud impropriâ locutione dicitur CARMELITA, ab effectu; quia videlicet ipsa Ordinem Carmelitarum genuit, & produxit, tamquàm causa finalis, & efficiẽs: prout declaratum est supra. [b]

[a] Vide hic ante c. 2.

[b] Par. 2. c. 5.

825. O IOANNES, ô IOANNES: bis eum suo nomine Pontificio nuncupat Deipara, ad maiorem attentionem conciliandam. VICARIE DILECTI FILII MEI. Sic Virgo, futuri præscia, loquitur etiam per anticipationem, siue per ampliationem ad futurum; siue quòd nomen istud iam designatum esset; vt maiori certitudine de futura promissione eum instrueret. Sunt in sacris paginis & apud alios authores, pleraque talium locutionum exempla, vt obseruat Canus, *de studio Theologico.* [c]

[c] Lib. 2. c. 8. obseruat. 10.

Duo fuêre promissa & præstita Ioanni XXII.

826. VELVTI A TVO TE ERIPIAM ADVERSARIO, TE PAPAM FACIO &c. Duo autem Ioanni promisit Deipara, scilicet, liberationem ab aduersario, seu aduersarijs (locutio enim Deiparæ est indefinita, & ly *aduersarius*, sicut & ly *inimicus*, in singulari numero, sæpè designare solet pluralitatem) & promotionem in Pontificem. Vtrumque fideliter exsecuta est; hoc quidem per euectionem eius in illud honoris fastigium: Liberatio autem ipsius ab aduersario, seu æmulis, & inimicis secuta est: siue ij fuerint, qui electioni eius ad biennium dilatæ obsistebant, quæ deinde successit: siue intelligatur Petrus Corbarius Antipapa: quem *aduersarium*, seu æmulum Ioannis nuncupat Platina. [d] Quomodò autem ab eo liberatus fuerit sic refert: *Bonifacius Pisanus Comes rem gratam Ioanni Pontifici facturus Antipapam Auinionem perduxit; vbi in carcerem coniectus vitam cum morte commutauit. Tum verò Pontifex duabus maximis curis liberatus, quòd Antipapam sustulerat: quòdq; Corbarius in Germaniam, relictâ Italiâ, abierat.* Æque etenim B. Virgo Ioannem tutata est aduersùs Ludouicum Bauarum; qui nullis artibus, viribus, machinis, fraudibus Ioannem (quod maximè quærebat) vel deiicere, vel ad suas voluntates inflectere valuit per tot annos, quibus obfirmatus est in schismate, & auersione à Ioanne.

[d] Lib. de Rom. Põtif.

Recipientes Scapulare huius Ordinis, eius membra certo sensu efficiuntur.

827. ET SI ALII IN SANCTAM INGREDIANTVR RELIGIONEM, SANCTI HABITVS FERENTES SIGNVM. Dicuntur autem Confratres moraliter *ingredi Religionem*; quia eius membra efficiuntur, & tamquam partes accessoriæ Religionis, eâdem Patronâ MARIA gaudent. Accessorium namque sequitur naturam sui principalis. Vnde velut vera membra omnium bonorum operum, quæ in tota Religione efficiuntur, participes fiunt.

LIBERENTVR, ET ABSOLVANTVR A TERTIA EORVM PECCATORVM PORTIONE. Eâ Indulgentiarum formulâ vtuntur etiam quandoque

que alij Pontifices *concedentes relaxationem tertiæ partis omnium peccatorum*: id est pœnarum peccatis debitarum.

828. Die quo præfatvm Ordinem intrabvnt. Illam igitur Indulgentiam, seu remissionem tertiæ partis peccatorum, seu verius, pœnarum debitarum, consequuntur. Fratres eâ ipsâ die quâ primùm *sancti habitus signum ferunt*, seu accipiunt; confraternitati nomen dando. Paulus V. in Bulla *Cum certas* data anno 1606. ampliauit illam Indulgentiam; vt scilicet ipso die ingressus, si verè pœnitentes, & confessi fuerint, Plenariã omnium peccatorum Indulgentiam consequantur. Interim magnificẽda illa remissio tertiæ partis, ab ipsa SS. Virgine addicta. *Quid tàm consequantur.*

829. Castitatem, si virgo est. Quandò quispiam sacrum recipit Scapvlare, seu, vt Pontifex loquitur, *sancti habitus signum* suscipit; vt promissâ à Deipara gratiâ gaudeat, videlicet ipsâ die receptionis sacri Scapvlaris remissione tertiæ partis pœnarum peccatis debitarum & potissimè illo singulari Priuilegio liberationis è Purgatorio Sabbatho post obitum, hanc ipsa exigit conditionem; vt virgo virginitatem, vidua continentiam, coniugata matrimonij fidem firmiter proponat. Notandum autem, per promissionem hic non intelligi votum, sed firmum propositum seruandi continentiam, suo statui congruam: illud autem propositum non debet esse explicitum (quamuis melius, & efficaciùs id fieret) sed sufficit habitus receptio cum animo seruandi ea, quæ sunt præscripta. Notandum item, illam promissionem seu firmum propositum, non inducere maiorem obligationem, aut offensam, quàm ex natura rei oritur, neque inducere impedimentum, quo minùs mutari possit status. Hanc autẽ virtutem, specialiter à suis Confratribus & Sororibus, Virgo purissima postulat propter singularem puritatis, tùm corporis, tùm animæ, amorem & affectum, quo hanc virtutem Dei Genitrix diligit. *Debẽt proponere continentiam, iuxta statũ suum.*

830. Aliam deinde, ad promerendum istud Priuilegium Sabbathinum Confratribus imponit obligationem, nempe recitationem Diuini Officij, aut abstinentiam quibusdam diebus seruandam. De istis autem Conditionibus, seu obligationibus Confratrum explicatiùs agetur, infrà capite vltimo.

Fratres prædicti Ordinis svpplicio solvantvr, et cvlpa. Quo sensu intelligenda sint verba illa: *Supplicio soluantur & culpâ* (cũ solida Theologia neget, indulgentiam eximere à culpa) declarat eruditus author Theophilus Raynaudus libro sæpè citato [a] in hunc modum; „ Dicendum, Indulgentiam nullius culpæ, etiamsi leuiculæ, labem exter„ gere quamuis aliquando Indulgentia dicatur concedi in remissionem „ pœnarum pro peccatis debitarum: quo sensu [b] Machabæorum 12. di„ citur *salubrem esse cogitationem, pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur*, „ hoc est, à reatu peccatorum reliduo. Aliàs autem (vt in Extrav. *Anti„ quorum*, de pœnitent: & remiss.) dicitur datam esse per Indulgentiam, „ remissionem culpæ & pœnæ, vt significaretur, eos qui Indulgentiam

[a] Par. 2. q. 5.

[b] 1. Machab. 12.

Per indulgentias remittitur formaliter pœna, & concomitanter seu præsuppositiuè culpa.

„ essent consecuti, fuisse exsolutos nexu culpæ & pœnæ. Culpæ quidem „ per absolutionem, vel contritionem Indulgentiæ præsuppositam. Pœ„ næ verò, formaliter per Indulgentiam. Ita Maldonatus, & communiter „ DD. Et sanè S. Franciscus hoc sensu petiit à Christo, vt Indulgentia „ Portiunculæ esset à pœna & culpa. Et Christus annuit petitioni talis „ Indulgentiæ per Pontificem concedendæ. Sed sensus concessionis „ erat is, quem dixi. Et æquè valet pro omnibus Indulgentiis sub ea for„ ma concessis. „

Sic etiam intelligendi sunt alij plures Pontifices concedentes *relaxationem tertiæ partis omnium peccatorum*, &c. *peccatorum remissiones*, &c. cuiusmodi formulæ Indulgentiarum habentur in variis Bullis, præsertim antiquioribus.

831. Per illa verba: FRATRES PRÆDICTI ORDINIS SVPPLICIO SOLVANTVR: promittitur Religiosis huius Ordinis, aut præseruatio, aut subita liberatio è pœnis Purgatorij: si Regulam, & vota sua seruauerint. Haud multùm dissimile est id, quod suprà [a] retulimus ex libello inscripto, *Doctrina S. Bernardi*, vbi hæc leguntur: *Nullus tui Ordinis peribit, si Ordinem amauerit aut in morte purgabitur, aut breui per mortem.* Itaque Religiosi huius Ordinis, qui Regulam & vota sua debitè seruarunt, in hora mortis, si peccati alicuius rei sint, *culpâ soluentur* per contritionem, aut confessionem: *& supplicio* Purgatorij, per Bullam Sabbathinam. Huius rei luculentum habemus exemplum in Vita S. Teresiæ, per ipsam de mandato suorum Superiorum, & Confessariorum scripta, *cap.* 38. sub finem: *Quidam*, inquit, *Ordinis nostri Religiosus, vir admodùm pius, grauiter infirmabatur: cùm verò Missæ ipsa interessem, magna me recollectio mentis occupauit, vidique in ea illum iam expirasse, & rectà ad cœlum abeuntem conspexi. Mirabar magnoperè, quòd purgatorio non adiudicaretur: sed intellexi mirè illi, quò minùs eò abiret, Bullas Ordinis profuisse, eò quòd Religiosus fuisset, qui suæ professionis Regulam, & votum quàm exactissimè seruasset.* Hæc S. Teresia. *Bullæ Ordinis*, quæ Religioso isti *mirè profuerunt*, ne Purgatorij pœnis adiudicaretur, sunt Bulla Ioannis XXII. dicta *Sabbathina*, & aliorum Pontificum illam confirmantium.

[a] Nu. 807.

Religiosis huius Ordinis quid promissum à B. Virgine.

832. EGO MATER GRATIOSE DESCENDAM. Non dixit simpliciter *descendam*; non enim ipsa personaliter, relictâ sede gloriæ in cœlo Empyreo, Purgatorium petit; sed addit *gratiosè*, hoc, est, per gratiam, suâ videlicet intercessione à filio obtinendo, vt Angeli Cõfratrum animas è Purgatorio educant. Quod explicatissimè declaratur in decreto S. Congregationis Eminentiss. Cardinalium Inquisitionis Generalis, de quo suprà *parte* 3. *cap.* 37. [b] iussu Pauli V. edito anno 1613. in fauorem PRIVILEGII SABBATHINI, his verbis: *Beatissimam Virginem animas Fratrum & Confratrum &c. suis intercessionibus continuis, piisq; suffragiis, & meritis, ac speciali protectione post earum transitum; præcipuè in die Sabbathi (qui dies ab Ecclesia eidem Beatiss. Virgini dicatus est) adiuturam. Itaque Imagines (quæ à deuotis de hac re solent fieri, vel depingi) cum descensione B. Virginis ad animas in Purgatorio liberandas,*

[b] Nu. 586.

Qualiter B. V. Maria animas ex Purgatorio liberet Sabbato post obitum.

Digitized by Google

randas, minimè fiant; sed per intercessionem B. Virginis à tanto periculo per manus Angelorum in cœlo collocari.

SABBATO POST EORVM OBITVM. Ita etiam S. Congregatio Cardinalium, in Decreto illo disertè tradit, *Beatiss. Virginem* MARIAM *animas Fratrum, & Confratrum, post eorum transitum adiuturam.* Et signanter additum, *præcipuè in die Sabbathi.* Et hinc, vt suprà dictum est Priuilegium istud vocatur SABBATHINVM.

833. ET QVOTQVOT INVENIAM IN PVRGATORIO, LIBERABO, &c. Variis autem modis dici potest Deipara Virgo animas Confratrum S. SCAPVLARIS liberare è Purgatorio. *Primò*, suis continuis intercessionibus, & suffragiis *Secundò*, propriis suis meritis, in Ecclesiæ thesauro repositis, satisfaciendo Diuinæ Iustitiæ, & soluendo ex iisdem conueniens pretium, pro Confratrum liberatione in die Sabbathi; quia eius merita sine comparatione transcendunt omnia merita omnium Sanctorum. *Tertiò*, potest B. Virgo à Dilectissimo Filio suo impetrare, vt ipse de suis satisfactionibus, in Ecclesiæ thesauro reconditis, partem aliquam Confratrum animabus in Sabbatho liberandis applicet, per specialem dispensationē. *Quartò*, potest etiam impetrare, vt Confratrum animabus applicentur piorum viatorū & Ecclesiæ suffragia. His, aliisque modis, nobis ignotis Deipara Virgo Confratrum animas primo die Sabbathi post eorum obitum, ex Purgatorio liberat.

Animaduertendum hic, quòd etsi liberatio illa, seu eductio animarum Fratrum & Sororum Sodalitatis sacri SCAPVLARIS è Purgatorio *præcipuè*, & ordinariè fiat *Sabbato post eorum obitum*; prout ipsa Beata Virgo MARIA apparens Ioanni XXII. spopondit, & ille in Bulla sua tradit expressè, atque idem exprimitur in Bullis Alexādri V. & Clementis VII: pietatem tamen Deiparæ non ita alligatam esse isti diei, vt non citiùs aliquandò id fiat; cùm videlicet quis iam ante expiatus fuerit, prout rectè animaduertit Raynaudus, in libro prætacto [a] *Verba Deiparæ* (inquit) *à Ioanne relata, id non ferunt* (nimirùm liberandos tantùm esse Sabbato) *sed tantùm, quòd Sabbatho primo sint liberandi, ita vt ad summum sint illuc vsque hæsuri in Purgatorio, quod tamen non obstaret, quo minùs anima, quæ ante Sabbathum esset expiata, liberaretur.* Quod ibi consequenter declarat ex Decreto Sacræ Congregationis sub Paulo Quinto, & ex Officio Solemnis Commemorationis à Sacra Rituum Congregatione approbato, in quo hæc leguntur: *B. Virgo Filios in* SCAPVLARIS *Societatem relatos, materno planè effectu, dum igne purgatorio expiantur, solari, ac in cœlestem patriam obtentu suo,* QVANTOCIVS *piè creditur efferre.* Vbi notanda dictio QVANTOCIVS: nec minùs id roboratur ex istis verbis supradicti Decreti Pauli V. SVIS INTERCESSIONIBVS CONTINVIS, & PRÆCIPVE IN SABBATHO. Ista vberiùs declarant idem Raynaudus ibi consequenter, & P. Matthias à S. Ioanne in libro de vera deuotione sacri SCAPVLARIS. [b] Quod verò competat præpotenti Virgini Deiparæ animas è Purgatorio liberare (suis nempè meritis & pre-

[a] Par. 2. q. 5.

[b] Cap. 25.

& precibus) vt indubitatum habendum est, etenim ex doctrina S. Augustini libro de cura gerenda pro mortuis *a*, & S. Gregorij libro 4. Dialogorum *b* (quos concorditer sequitur schola Theologorum) sancti in cœlis, suis intercessionibus opitulantur animabus in Purgatorio existentibus, quod etiam Ecclesia manifestè comprobat, dum in Missa pro defunctis, sic orandum præscribit: *Deus veniæ largitor &c. qui ex hoc seculo transierunt, B. MARIA semper Virgine intercedente cum omnibus Sanctis tuis ad perpetuæ beatitudinis consortium peruenire concedas.* Igitur animæ ex Purgatorio citiùs educuntur per suffragia Sanctorum, sed particulariter Virginis Deiparæ. Id euentibus, & historiis non paucis, per probatissimos authores relatis, confirmatur. Illam autem liberationem non diu differendam, sed *Sabbatho* saltem faciendam promerētur Confratres sacri SCAPVLARIS, ex pacto ipsius benignissimæ Matris, si conditiones (de quibus *c*. 8.) obseruauerint.

a Cap. 4.
b Cap. 50.

834. Quoad istam dictionem MERCVRII, an eam vsurpauerit Deipara, Ioannem alloquens, haud constat: nec est quod cogat eam illi tribuere: prout recte notat Raynaudus, lib. *de* SCAPVLARI *Partheno-Carmelitico c* dum ait: „ Sicut enim Scriptor Canonicus, quamuis totum sen„ sum habeat à Spiritu S. cuius est calamus, tamen verba singula non ac„ cipit à Spiritu S. dictante, sed ipsemet suo marte ea adhibet, iuxta sen„ tentiam grauissimis Doctoribus probatam; de quo videndi Mariana, „ atque Serarius, & Sherlogus: Ita Ioannes referens secum habitos Dei„ paræ sermones, fidelis in referendo fuerit, etiamsi corticem verborum, „ saluo sensu subiecto, ex suo ingenio apposuerit. Vndè pro vsu recepto „ appellando feriam quartam *diem Mercurij*, potuit absque noxa adhibere „ eam vocem, ad exprimendum quod audierat de eâ die. „ Deinde, illa dierum nomenclatio non à falsis numinibus, sed à planetis inducta, etiã Patribus, Pontificibus, & Oeconomicis Conciliis vsitata est. Iustinus enim & Tertullianus *d Diem Dominicum* nominat, *diem Solis*, & apud eumdem Tertullianum *dies Sabbathi* appellatur *dies Saturni*. Paulus III. in Bulla pro Vallisoletanis *e* habet *diem lunæ*. In Conciliis Constantiensi, Florentino, & aliis variæ sessiones habendæ indicantur istis vocibus v. g. in Tridentino *sess.* 1. *& sess.* 2. indicitur noua sessio *die Iouis*. Denique Christus ipse in Regula, quam dictasse fertur S. Birgittæ *cap.* 9. vbi agitur de ieiuniis, in Ordine Saluatoris obseruandis, quatuor priores hebdomadæ dies per planetas exprimit *die Lunæ, Martis, Mercurij, Iouis*. Ex quibus patet vocem illam, *dies Mercurij*, ab Ecclesia non esse alienam, vt nuperus quidam Scriptor arguit.

c Par. 2 q. 2.

Nomina illa dies Solis, Lunæ, Martis *&c. à planetis inducta, etiam à Patribus, & in Conciliis vsurpata.*

d Apud Raynaud. ibid.
e Apud Rodrig. in Bull. n. 9.

834. ISTAM ERGO SANCTAM INDVLGENTIAM ACCEPTO, ROBORO, ET IN TERRIS CONFIRMO, &c. Priuilegium, & Indulgentiam Bullæ Sabbathinæ Christus ipse, propter merita Virginis Matris suæ, concessit in cœlis, ipsi Ioanni Pontifici patefaciendo per Deiparam voluntatem suam, vt ipse eam elargiretur & publicaret in terris. Debuit enim, pro stylo in

Digitized by Google

lo in Christi Ecclesia recepto, à Pontificibus, eius in terra Vicariis, comprobari. Christus enim in cœlo non exercet Iurisdictionem Ecclesiasticam externam erga mortales. Nam (vt benè Raynaudus libro sæpè relato *a*) „ ne ipsæ quidem Scripturæ (tametsi litteræ de cœlo ad nos delatæ, iuxta Augustinum *b*) ratæ habentur, nisi Ecclesiæ comprobatio, & „ (vt loquuntur) verificatio accederet. *Euangelio non crederem* (aiebat idē „ D. Augustinus) *nisi me Catholicæ Ecclesiæ commoueret authoritas.* Et Do„ ctor gentium, quamuis non ab hominibus Euangelium suum didicis„ set, sed per reuelationem IESV CHRISTI, esseteque de veritate doctrinę, „ quam annunciabat, adeò certus, vt vellet illidi anathema cuicunque „ secus prædicanti, vel si esset Angelus de cœlo: tamen nè qua vacillandi, „ & nutandi causa daretur audientibus, ascēdit Ierosolymam videre Pe„ trum; vt ab eo, tamquam visibili Ecclesiæ capite, comprobatum Euan„ gelium, quod disseminabat, nulli pateret vel calumniæ, vel tergiuersan„ tium cauillo: itaque similiter, tametsi, vt ferebat priuata reuelatio, facta „ Beato SIMONI, SCAPVLARE Stochianum erat secundùm se instru„ mentum sacrum exploratæ pietatis (& multò magis post illam visionem „ factam Ioanni XXII.) tamen vt quoad nos faceret omnis ambigui„ tas, necesse fuit cœlesti illi viso accedere Ecclesiæ per suos Rectores „ comprobationem; qualem continent varia Pontificia Diplomata, „ Hactenùs Raynaudus. Hâc ratione sentiendum esse de INDVLGENTIA PORTIVNCVLÆ, intelligitur ex S. Bonauentura; qui testatur S. Franciscum accepisse à Christo in mandatis, vt adiret Pontificem, eumque suo nomine admoneret, placere sibi, talem Indulgentiam ab ipso Pontifice concedi: & hoc est, quod aliqui dicunt, eam Indulgentiam fuisse à Christo concessam, vt Bellarminus tradit tomo 3. Controuersiarū lib. 2. de Indulgentiis capite vltimo: vbi tractans de Indulgentiis portiunculæ ait: *Ad preces S. Francisci Christus ipse plenariam Indulgentiam dedit, sed non nisi per ministerium sui Vicarij Pontificis dedit.* Etenim (vt à Waddingo tomo 1. Annaliū *c* Henrico Sedulio in Legenda S. Francisci, & aliis, apud P. Gregorium Nazianzenum à S. Basilio in *Partheniceâ adoptione d* refertur,) S. Franciscus supplicauit Christo, per merita suæ Sanctissimæ Genitricis, vt qui verè contriti, & confessi visitarent Ecclesiam Dominę Angelorum plenam reciperent peccatorum remissionem: Annuit ei Cristus, sed eâ lege, vt suū accederet Vicarium, qui id, quod concessum erat in cœlis, confirmaret in terris. Simile memoratur de S. Birgitta, nempe Regulam suscepisse à Christo eiusque iussu missam ad Vrbanum Quintum, hæc illi, ipsius Christi nomine, declaratura: *Tu ergo approba coram hominibus, quod coram exercitu meo cœlesti est sancitum.* Plura de istis videri poterunt in Reuelationibus S. Birgittę *e* & apud Conſaluum Durantum in præfatione in Regulam Saluatoris, eiusque explicatione, ac in dicto capite Adoptionis Partheniceæ. Alia quædam ad hoc intentum occasionaliter adferuntur hic infrà ex Sandero.

a Part. 1 c. 2.

b In Psal. 131. v. 4. & 149. v. 2.

Infallibilis Iudex in rebus fidei & morum est Ecclesia. & Summus Pontifex.

Quæ sensis Christus in cœlis dicatur concessisse Indulgentiam Sabbatin. & Portiūculæ.

c Ad ann. Chr. 1221.

d Par. 2. c. 26.

Quæ debuerunt à Christi Vicario confirmari in terris.

e Lib. 4. c. 137.

Digitized by Google

835. De anno, quo Bulla consignanda est, non conuenit inter authores, quibusdam primum, aliis sextum, adscribentibus: quam varietatem ex librariorum oscitantia irrepsisse, autumat Raynaudus [a]: facilè autem in numeris erratur, quòd sæpè negligenter describantur, ac negligentiùs emendentur. Frequentissimè id contingere experiuntur, & conqueruntur, qui scribunt. Et certè rarò plures eamdem historiam referentes in omnibus inter se conueniunt, in nullo discrepantes. Ob dissensionem autem, siue in suppurationè annorum, siue in alia circumstantia apud authores, nemo prudens arguat historiarum ipsarum fidem elidi; in omni enim tam sacra quã profana historia nihil magis frequens est quàm discrepantia in supputatione annorum, & controuersia de circũstantiis alicuius rei, cuius substantiam omnes vt certissimã admittunt. Nihil certius Incarnati, natique Verbi mysterio, vix tamen aliquid minùs certum anno præciso quo in carne Verbum apparuit. Ratam habent Catholici inuentionem Sanctæ Crucis; cuius nihilominùs circumstantiæ adeò sunt variæ apud authores, vt conciliari nequeant. Vixisse S. Vrsulam, SS. Christophorum, Georgium & alios eiusmodi, nemo est qui negatum velit, etiamsi fermè in infinitis differant, qui eorum acta describũt. *Ita Ireneus in Tractatu Theologico de Protectione SS. Virginis.* [b]

[a] Lib. eod. de *Scapulari* p. 2. q. 2.

In numeris facilis & frequens error.

Disceptatio circa rei circumstãtiam non minuit veritatem historiæ quoad substantiã.

[b] Sect. 2. c. 6. §. 2.

Sunt, qui opinantur, quod & mihi valde verisimile videtur, Ioannem XXII. bis, seu duas Bullas, de apparitione Beatæ Virginis, sibi factâ, ac de PRIVILEGIO SABBATINO, dedisse: priorem quidem anno primo sui Pontificatus (quo etiam dedit gratiosissimam Bullam iteratæ confirmationis & exemptionis) at fortè ob causam aliquam rationabilem tum Bullam non publicasse: sed demum id præstitisse anno sexto sui Pontificatus, Domini verò 1322. Aut certè, si primo anno & dederit, ac publicauerit, sexto tamen id iterasse, seu ob dubium aliquod circa illam exortum, aut occasione iurgiorum, seu contentionum, quæ circa istum annum 1322. fuscitatæ fuêre per quosdam: & ea compescuit ipse Ioannes Papa per Bullam cuius initium est: *Sacræ Religionis.* Datã Auinione anno 1322. octauo Idus Augusti. [c] Exempla eiusce modi de iteratis Bullis, seu Litteris pro eadem re, suppetunt non pauca: & quidem in proposito, Clemens VII. anno 1528. in Ciuitate Vrbeuetana Diploma concessit, quo Bullã Sabbatinam Ioannis XXII. & Alexandri V. confirmat, innouat, & perpetuæ firmitatis robore munitam esse decreuit. Extat in Archiuio Ordinis in Conuentu Transpontino: & habet illud Rodriguez. [d] Quia autem Pontifex in illa Bulla præceperat, *vt expediretur sub plumbo infrà annum, qui si effluxisset, nullius esset roboris, aut momenti,* & id non fuerat adimpletum; ideo idem Pontifex aliam Bullam plumbeam dedit: quæ incipit: *Ex clementi;* anno 1530. quæ præcedentis Bullæ est iteratiua & explicatiua. Ea extat in Archiuio Ordinis, apud Laertium Cherubinum, [e] & apud Rodriguez in suo Bullario, inter Constitutiones huius Pontificis, [f] & apud alios authores. Ita etiam Paulus Quintus duabus distinctis Bullis eamdem concessit.

[c] Extat in speculo antiq Ord. fol. 71. & in Mari magno Ord

[d] Tom 2. qu. Reg. q. 96. art. 7.

[e] Tom. 1. inter Bul. Clem. VII. n. 31.

[f] Num. 10

concessit Indulgentiam, Plenariam scilicet singulis mensibus semel iis qui confessi, & sacrâ Communione refecti Processioni Confraternitatis SCAPVLARIS interfuerint. Primam quidem anno 1609. die 31. Augusti, Pontificatus sui anno quinto. Incipit: *Piorum hominum Confraternitates.* Quinquennio autem post, cum à quibusdam dubium moueretur, an Indulgentia illa etiam Confraternitatibus imposterum instituendis competeret, idem Pontifex eamdem Indulgentiam nouo diplomate concessit, & confirmauit: in qua tùm quoque, ad tollendam omnem ambiguitatem, illas Indulgentias etiam ad Confraternitates, imposterùm perpetuis futuris temporibus erigendas, extendendas esse, declarauit, & extendit. Similia plura accumulari possent: at illa sufficiunt, vt constet, insolitum non esse, pro eadem re, distinctis temporibus, diuersas expedíri Bullas, seu litteras: quod in Bulla Sabbatina contingere potuit. *Subinde circa idem diuersæ dantur Bullæ.*

836. Vt quis illâ gratiâ, & adiutorio Deiparæ post obitum gaudeat, tria requiruntur; primum vt ab aliquo, habente authoritatem admittendi ad Confraternitatem, SCAPVLARE acceperit, illudque continuò gestet: secundum vt castitatem sui status seruet, tertium Vt Officium Canonicum, vel paruum B. Virginis legat: aut, si legere non possit, ieiunet &c. vti latiùs declarabitur cap. vltimo.

§. III. *An Priuilegium* BVLLÆ SABBATINÆ *communicetur aliis Confraternitatibus?*

837. OCcasione dictorum, disquirendum hic restat, an hoc SABBATINVM PRIVILEGIVM Confraternitati huic peculiare sit, & non aliis communicatum, aut communicabile. An communicabile sit aliis, alteriue Confraternitati (cùm per ipsam cœli Reginam sit specialiter huic Ordini, eiusque Confratriæ concessum) non est meæ rationis trutinâ ponderandum; cùm id potiùs à Pontificiâ dependeat declaratione. Porrò alteri nulli de facto communicatum fuisse, indubitatum videtur; cùm nulla de hoc extet reuelatio, nec Ecclesiæ declaratio; quamuis enim Summi Pontifices Indulgentias à se specialiter concessas Confraternitati huic, communicauerint Confraternitati SS. Trinitatis, aut etiam aliis; nõ tamen istud PRIVILEGIVM SABBATINVM, cuius nemo potest esse particeps, nisi sit *Religiosus professus huius Ordinis*, aut eiusdem *Confratriam ingressus*, seruetque conditiones statutas (de quibus cap. 8.) prout expressis terminis præscripsit ipsa cœlorum Regina, verbis, in dicta Bulla Ioannis XXII. nec non Alexandri V. relatis, & disertè declarant Pontifices alij Clemens VII. & Gregorius XIII. in Bullis, indè extracta quædam dedimus suprà *n par. 2. & 3.* nec non Sacræ Congregationes Inquisitionis & Rituum eâdem *par. 3. cap. 37.* Et hoc est, quod explicatissime scribit præclarus BVLLÆ SABBAT. *priuilegiũ an alteri Confraternitati communicatũ.*

n Nu. 202. 565. 586.

clarus Homiliographus Ioannes de Carthagena [a] in homiliâ quæ est præcipua sacri SCAPVLARIS solemnitate annua: vbi inter alia de Priuilegio Sabbatino ista: *Ioanni* XXII. *Summo Pontifici B. Virgo apparuit, ei præcipiens, vt euulgaret Carmelitis Fratribus, & omnibus cum illo* SCAPVLARI *sepulturæ traditis, purgatorij ergastulo detentis, meritis, assiduis intercessionibus, piisq; suffragiis, ac singulari eiusdem Virginis protectione,* PRIMO SABBATI DIE *ab ipsorum obitu adueniente, Purgatorij pœnarum integram relaxationem dandam: eamdem Indulgentiam concesserunt Clemens VII. Gregorius XIII. in Bulla quæ incipit,* VT LAVDES &c. Deinde subdit: *Singularissima certè gratia, quâ nulla alia Religio potitur: quamuis enim Seraphici nostri Patris S. Francisci habitum portantibus plenaria Indulgentia concedatur, eius tamen reliqui Mendicantium Ordines participes reddantur, eâmdemque Carmelitanæ familiæ concessit Clemens VII. felicis recordationis: gratia verò Sabbatinæ Bullæ propria est illius, & non aliis communis.* Hæc Carthagena. Ferè eadem habet insignis venerandæ antiquitatis inuestigator, Antonius Sanderus in BRABANTIA ILLVSTRATA, agens de Carmelo Bruxellensi, & eius occasione de Confraternitate S. SCAPVLARIS: „ Priuilegium (inquit) BVLLÆ SABBATINÆ quod attinet, diuinum, est non humanum, cœleste est, non terrenum: propterea „ hic verissimè dictum intelligam, quod aliundè Arnoldus Carnotensis „ scripsit, [b] MARIA MATER POSTVLAT, FILIVS APPROBAT, PATER „ DECRETAT. Hoc ergo priuilegium in cœlis datum, per ipsam Virginem MARIAM ad terras delatum, per Ioannem XXII. est confirmatū „ & promulgatū, vt hæc eius Bullæ statim referendæ docent verba: Is„ TAM ERGO SANCTAM INDVLGENTIAM ACCEPTO, ROBORO, ET IN „ TERRIS CONFIRMO, SICVT PROPTER MERITA VIRGINIS MATRIS „ GRATIOSE CHRISTVS CONCESSIT IN COELIS: Vt hinc optimè Sacra „ Rituum Congregatio S. SCAPVLARE *vestem cœlestem* nuncupet. „ (*Et infrà*) „ Quamuis ergo, S. SCAPVLARIS excelsissima priuilegia *propter* „ *merita Virginis,* vt Ioannes Papa testatur, ipse *Christus* immediatè *concesserit in cœlis,* tamen vt quoad nos faceſſeret omnis ambiguitas, hominumque deuotio certiùs firmaretur, necesse fuit, cœlesti illi donationi accedere Ecclesiæ per suos Rectores comprobationem: (& post alia) „ illud porrò non omittendum, hoc BVLLÆ SABBATINÆ priuilegium ita „ Carmelitanis Patribus esse proprium, vt nulla priuilegiorum communicatione aliis fiat commune. „ Quod confirmat ex Pontificiis Diplomatibus: „ Singularitatem hanc, (inquit) Innuit Pontifex Ioannes dùm „ se PRIVILEGIVM SABBATINVM non dedisse (vt de aliis Indulgentiis „ fatetur) sed solùm asserit publicasse & confirmasse. Idem vidit similiterque distinxit Gregorius XIII. qui à Ioanne alias quidem gratias dicit *datas,* hoc verò SABBATINVM PRIVILEGIVM, (verba eius sunt) *pu*„ *blicauit, corroborauit, & confirmauit.* „

Ad idem intentum ita quoque concinnè R.P. Leo in libro de priuilegiis, & obligationibus Confraternitatis Sacri SCAPVLARIS inscripto, *Alliance*

[a] Lib. 17. hom. 1.

Sanderus in Chorographia Carmeli Bruxell. c. 5.

[b] De 7. Verb. Dom.

liance ſpirituelle a (editionis 25. dedicatæ Regi Chriſtianiſſimo Ludouico XIV.) „ Deus, *inquit*, eſt qui priuilegium iſtud conceſſit. Mater Dei im- „ petrauit in cœlis: Vicarius Filij Dei ratificauit in terris. Aſt alij fauores „ & Indulgentiæ ab hominibus inſtituuntur & à Deo acceptantur. Hoc „ potiùs fœdus eſt cœleſte, quàm conſtitutio Apoſtolica. Vnde nec alij „ Ordines, virtute communicationis mutuæ priuilegiorum & gratiarum „ aliarum, eius participes ſunt. Cuius rei ratio ea eſt, quòd hoc non dire- „ & è ſit ex inſtitutione Clauium: at ſolummodò ſecũdaria, per reductio- „ nem, & ſimplicem approbationem. b Hinc eſt, quòd Ordinum aliorum „ non pauci doctrinâ & eruditione ſpectabiles, Confraternitati S. SCA- „ PVLARIS inſcribi deſiderant. „ Quod etiam notat & premit R. P. Ma- thias à S. Ioanne in libro inſcripto *Vera deuotio* S. SCAPVLARIS. c

a Cap. 6.

b Vide dicta n. 834.

c La veritable deuotion du S. *Scapulaire* c. 24.

CAPVT VII.

SCAPVLARIS *Sanctitas, & prærogatiua alia, iſtis verbis*, ſignum ſalutis, ſalus in periculis, *expreſſa, miraculis, ceu diuino ſigillo munita declaratur. vbi & de antiquo vſu* SCAPVLARIS, *ac Confraternitatis B. Virg.* MARIÆ *de Monte Carmelo.*

838. SCitè dixit S. Chryſoſtomus d *Miracula eſſe pignora Omnipotentiæ Dei.* Idem voluit S. Auguſtinus e dum ſcribit, *Diuinam potentiam factis mirabilibus loqui.* Proinde Marci *cap. vltimo* dicitur: *Deum Sermonem Apoſtolorum confirmaſſe ſequentibus ſignis.* Ita quoque habemus, Deum ſanctitati SCAPVLARIS *Mariani*, & ſingulari f eiuſdem prærogatiuæ, quòd ſit SALVS IN PERICVLIS, atteſtantem miraculis, & beneficiis ſuprà naturæ curſum præſtitis mediante S. SCAPVLARI. Quemadmodum ipſe Deus, *mirabilis in Sanctis ſuis*, ad eorum declaranda merita, gloriam, & efficacem interceſſionem, quam-plurima per orbem terrarum omni tempore hominibus præſtitit beneficia, & mirabilia patrauit ad eorumdem inuocationem, vel etiam mediantibus quibuſdam rebus, ad ipſos quodammodò ſpectantibus: vt locuples teſtis eſt S. Auguſtinus de Ciuitate Dei g & Gregorius Turonenſis de Miraculis S. Martini h atque paſſim eiuſcemodi in Patribus, Hiſtoricis, Actiſque Sanctorum leguntur.

d Homil. 14. in Math.

e Epiſt. 49.

f Raynaud. lib. de Scap. p. 1. c. 6.

g Lib. 22. c. 8.

h Lib. 2. c. 1. & l. 3. c. 12.

839. Porro per veſtes prodigia multa patrata leguntur: pallio S. Pro- *Prodigia patrata per veſtes.*

Digitized by Google

Prodigia patrata per vestes.

phetæ Eliæ bis diuisæ fuerunt aquæ Iordanis, vt refertur *cap. 2. libri 4. Regum.* Cùm sudaria,& semicinctia sancti Pauli Apostoli imponerentur infirmis & energumenis, *recedebant ab eis languores,& Spiritus nequam egrediebantur*, vt testantur Acta Apostolorum *cap.* 19. Velum S.Agathæ oppositum flammis ex monte Ætna erumpentibus illas repressit. Per palliũ, seu cappam S.Angeli septem mortui sunt vitæ redditi, teste Enoch Patriarcha Ierosolymitano *in eius vita.* Similia suppetunt quàm plurima. Atquè magis ad propositum: Imperator Theodosius indutus Superhumerali, seu Scapvlari S.Senuphij celeberrimam reportauit victoriam [a]. Singulare etiam id est, quod scribit S.Ephrem *in vita S.Iuliani*, de puero quodam ab impio patre suo destinato in sacrificium dæmoni: qui conspecto Analabo(seu Scapvlari) puero nocere ausus non fuit. Benedictus Haftenus in Disquisitionibus Monasticis [b] tractans de vestibus Religiosis, cùm hoc ex S.Ephrem retulisset meritò subiungit: *Illustre hoc miraculum manifestè ostendit*, Scapvlare *Religiosis non modò pro veste esse, verùm etiam pro thorace ac lorica, quæ eos protegat contra omnia tela inimici.* Ex quibus habetur etiam olim Scapvlare fuisse in veneratione, & à Deo illustratum miraculis: sed tamen multò frequentioribus, postquàm illud S.Simoni ab ipsa Cœlorum Regina traditum fuit; exinde enim Deus per Scapvlare efficaciam intercessionis & magnitudinem meritorum, ac gloriæ, sanctissimæ & dilectissimæ suæ Matris demonstrare voluit; eo mediante multiplicia, ac varia patrando admiranda: & olim, nuper, & modò maxima conferendo beneficia: quorum aliqua ex authenticis approbationibus Ordinariorum, probatisue authoribus deprõpta, ad Dei, eiusque Genitricis honorem, atque ad augmentum fiduciæ, & deuotionis erga eamdem, retulimus hic suprà [c] indubiæ fidei, quantùm fert humana disquisitio.

[a] Vide dicta p. 3. c. 37. n. 591.

[b] Lib. 5. tr. 3. disq. 5.

Admiranda per S. Scapulare.

[c] Par. 3. c. 36. & 37.

840. Quam-plurima alia in hanc rem sunt addensata à Filocalo Caputo libro inscripto *Il monte Carmelo*, Cypriano à S. Maria *in Thesauro Carmelitarum*, Martino de Hooghe in libro eiusdem tituli, Leone à S. Ioanne in libro Gallico, *Alliance spirituelle*, & aliis non paucis de S. Scapvlari tractantibus, ac nouissimè quædã selectiora à Theophilo Raynaudo, in libro *de* Scapvlari *Partheno-Carmelitico, illustrato cap.* 6. vbi decurrit per varios casus, à vi aquarum, ab igne, à scloporum traiectu, à bestiis efferis, à morbis, vnde mors præsentissima extitisset, nisi beneficio Scapvlaris Virginei per Deiparæ tutelã fuisset præcluſa. *In aqua* quidem: refert de viro nobili D.de Montigni, qui in mari, exortâ subito tẽpestate, interpellabat Deiparam, cuius tutelæ tesseram (Scapvlare) gestabat: & licèt rudis planè esset natandi, euasit incolumis, victoribus ipsis non paucis, & aliis, miserè in salo haustis. Subiungit etiam alia eiusmodi bina. Casus aliquot similes de liberatis per Sacrum Scapvlare à submersione, indicauimus parte 3. cap. 36. [d] Ibidem sub finem mira habentur per Scapvlaria incontaminata in ignibus, pro miraculis solemniter

Varij generis beneficia.

[d] Nu. 572. 573.

Digitized by Google

lemniter declarata: eiusmodi varia exempla profert ibidem Raynaudus. De præseruatis ab exitio *in scloporum displosionibus*, nonnulla reperies etiam ibi suprà ex eodem. De Moniali Subpriorissa in Regio Conuentu Montis-Martyrum, furialiter agitata per duos ferocientes, insolitâ rabie actos, molossos, & cunctis vestibus nudata, solo vnico SCAPVLARI relicto: cuius tutelâ mirabiliter subducta, & (quâ viâ, vel modo nescions) asportata, mortem præsentissimam euasit: scribit Raynaudus ibidem, asseritque *Miraculum istud per publicè patens esse.* Et ad aliud caput descendens: *Qui in Morbis* (inquit) *citius, ac præsens auxilium à Sacri* SCAPVLARIS *gestatione senserunt, occurrunt tam multi, vt non possit iniri numerus.* Eiusmodi exemplis plurimis, cuiusuis generis iam dicta confirmantur à præ-citatis Authoribus, potissimùm F. Iocalo Caputo: qui singula ad certas classes reducit.

Sed inuidię meus argueretur calamus, si silentio præteriret casum valdè notabilem, quem succinctè refert R.P. Leo à S. Ioanne in libro Gallico *Fœderis Mariani*, Regi Frãciæ dedicati, & latiùs R. P. Gregorius Naziãzenus à S. Basilio Carmelita Discalceatus in *Epitome Parthenica adoptionis*, & contigit in Octauio Bitino Mediolanensi: qui Confraternitati sacri SCAPVLARIS inscriptus, Beatę Virgini deuotè famulabatur. Isanno 1639 miles in Regia classe, quam Hispaniarum Rex in Belgium destinabat, dũ eam in canali Anglico, vt vocant, hostiliter aggrederetur instructa classis Hollandica, constitutum se cernens in euidenti vitæ discrimine (frequentissimi enim explodebãtur globi è machinis bellicis, fortiterque impetebatur nauis, in qua ipse erat, nuncupata S. Stephani, sub conductu Magistri Bray) se impensè commendabat auxiliatrici periclitantium. Interea inuolat in ipsum globus quindecim circiter librarum: qui penetrans eius thoracem, tuniculam, indusium, peruenit vsque ad SCAPVLARE, nec vltra processit, sed notam solummodò pectori ipsius militis impressit, sicq; ad pedes eius decidit in foros ibi vim suam exerens. Ita scripto, & iuramento attestati sunt quinque eiusdem commilitones Hispani, qui tum omnes captiui, per Hollandos abducti, sesqui anno Roterdami simul fuêre in eodem carcere, vna cum R.D. Terentio Morizan Sacerdote Hiberno, qui inde liber factus, annis aliquot Bruxellis habitauit, vbi iam dicta etiam hoc suo testimonio confirmauit: *Ego infrascriptus attestor, me per octodecim menses cum prædicto milite Octauio Bitino fuisse in eodem carcere, in Hollandia, atque in eadem classe, quandò supradictum miraculum illi contigit, me quoque vidisse testor thoracem, tunicellam, & indusium à globo tacta, & combusta, cicatricem quoque in pectore præfati militis Octauij Bitini ad modum circuli, siue carnem nonnihil combustam illæsa parte magnitudinis* SCAPVLARIS. *Octauius verò Bitinus in recognitionem beneficij, meritis Beatissimæ Virginis de Monte Carmelo sibi præstiti, singulis feriis quartis aliud non sumebat præter panem & aquam, prout vidi tempore octodecim mensium, quibus cum eo captiuus fui.* Subscriptum erat, *Terentius Morisanus Sacerdos Hibernus.* Iidem illi sex testabantur, quòd viderint eum singulares facientem pœnitentias (quamuis alioqui in sat magnis esset miseriis),

a Cap. 17. pag. 155. Conditionis. xxv.

b Cap. 22. pag. 356.

Casus mirab. in Octauio Bitino seu Bitinio.

riis, vtpote ab hæreticis captiuus) idque in gratiarum actionem pro dicto beneficio. Cum autem quispiam concaptiuorum ipsi SCAPVLARE illud surripuisset, multis lamentis, precibus & lacrymis postulauit, saltem medietatem reddi, offerens pitantiam trium dierum. Hæc desumpsimus ex apographo instrumenti hispanicè confecti, à præfatis cum iuramento subscripti, atque ex præfatis authoribus. Verè Turris millenis instructa propugnaculis est MARIA, quæ suos hâc veste induens Sodales, non tam clipeis, quàm missis cœlo obarmat ancilibus, omnigeno hostium telo impenetrabilibus, omni malo resistentibus. Vt meritò hic canere liceat cum VNO ex nostris:

P. Philip. à visit. in Carmelo Poët.

Est DEVS *omnipotens, est omnipotensq;* MARIA.
IMPERAT *ille* POTENS, IMPETRAT *illa* PETENS.
GNATVS *vota nequit* MATRIS *contemnere:* CHRISTVS
Omnipotens PER SE, *sicq;* MARIA PRECE.
Quodlibet exitium CAPVLARE, *hominumque Saluti*
Quidquid obest, vinci per SCAPVLARE *potest.*

De cæteris gratiis & priuilegiis Virginei SCAPVLARIS, videlicet Transscriptione in specialem Deiparæ filium, ac fratrem Participatione meritorum, seu bonorum Ordinis, deque Indulgentiis Confraternitati huic concessis luculenter agitur à plerisque alijs, de SCAPVLARI Partheno-Carmelitico scribentibus.

841. Cùm iam actum sit satis de prærogatiuis S. SCAPVLARIS, dicendum restat aliquid de antiquitate eius, & Confraternitatis B. Virginis MARIÆ de Monte Carmelo. Peculiariter id tangunt R. P. Lezana *in Quæstionibus Regularibus* [a] vbi de Confraternitate SCAPVLARIS, R. P. Leo à S. Ioanne *in typo vestis Religiosæ* [b] R. D. Antonius Sanderus *in Brabantia illustrata*, scribens de Carmelo Bruxellensi, [c] atque, eâ occasione, de Confraternitate Sacri SCAPVLARIS Mariani, ibi valde celebri. Declarant verò SCAPVLARIS vsum per-antiquum in Ordine Carmelitano: illud tamen non tanti semper fuisse æstimatum, vti nunc: cuius causam ibidem pandunt: „ Quemadmodùm (scribit P. Leo, & ex eo Sanderus) non an-
„ teà tantæ apud Romanos authoritatis fuit pallij indumentum, quantæ
„ deinceps, ex quo sapiens ille Cato pallium gestare incepit; non absimili
„ certè modo hoc genus SCAPVLARIS, longè maiori cultu, honore, affe-
„ ctuque sumus amplexati, postquàm amantissima nostra Mater, æternum
„ amoris pactum cum nostri Ordinis Generali Beato SIMONE ANGLICO
„ sanciuit; vti specialie tantæ Virginis patrociniũ, hâc quasi tesserâ cõmu-
„ nitum, non solùm in ipso patre seruaretur, verùm etiam Virginem in-
„ ter, illiusque semen, per immensa seculorum spatia perennaret. Ab eo
„ namq; tempore vt in Baptismo Christum, sic in Religionis ingressu Vir-
„ ginem Christi Matrem videmur induere. „ Etenim quandò SCAPVLARE fuit S. SIMONI traditum, ex tunc illud â gloriosa Virgine Dei-

[a] Tom. 2. c. 11.
[b] Sect. 9.
[c] Cap. 5.

De antiquo vsu Scapularis.

para

para assumptum fuit tamquàm peculiare signum fœderis cuiusdam inter illam & eos, qui piè id gestant. Sic iris olim signum naturale dumtaxat, deinde à Deo institutum fuit signum peculiaris pacti de non vltra delendo mundo per diluuium. De antiquitate verò SCAPVLARIS (olim dicebatur *Superhumerale*, & *Analabus*) constat, quòd illud fuerit communiter in vsu apud antiquos Monachos, & quidem de Ordine Carmelitano, tùm in veteri, tùm in noua Lege scribit Ioannes Ierosolymitanus in libro *de institutione primorum Monachorum cap.* 46. De antiquitate autem Confraternitatis B. MARIÆ Virginis de Monte Carmelo, hæc ibidem habet Sãderus: „ Sed iam quæstio esse potest, an sicut ante S. SIMONEM SCAPV-„ LARIS in Ordine Carmelitico vsus perhibetur, ita eiusdem aliqua *Confratria aliqua* B. „ quoque extiterit Confraternitas? Extitit (& quibusdam interiectis) *Virg. Mariæ de mõte Carme-* „ Fuit ergo Confraternitas, & B. MARIÆ *Virginis de Monte Carmelo dicebatur*; *lo, ante annos* 800. „ sed non tot tantisque priuilegiis, vti post S. SIMONIS tempora, erat *extitit.* „ ditata. Quadringentis tamen ante SIMONEM annis, eam Indulgentiis „ decorasse Adrianus II. (qui rexit anno 867.) inuenio. Item Stephanum „ V. Sergium III. Ioannem X. Ioannem XI. & Sergium IV. certas In-„ dulgentias lego concessisse; quas refert, & etiam confirmat Grego-„ rius XIII. in Bulla quæ incipit, *vt laudes*, data anno 1577. die XVIII. Septemb. De antiquis illis Indulgentiis ab annis octingentis Carmelitano Ordini *omnibusque Christi fidelibus, qui Confraternitatem* (seu *Confratriam* vt aliqui loquuntur,) *dicti Ordinis assumerent, & in eam intrarent*, concessis, a- *a* Nu. 201. *b* Nu. 194. 198. 200. actum est in antecedentibus. *a* Eas confirmant & referunt posteriores Põ- & 464. tifices Sixtus IV. Iulius II. Gregorius XIII. in Bullis citatis *par.* 2. & 3. *b* Igitur pro comperto sit, temporibus illorum Pontificum, aliquam fuisse Confraternitatem B. Virginis MARIÆ de Monte Carmelo.

CAPVT VII.

Munera Fratrum Sodalitatis S. SCAPVLARIS, *seu conditiones requisitæ, vt præscriptis gratiis fruantur.*

842. QVemadmodùm Deus nos creatos sine nobis decreuit non saluare sine nobis, sed per opera bona, præstita præueniente, & adiuuante eius gratiâ: sic quoque à Virgine Deipara tanta beneficia omninò gratis, & absque vllo opere sperare nemo debet. Verumtamen licèt passim res magnæ difficili quoque labore obtineantur (quantò enim finis est sublimior tanto media sunt altiora, & difficiliora) attamen quamuis eximia, valdeque singularia sint Sacri SCAPVLARIS priuilegia, & gratiæ (vt vidimus)

Digitized by Google

vidimus,) quæ requiruntur, vt quis illis fruatur, haud grauia sunt. Vt autem distinctè munera Confratrum, seu conditiones requisitas proponamus, animaduertendum, alias esse pro gratiis in hac vita. alias pro adiutorio B. Virginis in Purgatorio post mortem. Illa autem non distinguere, causa est confusionis & incertitudinis obligationum.

Quid requiratur pro fauoribus Scapulari *annexis in hac vitâ*

843. Igitur, vt quispiam sit Sodalis Confraternitatis Sacri Partheno-Carmelitici SCAPVLARIS, & speciali gaudeat protectione Dei-paræ Virginis, cæterisque gratiis in vita præstandis, intuitu huius sacræ vestis, requiritur, & sufficit, vt quis ingrediatur Confraternitatem S. SCAPVLARIS, canonicè erectam, nimirùm, recipiendo SCAPVLARE ab aliquo Superiore Ordinis, vel habente ab eo auctoritatem: debeatque nomen inscribi libro Confraternitatis. S. SCAPVLARE autem sic receptum ad honorem B. Virginis MARIÆ deferri continuò debet, non in pera, vel ad cingulum, sed ad collum pendens; id enim ex sua natura postulat SCAPVLARE: sicut pileus, aut biretum exigit in capite, non in alia corporis parte portari. Itaque vt quis sit Confrater huius Confraternitatis, omnibusque Indulgentiis illi concessis frui possit: requiritur dumtaxat SCAPVLARIS legitima receptio, & religiosa gestatio: nulla autem Officij vel aliquarum precum recitatio, nec à carnibus abstinentia, aut ieiunium.

Quid pro Sabbatina Indulgentia.

844. Ad obtinendam verò illam singularem gratiam, & magnum beneficium, post obitum, liberationis è purgatorio, Sabbatho post mortem, necessaria insuper sunt hæc duo. *Primum*, seruare castitatem sui status. Quod non ita intelligendum, vt Confratres non possint statum mutare: virgines enim possunt ad nuptias transire, & tunc non ad virginalem, sed ad coniugalem castitatem tenebuntur. *Secundum*, iis qui litteras norunt, recitandum est quotidie diuinum Officium Canonicum, vel magnum, vel paruum B. Virginis: alterutrum sufficit; & quidem quoad paruum, constat ex suprà relato decreto Sacræ Inquisitionis. [a] Ignari autem litterarum loco officij debent Ecclesiæ ieiunia obseruare, & feriâ 4. & Sabbatho à carnibus abstinere, nisi in his diebus Natiuitatis Domini Festum inciderit.

[a] par. 3. c. 37. n. 586. & 587.

845. Notandum quoque, quòd non sit integrum, pro libitu aut recitare Officium B. Virginis MARIÆ, aut abstinentiam seruare, illaue præstare alternatiuè; qui enim sciunt legere, tenentur recitare quotidie Officium B. Virginis MARIÆ, nec satisfaciunt per abstinentiam, ad obtinendum PRIVILEGIVM SABBATINVM: nisi à recitatione illa legitimè impediantur: sicut plures agricolæ, mechanici, famuli, ancillæ &c. qui pro obtinendis gratiis, & fauoribus istis tam singularibus, debebunt seruare Ecclesiæ ieiunia, & abstinentiam à carnibus feriis quartis, & Sabbatis. Qui legunt Officium Canonicum, vel paruum B. Virginis MARIÆ, non obligantur ad abstinentiam à carnibus, vt istorum priuilegiorum fiat participes.

846. Cæte-

Digitized by Google

846. Cœterùm, animaduertendum, quòd licèt quis humanâ fragilitate ductus, semel, bis, & sæpiùs contra castitatem peccauerit, vel Officium omiserit, vel ieiunia Ecclesiæ non obseruauerit, vel feriâ 4. & Sabbatho carnes comederit; si tamen postea resipuerit, & firmiter proposuerit, in posterùm seruanda seruare, præfatæ gratiæ incapax non reddetur. Possunt autem Superiores Ordinis huius, & Confessarij, pro Confratribus, legitimè impeditis, prædicta requisita in alia pia opera æquiualentia commutare. Id enim de benignitate Beatissimæ Virginis Mariæ, hanc gratiam concedentis, & de Summis Pontificibus, eam approbantibus, credi debet; cùm videamus, quòd Pontifices quoties pro lucrando Iubilæo aliquâ opera pia imponunt, Confessariis dant facultatem, vt pro infirmis, & aliis legitimè impeditis, illa possint in opera pia æquiualentia commutare. Ita Reuerendissimus Pater Generalis Theodorus Stratius in Instructione de Priuilegiis & Indulgentiis Confraternitatis S. Scapvlaris, [a] & alij hanc materiam pertractantes.

Pro legitimè impeditis conditiones requisita in alia mutari possunt.

[a] Cap 12.

847. Quinimò nonnulli probabile censent, Confratres, qui non sciunt, aut tempus non habent legendi horas Canonicas, vel Officium B. Virginis, & impotentes sunt ieiunare, aut abstinere à carnibus feriis quartis, & Sabbatis; vel ob infirmitatem, vel quia filij-familias, famuli, ancillæ, aut laborantes in alienis domibus (idem est iudicium de fœmina, viro nolente consentire, aut ægrè ferente, vt ieiunet, vel abstineat) alios cibos præter carnes commodè habere nequeunt (& generaliter quoties singularis victus, aut à carnibus abstinentia paci, aut tranquillitati obesset, vel vitupery occasionem, aut alteri notabile incommodum præberet) nullâ indigere dispensatione, vt fruantur illo beneficio Bullæ Sabbatinæ; quia non videtur credibile taliter impotentibus aut impeditis, si ipsi alia seruanda seruauerint, B. Virginem speciale illud adiutorium in Purgatorio denegaturam. Ita idem Reuerendiss. Stratius dicto loco. Et id indicatur satis manifestè per ipsa B. Virginis verba, in Bulla Ioannis XXII. vbi postquàm indicta esset castitas, legendumque Officium, aut seruanda abstinentia, subiungitur: *Nisi necessitatis causâ alicui essent tradita impedimento.*

Impotentes ieiunare, aut abstinere, non priuantur gratiis S. Scapulari annexis.

848. Ex istis habetur solutio Quæsiti, sæpè occurrentis, Si quis feriâ quartâ inuitatus sit ad conuiuium, aut ex aliqua occasione extra domum suam prandeat, aut cœnet, an is causam habeat sufficientem, vt carnibus vescatur sine præiudicio priuilegij Sabbatini?

Respondetur, si alij cibi non adsint, nec facilè haberi possint, aut timeatur, quòd abstinendo à carnibus alij incommodarentur, pudore, vel tristitiâ aliquâ afficerentur, aut aliqui ex fragilitate inde quoquo modo offenderentur, aut obloquendi occasionem sumerent, tunc meliùs, & ad maiorem Dei honorẽ, videtur, non abstinere à carnibus. Si verò in mensa alij cibi sint, aut facilè & sine incommodo haberi possint, nec periculum videatur alicuius offensionis, tùm causa sufficiens non est, quò minùs seruetur abstinentia.

849. Cæterùm ego (practicant & alij) eiuſcemodi impotentibus, vel legitimè impeditis, ſoleo iniungere, vt quotidie illâ hebdomadâ, quâ abſtinentiam illam, vel Eccleſiæ ieiunia ſeruare non poſſunt, recitent ad honorem ſeptem gaudiorum B. Virginis MARIÆ ſepties Orationē Dominicam, & ſalutationem Angelicam (ſaltem vicibus ſingulis conſequuntur indulgentiam quadraginta dierum à Paulo V. conceſſam ſpecialiter Sodalibus Confratribus S. SCAPVLARIS) aut coronam paruam, Stellariū dictam, de quo ſuprà parte 3. c. 35. *a*

a Nu. 554.

850. Notandus tamen hîc, & cauendus error quorumdam, exiſtimātium, vniuerſaliter, pro omnibus, ſufficere, vt gaudeant ſpeciali illo adiutorio B. Virginis in Purgatorio, illum ſeptenarium numerum Orationis Dominicæ & Salutationis Angelicæ. Nequaquam enim id ſatis eſt pro iis qui ſciunt, & poſſunt legere officium, aut abſtinentiam ſeruare, nec legitimè impediuntur; verùm, qui illud recitare poſſunt, ſi gratiæ iſtius participes eſſe velint, debent legere, nec ſatisfaciunt abſtinentiam ſeruando, aliaúe opera præſtando (vt dictum eſt) quia ſic ab ipſa Virgine glorioſa, Summiſque Pontificibus præſcriptum: qui non norunt legere, vel ad id tempus non habent, debent Eccleſiæ ieiunia ſeruare, & abſtinere, (non tamen ieiunare) feriis quartis & Sabbatis. Qui autem nec id poſſunt, vt filij-familias, famuli, ancillæ, operarij in alienis domibus, aut alium cibum præter carnes non habentes &c. ſatisfacere poterunt recitando indies 7. *Pater & Aue* (vt dictum eſt) aliaúe opera præſtando. Satiùs autem erit, illa ipſis ab aliquo Ordinis Superiore, vel P. Confeſſario, illum in finem impoſita eſſe. Dubia nonnulla circa iam dicta proponunt & ſoluunt Cyprianus à S. MARIA in Theſauro Carmelitano *b* Irenæus à S. Iacobo in Tractatu Theologico de protectione ſingulari. *c*

Error quorundam notatur.

b Par. 2. c. 23. & 24.

c Sect. 2. c. 7.

851. Hactenùs diximus de conditionibus requiſitis pro Confratribus S. SCAPVLARIS exteris, ſeu Regulares, ſeu ſeculares, ſiue Sacerdotes, ſiue Laici ij ſint. Porrò huius noſtri Ordinis Fratribus profeſſis ipſa B. Virgo has præſcripſit conditiones, vt ſcilicet *Regulam ſuam ſeruent, & inuiolatam teneant: atque in Sancta perſeuerent obedientia, paupertate, & caſtitate.* Iſta præſtantibus duo promiſit clementiſſima hæc Mater, nempe *ſaluabuntur*, & quòd poſt obitum ſuum liberati à ſupplicio Purgatorij *in montem Sanctū vitæ æternæ ſint adducendi.* Ita habetur ex ipſa BVLLA SABBATINA. Ne igitur gloriemur de tanta nobis promiſſa gratia, niſi iſtas pacti conditiones ſeruemus, & Regulæ ac votorum noſtrorum religioſæ obſeruantiæ inſiſtamus. Quapropter quilibet noſtrum *attendat ſtudioſe* (verba ſunt in ſimili ſubiecto Ivonis Carnotenſis *d*) *vt ſignum ſine ſignificato non ferat, & veſtem ſine virtute non portet, nè fortè ſit ſimilis ſepulchro deforis dealbato. Itaque gloriam non tantùm honor commendet veſtium, ſed ſplendor animarum.* Liceat itaque ſic alloqui Religioſos huius Ordinis, verbis S. SIMONIS STOCK, ſuprà ex Swaningtono relatis: *Fratres, conſeruando verbum iſtud in cordibus veſtris,*

Conditiones pro Religioſis Carmelitis.

d In Excep. Eccleſ.

Digitized by Google

stris, satagite electionem vestram certam facere per bona opera, & numquàm deficere. Amen.

APPENDIX.

Authores nonnulli indicantur, qui de Confraternitate & Priuilegiis Sacri SCAPVLARIS *conciones, seu discursus, ediderunt.*

852. CVm frequentissimæ sint habendæ conciones de SACRO SCAPVLARI: imò per totum annum singulis ferè Dominicis (etenim in quibusdam locis semper Dominicâ primâ cuiusuis mẽsis, in aliis secundâ, alibi tertiâ, vel quartâ) nec dumtaxat crebræ, sed & auditorio stipatæ magno eæ sint (quippe ad quas vbiuis cernere est populi notabilem concursum) difficile autem sit de eadem materia toties sermonem habere, ne sicut eadem fercula sæpe mensæ illata fastidium generant, sic de eodem subiecto frequenter audiri sermones, nisi variati, non sapiant. Ea-propter indicabimus authores, qui specialiter formandis istis concionibus seruire possunt. At (ne longiùs extra destinatos limites abire videamur) succinctè.

853. Imprimis Homiliographus insignis Ioannes de Carthagena libro 17. aliquot habet homilias *de sacris arcanis Deiparæ* MARIÆ *de Monte Carmelo*, in quibus principaliter quidem tractans de antiquitate & præconiis huius Ordinis, etiã de S. SCAPVLARI, & annexo illi priuilegio BVLLÆ SABBATINÆ agit. Alius etiã Seraphici Instituti alumnus P. Henricus Ionghen, & de nostra, & de cæteris celebrioribus Confraternitatibus sermonem habere volentibus singulari studio succurrit in peculiari libro Concionum de hoc subiecto: in quo habet viginti de hac Confraternitate SCAPVLARIS. R. P. Michael de Caluo-Tertij Ordinis S. Francisci in libro Italico (à P. Brunone Neusser latino facto) cui titulus est: *Assumpta prædicabilia super omnia Quadragesimæ Euangelia Concione* 39. pro Sabbatho Dominicæ Palmarum, *Assumpto* 2. cui titulus: MARIA *palma gloriosa Montis Carmeli triumphans*; habet discursum de Ordine Carmelitano & S. SCAPVLARI. R. D. Marchantius in opusculo de Sãctis, *vite florigera*, pro festo solemnis Commemorationis fertiles aliquot conciones subministrat. In multis etiam seruire possunt Discursus prædicabiles super Litanias Lauretanas, per Iustinum Miechouiensem ex Sacro Ordine Prædicatorum; peculiariter tomo 2. Discursu 232. & 236. Multa quoque desumi inde poterunt alia, sicuti & ex cæteris Marianis Scriptoribus.

854. Ad conciones etiam eiusmodi formandas conferre possunt non parum libri de Sacro SCAPVLARI & Confraternitate eius tractantes, indicati suprà cap. 7. Peculariter autem P. Theophilus Raynaudus è Societate IESV libro sæpiùs citato, *in proloquio & cap.* 1. eruditè disquirit de antiquitate, origine, & causis Scapularis Partheno-Carmelitici: *sequentibus* autem *capitibus* agit de eiusdem Pontificia approbatione, prærogatiuis, beneficijs temporalibus supra naturam (seu miraculis) sæpe exoratis facti SCAPVLARIS interuentu: & qualiter sit *signum salutis æternæ*, ac nota prædestinationis: ac denique *cap.* 8. de Summis Pontificibus, Cardinalibus, Regibus, alijsque Summatibus hac Tesserâ insignitis. Et hæc quidem in Partitione prima, quam *Asceticam* nuncupat; in secunda verò, quam *Polemicam* inscribit, totus est in diiudiciendis cauillis, ac calumniis cuiusdam neoterici, vt sic eorum omnium quę

in priore partitione asserta & explanata sunt, veritas magis stabiliatur. Materiam etiam abundantem subministrat liber Gallicus inscriptus: *La veritable deuotion du Sacré* SCAPVLAIRE per Matthiam à S. Ioanne: in quo nonnulli per aliquot annos sufficientia repererũt, vt singulis mensibus populo noua & vtilia proferrent. Istis meritò accensendus liber Parthenicæ adoptionis gallicè conscriptus, per P. Gregorium Nazianzenum à S. Basilio luculenter explicans ea, quæ concernunt *Confraternitatem B. Virginis* MARIÆ *de Monte Carmelo*. Filocalus Caputus Neapolitanus in suo Quadragesimali habet pro singulis Sabbatis in Quadragesima insignem Concionem de S. SCAPVLARI. R. P. Leo à S. Ioanne in suo *Anno regulari* vnam habet, festo Commemorationis solemnis. P. Daniel à S. Iosepho in sermonibus panegyricis de Sanctis, binos interserit de SCAPVLARI: P. Georgius à Regina Angelorum, qui ex Hispanico Latinas fecit Conciones nostri Christophori Auandaigne, quatuor subiunxit insignes de SCAPVLARI. Antonius Oliuan de Maldonado Hispanus in libro *Gouierno moral de alma* tomo 2. discursu 22. copiosè tractat de SCAPVLARI, & de Ordine Carmelitano. Videri etiam poterit Sylueira *tomo 3. Commentariorum in Euangelia libro 5. quæst. 27.* Quia autem SCAPVLARE vestimenti genus quoddam est, concinnè cuncta ferè, quæ de vestibus dici possunt SCAPVLARI applicando, per varias & luculentas conciones, in amplum de isthoc subiecto dicendi, sæpius excurrit P. Valentinus à S. Amando: quæ (votum meum est) vtinam tandem colligat, poliat, & in commune Ordinis commodum in lucem edat, sicque VESTIS MARIANA (hic, puto, erit titulus libro) magis Orbi innotescat. Nę sic aliis daretur exemplum, & magnum de SCAPVLARI dicere volentibus solatium & adiumentum.

855. Qualiter verò de SCAPVLARI ex singulis per anni circulum Euangeliis Dominicalibus materia apta educi possit, exemplo præmonstrauit P. Gosuinus Henricus sacri Ordinis Prædicatorum in libro inscripto: *Aurea Corona in SS. Rosario*, quo per Euangelia omnium Dominicarum totius anni, variis figuris, hieroglyphycis & exemplis conciones variat, quæ facili negotio S. SCAPVLARI possunt appropriari. Digito aliquot annotabo, & breuiter attingam.

Dominica prima Aduentus ad illud Euangelij, *Videbunt Filium hominis venientem in nube*, in memoriam reuocando ominosæ *Nubeculæ* figuram 3. Reg. 18. S. P. N. ELIÆ non tam *pluuiam* aquæ. quàm cœlestium gratiarum *grandem*, præsignante; materia oritur S. SCAPVLARE nubeculæ isti comparandi, vnde mortalium & corpora & animæ multorum beneficiorum imbre perpluuntur. *Erunt signa in Sole. Luna, & stellis.* Habes SCAPVLARE *signum* Virginis mirificum, *Signum salutis* miraculis portentosè plenum. *Sol* CHRISTVS, MARIA *luna*, Confraternitates *Stella* sunt. Hincque, cum dicatur in Genesi *a*. *Stellæ sunt in signa & tempora & dies*; & MARIA ad minùs proximo Sabbatho animabus per S. SCAPVLARE è purgatorio liberationem addicat; fit illud tibi signum in tempus, in certum diem.

a Cap. 1.

b Cap. 4, 5. & seq.

856. DOM. III. POST EPIPHAN. Ad verba: *Offende te Sacerdoti & offer munus tuum.* Matth. 8. Quantum *munus* S. SCAPVLARE! vt hic suprà *b* dicebamus, diuinũ est, non humanum; è cœlis ab ipsa cœli Regina datum, ab ipso in cœlis Christo ditatum. Crescit illius à dantium & dirantium dignitate dignitas & pretium. Quãtum *munus*, quod regiæ purpuræ, quod annus reditibus præferunt mundi Monarchę! Quantum *munus*, quod ab inferni flammis animas reddit immunes! Quantum *munus*, quod quis toto non remuneret Mundo, quodque toti donatum est Mundo!

857. DOM. XIX. POST TRIN. ad illud, *Nisi* SIGNA *videritis non creditis.* Ioan. 4. quàm latus in *signis* aperitur campus? SCAPVLARE esse, & quomodo, SIGNVM SALVTIS, probauimus hac parte 5. cap. 4. nec desunt, vel mediocriter in Sacris literis

c Iosue 2.

d Iosue 2.

teris versato sufficientia, quæ iuuent, loca. Pendatur illud, *Signum est inter me & vos*; *c* & tale MARIAM inter & suos Sodales SCAPVLARE esse, inueniet. Attendatur Rahab, suspenso è fenestra signo, seruatam *d*; & animam nostram, diaboli meretricem, suspenso è collo SCAPVLARI, seruari feliciùs, deprehendet. Alibi leges, SIGNVM, *quia Dominus me saluabit*, *a* ac SIGNVM *habentes* SALVTIS *b*. In duodecim quoque zodiaci signis, virtutes, (quibus Sodales Parthenici, vt SCAPVLARE sentiant SIGNVM SALVTIS, debent esse præditi) reperies designatas. Sed ne minutè nimis, & debitos historico limites transgrediendo, quasi περιεργῶς attingamus, sufficiat quasi extento digito demonstrasse, & ad ea, quæ propiùs scopum nostrum circumstant, intendamus.

a 4. Reg. 20.
b Sap. 16.

PARS

PARS SEXTA

DE VIRIS SANCTITATE, ERVDITIONE, AVT ECCLESIASTICA DIGNITATE ILLVSTRIBVS, ET REVERENDISSIMIS PRIORIBVS GENERALIBVS ORDINIS, DEQVE VETVSTO INSTITVTO VIRGINVM RELIGIOSARVM.

858. *CArmeli vitem à magno Propheta* ELIA *plantatam, per multiplices temporum vicissitudines (Deo incrementum præbente, ac SS. Virgine Deiparâ protegente) propagatam, conseruatam, priuilegiatam vidimus in anterioribus tabellis : in hac verò eiusdem* vineæ *fructus speciosiores, & sapidiores libabimus.*

CA-

CAPVT I.

Celebriores huius Ordinis Sancti, qui claruerunt in veteri Lege, & in noua vsque ad annum Christi 1099. *strictim commemorantur.*

859. ABbas Trithemius lib. de Institutione & laudibus Ordinis huius cap. 12. agens de Sanctis, qui ex eo prodierunt, hæc scribit: *Quàm vberes fructus, quamq; suaues in Ecclesia Dei odores ager iste Carmelitici Ordinis protulerit, neminem ignorare credimus, qui veterum historias legit. Nam, vt de his interim fileamus, qui in Monte Carmelo sub Lege claruerunt, tot sancti Fratres sub gratia in Ordine isto fuerunt, vt penitùs numerari nequeant. Enimuerò si quis stellas Cœli dinumeret, & huius Ordinis Sanctos numerare poterit.* Idem Author librum edidit peculiarem de viris illustribus huius Ordinis, qui variis temporibus claruerunt; *vt*, inquit, *ij condignam immortalitatis memoriam apud posteritatem accipiant, & iuniores Ordinis Fratres eorum exemplo ad pietatem & amorem Scripturarum prouocentur.* Hæc quoque nos ratio impulit ad similem tractatum; etenim, vt verè Eucherius Episcopus Lugdunensis, *Armãtur filiorum animi, dum Patrum recensentur triumphi.* Et Abbas Cassiodorus: *Instructus reddatur animus in futuris, quandò præteritorum commouetur exemplis.* Ea-propter viri præstantissimi Diuus Hieronymus, sanctus Isidorus, Gennadius, Sigibertus, Trithemius, Sixtus Senensis, Bellarminus, Possevinus, alijque non pauci catalogos contexerunt virorum illustrium, vt eos mundo notos redderent; & ab exordio Ecclesiæ Acta Sanctorum annotata, & posteritati commendata fuêre. Sic & nos, eos, qui in hoc Ordine præcipuâ sanctimoniæ, aut eruditionis laude præcelluerunt, in exemplum proponimus: at succinctè; quòd intenta breuitas longiùs stylum euagari non sinat.

Sancti multi in hoc Ordine.

Illustrium virorum Scripta & acta credantur.

860. Primus locus iure debetur S.P.N. ELIÆ, qui in diuinis Scripturis, & SS. Patrum voluminibus magnopere celebratur: vndè deprompta quædam dedimus *parte* 2. per totam: digna, quæ à quouis Carmelita sciantur; vt ad istius sui Patriarchæ venerationem, ac imitationem magis incitetur; eius enim vitæ norma nobis esse debet tamquam prototypon, cui nos conformare satagamus. Sic etiam cuiusuis alterius Ordinis professor, qui finem suum attingere cupit, in suum Institutorem (Augustinianus in S. Augustinum, Benedictinus in S. Benedictum, Prædicator in S. Dominicum &c.) oculos coniicere identidem debet; vt se illis in moribus assimilet. Quò perfectiùs id præstiterit quispiam, eò pleniùs sui Instituti

De S. P. ELIA.

Religiosus quiuis assimilari debet suo Patriarchæ.

Digitized by Google

rationem assequetur; *primum enim in quouis genere est mensura cæterorum.* Igitur & nos *inspiciamus, & faciamus secundùm exemplar, quod nobis monstratum est in Monte Carmelo.*

Sub Lege veteri qui claruerint in hoc Ordine:

861. Hunc proximè subsequuntur ipsius discipuli, & spirituales filij SS. Prophetæ ELISEVS, IONAS, MICHEAS, ABDIAS, cæteriquè dicti PROPHETARVM FILII: & horum successores sub nomine RECHABITARVM, & ASSIDÆORVM: quibus nihil intùs & extrà candidius, nihil sanctius, nihil Deiformius, nihil cælestius habuit ætas illa. Ex illis nonnulli ob eximiam vitæ sanctitatem futurorum scientiâ claruerunt: quorum virtutes, & gesta Canonicarum Scripturarum testimonio commendantur; idcirco humani calami non indigent præconio, cum diuinis oraculis eorum sit approbata deuotio.

Et qui in legis primordiis Euangelica.

862. Cum istis conuixerunt, aut ex eis processerunt ESSENI, etiam suprà celebrati: quos inter præcipuè emicuerunt SCARIOTH, MANAHENVS: & etiam is, qui *in spiritu Elie venerat*, ac in viuendi ratione adeò illi similis fuit, vt à quibusdam ELIAS crederetur: de quo proinde Christus dixit: *Ipse est* ELIAS, non identitate personæ, sed vitæ similitudine, scilicet S. IOANNES BAPTISTA; ipsum enim Monachum, & in Lege Euangelica Monastici Instituti Principem fuisse, ac inter Essenos, Eliæ posteros, vixisse constat ex dictis *par. 3.* vbi etiam actum fuit de SS. ELPIDIO, AGABO, & ENOCH DE AMATHIM: qui in primordiis Ecclesiæ ex Carmeli incolis fuêre Apostolorum coadiutores.

Et qui

863. Istos sequuntur SS. THELESPHORVS & DIONYSIVS, qui postquàm in Anachoretica, seu Monastica, & verè Prophetica vita omnium virtutũ exercitijs eximiam eruditionem sociassent, euecti fuêre ad summum Pontificatum, & Ecclesiam sanctissimè gubernarunt: quibus in sanctitate haud absimiles fuêre SS. SERAPION Episcopus Antiochenus, & SPIRIDION Episcopus Trimithuntinus. Et isti quidem, ac alij (de quibus agitur toto *tomo 2. Annalium Ordinis*, & præcipuos aliquot exhibuimus suprà) claruerunt in primis Ecclesiæ Christianæ seculis.

Ad 4. seculi proximè sequentibus.

864. Quartò autem seculo & quinto, felicissimis Ecclesiæ temporibus, Ordo Propheticus Elianus fuit *sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus*, abundantissimus fragrantissimis sanctitatis floscul is, & suauissimis, ac sapidissimis Sapientiæ fructibus: quos tandem meritis & annis maturos cœlestis messor demessuit, & suis intulit horreis: ij fuerunt S. BASILIVS, S. GREGORIVS NAZIANZENVS, S. CYRILLVS, qui de Nestorio triumphans, eiusdem hæresis expugnator, & honoris SS. Virginis Deiparæ defensor, & promotor extitit præcipuus: quorum scriptis, vt quibusdam stellis firmamentum Ecclesiæ resplendet. Istis meritò accensentur IOANNES ille ex Carmeli Archimandrita Ierosolymitanus Episcopus, author præclari Opusculi *de Institutione primorum Monachorum:* quod in Ordine habitum, & seruatum fuit instar Regulæ per annos ferè octingentos: &

eius-

Digitized by Google

Eius discipulus ac in Carmelici gregis regimine successor CAPRASIVS vir celebris: atque alij suprà laudati.

865. Seculo etiam sexto non defuerunt eiusmodi, vt S. Iacobus Porphyrionita etiam ibi commemoratus. ZOSIMÆ OVO, de quibus Lezana sub anno 524. THEOPHANES, alijque Monachi Palæstinæi, in Monasteriis nuncupatis *Laurę*; quorum gesta illustrat tomus 3. Annalium Ordinis: nec non SS. DOROTHEVS & DOSITHEVS, ac ij qui in huius vita celebrantur. De quibus etiam egimus parte 3. cap. 23. sicut & de SS. LEANDRO ac ISIDORO cap. 29. *a*

a Nu 475.

866. Per secula autem quinque sequentia, nimirum ab anno 614. (aut secundum alios 617. vsque ad annum 1099.) quando propter sæuas & longęuas persecutiones Persarum & Saracenorum *luxit & defluxit terra*, quam Oriens ex alto præsens visitauerat, calcauerat, sanguine suo rubricauerat, etiam in Carmelo *luxit vindemia*, infirmata est vitis: fuitq; Terra illa Sancta, & in ea situs Carmelus, *quomodo si pauca oliuæ, quæ remanserunt, excutiantur ex olea, & racemi, cum fuerit finita vindemia.* Eo enim temporis interuallo pauciores, probatissimi tamen, fuerunt Religionis huius alumni, vt scribit S. Cyrillus, suprà *b* & ex illis multi Martyres, quos Persarum, sub Choſdroa, & deinde Saracenorum, ac Turcarum, sub Homar, eiusque successoribus, rabies sustulit: quos inter celeberrimus fuit S. ANASTASIVS. Eo etiam temporis interuallo claruit in hoc Ordine magnus Hungarorum Apostolus & Martyr S. GERARDVS SAGREDVS, cuius vita peculiariter illustratur sub finem tomi 3. Annalium Ordinis huius. Is factus Episcopus Canadiensis in Pannonia, seu Hungaria sacratissimæ Virginis MARIÆ (erga quam incredibili ardebat pietatis affectu) deuotionē & cultum tantoperè illic promouit, vt exinde Hungari, pronuntiato eius nomine statim flexis genibus, & demissis in terram capitibus, sese inclinent: quin & patriam illam suam eidem consecrauerint, & tamquàm amantissimæ Patronæ commendauerint; adeò vt Hungaria FAMILIA S. MARIÆ sit nuncupata: ipsaque ab Hungarica gente non nisi DOMINA NOSTRA vocitatur: vnde titulus ille apud alias etiam nationes inualuit. Vidit & cecinit è nostris Poeta:

b Par. 1. ca. 3. n. 19.

Ab anno 614. ad 1099. pauciores, fuerunt.

De S. Gerardo Apostolo Hungarorum: inter quos ipsa cultum SS. Virginis Deiparæ quàm maximè promouit.

P. Valen. à S. Ann.

Quòd Stephanus *Regnum* MARIANO *sacret amori,*
Quòd DOMINA Hungariæ *dicta* MARIA *sua;*
Nunćque quòd in toto DOMINÆ *sit* nomine *Mundo*
Culta, GERARDE, *tuus dat* MARIANVS *amor.*

Prætermittendum hic non videtur quod in iisdem Annalibus nostris ex eius vita refertur: *Aram ipsi* (B. Virgini MARIÆ) *venerabilem erexit, ante quam argenteum thuribulum collocauit, eiusq; ministerio duos prouectæ ætatis homines adhibuit, qui iugiter illic vigilarent, ne vmquàm vllâ horâ thymiama ibi deesset. Singulis quoque Sabbathis diebus Episcopus, sicut in Assumptionis eiusdem Sanctissimæ Matris, magnis laudum præconiis deuotionis suæ Officium cum nouem lectionibus*

ctionibus illic explebat. Et infrà : *Sicque omnium primus hic Sanctus vir B. Virgini Sabbathum diem consecrauit.* Eximius hic Deiparæ cultor & alumnus, postquam annos aliquot Ecclesiæ sibi commissæ sanctissimè præfuisset, & plures dispersas oues ad ouile Christi traduxisset, à paganorum multitudine in seditione quadam lapidibus primùm appetitus, ac deinde lanceâ in pectore percussus, deque alto monte præcipitatus, cùm priùs, exemplo Domini, pro persecutoribus orasset, martyrij coronâ decoratus, migrauit in cœlum anno Domini millesimo quadragesimo septimo, iuxta Baronium in Annalibus: qui tamen *in Notis ad Martyrol. Rom.* annum Martyrij eius assignat 1042. Eius dies festus sub ritu duplici agitur in Ordine Carmelitarum ad diem 24. Septembris. Petrus Præmonstratensis in sua Chronica apud Palæonydorum *a* scribit, eum etiam fuisse Patriarcham Antiochenum: *Tempore*, inquit, *Benedicti Noni, qui floruit anno Domini* 1030. *Gerardus Ordinis Carmelitarum Patriarcha Antiochenus in Hungaria super bigam ligatus, de alto iactus præcipitio martyrizatus est.* Verùm GERARDVS ille, ex Eremita Montis Carmeli Patriarcha Antiochenus, diuersus est à Gerardo Sagredo Martyre, Hungariæ Apostolo, vt rectè notat, & clarè demonstrat Lezana *tom. 3. Annalium.* *b*

a Lib. 2. c. 10.

De duobus aliis Gerardis.

b ad ann. Chr. 1041. num. 4.

Præter istos duos, etiam tertius fuit GERARDVS, haud longo post tempore (hinc inter illos apud Scriptores aliquos, eos non distinguentes, exorta confusio) qui ex Eremita Montis Carmeli Hospitalis Ierosolymitani Gubernator, & Institutor ac fundator Illustrissimi Ordinis militaris Equitum S. Ioannis Hierosolymitani. de quo accuratè, & prolixè Lezana eodem tomo Annalium. *c*

c ad ann. Chr. 1118. n. 5. & seq.

CAPVT II.

Referuntur illustriores, qui claruerunt à recuperata Ierosolyma per inclytum Godefridum de Bulyon vsque ad finem seculi duodecimi, seu post annum Christi 1300.

Post recuperatam Ierosolymã ann. 1099. *reflorescens Ordo plures habet Sanctos.*

867. POst annum 1099. Carmeli solitudo, per istas tam acerbas & diuturnas persecutiones facta quasi deserta & inuia, rursus *germinans germinauit & exultauit laetabunda*, redijtque *decor Carmeli*: & quemadmodum vitis, cum præcisa fuerit, deinde abundantiùs fructificat; ita Carmiliticus Ordo, post grauem illam afflictionem, quasi repullulans, palmites suos rursus per totam terram sanctam extendit à mari vsque ad ma-

re: &

re: & deinde etiam vltra mare, per totam Europam, propagines misit, ac botros protulit sanctimoniæ, & sapientiæ gustu sapidissimos, scilicet Beatos BERTHOLDVM, BROCARDVM, CYRILLVM successiuè Priores Generales, & haud diu post, B. SIMONEM STOCK, VEN. NICOLAVM GALLICVM, etiam Generales, omnes singulari deuotione erga SS. Virginem Ordinis Patronam fulgentes (Sed de illis latiùs capite 8) Quibus meritò accensetur B. ALBERTVS Patriarcha Ierosolymitanus, quia dator, seu veriùs, compendiator Regulæ, quæ hodiernum vsque in diem in Ordine Carmelitano obseruatur, (sed sub quibusdam modificationibus à Summis Pontificibus factis) ea integra, in primigenio suo tenore, inserta extat in Libro S. Cyrilli hic suprà *a*. De eo inter alia hæc scribit Aubertus Miræus in fastis Belgicis (ad diem 21. Nouembris) *S. Albertus Patriarcha Hierosolymitanus, fuit is pronepos Petri Eremitæ suprà 15. Iulij à nobis laudati, qui Vrbano primo Papæ author belli sacri extitit. Brocardo Priori, cæteris{que} Fratribus in Monte Carmelo agentibus, vitæ regulam (quam hodie{que} seruant monachi Carmelitæ) præscripsit.* Doctrinam eius sanctitati collaudat Sixtus Senensis in Bibliotheca sancta lib. 4. *Albertus Patriarcha Hierosolymitanus, vir Sanctitatis & doctrinæ admirandæ, qui Fratribus Carmelitis adhuc in Terra Sancta commorantibus, viuendi formam regulam{que} dedit, iussu Innocentij Papæ eius nominis tertij. Scripsit de situ & statu Terræ Sanctæ.* De eius virtutibus hæc exarata leguntur in tabulis Ecclesiæ Vercellensis. *Humilis in habitu, parcus in victu, corpore castissimus, in eleemosynis largus, in officio diuino assiduus, in prædicatione facundissimus, Clericorum & laicorum mores verbo & exemplo miro modo composuit, & ad frugem melioris vitæ adduxit.* Et apud Philippum Metium *de illustribus Sanctis huius Ordinis cap. 3.* sic inter alia: *tantæ vitæ austeritate vixit, vt Regulam à se traditam vitæ exemplo vberrimè compleret.* Nempè in Cœnobio Acconensi seu in ipso Carmelo aliquamdiu cum nostris conuersatus, atque eâ ratione, (quòd scilicet Regulam dederit, & suo inter nos exemplo præmonstrauerit) Carmelitis adscribitur & *Carmeli Pater* nuncupatur. Cærerùm à iuuentute fuit Canonicus Regularis Mortarensis, & inde Episcopus Vercellensis, tandemque Patriarcha Ierosolymitanus. Festum eius sub ritu duplici per totum Ordinem Carmelitanum celebratur die 8. Aprilis, ad quem in vetustis & recentioribus Kalendariis Ordinis legitur. *Alberti Episcopi & Confessoris, Duplex.* Et in Martyrologio Molani edito Antuerpiæ anno 1583. ad sextum idus Aprilis: Beati Alberti Patris Ordinis Carmeli, Episcopi & Confessoris Hierosolymitanæ Ecclesiæ. Ferè eadem habet Trithemius libro de Scriptoribus Ecclesiasticis. Alia de eodem videri poterunt suprà *b* Plura in Annalibus Ordinis tom. 4.

a Par. 1. n. 31.

De B. Alberto Patriarcha.

Sanctimoniâ & doctrinâ conspicuo.

b Par. 1. n. 27. 28. 29. ac par. 5. in Chronologia vitæ S. *Simonis Stock* ad annos 1205. 1209. & 1214.

868. Claruerunt etiam illis temporibus S. ANGELVS, & eiusdem Frater B. IOANNES gemini, à Deo dati intercessione SS. Matris suæ, quæ, antequam nascerentur, apparens parentibus prænuntiauit eos habituros filios gemellos: quorum, aiebat, *primo Angelus, secundo Ioannes nomen esto*, prædicebatque

Digitized by Google

De S. Angelo.

dicebatque: *erunt hi olivæ binæ florentes in Carmeli vertice, duoque candelabra lucentia, atque duæ lucernæ ardentes in sancta Dei Ecclesia. Hic enim erit Patriarcha magnus, & instruet Ierusalem virgâ virtutis suæ; ille verò pro divinæ voluntatis revelatione & Christi nomine, glorioſum consequetur triumphum martyrij.* Ita refertur *cap. 2. Vitæ* ipsius S. Angeli. Qui etsi omnibus virtutibus excellenter præditus fuerit, excelluisse tamen in eo videntur Virginalis castitas, divini verbi disseminandi feruor, in subeundo martyrio fortitudo, & contemptus honoris: quem passim sibi delatum fugiens secessit in desertum, Christi ieiunio consecratum: vbi quinquennio diuinæ contemplationi vacans perseuerauit, donec à Christo apparente & iubente tenderet in Siciliam, indeque Romam: vbi S. Francisco stigmata prædixit, & ipse Angelo martyrium, prout in eius vita, & in Annalibus nostris, ac Minoritarum commemoratur: de quo Baptista Mantuanus libr. 5. Fastorum sic eleganter cecinit:

Virtutes eius.

Colloquiū ipsius cum SS. Francisco, & Dominico.

ANGELE, *Carmeli venerábilis incola Montis*
Cui natale solum fuit in regione Syrissa: &c.
Cum mare transisses, cupiens inuisere Romæ
Reliquias, sacros cineres, monumentaq; Patrum,
Et Lateranensis stares in limine templi,
Contigit æternis res commemoranda diebus:
Nam Minor Etruriæ veniens de monte Lauernæ
Ad tua Franciscus sese vestigia flexit
Prostrauit genibus, sacris dedit oscula plantis;
Insuper adiecit: Salue, pater ANGELE, *Montis*
Incola Carmeli; te mors manet inclyta, Christi
Testis eris, tibi rex Diuum decus annuet istud.
Te quoque Francisco *memorant responsa dedisse*
Talia: soluendo tanto pro munere grates,
O Francise *Deo: sederit tua gloria nusquam*
Inferior, tibi Christus enim sua vulnera quinque
Imprimet, & fies Christi patientis imago.
Domnicus, *Hispanis qui tunc veniebat ab oris,*
Fortè aderat, tam mira notans præsagia Patrum:
Et tulerat casus mundi hæc tria lumina in vnum, &c.

Reuersus in Siciliam prædicationi feruenter & zelosè insistens coram hominum multitudine circiter quinque millium ab incestuoso veritatis & virtutis inimico Berengario, pro fide Ecclesiæ, & virtute pudicitiæ, velut alter Baptista Ioannes, (qui pridie ei apparuerat ad martyrium confortans) lethaliter in capite vulneratur; sic vt sanguis alberet ex cerebro, & cerebrum ex sanguine ruberet: atque ita lilij & roſæ coloribus purpuratus, cum multis miraculorum insignijs, sanctorum gloriâ, & triplici laureolâ decorandus cœlum petiuit anno Domini 1220. die 5. Maij: quo eius festiuitas

Martyrium.

Digitized by Google

stiuitas per totum Ordinem solemnizatur: ad eumdem in Martyrologio sic commemoratur: *Leocatæ in Sicilia S.* ANGELI *Presbiteri Ordinis Carmelitarum, qui ab hæreticis ob defensionem Catholicæ fidei trucidatus est.* Et in Annotationibus: *Scripsit eius res gestas Enoch Ierosolymitanus: de eodem etiam Molanus in addit. ad Vsuardum hâc die. Habes easdem in compendium redactas in Thes. concion. tom. 2. hac die.* Etiam eiusdem Angelicam vitam, fructiferam prædicationem, & insigne martyrium stylo suo adornarunt Arnoldus Bostius in Speculo historiali & Mantuanus libr. 5. Fastorum (magis autem succinctè plures alij: vnius Werneri Roleuinck encomium hic sufficiet ex Fasciculo temporum, circa annum Christi 1220. vbi sic: ANGELVS *Ierosolimitanus Carmelita, vir sanctioribus annumerandus, & (vt paucis multa dicam) nominis sui verè speculum, velut nubes imbrifera prædicando circumquaque discurrens, innumeras Christo lucrifecit animas, cui etiam tandem post multa miracula proprij sanguinis mortis vicem reddidit.* *Illius vitæ qui scripserunt.*

B. Ioannes autem post multorum annorum monasticam & rigidam conuersationem exactam in Carmelo, & in Cœnobio Ierosolymitano (vnà cum suo germano S. Angelo antequam is in eremum se abderet) tandem ad Patriarchales insulas Ecclesiæ Ierosolymitanæ vocatus, etiam effulsit insigni vitæ sanctimoniâ & miraculis: quæ in ipsius S. Angeli Vita cap. 7. referuntur. *Frater ipsius* Ioannes *Patriarcha Ierosol.*

869. Tunc quoque claruerunt in hoc Ordine plures, ad primarias postea dignitates Ecclesiasticas assumpti inter Syros, seu Græcos: ij sunt ENOCH Socius S. Angeli & Scriptor vitæ eiusdem, B. Ioannis in Patriarchatu Ierosolymitano successor, non tamen immediatus; proximè enim post B. Ioannem fratrem S. Angeli secutus est Hònuphrius, cui suffectus ipse Enoch: GERASIMVS Episcopus Nazareth, IOANNES Episcopus Cesarienſis, PETRVS Episcopus Bethlehemitanus, qui S. Angelo aliquando conuixerunt, socij prædicationis eiusdem, ac testes sanctæ eius conuersationis atque martyrij: prout refertur in eius vita c. 1. Isti etiam à nonnullis Beati titulo insigniuntur. *De aliis nihilominus dignitate Ecclesiastica decoratis.*

870. Eâdem ætate, seu aliquantò post Ordinem & Terram Sanctam illustrabat B. HILARION Prouincialis, & verisimiliter etiam Vicarius Generalis in partibus Orientis, quem Ioannes Grossius in Viridario, seu Tractatu de Sanctis Ordinis huius sic paucis commemorat: *S. Hilarion Martyr, Prouincialis Prouinciæ Terræ Sanctæ, cuius corpus in regno Cypri in quodam castro seu oppido, quod à S. Hilarione nomine suo gaudet: in tumba solemni quiescit sub custodia Regis Cypri qui ipsius tumbæ claues fideliter possidet & custodit.* Philippus Metius in libro de viris illustribus eiusdem Ordinis, ac de eodem scribit: *S. Hilarion Prouincialis Terræ Sanctæ, vir cùm conuersationis gloriâ, tùm vitæ sanctimoniâ Religionis & fidei Christianæ zelo plurimùm insignis, pro Christi nominis gloria mortem lubens subiuit. Cui ob eius vitæ sanctimoniam, & res insigniter gestas, Cyprij, vtpotè patriotæ suo, in perpetuam memoriam ædificarunt ca-* *De B. Hilarione Martyre.* *a Cap. 6.*

Digitized by Google

strum Dictum Hilarionis in quo & sepultus est. Alia de eo videri poterunt in Annalibus Ordinis[a]. De VEN. ALANO Britone quædam sunt dicta *in Chronologia vitæ* S. SIMONIS. & alia nonnulla referentur infrà.

[a] Ad ann. Chr. 1256.

871. Præfatis ad alteram vitam euocatis ante medium seculi decimi tertij (scilicet Angelo anno 1220. vt iam dictum est & aliis post ipsum) in hoc Ordine illucescebant S. ALBERTVS & B. FRANCVS, vterque Virgineo Carmelo insetti: Albertus quidem sterilibus ortus parentibus, per repromissionem B. Virginis de Monte Carmelo, eique dicatus, antequam natus; ipsa etiam sibi deuotum pignus à cunctabundis parentibus minaciter depoposcit: cuius seruitio & amori se quoque totum obtulit: à qua peculiaria miraculosaque subsidia pro se & aliis obtinuit: ac aliquando ab ea magnæ consolationis verba hæc audire promeruit: *Ego custos tui semper ero.* dum scilicet detrectans suscipere Officium Prouincialatus, ad quod assumebatur, anxius tota mentis deuotione, eam deprecaretur, vt manifestaret quid facere deberet. Quandoque etiam ab illa IESVM inter brachia suscepisse fertur, vndè is versus:

S. Albertus *natus fauore B. V. Mariæ.*

Et deuotissimus fuit.

Casta *parens* casto castum *concedit* IESVM:
Nam IESVS castos *diligit*, *atq; parens.*

In quod animum & calamum dirigens amicus mihi è nostris Poëta piam S. Simeonem inter & Albertum comparationem meditatus, dissimilia in simili amplexu sic pangit vota:

P. Valen. à S. Am.

Grandæuus SIMEON *tenerum dum stringit* IESVM,
Claude oculos, clamat, mors properata, meos.
Dum capit ALBERTVS, *clamat, mors spicula differ;*
Non queo, dum præsens est mihi vita, mori.

Siciliam totam velut lampas refulgentissima, virtutibus, prædicationibus, & miraculis celeberrimis irradiauit. Complures Iudæos Ecclesiæ peperit. Ciuitatem Messanam à fame & exterminio precibus liberauit. Mirabilem vitam simili fine terminans ab angelis, inaudito exemplo, visibiliter coram Rege & populo apparentibus, & Missam Os IVSTI, ad eius funus præcinentibus, quasi canonizatus. Tantam autem suæ sanctitatis opinionem reliquit, vt in singularem, apud Deum, Patronum à præcipuis Siciliæ Ciuitatibus fuerit assumptus. Sacræ eius Reliquiæ per Ordinis Monasteria sunt distributæ: earumque tactu aqua benedicta pro febribus aliisque morbis curandis religiosè à populo sumitur, nec sine patenti fructu, prout testantur miracula multiplicia variis locis, & temporibus patrata: ex illis quædam referuntur Tomo 4 Annalium Ordinis, aliqua etiam commemorata sunt in antecedentibus. Festiuitas eius sub ritu Duplicis maioris solennis est per totum Ordinem die 7. Augusti: quam subsequitur Octaua. Ad illum diem sic memoratur in Martyrologio Romano: *Messanæ in Sicilia S. Alberti Confessoris Ordinis Carmelitarum miraculis clari.* Et in Notis: *Eius res gestas Surius recitat to. 4. & Petrus in Appendice cap. 13. cecinit eiusdem Acta Sapphico*

In eius funere Angeli intonant Os IVSTI.

Miracula per eius Reliquias.

Digitized by Google

plico carmine Baptista Mantuanus Carmelita. Ita Baronius.

872. Seculo eodem S. Alberto contemporaneus fuit B. FRANCVS, de vase contumeliæ in vas translatus gloriæ, auxilio eius, quæ dicitur & verè est Refugium peccatorum; ante cuius altare prostratus flagitiorum suorum enormium pœnitens, eius apparentis conspectu recreatus, & alloquio instructus fuit, ac confortatus. Cumque aliquando grauissimam carnis tentationem & diabolicas technas, sub pulcherrimæ adolescentulæ specie, ad illicita pellicientis, Dei gratiâ, in vepribus volutatus & aquæ frigidissimi stagni immersus, superasset, eiusdem meruit consolatione roborari; etenim ipsa inter cœli Sanctorum agmina, sublimi throno residens, adesse visa est, dextrâ sertum floribus intextum, lævâ autem sui Carmelitani Ordinis habitum tenens, monebat vt eo indueretur, atque ita fieret, vt coronâ illâ donaretur. Accessit itaque ad Conuentum huius Religionis intra vrbem Senarum: in eo admitti expostulauit: at à Priore Fratribusque non semel repulsam passus, quòd prouectioris ætatis ferendis Regulæ oneribus non videretur idoneus. Sed en, mirum dictu, Angelus Capitulum ingressus coram Fratribus visibiliter habitum, iam ante à Gloriosa Virgine Franco præmonstratum, detulit: quo, summo sui gaudio, & præsentium admiratione, indutus fuit. Hinc maiori in tantæ Patronæ exardescens deuotionis affectu, etiam aliàs ab eadem mirabiliter fuit visitatus: eiusque cella tantis aliquando irradiata splendoribus, vt exinde ciuiũ turmæ ad putatitium incendium restinguendum excitarentur. Mirabilis fuit vitæ eius austeritas: cingulo ferreo lumbos strinxit: corpus subuculâ etiam ferreâ mortificauit, os plumbeo globo, in obseruationem silentij, obstrinxit: quæ instrumenta etiam visu horrida in hodiernum vsq; diem monstrantur in dicto Conuentu Senensi: vbi beatam animam Deo reddidit anno 1291. die 11. Decembris, miraculis clarus. Festum eius solemniter ibi celebratur annuè Dominicâ secundâ Maij. Vitam B. Franci Scripserunt Gregorius Lombardellus Ordinis Prædicatorum in 32. capita digestam, Senis & Romæ typis editam, & Alexander Calossus Senensis Ordinis nostri: insertaque magna ex parte continetur in Annalibus Ordinis.

B. Francus cõuertitur, & huic Ordini aggregatur per Deiparam Virginem.

Mirabilis, & rigorosa eius pœnitentia.

873. Sub illa tempora nimirum sub finem seculi decimi-tertij etiam clarus sanctitate & miraculis describitur BLASIVS, natione quoque Senensis, nostræ Religionis alumnus, Episcopus: de quo plura in Annalibus Ordinis ad annum 1229. in iisdem ad annum 1362, refertur miraculum eius meritis tùm patratum in ægro à Medicis derelicto, qui ei se cõmendans desideratam sanitatem obtinuit.

874. Quidam etiam istâ tempestate in Anglia, doctrinæ laude celebrabantur, vt VEN. RADVLPHVS, seu RODVLPHVS FRESBVRNVS, qui cum aliis Anglis contra Saracenos dimicaturus profectus in Syriam, ibi Religiosum institutum amplexus in Carmelo, indè postmodùm plures

Doctrinâ celebres in Anglia.

duxit in Angliam, vbi per annos plures Provincialis existens, rexit suos nō tam Regularum seueritate, quàm piis exhortationibus & virtutum exemplis, vt de eo referunt Angliæ Scriptores: plenus annis & meritis decessit 1274. miraculis clarus. PETRVS SWANYNGTON primus ex eodem hoc Ordine Doctor & Professor Oxonij, cuius fautor & mœcenas fuit GILBERTVS NORWICENSIS, ex hoc Ordine assumptus Episcopus Hamarensis: THOMAS DE ILLEIA etiam Cantabrigiæ Doctorali laureâ insignitus, & ibidem magno cum plausu sacrarum litterarum Professor: HENRICVS DE HANNA generis vtriusque scientiis insigniter eruditus: GVLIELMVS PAGHAMVS Doctor Oxonienſis & Parienſis seculo sequenti, sub Clemente Quinto creatus Episcopus Midensis in Hibernia. De eorum scriptis ad posteritatem transmissis agunt Pitsæus, Annales Ordinis, & alij scriptores. Inter cætera scripsit etiam præfatus Petrus Swanyngton historiam traditi à SS. Virgine MARIA SCAPVLARIS Beato SIMONI STOCK: cui comes, confessarius, & à legationibus fuit.

875. Eâdem ætate GVLIELMVS DE SAMVCO (sunt qui scribunt de SANVICO) multarum artium, ac rerum notitiâ excellenter instructus claruit in Syria, quondam Prior montis Carmeli: qui testis oculatus scripsit Chronicon, seu historiam desolationis huius Ordinis in Terra Sancta, & destructionis Monasteriorum omnium per Saracenos: fuit *Theologus eleganti ingenij, magnæ eloquentiæ, & venerandæ canitiei.* Ita Marcus Gazæus in Chronico. Plura de eo habent Trithemius, Petrus Lucius, Possevinus & alij: Tunc quoque in Germania celebris erat HENRICVS COLONIENSIS Episcopus Radestouensis, & Suffraganeus Colonienſis: PETRVS ARGENTORATENSIS, etiam Germanus, vir magnæ eruditionis, Theologus, Concionator & Historicus celebris. Scribit prædictus Marcus in Chronicis de RIGALDO Archiepiscopo Rhemensi, ex hoc Ordine, sub ea tempora, assumpto, insigni Theologo: de quo differit Lezana in Annalibus [a] vbi notat verisimilius videri, illum non Archiepiscopum, sed Archiepiscopi ibidem Suffraganeum fuisse. De Carmelicolis sub an. 1290. per Saracenos trucidatis, dum SALVE REGINA concinerent, dictum est in antecedentibus.

Et etiam alibi.

[a] Tom. 4. ad ann. Chr. 1276.

CAP.

Digitized by Google

CAPVT III.

De iis, qui ſanctimoniæ radiis Ordinem hunc illuſtrarunt ſeculo decimo-quarto, nempe poſt annum Chriſti 1300.

876. SVb initium ſeculi decimi-quarti, cum Orbi huic diſpararent & in altero clarescerent iſta duo illuſtria ſydera S. ALBERTVS & B. FRANCVS, apparuerunt alia bina fulgentiſſima luminaria, pari ferè ortu, progreſſu & decliuio conſpicua SS. ANDREAS CORSINVS, & PETRVS THOMAS: ambo enim eodem ſeculo, & luſtro, ille anno 1301. hic autem 1305. nati: poſt adminiſtratum ſucceſſiuè Officium Procuratoris Generalis, ad Epiſcopalem dignitatem ſublimati, & Legationibus Papalibus functi (S. Andreas ad Imperatorem & Bononienſes, quos reconciliauit. S. Petrus Thomas autem ad Imperatores diuerſos, ipſoſque Bononienſes, & plures Reges, ac Principes, quos ſimiliter ad pacem, & concordiam reduxit) Terram linquentes etiam cœlos petierunt, eodem die (feſto ſcilicet Epiphaniæ Domini, vltimâ Miſſâ ſolemniſſimè decantatâ feſto Natiuitatis Chriſti præcedenti) etſi non eodem anno, attamen parùm diſtante, nimirùm S. Petrus Thomas anno 1366. & S. Andreas ſexennio poſt, pretioſam Deo animam reddidit anno Dominicæ Incarnationis 1373. die 6. Ianuarij, ipſo feſto Epiphaniæ: quo in Martyrologio Romano ſic commemoratur: *Florentiæ S. Andreæ Corſini Florentini, Carmelitæ Epiſcopi Feſulani: quem miraculis clarum Vrbanus Octauus in Sanctorum numerum retulit.* Feſtum tamen eius per Ordinem celebratur die 30. eiuſdem menſis: ad quem duplex illius vitæ extat in Actis Sanctorum apud Bollandum. Quinam alij eius geſta, & miracula ſcripſerint, refertur *in Annalibus Ordinis.* [a]

SS. Andreas, Corſinus Petrus Thomas *in multis pares.*

[a] Tom. 4. ad ann. Chr. 1373.

877. At ſimillimi fuêre in eximia deuotione & tenerrima dilectione erga SS Virginem Deiparam, Ordinis Patronam, quæ vicem rependens faui & mellis cœleſtis dulcedinem abundanter vtriq; propinauit: & quidem S. Andreas totus ipſius Virginis fuit: eius fauore conceptus & natus è parentibus diu ſterilibus, Virginis (quæ etiam miro modo mater eſt) interceſſione fœcundatis: Virginiq́ue dicatus priuſquam ortus, eiuſdemq́ue gratia è lupo agnus factus. Inter primæ Miſſæ ſolemnia ab ea Viſibiliter apparente multiſq́ue Angelorum ſtipata choris, inſigni hoc conſolationis alloquio fuit recreatus: *Seruus meus es tu, quia elegi te; & in te gloriabor.* Deniq́ue ſub vitæ termino ab ipſa Virgine cœli Regina, indicato obitus die,

Potiſſimè in eximia deuotione ad B. Virg. Mariam.

ad sempiternas vocatus fuit epulas. Et quia Virginis MARIÆ vestigia sequens, Virgo electus, Virginitatis integritatem perpetuâ integritate seruauit, corpus eius exangue incorruptum, membrorum dissolutionem non nouit: prout de eo legitur ad diem 30. Ianuarij, qui per totum Ordinem solemnizatur. Ad eumdem diem extat duplex eiusdem vita in Actis Sanctorum mensis Ianuarij tomo 2. Bollandi & Henschenij. In Martyrologio autem Romano refertur ad diem sextam Ianuarij; De Canonizatione eius diximus suprà. [a]

[a] Cap. 37. n. 601.

878. Haud minor fuit filialis & maternalis affectus inter *Matrem* illam *pulchræ dilectionis*, & S. Petrum Thomam: de quo Arnoldus Bostius *libro de Patronatu Virginis* ita scribit: *A teneris vnguiculis super-amabilissimam Virginem Mariam incredibili amore complexus est; factaq; est ex feruenti dilectione continuoq;, & fideli cultu inter eum & illam imperialis authoritatis Reginam, tanta familiaritas, tanta de eius pietate fiducia, quanta inter filium, & matrem affectuosissimè dilectam vllatenùs esse posset.* Ingens hic pietatis ardor ita transmutauit mentemque possedit, vt nihil aliud sapere, nihil effari, nihilque aliud videretur audiri; ex abundantia cordis os loquebatur. Quotiescumque orabat, laudes miscebat MARIÆ: locuturus, nomen præmittebat MARIÆ: antequam mensæ accumberet, MARIANA promebat elogia, & cibum putabat insipidum, si sacræ Virginis non conditetur memoriâ. Vicissim illa crebro suo ipsum dignata aspectu consolata est, in studiis suppeditauit necessaria, sacræ Scripturæ arcana explicauit: in penuriis benefica, in tribulationibus propitia, & in periculis semper ei patrona ac protectrix fuit. Singularis prorsùs familiaritatis indicium est id, quod ipsa SS. Virgo cœli Regina visibiliter ipsi appareris, per cappam eum accipiens obambulando per dormitorium duxerit, suumque illi amorem & singularem in omni necessitate curam, Ordinique toti fauorem ac tutelam promiserit. Ita referunt Vitæ eius Scriptores Philippus Mazzerius Cancellarius Cypri, Waddingus celebris Historicus Minorum numer. 45. 46. & Bostius variis locis. Præclara eius facinora copiosè celebrant ijdem authores, attinguntque alij percelebres non pauci. Duorum testimonia subiecisse sat erit, Ioannis Molani ad Martyrologium Vsuardi octauo Idus Ianuarij, quod est eiusmodi: *Apud Famagustam, ciuitatem Cypri, B. Petri Thomasij Patriarchæ Constantinopolitani, Doctoris percelebris, Ordinis Carmeli Professoris, qui post plures de Sacra Crucis inimicis victorias, postq; plures conscriptos libros, ac patrata miracula die ac horâ à se præsignatis, obdormiuit;* Et R. P. Godefridi Henschenij è Societate IESV (Vitam scriptam à dicto Mazzerio ipse edidit, & insigni Commentario præuio, Notis, ac Analectis illustrauit, quem sic auspicatur) *Effulsit trecentis abhinc annis S. Petrus Thomasius, eximium Ordinis Carmelitici lumen, Diuinâ prouidentiâ tunc super candelabrum Ecclesiæ Orientis atque Occidentis positum: vt clarissimis eruditionis ac sanctimoniæ radijs collustraret Galliam, Italiam, Pannonias, Illyricum, Græciam.* De celebri apparitione SS. Deiparæ &

Mira de pietate B. Petri Thomæ *erga SS. Deiparam.*

sponsione

sponsione illi facta, de perpetuitate Ordinis huius, dictum est suprà. Festum eius solemnizatur per Ordinem die 29. Ianuarij. An Martyr an verò Confessor dicendus sit, disseruimus sub finem partis primæ.

879. Tunc quoque insigni sanctitate Ordinem hunc decorabant B. FRANCISCVS SENENSIS, qui Cremonæ, dum prædicationi & increpationi vitiorum grauissimorum insisteret, à sceleratis quibusdam lapidibus obrutus fuit, multis postea resplendens miraculis (de quo, & eus distinctione à B. Franco dictum est in Chronologia Vitæ S. SIMONIS ad annum Christi 1257.) & B. THEODORICVS ALEMANNVS, quem Arnoldus Bostius de Patronatu Mariano cap. 9. sic paucis commemorat: *Theodoricus etiam Alemannus, virtutum summâ Sancti Spiritus gratiâ præclarus, & præter miraculorum insignia carnis domitor mirabilis, qui Venetiarum vrbem potenter illustrat, loricam ferream super nudum corpus induit quotidie.* De eodem scribunt alij historici nostri.

De R. Francisco Senensi.

B. Theodorico Alemanno.

880. Contemporaneus etiam fuit istis S. AVERTANVS GALLVS LEMOVICENSIS *vir sublimis Sanctimoniæ (non assuetus, sapiens, æquus, amator, amandus, celsus, vbique micans nobilitatis ope) Carmeli Religionem signis & virtutibus magnopere decorauit.* Ita Bostius, ibidem. Angelico monitu Ordinem hunc ingressus, in ipsa inuestitione Angelorum Regina visibiliter ei apparuit, benedixit, & tutelam addixit: quæ & morienti adesse visa fuit. Romam ad visitanda loca sacra proficiscens ingredi prohibitus in Hospitali iuxta muros Vrbis sanctam animam Deo reddidit anno 1300. die 25. Februarij. Lucenses miraculis eius permoti solemni processione corpus defuncti, (quem viuum repulerant) transtulerunt ad primariam Vrbis Ecclesiam: vbi in plumbeo loculo reconditur. In eodem appositus fuit B. HENRICVS ROMÆVS, frater Laicus, etiam sanctitate celebris, S. Auertani in itinere socius: & extat inscriptum

Ac B. Auertano.

Et B. Henrico Romæo.

Carmeli quondam, nunc AVERTANVS *Olympi,*
Cultor, in hac moriens ossa reliquit humo, &c.
Romæumque *dedit comitem, quo iungeret vrna*
Vnus honor, quibus est ætheris vna domus. &c.

Festum S. Auertani per totum Ordinem duplici officio celebratur die 25. Februarij: ad quem eius vita exhibetur per RR. PP. Bollandum & Henschenium in Actis Sanctorum.

881. Prætermittenda hoc loco non est memoria PETRI DE IANVA, alias DE GAVIO, Prouincialis Lombardiæ, qui, Genuæ tumulatus, venerabilis est ab anno 1338. Ita Michael Munñoz, in Propugnaculo ELIÆ de doctrina eius agitur in Annalibus Ordinis, ad annum Christi 1333. vbi & de sepulchro illius in veneratione habito adiungitur: *Ianuæ ipsius corpus honorificè humatum in choro, super cratem ferream in tumba marmorea requiescit.*

De V. Petro de Gauio.

a Lib. 2. tit. 3. c. 1. art. 2.

Digitized by Google

CAPVT IV.

Summatim perstringuntur eruditione præstantes, qui istis temporibus claruerunt.

Ab anno 1300. ad 1400 viri illustres.

882. SEculo illo decimo-quarto etiam non pauci primariis honoribus Ecclesiasticis decorati, & variâ eruditione præditi, effulserunt in hoc Ordine. Dignitate primus est IACOBVS FORNERIVS, per varios gradus ad supremum Ecclesiæ culmen prouectus, dictus BENEDICTVS DVODECIMVS, de quo hæc Posseuinus in Apparatu: *Benedictus Papa huius nominis* XII. *antea dictus Iacobus Fornerius, siue Furnius, è tractu Tholosanæ Prouinciæ in Oppido Saccardumo Diœcesios Pamiensis Ciuitatis natus, vel, vt alij scribunt, Cadurcensis, Ioannis Papæ Vigesimi secundi ex sorore nepos, primò Carmelitæ, deinde Monachorum Cistercienſium, sub regula S. Benedicti militantium, Abbas Fontis frigidi, ac deinceps Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, titulo S. Priscæ, demùque Pontifex Maximus anno* 1335. Ibidem refert quæ scripserit, & hoc eius epitaphium.

Iacobus Fornerius dictus postea Benedictus Papa XII.

HIC IACET BENEDICTVS,
QVEM CARMELVS PROTVLIT,
CASSINVS ALVIT,
VATICANVS CORONAVIT.

Eius epitaphium explicatur.

Eadem habent historici nostri, & de exteris Renatus Capinus, ac Claudius de la Ville. Alluſio est ad tres montes, *Carmelum*, originalem locum Ordinis Carmelitani: Cassinum, habitationem S. Benedicti, cuius proles est Ordo Cistercienſis: *Vaticanum*, Sede Pontificiâ insignem, etiamsi Pontifex non ibi, sed alibi, pro tempore, resideret. Dicitur etiam *Vaticanus coronauit*, non quòd Romæ in Vaticano Pontificio diademate insignitus fuerit, sed quòd Pontificalis dignitas à Diuo Petro, qui in Vaticano Pontificatum gessit, aut sepulturam habet, defluxerit. Ita Petrus Lucius in Bibliotheca Carmelitana. Nec quisquam miretur, Benedictum istum assumptum in Abbatem ex hoc Ordine; id enim, Summorum Pontificum authoritate, & Principum præsentatione, non semel aliàs euenit (Circa annum 1417. Ven. P. Christophorus Venetus factus est Abbas Ostrauicensis. Lezana *tom.* 4. *Annal. ad ann.* 1206. a & circa annum 1409. Ven. P. Vincentius Concius in Tuscia Abbas S. Pancratij Ordinis Vallis Vmbrosæ. *Ex Epitaphio eiusdem apud Lezana.* Anno 1495. Ven. P. GRATIANVS DE VILLA-NOVA, Hispanus, functus Legationibus Summorum Pontificum Sixti IV. Innocentij VIII. Alexandri VI. creatus fuit Commendator Generalis Ordinis S. Spiritus: *Ex Epitaphio eiusdem Romæ in archimonasterio istius Religionis.* De Ioanne Briseloto, Marti-

Ex hoc Ordine plures assumpti in Abbates.

a Num. 7.

Martino Cupero, Mathæo Flechia, & Melchiore Solerio, etiam ex hoc Ordine assumptis in Abbates mox dicetur[a] Plura de isto Benedicto XII. videri poterunt apud Lezana *in Annalibus ad annum Christi 1335.* Fuit autem satis adhuc iuuenis promotus in Abbatem, vt propterea dicatur, Ordinem Cistercienſem professus ab adolescentia: (quam tamen nonnulli ad annum ætatis 30. pertingere autumant) Ita Lezana ibidem.

[a] Cap. 5. n. 905. ca. 6. n. 913. & 917. ca. 7. n. 924.

883. Isti ponè adstant PETRVS DE CASA, seu DE CÆSIS Ex Priore Generali Episcopus Vasionensis ac Patriarcha Hierosolymitanus, (de quo plura *capite* 8.) & BERNARDVS DE AMBASIA *Prouincialis Carmelitarum Tolosæ, Lector magni Palatij in Curia Romana, ac tandem Cardinalis: scripsit super sententias lib. 4. In Epistolam Iacobi 64. Lectiones, lib. 1. In Canonicam Ioannis 112. Lectiones, lib. 1. Quadragesimale quoque lib. 1. Collationes varias lib. 1. Viuebat anno 1354.* Ita Possevinus *in Apparatu, littera B.* In Annalibus Ordinis nuncupatur *Bernardus Aureoli.*

Bernardus Aureoli *seu* de Ambasia, *Carmelitanus.*

884. Prædicti Benedictus Papa, Petrus, & Bernardus erant oriundi ex Gallia: vbi sub ea tempora etiam isti in hoc Ordine præstantes erant, PETRVS BERETVS, seu DE BERETO Clementi VI. à confessione, Episcopus Grassensis, & deinde Vasionensis. OSSINVS DE ALBA RVPE Doctor Tholosæ, elegantis styli scriptor. IOANNES DE REGNO etiam Tholosanus, ingenio promptus, & in vtraque literatura insigniter eruditus: IOANNES GOLEM, seu GOLEIN, Prior Rothomagensis, Doctor Parisiensis præfamatus. RVPERTVS, *natione Gallus, in diuinis Scripturis, & philosophia Scholastica egregiè doctus: edidit varia opuscula, quibus ingenium suum magnificè exercitauit.* Ita Trithemius *libro de Scriptoribus Ecclesiasticis*: BLASIVS ANDERNARIVS (alij scribunt AZEMARIVS) *in palestra Scholasticæ disciplinæ valdè exercitatus; per ea quæ scripsit nomen suum cum gloria transmisit ad notitiam posteritatis.* Sic Trithemius eodem libro *de Scriptoribus Ecclesiast.* IOANNES NOBLET Conuentus Parisiensis, Philosophus ac Medicus insignis, Magister in Theologia Parisiis priusquàm MARIÆ chlamydem indueret. HVGO DE VERNECO, Patria Narbonensis, Magister Parisiensis. IOANNES DE CIMINETO, Doctor Metensis, ingenio præstans valdeque eruditus, & clarus eloquio. IOANNES DE VINETA Brito, multæ eruditionis vir, & magnæ in Ordine æstimationis. De istorum lucubrationibus, in publicam vtilitatem editis videri poterunt Trithemius, Gesnerus, *in Bibliotheca*, Possevinus *in Apparatu*, & tomus quartus *Annalium Ordinis.*

atque alij plures in Gallia.

885. Tales quoque eâ ætate Ordinem, & Ecclesiam non parùm exornarunt in aliis Europæ regionibus: & quidem in Italia & Sicilia, BERNARDVS DE ROMA Doctor Parisiensis insignis, annis multis Prouincialis Romanæ Prouinciæ, exinde assumptus ad alias dignitates extra Ordinem: de quo, & eius scriptis ista referunt Gesnerus in Bibliotheca & Possevinus in Appendice ad Apparatum: *Bernardus de Roma, Italus, Episcopus Sutrienſis, Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, scripsit Lecturam Sententiarum lib. 4. sermones ad Clerum Romanum lib. 1.* PHILIPPVS DE FERRARIA Doctor celeberri-

In Italia Bernardus de Roma *Episc. Sutrienſis.* Philippus de Ferraria *Archiep. Panorm.*

mus,

mus, ingenio clarus, & scientiâ profundus, variis in Ordine functus muneribus, Episcopus Pacensis (alij scribunt Pactensis) deinde Panormitanus Archiepiscopus: refertur à nonnullis etiam Cardinalis fuisse. Quæ scripserit, Trithemius, Posseuinus, & alij annotant: MICHAEL DE BONONIA, magnum Ecclesiæ lumen, Prior Generalis (de quo proinde latiùs cap. 8.) PAVLVS DE PERVSIO, tam in secularibus litteris, quàm in Scripturis diuinis egregiè doctus, ingenio subtilis, sermone Scholasticus: IACOBVS DE VENETIIS Episcopus Euelopensis, (scribunt alij, Euellcensis) magnâ pietate & eruditione conspicuus: cui ferè æquales fuêre alij non pauci huius Ordinis valde illustres, vt MARCVS CONTARENO Archiepiscopus Corphiensis: IOANNES LOMBARDVS Episcopus Parentij: BONIFACIVS VENETVS Episcopus Venecopensis; & quidem omnes isti alumni fuêre Conuentus Venetiarum. Eâdem ætate celebres erant ex Conuentu Florentino RADVLPHVS VANNIS, Pœnitentiarius Clementis VI. PAVLVS NERI BESSI, Episcopus Suanensis: HIERONYMVS MELIORATVS, qui habitu Religionis induit S. Andræam Corsinum.

Atque alij.

886. In Hispania, GVIDO DE PERPINIANO, ex Priore Generali Episcopus Maioricensis & deinde Eluensis, præclarorum voluminum scriptor. (de quo plura capite 8.) PHILIPPVS RIBOTI *Catalaunus, Doctor in sacra pagina, Prouincialis Cathaloniæ, in Scripturis sanctis eruditus, vitâ, & conuersatione venerabilis, Ordinisq; Carmelitani amator, & custos egregius.* Ita idem Trithemius, Posseuinus, Eysingrenius (qui eum *sanctum* nuncupant) &c. Inter alia scripsit insigne opus, nuncupatum *Speculum Ordinis*, ordinatissimè distributum in decem libros: FRANCISCVS DE BACHONE Cathalanus Doctor multimodâ scientiâ locuples: PETRVS PERPINIANVS cognomento RIMES, etiam patriâ Cathalanus, pari secularis Philosophiæ & Sacrarum Litteratum notitiâ præstans: SANCTIVS DVLLVS[a], diœcesis Pampilonensis Summis Pontificibus Clementi V. & Ioanni XXII. à confessionibus, deinde Episcopus Albarrazinensis[b], Doctor celati ingenij, & clari eloquij. IOANNES CLARANVS, seu CLAIRANVS, patriâ Cathalanus, Concionator insignis, à Ioanne XXII. institutus Episcopus Bosnensis in Sardinia: FRANCISCVS MARTINI similiter Cathalanus, *Theologorum ornamentum singularisq; sui temporis lucerna.* Ita Bostius. Inter ea, quæ edidit, præcellit liber de immaculata Conceptione Virginis Deiparæ, quem Trithemius nuncupat *Aureum opus*. De aliis istius, & aliorum præfatorum libris editis videri poterunt ijdem Trithemius, Bostius, Gesnerus, Posseuinus, & Annales ordinis.

In Hispania Philippus Ribotus *& alij.*

[a] Alij agnominat *de Vll.*

[b] seu *Albarracinē sis.*

887. In Germania DANIEL A WICHTRIGH, Diœcesis Coloniensis, Doctor Theologus Parisiensis, eximiâ doctrinâ, & prudentiâ præditus, per Benedictum XII. Episcopus Werdensis, seu Verdensis in Saxonia institutus (ab eo diuersus videtur Daniel ille Suffraganeus Leodiensis, de quo postea[c].) ARNOLDVS DE BISSALIS Episcopus Galtelensis, vir do-

In Germania Daniel à Wichtrich, Arnoldus de Bissalis *Episcopus, atque alij.*

[c] Par. 7. 3. 6.

vir doctrinâ, & actione præcipuus: IOANNES DE HILDESHEIM Weſtphalus, ſapientiâ & eloquentiâ latè rutilans: de eo plura videri poterunt hîc ſuprà ad Appendicem *Breuiloquij Tripartiti.* TILMANNVS DE AQVIS, ſic appellatus à Conuentu Aquenſi, aliter dictus *Tilmannus de alto lapide*, ingenio præſtans, & clarus eloquio, Prouincialis Germaniæ inferioris. IOANNES GLVEL oriūdus Aquiſgrani, in diuinis Scripturis & ſeculari litteratura egregiè doctus, excellens ſermonum declamator. ODONIVS CAMPANVS, qui Conceptionis immaculatæ Virginis Deiparæ feruentiſſimus propugnator, in publica, & ſolemni diſputatione in Eccleſia Cathedrali Ydonenſi gloriosè triumphauit. SIMON DE SPIRA Magiſter Pariſienſis in Philoſophia Ariſtotelica nobiliter doctus, & in Scripturis ſanctis eruditiſſimus, quas gloriosè docendo magnam ſuæ eruditionis laudem comparauit. IOANNES FVSTGNI de Crucenaco Prior Argentinenſis, eloquio & ſcripto celebratus. HENRICVS DE ANDERNACO, *Ariſtotelicæ Philoſophiæ interpres egregius, & in diuinis Scripturis ſtudioſus ac eruditus, ſcriptor opuſculorum non paruipendendæ authoritatis.* Ita Trithemius. De eodem, & aliis præfatis, & ſcripti quibus rempublicam litterariâ exornarūt, agunt quoque Geſnerus *in Bibliotheca*, Poſſeuinus *in Apparatu ſacro*, Lezana *in Annalibus*, atque alij.

888. FRIDERICVS WAGNY (ſunt qui agnominant WAGHENAER) Doctor Viennenſis in Auſtria, per Alemaniam Superiorem Prouincialis, tandemque ob præclaras animi dotes, multiplicemque doctrinam, & virtutum ſplendorem, ſublimatus ad Cathedram Epiſcopalem Eccleſiæ Patauienſis (ſic plerique ſcribunt, ſed meliùs *Paſſauienſis*, vt notat Lezana *a*) CONRADVS ALDENDORP (alij ſcribunt ALPENDORP) Germaniæ Superioris Alumnus doctrinâ præclarus, Theologiæ expoſitione profundus, moribus inſignis, & propterea promotus ad Epiſcopatum Arotenſem. MATHIAS FARINATOR, Viennenſis, diuinis & humanis litteris excellenter imbutus; iuſſu Summi Pontificis Ioannis XXII. ſcripſit *Lumen fidelis animæ* & alia plura. De quibus præfati Geſnerus, Poſſeuinus, &c.

In Germania ſuperiori.

a an. 1386. in append.

889. In Belgio SIBERTVS DE BEKA Gelrienſis, à pluribus commendatus, & quidem à Trithemio *libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis ad annum Chriſti* 1320. his verbis: *Sibertus de Beka, natione Teutonicus, patriâ Gelrienſis, Ordinis Beatæ* MARIÆ *ſemper Virginis de Monte Carmelo, Prior Prouincialis Alemaniæ inferioris, vir in diuinis Scripturis eruditiſſimus, & tàm in iure Canonico, quàm Philoſophia Ariſtotelica egregiè doctus: ingenio ſubtilis, & clarus eloquio: qui non minùs conuerſatione, quàm ſcientiâ clarus ſuo tempore effulſit.* Scripta eius ibi conſequenter refert: IOANNES GVLDENERE Conuentus Bruxellenſis, Doctor Sorbonicus, ſui æui Eccleſiaſtes ſummus, & vitæ valdè exemplaris: IOANNES DE CONDATO *b* Conuentus Vallencenenſis Theologus præclarus: IOANNES SCHOONHOVEN, Cœnobij Mechlinienſis: ſcripſit inſigne

In Belgio, Sibertus de Beka, *& alij.*

b Quidam ſcribunt *de condato.*

signe opus de vitiis & virtutibus, & omni materia prædicabili secundùm ordinem alphabeti, in duobus voluminibus, quod vocat POLYPODIVM libros duos: sermones varios libros duos: & alia. Ita Trithemius, Possevinus, Swertius &c. qui etiam præcedentium lucubrationes recensent.

In Anglia, Hibernia, Scotia plures Archiepiscopali & Episcopali dignitate conspicui.

890. Iisdem temporibus in Anglia, Hibernia, & Scotia præcipuè tùm quoque Ordo floruit, habuitque plurimos valde spectabiles: ex iis sunt RICHARDVS NORTHALS Archiepiscopus Dublinensis in Hibernia. RADVLPHVS KELLEVS, seu *Kelleius* ex Procuratore Generali Ordinis à Clemente sexto creatus Archiepiscopus Casalensis etiam in Hibernia: IOANNES SVVAFFAMVS Anglus, percelebris Doctor Cantabrigiensis, à Gregorio XI. donatus Episcopatu Banchorensi [a], de quo plura Pitseus: SIMON KRAIMOND (aliter cognominatus KETHVS) natione Scotus Patriarcha Antiochenus. De illo plura Thomas Demsterus *in Apparatu ad historiam Scoticam* [b]: THOMAS CRANLEIVS, quem virtus & eruditio promouit ad Archiepiscopatum Dublinensem. Fuit etiam ab Henrico V. constitutus Prorex Hiberniæ. De quo plura Lelandus. THOMAS PEVERELLVS Doctor & decus vniuersitatis Cantabrigiensis, primùm Episcopus Ossariensis, deinde Louiensis, ac denique Wigornensis, celebratus à Pitseo, Possevino, Bzouio ad annum 1419. & aliis.

[a] Seu *Brägorienſi.*

[b] Lib. 1. c. 11.

891. Quibus accensendi RICHARDVS PLITONIVS patriâ Lincolanensis etiam Doctor Oxonensis, Regi Angliæ Eduardo secundo à concionibus, & confessionibus: IOANNES BLOXAMIVS [c] Monasterij Cestriensis, Doctor & Lector Oxonensis, in omni tùm diuina, tùm humana Philosophia versatissimus, & propterea, ac propter exploratam probitatem charus Eduardo Tertio, & ab eo destinatus in Scotiam, & Hiberniam, honoratissimis perfungens Legationibus: STEPHANVS BROVNE præstantis vir authoritatis Episcopus Rossensis: IOANNES PASCHALLVS, Doctor Cantabrigiensis, Concionator miræ facundiæ, & singularis gratiæ, Episcopus Laudauensis: GVLIELMVS BADBIVS [d] Doctor Oxonensis florenti ingenio, & eloquio, clarus Episcopus Wigornensis: RICHARDVS LAVINGHAMVS *Doctor & Professor Oxonensis: qui in Lolhardorum hæreticorum erroribus confutandis multùm posuit industriæ, magnos pertulit labores, insignem demonstrauit doctrinam, incredibilem ostendit zelum, & ingentẽ fecit fructum.* Ita Abraham Bzouius, *ad annum* 1415. [e] Confessarius fuit Richardi Regis Anglorum, & charus Simoni Sudberio Archiepiscopo Cantuariensi: cui & in morte socius fuit: vterque enim in quodam tumultu fuit interemptus.

[c] Seu *Bloxham.*

[d] Aut *Badbus.*

[e] Num. 58.

892. Sed ob eximiam eruditionem inter omnes, illis temporibus clarissimi extiterunt in Anglia Thomas Waldensis (qui sub finem seculi istius illuxit, & sub initium alterius doctrinæ radiis Ordinem, & Ecclesiam illustrauit. De quo pro-inde capite sequenti) & IOANNES BACHO etiam

etiam Anglus. Elogia quædam eius dedimus suprà, post præfationem: Quibus adiungimus hoc Nicolai Harpsfeldij, in Historia Anglicana [a] *Ioannes Bakonthorpius (quod nomen traxit à vico Norduogliæ Bakonthorpia, vbi natus est) quem exteri ferè Baconem appellant, illustris Carmelitanæ Societatis. Qui non modò inter suæ diœcesis & seculi, sed & reliquos nostros, alios q; Scriptores, pietatis, ingenij, & omnis generis liberalioris doctrinæ magnitudine regnat, vt egressus has quasi Oceani nostri latebras, ægrè reperias in vastissimis alibi Christianorum regionibus, multos, qui non dicam superent, sed vel æquent hunc nostrum Bakonthorpium.* Hæc ille.

[a] Seculo 14. fol. 547. Ioannes Bacho *sapientiâ eximius.*

893. Istis etiam (inter alios plures) accēseri merentur GVLIELMVS LIDLINGTONVS Oxonienſis Doctor Theologus, eruditione, pietate, prudentiâ, omni denique virtutum laude celebris, ita Pitsęus: ROBERTVS BASTON, illustri stemmate natus, & varia litteraturâ perpolitus: GVLIELMVS HANABERGVS, etiam Oxonienſis Doctor. IOANNES GOLDESTONVS patriâ Eboracenſis, Sacræ Theologiæ Doctor Parisienſis, deinde Oxonij Professor publicus, vtraque scientiâ instructissimus, & exemplo bonæ vitæ conspicuus: PHILIPPVS BASTONVS, diuinis, & humanis litteris egregiè instructus: GODEFRIDVS CORNVBENSIS Doctor Oxonienſis, ac etiam Parisienſis, pietate & doctrinâ celebris: RICHARDVS BELGRAVIVS Doctor Cantabrigienſis, vir integerrimæ vitæ, & eruditionis haud mediocris: IOANNES WALSIGHAMVS (Trithemius agnominat *Walsigram*) genere, pietate, prudentiâ, & omni meliori eruditione clarus, post Parisienſem lauream Angliæ Prouincialis: OSBERTVS PICKEMGAMVS, Parisienſis Doctor & Professor, Ordinem suum nec non Angliam, ac Galliam famâ singularis probitatis, multipliciſq; doctrinæ collustrās: HVGO VIRBEVS, generis claritate, & virtutum, ac eruditionis ornamentis illustris, Oxonij supremam Theologici Studij palmam adeptus: IOANNES BVLRÆVS, Cœnobij Stanfordienſis, Doctor Oxonienſis, qui in sectandis naturæ arcanis mirè ingenium exercuit: GAVFREDVS, seu GALFRIDVS ALYEVANT, siue ALIEVANTVS, patriâ Eboracenſis, etiam Doctor Oxonienſis, pari pietate, & eruditione notus: HVGO DE S. NECTO ex Comitatu Nartfordenſi, Theologici Doctoratus laureâ insignitus, Cantabrigiæ diuini Verbi præco insignis: LVCAS BOSDONVS, vir integerrimæ vitæ, & doctrinæ solidæ, similiter Doctor Oxonij: IOANNES HORNEBY Cantabrigienſis Doctor insignis, sui Ordinis, grauiter impetiti, defensor strenuus, deque aduersariis gloriosè triumphans [b]. De istorum pleriſque, doctrina, & doctrinę fructibus, posteritati relictis, latiùs tractant Pitsæus, Lelandus, & Petrus Lucius, aliique Catalogistæ, & Annales Ordinis, in quibus etiam alij illustres Angli commemorantur.

Alij plures eruditione & Scriptis præstantes.

[b] Vide p. 2. ca. 1. nu. 190.

Digitized by Google

CAPVT V.

Sub Compendio referuntur, qui seculo decimo-quinto (ab anno 1400. ad 1500) sanctitatis, & eruditionis opinione præcelluerunt.

894. ISta ætate, sub medium, Ordinem vniuersum quâm maximè decorauit B.P. IOANNES SORETH, oriundus in Gallia, pari eruditionis, sanctitatis, & incensi, erga regularem obseruantiam, zeli, opinione, valdè conspicuus: Prior Generalis: (de quo proindè specialiter agetur in sequentibus) Sub initium verò istius seculi B. STANISLAVS POLONVS, *vir Religionis, & animarum zelo comprimis clarus, virtutum, & sanctitatis laude inter præcipua Polonici Regni lumina conspicuus habetur. Qui pro fide, nomine, & gloria Christi ab immanissimis Scythis, Christi inimicis crudelissimè interfectus est.* Ita Philippus Metius libro *de illustribus Sanctis Ordinis Carmelitani.* Vita eius compendiosè refertur *in Annalibus Ordinis ad annum Christi* 1420. quo martyrio coronatus fuit, dum in Prussia Idololatris Christi fidem prædicaret.

Sanctitate clari B. Stanislaus Polonus.

895. Tunc quoque in Lusitania illustrissimus NVNNIVS ALVARVS PEREIRA, supremus Regis Comestabilis, & belli Dux, victoriis plurimis gloriosus, celeberrimum Vlissiponæ Cœnobium huic Ordini construi suis sumptibus curauit: introductisque Religiosis, ipse, relictâ militiâ terrenâ, spirituali adscribi expostulauit, sub vexillo SS. Virginis MARIÆ de Monte Carmelo: atque ita debellator hostium externorum, etiam sui victor effectus, ex maximo minimus, in Ordine Eliano, esse elegit; humilitatis enim exercendæ causâ, non Clericorum habitu indui voluit, sed ad ordinem Laicorum, imò Semifratrum seu Donatorum, redigi volens sic mundi fastum contemnens: nec vnquam adduci potuit vt sacris Ordinibus initiaretur. Humilitati cæteras virtutes superstruxit: deuotissimus erat erga SS. Virginem MARIAM: quæ suis eum visitationibus, & apparitionibus dignata fertur. Communi voce populi *Conte Sancto*, id est, SANCTVS COMES dicebatur. Nouennio in Monastica palæstra transacto, sancto fine quieuit, anno Domini 1431, die primâ Nouembris. Eius menta apud Deum miracula testantur. Gesta cecinit Lusitano idiomate Franciscus Rodriquez Lupus, etiam scripsit Didacus Coria, perstringunt alij; & hoc illius exhibent Epitaphium:

Et Ven. Nuñus, *seu* Nunnius Alnarus Pereira.

Qui Lusitanæ supremo munere gentis
Militiæ functus, officioq; Ducis:

Ex humilitate non nisi in hoc Ordine Donatus, *seu*, Semifrater *esse elegit.*

Digitized by Google

Et BARGANTIACI *generoſi ſtemmatis auctor,*
Regibus & multis fons & origo fui:
Exhauſtis poſtquam bellis, ſceptriſq; relictis
Vnus Carmeli de grege factus eram. &c.

Circa id, quod dicitur: *Regibus multis fons & origo fui*, notat Lezana in Annalibus [a] *Vnum non prætermittendum de hoc egregio viro, etſi obiter & incidenter (quia noſtrum potiùs eſt geſta eius ſancta, & religioſa commendare, quàm ſobolem & progeniem recenſere.) eum videlicet, Patrem, fontem, & originem plurimis Europæ Regibus, ac principibus extitiſſe.* Quod ibi conſequenter declarat, ſuccinctè eius progeniem texendo. In Eccleſia Conuentus præfati Vliſſiponenſis [b] etiam hæc extat inſcriptio:

Ille Comes ſtabilis BRAGANTI *nominis Author*
Nunñius adeſt, Dux maximus hic, Monachuſq; beatus.
Qui regnum aſciuit viuens ſortitus in æuum
Cœlum cum Superis: nam poſt numeroſa trophæa,
Contempſit pompas, humiliſq; ex principe factus
Hoc templum poſuit, coluit, cenſumq; diuuit.

[a] Tom. 4. ad ann. Chr. 1431.

[b] Ea vrbs, Portugaliæ caput, vocatur *Oliſſipo* vulgo *Liſbona* & *Lisbon*, ac *Vlixbona.*

896. Iſtius exemplo conſilioque Religioſum inſtitutum in Ordine noſtro amplexatus eſt Princeps IOANNES EMMANVEL: de quo in Annalibus Ordinis ad annum Chriſti 1441. inter alia, iſta leguntur: *Totus etiã Ordo, ac maximè Luſitaniæ Prouincia decorabatur hoc tempore, vno ipſius Alumno Ioanne Emanuele, Eduardi Regis Portugaliæ filio, cui nedum Regius ſanguis, ſed etiã ſingularis vitæ ſanctimonia ſplendorẽ præbebat.* Et aliquãto poſt: *Hoc anno 1441. Prouincialis iſtius Prouinciæ electus. Deinde ad Septa primùm, poſtea ad Egitanenſem Epiſcopatum eſt euectus..... Tandem poſt tot labores ibi Sancto fine quieuit, & honorificè tumulatus iacet, circa annum 1481. De ipſo Vaſconellus in libro de Regibus Luſitanis, Petrus Maris Dialogo 4. Caſanate, & Biſcaretus.*

Ioannes Emmanuel *filius Regis Portugaliæ huic Ordini aggregatur. Atque in eo piè vixit.*

897. Eodem, & proximè poſt tempore, etiam in Luſitania Sanctitate, & doctrina venerabilis erat, IOANNES CONSOBRINVS: qui, cùm eſſet Inquiſitor fidei, à frementibus in eum hæreticis intoxicatus Vliſſiponæ Spiritum emiſit anno Chriſti 1475. à noſtris, & exteris celebratus. De Scriptis eius agunt Trithemius, Poſſeuinus, Lezana ad ann. 1475. & alij. Clarebat tùm etiam in Italia Ven. ANGELVS (ſeu ANGELINVS) ſanctæ vitæ famâ adeò celebris, vt adhuc viuens communi voce populi BEATVS nuncuparetur: ex eius concionantis ore roſas viſas memoratur. Obiit Florentiæ anno 1438. Corpus eius ibi in theca reconditur, ſub Altari S. Luciæ. Ita Lezana ad ann. Chriſti 1438. [c] vbi & inter cætera, hæc: *Depingitur vt Beatus, & cum duobus Angelis, qui eius capiti ſtorum coronam imponunt vnà manu, aliáque vas ante ipſius pectus tenent, in quo, ex illius ore, dum concionatur, cadentes roſæ recipiuntur.* Ibidem ſcribitur, eum etiam miraculis claruiſſe, & fuiſſe ex primis Inſtitutoribus, ſeu authoribus Obſeruantiæ Conuentus Siluarum: vnde aliquantò poſt Mantuana illuſtris Congregatio exordium duxit.

V. Ioãnes Cõſobrinus.

V. Angelinus.

[c] In Annalibus.

898. Tum-

Digitized by Google

Franciſcus Thomas de Frãcia, & Petrus Stephanus *primitiæ Congregationis Mãtuanæ.*

898. Tum quoque in Italia pietate, & Regularis obſeruantiæ zelo clarus erat FRANCISCVS THOMAS DE FRANCIA: qui *in Annalibus Ordinis ad annum Chriſti* 1425. dicitur *in bono conceptu ſanctitatis vixiſſe*: Primus fuit dictæ Congregationis Mantuanæ Superior, ſub nomine *Præſidentis*. Poſt Pontificiam verò eiuſdem Congregationis approbationem anno 1442. per Eugenium Quartum, proximo poſt (nempe 1443.) in primum Vicarium Generalem electus fuit PETRVS STEPHANVS, natione Gallus, patriâ Tholoſanus, doctrinæ, pietatis, ac prudentiæ talentis excellenter decoratus: qui *primum Mantuanæ Congregationis Caput iure appellandus eſt*. Ita Lezana *a*.

a Tom. 4. Annal. ad an. Chr. 1443.

899. Iiſdem temporibus eximiæ virtutis doctrinæ, ac eloquentiæ famâ inclyti fuêre tres nomine THOMAS. Prior eſt (cuius ſuprà mentio haberi cœpta) THOMAS WALDENSIS, *Angliæ, Carmeli, & totius Eccleſiæ iubar*, vt de eo ſcribit Lezana *tomo* 4. *Annal. ad ann. Chriſti* 1387. à primariis Scriptoribus magnoperè commendatus, vnius Poſſeuini ex *Apparatu* verbis contenti erimus: *Thomas Waldenſis, Anglus, Carmelita, & ſui Ordinis Prior Generalis b in Anglia, Confeſſarius autem Henrici quinti Anglorum Regis, qui & ſui temporis hæreſum expugnator, ac deinceps exortarum euerſor fuit, à Martino V. Pontifice Maximo commendatus, cui opus ſuum dicauerat; à noſtri æui ſcriptoribus, præſertim à Ioanne Cochlæo, atque Staniſlao Hoſio Cardinali magnoperè celebratus: qui mortuus eſt non ſine opinione ſanctitatis, ac Rothomagi, in Normannia, ſepultus anno* 1430. *tertio nonas Nouembris; Scripſit opus inſigne, quod inſcripſit* DOCTRINALE ANTIQVITATVM FIDEI, ET ECCLESIÆ CATHOLICÆ, *diſtinctum tribus Tomis* &c. alia plurima eius ſcripta ibidem commemorat. Variis functus fuit legationibus, ad Concilium Conſtantienſe, ad Vladiſlaum Regem Poloniæ, alioſque principes: plura de eo videri poterunt *tomo* 4. *Annalium Ordinis huius c*.

Thomas VValdẽſis *luminare huius Ordinis, VVicleffiſtarũ euerſor.*

b Leg. Prouincialis.

c Ad an. Dom. 1387. & ſeq.

900. Iſti in nomine, patria, rarâ virtute, & doctrina, ac officiis valde ſimilis, & quaſi ſucceſſor fuit THOMAS SCROPVS (aliter cognominatus *Bradley*) etiam Anglus, qui potens verbo, & exemplo, ſacco cilicino indutus, & ferreâ catenâ cinctus, Euangelium prædicabat. Ab Eugenio IV. Epiſcopus Dromorenſis in Hibernia (poſt obitum Dauidis Chirburij, etiam ex hoc Ordine aſſumpti, & Sanctimoniæ titulo illuſtris) inſtitutus, & deinde Legatus ad Rhodios deſtinatus fuit. De eius Sanctitate, & Scriptis agit Lezana *tomo* 4. *Annalium*. Tertius THOMAS cognomento CORNETTA, ſeu CONNECTI natione Gallus, patriâ Rhedonẽnſis in Britannia, Eliano zelo plenus, vulgò nuncupatus *Sanctus homo*, Dei verbum magno cum fructu diſſeminans varias peragrabat Prouincias: tantaque populi admiratione, fauore, & concurſu ſacras habebat conciones, vt ſæpe 16. aut 20. millia hominum ad eum audiendum conuenirent. De cuius zelo plura ſcribunt Baptiſta Mantuanus in libro ſeu Dialogo, *Vita beata*, ſub finem, Claudius de Rubis, Conſiliarius Regius *in Hiſtoria Lugdun. lib.*

Thomas Scropus *Epiſcopus Dromorenſis Legatus ad Rhodios.*

Digitized by Google

dun. lib. 3. cap. 48. Lezana *tomo 4. Annal. a.* In Historia Vrbis Vallencenensis in Belgio hæc de eo commemorantur: *Anno 1429. 22. Februarij Vallencenas appulit celebris quidam Concionator Carmelita (vt refert Monstreletus) cui nomen Thomas Connecta. In magno ipsius ciuitatis foro tanto cum feruore, & progressu per sex dies continuos dixit ad populum, vt depicta chartula, ludi tesserarij, lusorij calculi, omnis mundus muliebris (vulgo hannetons) calceiq; repandi (gallicè poulaines) igni succendenda, aceruatim tradita fuerint; quorum omnium consuetudo exindè penitùs exoleuit.* a Ad annos 1428. 1433. &c.

901. Eâ quoque tempestate varijs in regionibus alij non pauci in hoc Ordine doctrinæ præconio censentur; in Italia, & Sicilia, PAVLVS BISCONTVS *Siculus, Carmelita, Nicolao Quinto, & Paulo Secundo Summis Pontificibus à Confessionibus, Episcopus Miserienſis, at deinceps Archiepiscopus Panormitanus & Siciliæ Primas, trecenta volumina Cœnobio sui Ordinis Panormitano reliquit, è quibus plura edidit. Obijt Panormi anno 1476. Ita Possevinus in Apparatu littera P.* IACOBVS DE RHEGIO, vir in diuinis Scripturis doctissimus & secularibus literis magnificè imbutus, trium linguarum principalium Hebraicæ, Græcæ, & Latinæ peritus, ingenio clarus, & disertus eloquio, metro excellens & prosâ: IOANNES CRESTON Placentinus, Doctor Papiensis, cuius eruditionem Scriptores plures commendant: IOANNES MARIA POLVTIANVS Doctor Bononiensis. Lucubrationes eius Venetiis excusæ extant: de quibus idem Possevinus, aliique plures. *Eruditione præstantes in Sicilia, & Italia.* Paulus Biscontus & alij.

902. In Hispania GRATIANVS DE VILLA NOVA, cuius iam antè mentio fuit: multa de eo referuntur in Annalibus Ordinis & BARTHOLOMÆVS PEYROMS, (à nonnullis agnominatur *Peyro* seu *Payro*) Episcopus Elnensis circa an. 1406. De quo in iisdem Annalibus. In Gallia PAVLVS BONETVS patriâ Narbonensis, Conuentus Lunellensis: opuscula, quæ elucubrauit, referunt Conradus, Gesnerus, & alij: PETRVS DE NONGENTO, Doctor & publicus Professor in magna Sorbona, celebre nomen quà docendo, quà scribendo, adeptus. HERENVS DE BOYO, natione Brito in diuinis Scripturis peritissimus, earumque interpres, atque Doctor Parisiensis profundus. WALTERVS DE TERRA NOVA socius, & Scriptor vitæ B. Ioannis Soreth: GVALLIARDVS DE RVPE, Bernardi Rosergij Archiepiscopi Tolosani in Magisterio Theologico socius, Prouincialis Carmelitarum Tholosæ, claruit anno 1440. Itaidem Gesnerus, & Possevinus, qui illius lucubrationes recensent: NICOLAVS DESIDERIVS, de quo in Annalibus Ordinis ista referuntur: *Colloquia semper fugiebat, vbi sermo non fieret de Seruatore Christo. Orationi, Lectioni, ac studio vacabat assiduè, in extasim sæpissimè raptus.* HENRICVS POTIMI, Rothomagensis, Episcopus Philadelphensis, Carolo Octauo Francorum Regi à concionibus, consiliis, & confessionibus. Obiit anno 1502. *In Hispania.* *In Gallia.*

903. In Germania CONRADVS ARVSBERG, seu ARNSBERG filius Comitis istius nominis, Episcopus Venecomponensis. HENRICVS BOCK, Episcopus *In Germania.*

Digitized by Google

Henricus Bock Episcopus Myrrensis, & alij.

Ep scopus Myrrensis, Suffraganeus Spirensis: qui obiit anno salutis 1443. die S. Calisti: à quo proinde diuersus est HENRICVS BOYCK Episcopus Croatiensis: iste enim pietate, religione, & scientia illustris claruit circa annum 1360. De hoc, & scriptis eius agunt Conradus Gesnerus, Possevinus, & alij: MATHIAS EMICH Conuentus Boppardiensis, Episcopus Cyrensis: ARNOLDVS AB AVSTRIA Conuentus Viennensis litteris, doctrinâ, & scriptis clarus, publicus in Academia Viennensi Cathedraticus, Germaniæ Superioris Prouincialis: &, vt multos complectamur, GODEFRIDVS CANDELARIVS AQVISGRANENSIS solidi iudicij, eruditionis non vulgaris, & miræ in agendis dexteritatis: EVERARDVS MAINARVS (aliàs etiam agnominatus *Odendorp*) IOANNES BRAMMART, IOANNES GRAWER: IOANNES DVSSELDORPIVS; MICHAEL HERNBRANT de Duren, atque alij, de quibus Trithemius libro *de viris illustribus huius Ordinis:* Petrus Lucius *in Bibliotheca Carmelitana*, Gesnerus, Possevinus &c.

In Anglia. Ioannes Leicestre & alij.

904. In Anglia IOANNES LEICESTRE, Archiepiscopus Smyrnensis: STEPHANVS PATRINGTONVS, Confessarius Henrici V. Regis Anglorum, Episcopus Minensis; ROBERTVS MASCALLVS Episcopus Herfordiensis: THOMAS COLBIVS Episcopus Lismorensis, & Waterfordiensis: IOANNES STAMBERIVS Henrici VI. Regis Anglorum Confessarius, deinde Episcopus Banchorensis, & postea Horfordiensis, à nonnullis cognominatur *Scandberij*; NICOLAVS CANTILEPVS (alij scribunt Cantalupus) natalibus, pietate, & doctrina illustris Doctor Cãtabrigiensis: GVALTERVS (seu GALTERVS) DISSE, THOMAS MALDONVS; IOANNES MARRO; ROBERTVS ROSSE: seu *Rose*: ALANVS DE LINNA: IOANNES LANGTONVS: PETAVS DE SANCTA FIDE: GVLIELMVS SVRFLOTVS: NICOLAVS KENTONVS: pleriq́ue istorum fuêre Doctores, ac Professores Oxonienses, seu Cantabrigienses, scriptis, gestisq́ue in publicam vtilitatem clari. De quibus, eorumque lucubrationibus agunt Pitseus, Lelandus, Gesnerus, Possevinus, & alij.

In Belgio. Goswinus Hex.

905. In Belgio GOSWINVS HEX, *patria Brabantinus, Conuentus Vlissingensis, Episcopus Ieropolitanus, Traiectensis Episcopi Vicarius in Pontificalibus, vir in diuinis Scripturis egregiè doctus, ingenio subtilis, & clarus eloquio, in declamandis ad populum sermonibus valdè eruditus.* Ita Trithemius in libro *de Viris illustribus Ordinis huius*, vbi recenset scripta eius Agunt de eodem Paulus Langius, Franciscus Swertius &c. Dum Suffraganeum ageret Traiecti, ibi *in Monasterio cum Fratribus suis vixit, velut vnus ex eis, Virtutibus suis Sanctitatis exemplar multis se exhibens*: vt refert Bostius, Synchronus libro *de Viris illustribus huius Ordinis*. Obiit ibi anno 1475. & illi, in officio Suffraganei ibidem Suffectus fuit IOANNES ARVNDINEVS *Vsbitensis in diuinis voluminibus exactissimus, secularis Philosophiæ non ignarus, & declamator celeberrimæ opinionis; edidit in librum Sapientiæ, in psalmum CXVIII. & in Epistolam ad Rom.* Ita Sixtus Senensis, *in Bibliotheca Sancta lib. 4.* Scribunt de eodem Trithemius, Ges-

Ioannes Arundineus.

nerus,

nerus, Posseuinus &c. Erat professione Cœnobij Brugensis, habitatione autem Conuentus Mechlinienſis : ad quem zelo Reformationis (per Ven. P. Ioannem Soreth ibi introductæ) se transtulerat. Ante dictum Ioannem de Arundine, & aliquantò post, ex eodem Conuentu Mechliniēsi (Virorum illustrium insigni seminario) prodierunt alij sex Episcopali dignitate decorati, videlicet HENRICVS DE TOLVIS Episcopus Rossensis, IACOBVS Episcopus Croatensis, ELIAS Episcopus Radestensis, ÆGIDIVS DE MERICA, ex eodem electus secundus Prior Antuerpiensis, & exinde Episcopus Beritensis, atque à suffragiis Episcopo Cameracensi: LAVRENTIVS DVCIS, etiam hinc Prior Antuerpiensis ordine quintus, indeque Episcopus Hebronensis, & Suffraganeus Traiectensis, ac MARTINVS CVPERVS similiter ex Mechlinienſis & Antuerpiensis Conuentuum successiuè Priore electus Prouincialis, exinde Abbas celebris Monasterij S. Crispini Ordinis S. Benedicti in Hannonia, Episcopus Chalcedonensis, & Suffraganeus Cameracensis.

Sex alij Episcopi ex Conuentu Mechliniensi.

906. Eiusdem Monasterij Mechlinienſis etiam alumnus fuit GODEFRIDVS DE LOE: qui doctorali laureâ insignitus Coloniæ, inde euocatus fuit Louanium anno Christi 1431. cum aliis etiam inde, & aliunde accitis, authoritate Pontificiâ & Philippi Boni Ducis Burgundiæ ac Brabantiæ Theologicum studium inchoaret. Ita (*in descriptione Academiæ Louanienſis libro 2. cap. 1.*) refert Nicolaus Vernulæus: [a] *Venerunt Coloniâ Ioannes Wininghgen Prædicator, Heymericus de Campo S. Th. Doctor, Godefridus de Loe Carmelita.* Et infrà *Hi nascente Academiâ Theologicâ Schola dignitatem sustinuerunt.* Idem fundator extitit Collegij ibidem Carmelitani, vt ab eodem Vernulæo *lib. 3. cap. 8.* & *in Fastis Academicis studij Louanienſis cap. 29.* memoratur. Obiit anno 1470. Isti contemporaneus extitit IOANNES BEETHSIVS Brabantinus, Conuentus Thenensis, vbi sub insigni lapide in Choro sepulturam accepit cum hoc Epitaphio : *Hic iacet inhumatus Venerab. P. Magister Ioannes de Beetz Sacræ paginæ Professor eximius, Regens ac ordinariè legens in Theologica Facultate Louanij. Qui obijt 1476.* Magnæ fuit vir religionis & virtutis, in Scholis disputator acerrimus, & ad populum in concionibus gratissimus: prout de eo scribunt Trithemius, Sixtus Senensis, Posseuinus, Swertius, & alij: qui præclara eius volumina posteritati transmissa recensent, inter quæ præcipuo loco habetur *Præceptorium diuinæ Legis*, seu in Decalogum. Istis tempore æqualis, aut paulò anterior fuit DIONYSIVS STEPHANI, eiusdem Conuentus Thenensis alumnus, exinde assumptus in Episcopum Rossensem, ac suffraganeum Leodiensem. De quo alia in sequentibus. [b] Tùm quoque in Atrebatensi Cœnobio Balduinus Leersius scribebat insigne opusculum *Collectaneum exemplorum* (cujus suprà mentionem fecimus [c]) & in Conuentu Gandauensi PETRVS BRVNVS vir doctus, *Tabulare Ordinis Fratrum Deiferæ Virginis* MARIÆ typis editum Alosti anno reparatæ salutis 1474. Eodem tempore, & aliquanto post ARNOLDVS BOSTIVS, eiusdem Carmeli Gandauensis singulare decus, litteris, & pietate

[a] Fol. 81.

Godefridus de Loe.

Ioannes Beetz.

[b] Par. 7. c. 6.

[c] Par. 5. c. 1. n. 687.

Arnoldus Bostius.

pietate Orbi innotuit, à viris præstantissimis istius seculi eo loco habitus, vt nonnulli etiam quædam sua opuscula illi dedicarint, teste Trithemio (eidem familiari) in libro *de Scriptoribus Ecclesiasticis*, scribente de Hermolao Barbaro Patriarcha Aquileiēsi, & Ruperto Gaguino Ministro Generali Ordinis SS. Trinitatis. Alia quædam Bostij Elogia, & scriptorum eius catalogum, dedimus suprà sub initium huius operis. Viuere desijt anno *Atque alij.* 1499. Eiusdem seculi fuerunt IOANNES BARATH Doctor Parisiensis, Cōuentus, Vallencenensis. GASPAR BERVS (seu Barus) patria Louaniēsis. NICOLAVS SIMONIS Hollandus, philosophicâ & theologicâ scientiâ apprimè excultus: cuius vberes ingenij fœtus referunt Franciscus Swertius, Possevinus, & alij. ALBERTVS IOANNIS, etiam Hollandus natione, Harlemensis patriâ, Doctor Louanienſis: Scripta eius in Sacram Scripturam refert Sixtus Senensis. Sub idem tempus pietate coniunctâ doctri-

De 4. ex hoc Ordine assumptis, successiuè Antuerpiæ munia Episcopalia obeuntibus.

næ, spectabilis erat GODEFRIDVS GREVERAY Episcopus Dagnienſis, & Suffraganeus Camoracensis, assumptus ex Conuentu Gelrienſi, qui anno 1482. Antuerpiæ consecrauit, sub titulo B. Virginis MARIÆ, atque in honorem SS. Trinitatis, & omnium SS. Apostolorum, Altare Summum in Ecclesia primaria Vrbis, eidem Virgini Deiparæ dedicata: vt in historia MS. *de memorabilibus Antuerpiæ gestis* refertur. Anno 1493. die 22. Octobris in crepusculo idem ille, ex indulto Pontificio, Conuentui nostro Antuerpiensi initium dedit, locum Deo, ac Deiparæ Virgini, sub titulo Annuntiationis, dicando. Plura de eo, & Scriptis eius, videri poterunt in Annalibus Ordinis [a]. Post annos octodecim (1511.) Conuentus præfati magnificum chorum, cum lapideâ testudine perfectum, dedicauit Ioannes Briselotus, ex Conuentu Vallencenensi Beritensis Episcopatus tyarâ redimitus (de quo alia capite sequenti). Et sex annis elapsis millesimo quingentesimo, decimo septimo, more scribendi Ecclesiæ Cameracensis, die 18. Februarij, Summum Altare in choro ad honorem SS. Sacramenti, ac SS. Virginum Catharinæ & Vrsulæ consecrauit Adrianus Arnoldi, Conuentus Brugensis alumnus, Episcopus Rossensis, & Suffraganeus Cameracensis. An. 1567. Antuerpiæ in summâ Ædc, atque in alijs nonnullis Ecclesijs Altaria quædam, hæreticorum impietate prophanata, nouâ consecratione restaurauit præfatus Martinus Cuperus, vt etiam *in historia MS. de gestis Antuerpiæ*, memoratur. Ista occasionaliter, de quatuor ex variis Conuentibus huius Ordinis assumptis Episcopis, successiuè Antuerpiæ munia Pontificalia obeuntibus.

[a] Tom. 4. ad ann. Chr. 1505. quo Bruxellis obijt, & in Conuētu nostro sepulturam accepit.

C A P.

Digitized by Google

CAPVT VI.

Referuntur, qui in firmamento huius Ordinis seculo decimo sexto præcipuâ sanctimoniâ aut doctrinâ effulserunt.

907. SVb initium seculi decimi sexti (anno 1515.) Carmelitico Ordini, & Orbi illuxit fulgentissimum iubar Seraphica Virgo & Virago TERESIA, quæ è Carmeli vertice per vniuersam Ecclesiam mirabiliter effulsit. Fructus autem nouellæ & fœcundissimæ traducis Teresianæ præcipuos aliquot libabimus *par.7.c.7.& 8.* S. Teresia *Ordinis huius singulare decus.*

Eodem isto seculo 16. alij plures, sanctimoniæ opinione, eruditionis famâ, Ecclesiasticis dignitatibus insignes claruerunt in hoc Ordine: quos sub compendio referunt Munñoz *in Propugnaculo* ELIÆ (Romæ approbato, & typis edito anno 1638.) *a* & Philippus à SS. Trinitate *in Historia Ordinis Carmelitani b* Primus occurrit LVDOVICVS RABBATA Siculus, qui ineunte seculo isto multis præclarè gestis, prænuntiato obitus die, animam Deo reddidit anno 1503. Michaël Munñoz dicto loco sic eius meminit: *Ludouicus Rabbata Siculus, sagittâ confossus, miraculis insignis demõstratur ab anno 1503.* ad quem Lezana de eodem scribens, miracula quædam, eius meritis facta, & iuridicè probata commemorat. *Alij sanctæ vitæ famâ illustres.*

a Lib. 2. tit. 3. ca 1. art. 2.

b Lib. 6. c. 7. 9. 10. Ludouicus Rabbata.

908. Tunc quoque magnis virtutum exemplis condecorabat Prouinciam nostram Lombardiæ B. IACOBINVS A CRAVACORIO Laicus de quo idem Lezana *in Annalibus ad annum 1275.* scribens de fundatione Conuentus Vercellensis: *Claruit in eo B. Iacobinus de Cranacorio Conuersus sanctitatis opinione, & miraculorum gloriâ illustris, cuius propterea corpus S. Carolus Borromæus apud se habere desideranit, etsi non obtinuerit: manet enim in huius Cœnobij Ecclesia conditum.* B. Iacobinus.

Eodem tempore celeberrimâ opinione multijugæ eruditionis, & zeli obseruantiæ regularis per Orbem nominatus erat BAPTISTA MANTVANVS, electus in Priorem Generalem Ordinis anno 1513. de quo proinde latiùs *cap.8.* Aliquamdiu post Regularis vitæ exemplar illustre se exhibebat Venerabilis DIDACVS DE MATHIA, Hispanus Conuentus Abulensis, & ibi in Claustro conditus. Ille est (vt notat Lezana *tom.4. Annalium c*) de quo S. Teresia scribit *cap.38. vitæ suæ*: Quòd *quia exactè seruasset Regulam, & vota sua, ac ratione Bullarum Ordinis, eum, dum exspiraret, rectà cœlum petere viderit, ne quidem transeundo Purgatorium.* O quanti facienda professionis

c Ad ann. Chr. 1378. vbi de Cõuentu Abulensi.

sioni accurata Professionis Religiosæ obseruantia! Qui sese à nullis Ordinis muniis vmquam fecerat immunem, purus & innocens transuolat ad munera cœlorum.

Petrus Angelus Cernouichius, *Imperatorio sanguine satus miraculis clarus.*

909. Sub idem tempus magnis virtutibus in hoc Ordine effulsit Venerab. PETRVS ANGELVS CERNOVICHIVS, Princeps ex nobilissimo Paleologorum Imperatorum Constantinopolitanorũ sanguine descendens, prout inter cæteros idem Michael Munñoz loco citato, sic paucis perstringit: *Petrus Angelus Cernouichius ex domo Angelica Paleologa, Stirpis Imperatoris Constantini Magni, filius Eliæ Ducis Salonæ, & Helenæ Castriotæ in Brundusino Cœnobio Prouinciæ Apuliæ in vita Spirituali probè institutus, Prior Cõuentus Bareli, à Principe Macedoniæ suo fratre missus in Hispaniam ad Philippum II. Regem Catholicum in oppido de Torrente, propè Valentiam, efflauit animam anno 1581. postridiè Nonas Octobris & Valentiæ apud Obseruantes Carmelitas sepultus multis coruscat miraculis, vt scribit Petrus Caluus Dominicanus, & Doctor Iaime Conchillos Rector oppidi de Torrente. Vitam eius scripsit Christophorus Syluestranus.*

Cyrillus Magrinianus *exiguo tempore ad magnam peruenit perfectionem, oratione, & sui mortificatione.*

910. Aliquot post annis peramœnus flosculus, exortus in Hispania, virtutum odore vernabat CYRILLVS MAGRINIANVS Gathalanus: qui orationi, & meditationi sic erat deditus, vt etiam in eis quandoque pernoctaret; sensus suos firmiter comprimebat, ieiunijs, cilicijs, ac flagellis corpus affligebat: hacque ratione tempore triennij, & aliquot mensium, quo in Ordine vixit, consummatus in breui, expleuit tempora multa: sic enim fuit Deo placita anima illius, vt & corpori incorruptionem quandam communicauerit; etenim annis multis post sepulturam, integrum & tractabile repertum est, & propterea decentiorem in locum translatum. Obijt anno 1594. die 25. Ianuarij, ætatis 19. anno. Ita referunt Philippus à SS. Trinitate *a* & Marcus Antonius Alegre, de Cassinate *b*.

a In Carmelitana hist. lib. 6. c. 7.

b In Paradiso Carmel. Dec. ad ann. Chr. 1594.

911. Hoc etiam seculo plures variis in locis ab hæreticis, & Turcis in confessione fidei animas reddiderunt (vt latiùs *par. 4. cap. 1.* dictum est) quorum aliqui nominatim à quibusdam *Martyres* nuncupati sunt: verumtamen, qui tales sint habendi à nobis, iudicium manet penes S. Sedem Apostolicam. Inter istos autem peculiariter commendantur Religiosi Cõuentus Lunellensis ab Hugonottis interempti, de quibus Dominicus Grauina Ordinis Prædicatorum, in libro cui titulis VOX TVRTVRIS, *par. 2. cap. 26.* ista refert: *Notissimum, & omni laude dignum, ad posterorum memoriam æuiternam in Galliæ regnis exemplum accidit .... Dux* (Hugenottorum) *Carmelitarum Cœnobium multorum stipatus agminibus ad aggrediendum & trucidandum variis armis instructorum aggreditur, contra Regis* (quem contemnebat) *auctoritatem, contrà patriæ pietatem, quam proculcabat, contra Dei legem quam cum aliis sacrilegis discerpebat. Vix fixerant impietatis tentoria hostes perduelles, cùm Prior Conuentus, accitis Fratribus, illos adhortatus est, non arma mouere, non clypeos vsurpare, non lanceam vibrare, non arcum tendere, vel iacula contorquere, sed forti animo accingi ad quæque pericula subeunda, etiamsi mortis pro Christo sustinendæ*

Religiosi Conuentus Lunellensis ab hæreticis trucidati.

daretur

daretur occasio; vultúque in cœlum verso tales Christo porrigebat preces; Trahe me post te, quia omnia per Crucis mortem ad te traxisti. Curremus ergo, & pueri mei, quos dedisti mihi, in odorem vnguentorum tuorum; nè passionum tormenta solus sustineam, dicendo: Torcular calcaui solus, & de gentibus non est vir mecum. Mori pro te diuitias existimamus, quando pro nobis summas delicias sanguinem tuum fundere existimasti. Age Domine, & fac, excita nos, prouoca, & accende: expeditiores curremus geminæ substantiæ gigas, si, post te nos vinciendo, vsque ad crucis vexillum facias euolare. Quod mei muneris erat, præstiti; nihil amplius possũ, succurre Sacerdotio quod conculcatur, domui tuæ, quæ subuertitur, legibus tuis quæ violantur. Nondum verba finierat, cùm valuas templi ingenti fragore concuti senserunt. Deinde quid vtrimque actum sit, consequenter commemorat: tandemque subdit: *Sed cùm auri sacra fames Christi gazâ satiari nequiret, gladium acuit, in singulos cohors furens insiliit. Quid illi? steterunt, orârunt, cernices inflexerunt. Cerneres milites illos armatos trepidare, tremere percussorum dexteram ictus iaciendo, pallere ora alieno periculo, cum victima illa innocentium non timeret suo. Sic enituit in vna hostia duplex oblatio, religionis, & fidei; donum siquidem Deo tradiderunt, & martyrij palmam obtinuerunt crudeliter trucidati anno 1566.*

912. Ista pietatis sunt nunc quoque & doctrinæ fructus aliquot huius seculi decerptos proferamus. Eo enim temporis interuallo variis in locis eruditionem suam probarunt: In Italia & Sicilia DESIDERIVS A S. MARTINO Siculus, patriâ Panormitanus, qui doctrinam suam ostendit in Cõcilio Tridentino, ad illud missus à Philippo Rege Catholico. Marcus Antonius Alegrè scribit eũ fuisse Episcopũ Vgentinum: IVLIVS SVPERCHIVS Mantuanus Episcopus Acciensis, ac deinde Caprulanus: etiam adfuit Concilio Tridentino: LAVRENTIVS LAVRETVS Venetus, Procurator Generalis Ordinis, & Gregorij decimiquarti Pontificis Theologus, ac denique Adriæ Episcopus, doctrinâ, moribus, & vitâ insignis: IOANNES MARIA VAIRATVS Ferrariensis *Theologus piè sanctéque doctus, & declamator italicâ linguâ nobilis*, vt scribit Sixtus Senensis *a* Eius opera omnia Venetiis excusa, in sex tomos distributa commemorat Possevinus. Obiit an. 1563. Vitam eius scripsit Bernardinus Insularis. ANGELVS CAPREOLVS Brixiensis, in sacris Litteris, & vtroque Iure versatissimus, vt ex opere cui titulus *Stella* Brixiæ excuso perspici potest: ANGELVS CASTIGLIONI, Patritius Genuensis, Sacræ Theologiæ Doctor egregius, & sermone valdè disertus, ac eloquens: Homilias eius ad instantiam Cardinalis Paleotti scriptas, typis edi curauit S. Carolus Borromæus, operam ad id conferente P. Francisco Adorno Societatis IESV, nepote ipsius Angeli: ANTONIVS MARINARIVS Appulus, vir vndequaque doctissimus, qui in Concilio Tridentino egregium sui ingenij specimen præbuit, ad quinquaginta vsque hæreticorum argumenta ex ordine recensens, atque eorumdem rationes, & auctoritates adducens, & demùm ordine retrogrado, ab vltimo ad primum vsque clarissimis Scripturis, & rationibus confutans, & e-

Doctrinâ excellentes in Sicilia, & Italia.

a In Bibliotheca Sancta.

lidens: Rarũ profectò memoriæ exẽplũ. Ita Petrus Lucius ex testibus qui adfuerãt. Ioãnes Stephanus Facinus Cremonensis, vario scientiarũ genere egregiè excultus, virtutum splẽdore illustris, & vitæ sanctimoniâ clarus; in eo enim, tãquã in limpidissimo speculo, elucebat prisca illa vitæ monasticæ obseruantia, morum integritas, ac summæ cuiusdam perfectionis exemplar. Ad Concilium Tridentinum, sub Pio IV. destinatus, Reuerendissimi P. Generalis munus, & vices, strenuè obiuit. Ita Petrus Lucius *in Bibliotheca Carmelitana*. In actis dicti Sacri Concilij inscribitur: *Stephanus Facinus Cremensis Prouincialis Lombardiæ, pro Generale Carmelitarum*. In appẽdice ad illam Bibliothecam Carmelitanam commemorantur octo Prouinciales Lombardiæ, sub, & post annum reparatæ salutis 1500. ferè successiuè eruditione præstantes, quos Conuentus Cremonensis, veluti fœcunda parens, & insignium virorum altrix, protulit: cuius etiam alumnus fuit Reuerendiss. P. Theodorus Stratius, de quo in sequentibus. HORATIVS SALICINVS in concinendis rithmis Italicis elegantissimus, de cuius scriptis editis agit idem Petrus Lucius: BASILIVS ANGVSSOLA, etiam Cremonensis, ex illustri Angussolana familia, in diuinis & humanis litteris felicissimè versatus, Deo deuotus, & conuersatione venerabilis: ALBERTVS DRAGA Brixiensis Conuentus Bononiensis, sacræ paginæ Professor valdè præclarus. Ita etiam Petrus Lucius *in Bibliotheca Carmelitana*: de scriptis eius etiam sæpe nominatus Possevinus.

In Hispania & Lusitania.

913. In Hispania & Lusitania FERDINANDVS DEL BARCO Abulensis Concionator Imperatoris Caroli V Episcopus Salaminæ, prudentiâ, & eloquentiâ præstans. MATTHÆVS FLECHIA (seu Flecha) Cathalanus, alumnus Conuentus Valentini, eidem Imperatori charus, & ab illo promotus ad Abbatialem insulam in Cœnobio Portelensi in Cathalonia: vbi clara prudentiæ suæ edidit experimenta. DIDACVS DE LEON Episcopus Colũbriẽsis cuius ingeniũ, & eruditio enituit in disputationibus & orationibus in cõcessu sacri Cõcilij Tridentini RAPHAEL LEINAS, moru grauitate, & vario scientiarum genere instructus, Episcopus Chrisopolitanus, Maioricensis Episcopi coadiutor. HIERONYMVS LAVRENTIVS CASSETVS Prouinciæ Aragoniæ decus; quippe omnigenâ virtute, & pietate clarus extitit, atque post mortem sepulchrum eius in veneratione habetur. SIMON COELLVS, Lusitanus, clarâ vir religione, & eruditione. De quibus, & aliis eâ ætate claris in Hispania plura reperientur apud Marcum Antonium Alegre *a*.

a In Paradiso Carmelit. dec.

In Gallia.

914. In Gallia LAVRENTIVS BVRELLVS Diuionensis, Doctor Parisiensis, Confessarius Caroli VIII. & Ludouici XII. Regum Galliæ, Episcopus Cistaricensis (Scripta quæ posteritati reliquit, referunt Trithemius, Possevinus, Biscaretus, Lezana & alij. MONALDVS, seu MENALDVS DE ROSARIIS Prouincialis Vasconiæ, Doctor Parisiensis, Theologus ac Iurista præstans. THOMAS BEAVXAMIS, aliàs *Pulcher-amicus*, Gallus, Doctor Parisiensis insignis. Plurima scripsit: præcipua sunt insigne volumen in Euan-

in Euangelia & variæ Conciones, quæ passim extant. ANASTASIVS COCHELET eiusdem Facultatis Sorbonicæ Doctor, qui, dum exul ob fidem moraretur Antuerpiæ, suis disertis concionibus complures in orthodoxæ Religionis exercitio confirmauit: & eruditis Scriptis (de quibus Posseuinus *a* Marcus Antonius Alegrè *b* & alij) hæreticorum errores & calumnias confutauit: DESIDERIVS BVFFET Diuionensis, in Burgundia, etiam inclytę illius Academię Doctor famigeratus, qui similiter cõtra nouatores verbis & Scriptis pugilem fidei se exhibuit: DIONYSIVS PERONET Meldunensis Parisinæ item Facultatis Doctor percelebris. De quo plura Petrus Lucius *in Bibliotheca Carmelitana* (vbi etiam præcedentes commemorat) & Posseuinus *in Apparatu*.

a In Sacro Apparatu.
b In Paradiso Carmelitici decoris.

In Germania.

915. In Germania eodem seculo eminebant CONRADVS AB HEIDEM, Episcopus Nicopolitanus Suffraganeus Metẽsis. IOANNES DE ARENA Episcopus Basilitanus, Pro-Episcopus Metensis: EBERARDVS (seu Euerardus) BILLICVS, de quo ista Ægidius Gelenius in sua Colonia Agrippina *e patriâ, & Ordinis professione Agrippinas Conciliarius Ecclesiasticus, & designatus Suffraganeus Colonienſis, vigesimo ante consecrationem die, obijt anno* 1557. *die* 11. *Ianuarij. Eius laus integrum potiùs commentarium requirit, quàm vt posit hoc loco breuiter perstringi. Vide syntagma de Suffraganeis Colonienſibus, & vitam eius editam à Gasparo Gennepæo.* Plura de eo, & Scriptis eius, habet Petrus Lucius *in Bibliotheca Carmelitana:* vbi inter alia: *Meminerunt huius viri doctissimi moderni Scriptores ferè omnes, qui Acta Concilij Tridentini (cui & ipse interfuit, ac cominùs verbis enim ipso Luthero, ac aliis perfidissimis Ecclesiæ hostibus manus conseruit) conscripsêre.* Istis accensendus Ioannes Wiric, seu Wiricus, Coloniẽsis, Prouincialis Alemanniæ inferioris, celebratus à Trithemio, libro *de viris Illustribus Ordinis huius.*

c Lib. 3. syntagm. 43.

In Belgio.

916. Illo etiam tempore varij in Belgio eminebant: ij sunt ÆGIDIVS FABER *Bruxellensis Carmelitarum Ordinis, Doctor Theolog. Louanienſis, celeberrimus sui seculi Ecclesiastes: cùm auditum esset, eum esse dicturum, loca omnia in subsellijs occupabantur, & templum complebatur, auditoresq; omnes adstabant erecti, & intenti.* *d* *Obiit Bruxellis placidâ morte eo ipso anno quo delicium humani generis Philippus Caroli V. parens apud Hispanos fato ereptus est anno nempe* MDVI. Ita Franciscus Swertius *in Athenis Belgicis.* *e* Idem recenset Libros ab eo conscriptos. De illo, & scriptis eius, agunt etiam Petrus Lucius, Posseuinus, Gesnerus &c. Eodem anno (1506.) in Conuentu Mechlinienſi Ordini huic incorporatus fuit NICOLAVS DE EGMVNDA, iam antè Doctor Louanienſis: de quo in Fastis Academicis studij Generalis Louanienſis ista leguntur: *Nicolaus de Egmunda cognomento Bacchem, Carmelitani Ordinis, primus in Schola Artium anno* CIↃCCCCXCI. *Vir fuit ingenio acri, hæreseq; tunc pullulantes, & nouas Erasmi doctrinas, cùm in Scholis, tùm in templis publicè insectatus fuit vehementiùs. Vnde in Epistolis Erasmianis tot passim in eum querimonie, & inuectiuæ;* quia scilicet institutus erat per Carolum V. Imperatorem Inquisitor hæreticæ prauitatis per Belgium. Obijt anno 1536.

Ægidius Faber.

d Alia de eo vide suprà nu. 559.

e Littera Æ.

f Authore Valerio Andrea.

g Cap. 9. pag 89. Nicolaus de Egmunda.

vt in

vt in Necrologio Conuentus Mechlinienſis annotatur. Sub initium eiuſdem, & finem antecedẽtis ſeculi clarebat etiam in illo Monaſterio IOANNES PALEONYDORVS, etiam cognominatus ab *Aqua veteri*, & vulgari nomine, *Oudewater*, inter præcipuos Ordinis Hiſtoricos meritò reputatus, hiſtoriam inſtitutionis, & ſucceſſionis Ordinis à S. Propheta ELIA ad vſque ſua tempora, tribus libris complexus eſt. Alia quæ ſcripſit, referunt Trithemius, Poſſeuinus, Franciſcus Swertius &c. Obiit anno 1507.

Ioannes Paleonydorus.

917. Habuit quoque æuum illud IOANNEM BRISSELOTVM aſſumptum ex hoc Ordine in Abbatem Monaſterij Altimontenſis Ordinis S. Benedicti ac deinde prouectum ad alias dignitates, de quo iſta Poſſeuinus: *Ioannes Briſelotus Hannonius, Ordinis Carmelitarum, Carolo V. Romanorum Imperatori à Confeſſionibus, & ſecretis conciliis, Beritẽſis Epiſcopus, deinde Arborenſis Archiepiſcopus, & Sardiȩ Primas: non defuêre, qui vnum de luminaribus Eccleſiæ appellarunt. Scripſit Lecturam in quatuor libros Mag. Sent. in Pſalmos pœnitentiales* &c. Ita ille: plura referens alia eius opera. Similia de eo habet Swertius, qui annotat, eum *commutaſſe vitam mortalem cum immortali in Monaſterio Altimontenſi, magno Reipublicæ & Eccleſiæ cum detrimento.* Sepulturam accepit in Choro Eccleſiæ noſtræ Vallencenenſis, cuius fuerat alumnus. De Martino Cupero, ad ſimiles dignitates aſſumpto ex occaſione diximus *cap.* 5. Obijt is anno 1572, vt in eius epitaphio, in Eccleſia Monaſterij Criſpinienſis (cui præfuit Abbas) annotatur. Eiuſdem cognominis, eique in officio Prouincialis ſucceſſor fuit is, quem præfatus Swertius *in Athenis Belgicis litterâ* L. ita commemorat: LAVRENTIVS CVPERVS, *Gerardimontenſis, Carmelita, Theologus & Eccleſiaſtes diſertiſsimus Prior Antuerpienſis, & Germaniæ inferioris Prouincialis. Vir magni ingenij, aſſiduæ, atque exquiſitæ lectionis, & in perueſtigandis, atque eruendis SS. Patrum reconditis ſententiis ſummæ diligentiæ, patriæque hiſtoriæ peritiſsimus. Scripſit Commentarium in Eſther, Ruth, Tobiam, & Iudith, & plura alia. De Ratione huius vitæ, Dei iuſſu, deceſſit Bruxellis & ſepultus in Capitulo anno* 1594. 29. *Martij, ætatis* 64. Hæc ille. Laurentium illum in officio Prouincialatus proximè præceſſit Venerab. PETRVS LVPVS, Doctor Louanienſis, promotus anno 1569. vt in dictis Faſtis Academicis Louanienſibus ad iſtum annum ſcribitur *a*. Ibidem ex Petro Nannio *in oratione de obſidione Louanienſi*, annotatur, eum (dum adoleſcens ibi ſtudijs operam daret) vnà cum Damiano Goes, & Seuerino Feyta, ſtudioſorum ductorem fuiſſe pro defenſione Louanij cùm anno 1542. ingenti armorum vi tentaretur à Martino Roſſemio: qui iſtorum ſtrenuitate, & inſigni militari aſtu, perculſus, in fugam, cum ſuis, conuerſus fuit. Atque ita à ferocientis hoſtis inuaſione præſeruata fuit Vrbs, & Vniuerſitas. Idem ipſe turbulentiſſimis temporibus verbo & opere potens, Mechlinienſes diu in Religionis orthodoxæ exercitio continuit, prout commemorat Michael Aitzinger Auſtriacus in libro cui titulus *Leo Belgicus* *b* & Franciſcus Haræus *c* ſingulariter in eo enituit ſtudium diuini officij rite perſoluendi: nec etiam graues, & multiplices curæ abſtitere a chori frequentatione eum auocabant,

Laurẽtius Cuperus,

a Cap. 9. pag. 119.

Petrus Lupus.

b Fol. 270. & 275.

c In Annalibus Ducum Brabãtiæ ad ann. 1579. fol. 303.

Ioannes Briſelotus *Luminare Eccleſiæ Epiſcopus Beritenſis, poſt Archiep. Arbor.*

auocabant. Tandem verò anno 1580. suos Mechlinienses aduersùs inuasores hæreticos animans, sanguinem & vitam profudit, vt relatum est *par. 4. cap. 4* [a] De Reformatione per eum in Belgio instituta quædam dicta sunt *eadem parte capite 3.* [b] Mechliniæ, & Viluordiæ aliquot extant libri MSS. ab eo elucubrati: quasdam eius conciones in lucem prodiisse scribit Possevinus *in Apparatu.*

[a] Nu. 636.

[b] Num. 649.

918. Circa eumdem annum 1580. Cameraci obiit IOANNES CARTHENIVS Conuentus Vallencenensis alumnus, qui Latinam, Græcam, & Hebraicam noscens, plura eruditionis, & pietatis opuscula posteris reliquit, variis in locis recusa, recensita à Possevino, Francisco Swertio, & ante eos Petro Lucio *in Bibliotheca Carmelitana*: vbi etiã refert, ipsum fuisse ab æmulis quibusdam falsò delatum, tamquàm parùm rectè de Catholica fide sentientem, & propterea illi Conuentum Bruxellensem fuisse decretum quasi pro carcere. Verùm, detectâ maleuolorum calumniâ, istius Conuentus (cuius etiam se filium vocari voluit) Prior effectus, aliquantò post ab Illustriss. Archiepiscopo, & Duce Cameracensi, delectus in suum Theologum, & intimum Consiliarium, euocatus fuit Cameracum. Insignis eius oratio habita in Synodo Prouinciali Cameracensi anno 1565. extat inter Decreta D. Maximiliani à Bergis. Sub eadem tempora Conuentum Atrebatensem illustrabat ADRIANVS HECQVETIVS Doctor Colonienſis, celeberrimus sui seculi Ecclesiastes. Scripta eius, variis in locis typis edita, referunt ijdẽ Possevinus, Swertius, & alij. Aliquanto post eumdem Conuentum insigni eruditione, & pari pietate, ac zelo decorabat Franciscus Potelius.

Ioannes Carthenius.

920. In Conuentu Gandauensi eo seculo celebris erat IOANNES VILLICVS, aliàs *Meyerius* postea Episcopus, de quo in dictis *Fastis Academicis studij Generalis Louanienſis*, authore Valerio Andrea, *capite 9.* sub titulo *Doctores S. Theologiæ qui supremum hunc titulum adepti Louanij*, ista annotantur ad annum Christi 1513. diemque 12. Aprilis (quo doctorali laureâ decoratus ipse fuit) IOANNES VILLICVS, *vulgò Meyer, Sotteghemius, Carmelita, Cõuentus Gandauensis, & Episcopus Biblienſis, sepultus Vltraiecti in Choro S. Catharinæ, quondam Carmelitarum, sub sarcophago, cum pede, & inscriptione*: HOC SAXVM TEGIT OSSA REVERENDI PATRIS ET D. MAGISTRI IOANNIS MEYER, EPISCOPI BIBLIENSIS AC D. PHILIPPI DE *Burgundia, Episcopi Traiectenſis, Vicarij. Obijt anno* CIↃIↃXXII. *V. Iulij.* PERFER, VINCES. Aliquantò post in Brabantia celebre nomen habuit *Ioannes Maierius* [c] *à Ghela, Brabantiæ municipio, Carmelita Thenenſis, ac Doctor Theologus Louanienſis, græcè latinéque diſertiſsimus (hominem Athenis, non Thenis, dixisses enutritum) ex Priore Bruxellenſi Belgicæ Prouincialis.* Ita Valerius Andræas in Bibliotheca Belgica. Fuit etiam Prior Antuerpiæ. Agunt de eodem & Scriptis eius Petrus Lucius, Possevinus, Franciscus Swertius &c. PHILIPPVS KERSBELIVS, Theologus exquisitæ doctrinæ, IACOBVS REIMOLANVS

Ioannes Villicus *Episcopus, & alij in Conuentu Gandensi.*

[c] *Rectiùs Maierus.*

Mathematicus, Rhetor & Poëta insignis, Doctor Parisiensis; IOANNES DIOPHILAX (quorum scripta commemorant ijdem Posseuinus, Franciscus Swertius, &c.) atque alij in eodem Gandauensi Cœnobio insigni eruditione præstantes fuerunt, memorati in Annalibus Ordinis [a] Ibidem quoque virtutibus, peculiariter orandi studio, cæteris præluxit LEO DE LAY, *vir pijssimus, & sanctitatis opinione clarus*: vt in ijsdem Annalibus legitur. [b] Is proximè post turbulentissima tempora (de quibus suprà [c]) ibidem Prior restaurare aggressus fuit disciplinam Monasticam: quæ post illatam Cœnobijs passim in Belgio ab hæreticis cladem, cùm iam tùm remissior esset, & non mediâ nocte (vt antè consuetum erat) sed demùm manè horâ quartâ surgeretur ad preces Matutinas; Ipse equidem horâ solitâ surgens, magnam noctis partem transigebat orando: neque tamen à Matutinis aberat horâ quartâ. Corpore orantis gestu scabello innitens obijsse repertus fuit anno 1600. ipso die S. Francisci.

[a] Tom. 4. ad an. 1287.
[b] Ibidem.
[c] Par. 4. c. 4.

CAPVT VII.

Patri recentes (huius ætatis) ex Carmeli vineæ proferuntur.

921. TAndem deuenimus ad hoc nostrum sæculum (quod est 17.) Illud, felici omine, in exordio, decerptum ex Carmeli horto flosculum speciosissimum cœlo dedit: ea est B. MARIA MAGDALENA DE PAZZI; quæ famâ sanctitatis, cœlestium reuelationum & charismatum copiâ, ac miraculorum gloriâ valde conspicua Cœlitum numerum adauxit anno 1607. die 25. Maij: & ann. 1627. die 23. Aprilis (vigesimo ab obitu annis nondum euolutis) solemni ritu ab Vrbano VIII. Beatorum fastis adscripta fuit: de qua sermo redibit *cap.* 9. *sub finem.*

B. Maria Magdalena de Pazzi.

Fuerunt & alij, variis in locis, sub ijsdem, & proximè sequentibus annis, virtute, & doctrinâ illustres: eiusmodi est V. P. HIERONYMVS GRATIANVS natione Hispanus, celebratus, & in honore habitus à S. Teresia: quæ *in libro de fundationibus Monasteriorum cap.* 22. hoc de eo ponit testimonium: *Pater Hieronymus Gratianus, de Matre Dei vocatus, qui non ita pridem Cõpluti cum ageret, in Ordinem nostrum cooptatus erat. Vir erat egregiè doctus, summi ingenij, & comprimis modestus, & totæ vitæ suæ tempore tam continuus virtutum omnium cultor & amator, vt in renouata primigeniæ Carmelitarum Regulæ, & Ordinis huius bonum B. Virgo eum sẽlegisse videatur.* Ibidem, capite sequenti, post alia eius encomia, testatur, quòd in magna afflictione per ipsum gaudio repleta fuerit: dicens: *Cùm autem ipsa tum variis afflictionibus, & vexationibus*

V. Hieronymus Gratianus.

Celebratus à S. Teresia.

oppressa

oppressa essem, certè vt illum primùm vidi, omne quod illius operâ nobis euenturum esset bonũ, repræsentare mihi Dominus videbatur: adeò, vt omnibus illis diebus tantã, tamq; excessiuam in animo meo consolationem & gaudium sentirem, vt me ipsa veterà superem. Et infrà: *Tanto porrò spiritus meus tunc exultabat gaudio, vt Domino gratiis agendis per dies illos satiari non possem, & aliud quid facere nollem.* Franciscus Ribera, Doctor Theologus è Societate IESV in Vita S. Teresiæ *lib.* 3. *cap.* 4. eum nuncupat *Virum magnum & Sanctimoniâ illustrem:* & refert, eius vocationem precibus & corporis castigationibus Religiosarũ Discalceatarum à Deo obtentam: & quòd eum in rudia illa sanctæ illius renouationis primigeniæ Carmelitarum Regulæ primordia Deus Optimus Maximus reseruarat, ipsam vt constabiliret, adaugeret, congruo ordine digereret, ac præficeret: quod ipse pro ea, quâ valebat, & cœlitùs acceperat, vitę sanctitate, prudentiâ ac doctrinâ, egregiè præstitit: fuitq; primus PP. Discalceatorum Prouincialis, electus anno 1581. superstite adhuc S.M. Teresiâ: quæ postquàm è viuis ad Superos ascenderat, surrexit in eum grauis tempestas; exorto enim inter ipsum, & alios quosdam Superiores (vtrimque bono zelo, sed contrario iudicio incitatis) dissidiolo, eoque crescente, res eò deuenit (Deo, ad eius patientiam exercendam, permittente) vt ex Congregatione illa dimitteretur: exinde perpessus non modica ludibria & ærumnas, dùm anno 1593. Neapoli Romam naui gio contendit, in grauiora incidit captus à Turcis, ductusque Tunetum: vbi in mancipiorum ordinem redactus, biennio à Barbaris miserè tractatus, & tortus fuit; tandemque viuus cremandus igni adiudicatus, mirâ Dei dispositione liberatus, Romam accessit: vbi ex singulari Pontificio indulto adscisciturin Ordinem nostrum. Anno 1600. à Clemente VIII. per Bullam, quæ in eius Operibus extat, destinatus fuit in Africam, ad impertiendum Christianis, illic degentibus, Apostolicam benedictionem, & plenissimum Iubilęum. Postmodùm aduenit in Hispaniam, & inde Belgium: vbi à Serenissimis Principibus Alberto & Isabella honorificè exceptus, & in spiritualem directorem delectus fuit: cuius hortatu ipsi, alijque Proceres, inter alia pietatis exercitia, aggregari voluerunt Confraternitati Sacri SCAPVLARIS: quod suis ipse manibus dictis Principibus tradidit anno 1611. & aliàs cæteris. Complura scripsit, in quibus idem, qui in S. Teresia, resplendet spiritus, variis in locis typis edita. Præterea asseruantur in Bibliotheca Conuentus nostri Bruxellensis atque etiam Colonienſis quędam adhuc non excusa. Obiit in eodem Conuentu nostro Bruxellensi, anno 1614. die 21. Septembris: sepultusque fuit in domo Capitulari. Anno 1631. ad instantiam Reuerendissimi P. Hieronymi Domin Commissarij Generalis, electi Episcopi Catharinensis, ac deinde Caietani, translatus fuit in Ecclesiam, & repositus in sacello S. Annæ, tandemque ad latus aquilonare summi Altaris, intra Chorum, & Sacristiam eius venerabilia ossa recondita fuêre. Vita eius hispanicè conscripta, typis edita extat: inde

Capitur à Turcis.

Venit in Belgium.

compendium desumpsit R.D.Sanderus *in Cœnobiographia* Brabantiæ, scribens de Carmelo Bruxellensi. Hæc nonnihil prolixius; vt tanti viri notitia, & existimatio maior & debita habeatur.

922. Hunc secutus est proximè VENERABILIS STEPHANVS A PVRIFICATIONE, Lusitanus, cuius vitã, & præclaras virtutes scripsit Ludouicus Mersola (aliàs de Purificatione cognominatus) & de eius sanctimonię fama testimonium reddit Lezana *to.4. Annaliũ.* [a] Ex Processu authoritate Ordinarij fabricato, in ordine ad beatificationem, & libello supplici ad S.Congregationẽ Rituum (cuius apographũ, Româ in Belgium transmissum, habemus) de illius vita hæc paucula delibamus: *Natus est Dei seruus Stephanus in oppido de Maura, Elborensis Diœcesis, ex pijs, catholicisq; parentibus, à quibus in timore Dei egregiè enutritus, ab ipsa pueritia multa signa futuræ sanctitatis dedit, vt deponunt testes* &c. *Decorauit hunc seruum suum Omnipotens magnitudine fidei, atque spei vitæ æternæ, propter quam consequendam mundum contempsit: & excellentissimâ charitate in Deum, & proximum flagrauit.* (post relatos varios casus particulares subditur) *Concludendum venit in hac virtute amoris Dei, & proximi maximè excelluisse, vt dicunt testes,* &c. *Ex tali ardenti charitate erga proximum oriebatur maxima humilitas & mansuetudo, se omnibus inferiorem & viliorem existimando, sua peccata publicè enarrando, terram deosculando, & ad magis se humiliandum, humi se sternendo, vt alij super dorsum eius transirent, vt probant testes* &c. Ibi consequenter iuratis testimoniis commendantur eiusdem profunda humilitas, mansuetudo singularis, & virtutes religiosæ, paupertas Euãgelica, virginalis castitas, prompta obedientia. Inter omnes autem maximè in eo enituit assiduitas orationis, & meditationis; in illis enim plerumq; duodecim horas per diem insumebat, indè genua habuit maximè callosa. Orationi sociabat studium pœnitentiæ & morficationis, flagellis, æneis filis, ferreis punctis corpus affligens, & frequenter solo pane & aquâ se reficiens. Ibidem variæ referuntur gratiæ & miranda, ad eius sepulchrum præstita, similibusq; testimoniis comprobata. Ad aliam transijt vitam anno reparatæ salutis 1617. die 17. Nouembris.

[a] Ad ann. Chr. 1457.

V. Stephanus à Purificatione.

923. Nouennio post Ven. P. MICHAEL A FONTE Prouinciæ Castellæ, & Toletani Conuentus, insigne decus, celsarum virtutum splendore rutilans, Orbi huic occubuit anno scilicet 1626. etiam die 17. Nouembris: quem Lezana *tomo 3. Annalium ad annum Christi* 1088. scribens de Conuentu Toletano, & viris sanctitate, ac doctrinâ illustribus, qui in eo claruerunt, sic paucis commemorat: *Michael à Fonte sanctitate etiam, alijsq; charismatibus à Deo sic decoratus, vt de eius vita, ac sanctitatis signis processus formatus, & ad S.Congregationem Rituum missus Romam, in Archiuio Transpontinæ, latitati donatus, reseruetur, exspectans etiam Vaticanum Oraculum, quod circa seruorum Dei canonizationem esse solet.*

V. Michael à Fonte.

924. Claruerunt quoque sub hæc tempora in Hispania etiam alij, singularis virtutis, aut eximiæ eruditionis famâ celebres MICHAEL ALPHONSVS

PHONSVS A CARRANCA, gestis & scripsis præstans; IOANNES SANZIVS, vitæ austeritate, & orationis assiduitate insignis: qui & animarum zelo accensus multos piâ institutione ad celsum probitatis fastigium euexit. PETRVS A CORNEIO, Salmanticensis Academiæ splendiferum iubar, cuius tomi aliquot Theologici scintillant. Singulare id fuit in hoc viro, quòd ad vnam & alterâ Cathedralem in Hispania destinatus à Rege Catholico Philippo Tertio, rogatu Academiæ Salmanticensis (tantum Doctorem, ceu luminosum iubar, sibi auferri tùm non ferentis) ij honores delati fuerint, cumulatiores postea reddendi, ni mors præmatura interuenisset *a*. THOMAS PHARIVS Episcopus Targensis Hebraicis, Græcis, & Latinis litteris eruditus; MATTHÆVS A CARDONA, qui per plures annos inter præruptas rupes in Cœnobio S. MARIÆ de Salgar, assiduâ cœlestium meditatione mentem impinguauit: MELCHIOR SOLERIVS, ob vitæ probitatem, & miram in agendis prudentiam, ac dexteritatẽ, per Philippum Tertium Regem Cathol. cum assumptus Abbas Caningranensis, ex Carmelo, ad Cassinum translatus fuit. CHRISTOPHORVS AVENDANIVS, eruditionis exuperantiâ, conceptuum affluentiâ, dicendique facundiâ tantâ præditus, vt adscitus inter declamatores Regios, sub Philippo III. *Chrysologus Hispanus*, vocitaretur. Haud multùm inferior fuit FRANCISCVS A XÕDAR, etiam Philippi III. (cui in extremis piam operam strenuè nauauit) & Philippi IV. à concionibus, atque huius etiam à secretis consiliis; FRANCISCVS ROMERVS Episcopus Bexebensis, IOANNES PINTVS claro virtutum, & doctrinæ nomine insignis. MARCVS GVADALAXARA, qui infatigabilis lectionis labore varia elucubrauit. AVGVSTINVS NVNNIEZ A DELGADILIO, tantâ ingenij fœcunditate, & verborum efficaciâ, ac suauitate eximius, vt illo æuo Ordo, aut Hispania (verisimiliter) excellentiorem non habuerit diuini verbi præconem. Matritum vocatus, & Philippi IV. Concionator effectus, oblatos honores constanter recusauit. ANTONIVS OLIVAN, LVDOVICVS MERTOLA, VALERIVS EXIMIVS, MICHAEL MVNNIOZIVS, eruditionis singularis famâ celebres. Vberes ingenij fœtus, qui à plerisque istorum in posteritatis vtilitatem prodierunt, videre licebit in *Paradiso Carmelitici decoris* per Marcum Antonium Alegre de Cassanate. Istis meritò accensendus IOANNES DA SYLVEIRA Lusitanus, cuius laudatissimi, in textum Euangelicum cõmentantes, quinque tomi, sæpiùs recusi, ipsum deprædicant. De Venerab. P. Ioanne Bapt. de Lezana etiam natione Hispano, sermo nobis erit infrà.

Alij plures in Hispania celebres.

a ex epist. dedicat. ad Philipp. IV. Regẽ Hisp. præfixa operibus Theologi illius.

925. In Italia, & Sicilia ab initio huius seculi præstantiores reputantur Reuerendissimus P. Henricus Syluius, & alij ad supremum in Ordine gradum prouecti, de quibus capite sequenti: ALPHVS MATHIOLVS, natione Siculus, Procurator Generalis, in diuinis, & humanis litteris exercitatissimus: de quo plura Petrus Lucius *in Bibliotheca Carmelitana*. TI-

In Italia & Sicilia.

Digitized by Google

MOTHEVM PEREZ DE VARGAS Siculũ sapientissimũ, Ioannis â S. Thadeo, ex Patribus nostris Discalceatis primi Asphanensis in Persida Episcopi, & Ciuitatis Ierusalem Generalis Vicarij Patriarchalis, in dignitate
a Lib. 2. tit. 3. ca. 1. art. 1 n. 20. successorem, memorat Michael Munñoz in *Propugnaculo* ELIÆ a ELIAS CARNIVALIVS Conuentus Cremonensis singulare decus, ob ingenium, doctrinam, & industriam. IOANNES ANTONIVS BOSIVS etiam Cremonensis, qui annoætatis decimo octauo doctorali laureâ redimitus, Romæ circa difficiles quæstiones de Prædestinatione & gratia profundam scientiam suam probauit. CAMILLVS AVSTRIVS Neapolitanus doctus æquè ac pius. Lucubrationes eius varijs in locis typis editas refert Aubertus Miræus in libro *de ortu & incrementis Ordinis Carmelitani cap.* 7. IACOBVS RAYMVNDVS A BAVIO, & IOANNES BAPT. SPINOLA Genuenses, insigni eruditione nobilitati FRANCISCVS BOERSIVS à Cherasco, seu Clarasco, varia scripsit. CHRISTOPHORVS SYLVESTRANVS, Veronensis patriâ, Scripta eius Theologica, Philosophica, atque alia recensentur à Possceuino. DESIDERIVS PLACA Siculus (de quo suprà parte 4. cap. 4.) THOMAS SARACENVS Bononiensis, variis libris de Sanctis Ordinis, & S. SCAPVLARI, editis notus: post istos etiam alios eruditione singulari spectabiles in Italia, & Sicilia in hodiernum vsque diem Theologica, atque alia opera premere pro editione, & quædam etiam edidisse intelligimus: de quibus (Deo fauente) alibi.

926. Ab initio autem huius seculi inter cæteras Ordinis Prouincias, venustissimè vernans Turonensis Prouincia, virtutis, & eruditionis flores, ac fructus protulit multiplices, supremi messoris manu iam cœlestibus, vti
b Prou. 10. In Prouincia Turonensi. planè confidimus, illatos horreis: quorum *memoria cum laudibus* b inscripta est Menologio istius Prouinciæ. Vnde quaternarium sertum hîc viemus, præcipuos commemorando, ij sunt VEN. P. PETRVS BEHOVRTIVS, & V. P. PHILIPPVS THEOBALDVS, qui obseruantiæ Rhedonensis in Prouincia Turoniæ, per varias tentationes, fundamenta iecerunt, melioris disciplinæ insignes propagatores: quibus proinde ipsa Turonensis Prouincia primùm, tum cæteræ intra Galliam, & aliæ extra, tamquàm primis authoribus, plurimum debent. Behourtius (inter cætera) Officij diuini statutis horis persoluendi adeò erat studiosus, vt ne vltimâ quidem vitæ nocte recitandum in diem transtulerit. Quoad P. Theobaldum, is in restaurationem Ordinis omnes naturæ & gratiæ effudit dotes, quas habuit eximias. Sic addictus erat orationi, vt sæpiùs in ea pernoctaret: corpus suum seueriori disciplinâ castigare, nec extra Conuentũ, dum fuerũt vires, desistebat. Ex magna animi attentione, & reuerentia in sacro-sanctæ Missæ Sacrificio eius velut liquefactâ animâ, quandoque tantam lacrymarum vim profudit, vt eas vix temperare valens, sudariola madidaret.

Petrus Behourtius & Philippus Theobaldus.

927. Inter omnes autem amœni istius Carmelitani Viridarij, à nouissima

uissima repastinatione, suauissimè redolent bini isti flosculi V.P. DOMINICVS A S. ALBERTO, & V.F.IOANNES A S.SAMSONE. Ille quidem natiui genij, & proprij spiritus Carmelitici strenuus æmulator, doctrinâ pietatem exornauit,& pietate doctrinam viuificauit. Mortificationi sic erat addictus, vt hoc verbum in ore semper haberet, seruaretque in opere, *Quotidie morior:* & hoc ad vitæ vsque terminum; etenim paulò ante obitum, porrectam sibi, ex inscitia fratris ei aduigilantis, amarissimam de absynthio & camomilla confectam potionem, loco ptisanæ, epotauit, nihil conquestus. Contristato propterea infirmario, (cum aduertisset) dixit: *Mi Frater, calicem quem dedit mihi Deus, non volebas vt biberem illum?* Vultus erat illi semper modestissimè hilaris, ac subridens; nullo tristitiæ nubilo offuscatus. Quoties de nocte euigilabat, protinùs de strato exiliens, in genua procidens, Deum adorabat. In oratione integras ferè noctes frequenter transigebat: diuinâ autem contemplatione adeò quandoque extra se raptus, vt quæ circa se in loco gererentur, non aduerteret. Internis deliciis multoties in tantùm perfruebatur, vt dulciter conqueretur: *Ne magnitudinis tuæ,* inquit, *Domine mole me premas,* diuinas immissiones aut temperari postulans, vel ampliores vires subministrari. Sacræ Scripturæ, ac præcipuè Epistolarum D.Pauli frequens erat lector; & ex reuerentia non nisi genuflexus, & detecto capite. Opusculum scripsit, cui est titulus: EXERCITATIO SPIRITVALIS, *mole quidem exiguum, sed optimarum virtutum præceptis magnum volumen: omnibus quidem, at peculiariter Carmelitici instituti Professoribus, pro assequenda vocationis suæ perfectione, vtilissimum.* Eo elogio ipsum cõsignant Facultatis Parisiensis Doctores Theologi. Perfunctus Lectoris Theologiæ, Magistri Nouitiorum, Prioris, & Vicarij Prouincialis muniis, ac corpore laboribus, vigiliis, austeritatibus consumpto, consummatus in breui, in odore sanctitatis hanc vitam finiuit, anno 1634. die 24. Ianuarij.

V. Dominicus à S. Alberto.

928. Istius in vita spirituali magister fuit VEN. FRATER IOANNES A S. SAMSONE, cœcus corpore, animo illuminatissimus, professione laicus, mysticâ scientiâ Princeps Theologus, & interiori lumine mirificè illustratus. Dictaunt de vita mystica sublimia opuscula, variis in locis typis edita, & nuper recusa in duobus tomis, digna profectò, vt cum veneratione legantur à cunctis, qui, meliorum charismatum æmulatores, ad internę vitæ perfectionem aspirant: prout Doctores Theologi, qui ea examinarunt, testantur his verbis: *Attendat, nedùm pius, quin & quisquis lector, idem sentire debere de Venerabili Fratre Ioanne à S. Samsone Carmelita reformato, Prouincia Turonię, laico, cæco ab incunabulis, quod S. Hieronymus de Didymo Alexandrino, cæco ab infantia, suum videntem appellans. Cæcutiret siquidem quisquis lector huius Operis arcana mystica Theologię, supereminentem diuini amoris scientiam, & secreta cœlestia vix intelligendo, si hunc Venerabilem Fratrem, suum videntem non fateretur, &c. Hucusque peruenit lynceus hic cæcus author, duplicis ELIÆ Spiritu germanus.*

V. Ioannes à S. Samsone *laicus, cæcus variis & sublimia opuscula dictat.*

germanus hæres: hucusque & vitæ Sanctissimæ exemplo, & mystici huius libri ductu animas euehit, vt in illo IESV CHRISTI *eminenti scientia instruantur, & in altero diuinæ Sapientiæ, & amoris splendoribus, & ignibus illustrentur & ardeant.* Hanc permulti, etiam Episcopi aliqui, vitæ perfectioris cupidi, ipsum pro instructione accedebant. Vt proinde meritò in eius Epitaphio inter alia legantur:

SISTE PAVLVLVM, VIATOR, ET HOC VNVM ADVORTE;
COECVS VIDET, MORTVVS VIVIT,
PAVPER EVANGELIZAT:
IGNARVS, INDOCTVS
FACIENDA SCRIBIT, SCRIBENDA FACIT, &c.

Iam dudum mortuus mundo & sibi, obijt anno 1636. die 14. Septembris. Vitam eius, virtutes, dona Spiritus Sancti ac gratias gratis datas, quibus à Deo præuentus fuit, varia etiam cùm Spiritus, tùm corporis ad sepulchrum eius accepta beneficia, & apparitiones post decessum Latino eloquio publicauit P. Mathurinus à S. Anna, qui etiam eius Theoremata, & varia Opuscula è Gallico Latina fecit.

Istam Turonensem præclaram Ordinis nostri Prouinciam abundare etiamnum viris omnigenâ scientiâ instructis, testantur noua opera, in quauis materia, Philosophica, Theologica, Morali, Iuridica, historica, Ascetica, Miscellanea, quæ nuper prodierunt, & indies alia accedunt. Sed de istis sigillatim (Deo dante) in alio opere. Est igitur nunc ea Prouincia velut hortus irriguus iuxta fluuium, & germinans germinabit, ac fructificabit quasi cedrus iuxta aquas, & semẽ illius erit in aquas multas: quamdiu exemplis, & doctrinis præfatorum Magistrorum insistet.

Alij docti in Gallia.

929. Præfato Patri Philippo Theobaldo Magister fuit, & Reformationis desiderium instillauit Venerabilis P. IACOBVS RAMPON, Prouinciæ Franciæ alumnus, Doctor Theologus Parisiensis: qui in Conuentum Metensem strictiorem obseruantiam inuexit. Singulariter in eo elucebant vitæ austeritas, orationis studium, & imperium in dæmones vexantes energumenos. Disciplinam eius, aspectu horridam, pretiosi thesauri, & velut sacri depositi loco habuit dictus V. F. Ioannes à S. Samsone. Obijt iam ante annos triginta in odore eximiæ virtutis. Præter istos etiam alij in Gallia variis in locis claruerunt hoc seculo; *Robertus Berthelotus* Parisiensis Doctor, Episcopus Damascenus, & Suffraganeus Lugdunensis. IOANNES PETRINVS eximius inter Gallos Concionator, ANGELVS LE BLANCH, diuinarum, humanarumque scientia excellenter instructus. MICHAEL A FORCADA; & IOANNES CHERON, vterque Vasco, & quõdam Vasconiæ Prouincialis: PHILIBERTVS FEZAIVS Aquensis: de quibus eorumque Scriptis, similiter alibi.

Eruditi in Germania.

930. Tales etiam eisdem temporibus non defuerunt Germaniæ, & Poloniæ, etsi per bella & hæreses vehementer agitatis: ex iis deprædicantur Re-

Digitized by Google

tur Reuerendiſſ. GASPAR MVNSTERVS germen illuſtre Carmeli Colonienſis Epiſcopus Aureleopolitanus, conſecratus anno 1630. Oſnaburgi Suffraganeus. PHILIPPVS METIVS Cõuentus Strabingenſis, Carmelitanæ hiſtoriæ ſtudioſus indagator, & accuratus ſcriptor. Varię eius lucubrationes extant in Germania Superiori, & alibi, quibus nobis vti licuit. Blaſius Hoitius *a* Cracouienſis Conuentus alumnus, qui inter cætera ſui ingenij monumenta ſcripſit librum, *de ortu & progreſſu huius Ordinis cum declaratione omnium ferè Prouinciarum, & Conuentuum eiuſdem.* ADRIANVS SAREMBIVS Regius in Polonia Eccleſiaſtes famoſus. Quæ ex eo ſunt data prælo, refert Caſſanate *b* Annis autem proximè elapſis varia per noſtros ex Italico, & Hiſpanico traducta in Latinum, quædam etiam noua Coloniæ typis euulgata extant.

a A nonnullis cognominatur Palucius.

b In Paradiſo Carmelitici decoris.

931. Quoſdam etiam è Belgica Carmeli Vinea, eiuſcemodi botros libare licet. Primus occurrit Venerab. Pater GEORGIVS PETRI, cuius ſic paucis meminit Lezana in Annalibus Ordinis ad annum 1254. vbi agitur de fundatione Conuentus Mechlinienſis: *Sanctitatis etiam opinione claruerunt Petrus Lupus, & Georgius Petrus,* &c. De Petro Lupo iam egimus antè. Quoad Georgium Petri, is magnæ virtutis, & exactiſſimæ obſeruantiæ Regularum relictis exemplis, deceſſit in Conuentu Mechliniẽſi anno 1633. die, & horâ à ſe præſignatis: ea erat nona matutina Commemorationis fidelium defunctorum: quibus ſubleuandis fuerat ſtudioſiſſimus; quotidiè enim flexis genibus legebat totum Officium pro defunctis, & ſub veſperam, obambulando clauſtra, Religioſorum ſepulturæ deputata, recitabat pro ijſdem pſalmos *Miſerere* & *De profundis*, cum orationibus conuenientibus.

In Belgio.

Georgius Petri.

Singulari quoque memoriâ Flandris recolendus eſt Vener. P. MARTINVS DE HOOGHE (de quo dicta ſunt alia nonnulla ſuperiùs *c*) Latinæ linguæ peritiſſimus, Græcè quoque & Hebraicè doctus, ac variâ eruditione excultus fuit. Librum edidit idiomate Flandrico de S. SCAPVLARI, & aliud opuſculum aſceticum. Iteratis vicibus Prouincię Belgicæ Prouincialis, zelo regularis obſeruantiæ plenus erat: nil tamen obſeruandum præcipiens, in quo non præiret obſeruantiſſimus ipſe. Magnis laboribus ac diuturnâ tabe conſumptus, terras liquit, zeli ſui præmia percepturus. Strenuus illi cooperator, vt ELIÆ *Eliſeus*, adſtitit Ven P. LIVINVS Á SS. TRINITATE: qui multis annis Magiſtri Nouitiorum (quem & ego habere merui, vtinam & eius inſiſtam veſtigiis!) Prioris varijs in locis, ac alijs officijs fungens, murum ſe pro ſtricta, & exacta obſeruantia promouenda & manutenenda, oppoſuit. Minimarum etiam rerum, præſertim ſilentij, præuaricationem vix immunem à pœnitentia, aut paterna monitione, ſeuerioriue aſpectu, ſinebat, dictitans: *Vbi rigor, ibi vigor.* Etſi humilitatem & paupertatem ſummo in pretio haberet, illis comitem volebat munditiem, ſuis inculcans ſæpè: *in immunditia non latere ſanctimoniam.* Frequentiſſimè inter eius ſcripta id reperitur: *Domine hîc vre, hic ſeca, vt in æternum*

c Par. 4. c. 3. & 5. nu. 652. & 659.

Martinus de Hooghe.

Liuinus à SS. Trinitate.

num partus. Illum lætâ semper, etiam inter grauissimas, quas passus fuit, difficultates, & contradictiones, ac dolores multorum annorum ex malè affecta tibia, venustans facies in iugi Diuinæ præsentiæ, & conformitatis cũ Dei voluntate, exercitio (quod maximè commendabat) semper occupatum patenter indicabat, cuius euidens testimonium quoque fuit quòd octò circiter diebus ante obitum profecturus Gandauum, & iam in itinere constitutus, subitò ad socium conuersus, (erat is R.P. Seraphinus à Iesv, primariis in Belgica Prouincia postea functus officiis) ait: *Dei voluntas est, vt redeamus*: & quibusdam magis familiaribus supremum Vale dicens (solitâ tamen vtens valetudine) cellæ se inclusit vacaturus exercitiis: quibus nondum absolutis, infirmitate corripitur, & ad infirmariam tendens, alterâ die de statione huius vitæ decessit. Eodem illi sepulchro conditi in Capitulo Conuentus Bruxellensis resurrectionis diem præstolantur. Inscriptam superposito humili lapidi Epigraphem, quia breuem, subiicimus. *Quomodo in vita dilexerunt se, ita & in morte nõ sunt separati* RR. PP. *Martinus de Hooghe, & Liuinus à SS. Trinitate, qui multis pro Reformatione exantlatis laboribus, pro eadem vitam Deo, & B.V.M. Carmelitanæ immolarunt. Primus* 12. *Iunij* 1637. *diem Prouincialem: Secundus* 25. *Septembris* 1641. *diem hic Priorem ageret. Quorum Reliquias hoc marmore mœstissimi filij contexêre.* De vtroque plura scribit R.D. Sanderus *in Chorographia Carmeli Bruxellensis c.* 9.

a Par. 4. c. 3. nu 650. Richardus à S. Basilio.

Istis meritò accensentur V.P. Richardvs a S. Basilio, qui in Cõuentu Vallencenensi (vt suprà diximus a) primus cum alijs quinque anno 1621. compromisit in Reformationem, quam prudenter direxit, & fortiter propugnauit: fuit enim deinde Prouincialis Belgij: & V.P. Carolvs a S. Gisleno, conspicuus rarâ pietate, & zelo regularis obseruãtiæ, quam, in primis Prouinciæ suæ muneribus constitutus promouit.

Carolus à S. Gisleno.

Petrus VVastelius.

932. Nec hic prætermittenda memoria Ven. P. Petri Wastelii, solidæ & profundæ doctrinæ Scriptis, pro vindicandis Ioanni Episcopo xliv. Ierosolymitano suis lucubrationibus & sanctitate, noti: qui sicut ad extrà habitu, ita intrà animo candidus, singularem humilitatẽ, & modestiam præ se tulit: magnæ vir deuotionis erga SS. Virginem Mariam: cuius officiũ ex sola deuotione, non obligatione, totâ vitâ, quantũuis occupatus (Prior autem fuit in diuersis Cõuentibus, deinde Prouincialis per Belgiũ, denique Commissarius Generalis Prouinciæ Hiberniæ) non prætermisit, nisi infirmitate grauissimâ impediente: cumque recitare non amplius posset, socium adhibebat, qui, se audiente, illud legeret. Obijt Alosti anno 1658. die 3. Maij ætatis suæ 75.

Iacobus VVẽmers Episcopus Castri.

Singulari etiam ratione commemorandus hîc est Reuerendiss. P. Iacobvs Wemmers, oriundus Antuerpiæ, & ibi Religioni Carmelitanæ adscriptus, qui Theologicæ scientiæ linguarum Orientalium notitiam coniungens, impigro studio tantùm in illis profecit, vt Romam vocatus ibi earumdem professioni publicæ, libriscque scribendis, per annos decem, Ecclesiæ Catholicæ vtilem operam nauauerit: edidit autem varia idiomate

Æthiopico,

Digitized by Google

Æthiopico, Romæ impressa. Tandem verò à SS. D.N. Innocentio X. Episcopus Cairi seu, Mempheos creatus, & Legatus Apostolicus per Æthiopiam ordinatus, dùm munus sibi impositum exequi parat, ex itineris laboribus & solis ardoribus in febrim incidit Neapoli, animamq́ue Deo reddidit anno Domini 1645. Et in dignitatibus istis suffectus fuit Reuerendiss. P. FRANCISCVS SVARIVS, natione Lusitanus: cuius altam peritiã Roma quandoq́ue, & sæpiùs Gallia admirata fuit. *Ei succedit* Fraciscus Suarius.

Inter ea, quæ nuper ex hac Prouincia in publicam vtilitatem prodierunt, præcipuè commendatur Cursus Philosophicus quo nostri Fratres vtuntur, sic à scriptione exempti; vt studijs plus suppetat temporis (quod inter occupationes monasticas, & regulares obseruantias sat modicum est.) Nunc quoque illum in finem sub prælo est cursus Theologicus completus, authore R. P. Francisco Bonæ Spei, annis plurimis, Louanij, & alibi Philosophiæ, & Theologiæ Lectore, modò Belgicæ Prouinciæ Prouinciali.

933. Tandem in eo, qui nouissimè ætati nostræ splendorem contulit, & celebre apud posteros nomen reliquit, sertum hoc nostrum, seu seruiam odoriferam, è Carmeli Viridario excerptam, pertexemus: is est Venerabilis P. MAG. IOANNES BAPTISTA DE LEZANA, Matritensis, Prouinciæ Castellæ, cuius ingenij lumen sic ferè à iuuenilibus annis resplenduit, vt propterea iam tùm Doctor Salmanticensis, Romam accitus, præcipuis Ordinis muniis honoratus fuerit, Generalium plurium Assistens, & Socius primarius, Prouinciarum Hiberniæ, & Terræ Sanctæ, sæpiùs Prouincialis, tandemq́ue Ordinis Procurator Generalis: interea in Archigymnasio Romano, vulgo *Sapientia*, publicus Lector ad extremum vsque vitæ. Insuper à SS. DD. Vrbano VIII. Innocentio X. & Alexandro VII. ad graues Ecclesiæ moderationes & decisiones adhibitus, annis plurimis fuit S. Congregationis Indicis Consultor, & beneficiorum Examinator. Quibus oneribus pressus, vt fœcundissima palma, vberiores protulit doctrinę, & virtutis fructus: Doctrinæ, vt testes sunt, variâ eruditione refertæ lucubrationes eius; Theologici tomi tres, Iuridici (Quæstionum Regularium, in Maria magna Religionum, & Consultorum) tomi sex, Historici tomi quatuor: quibus Institutionem, successionem, varioſq́; euentus, per annorũ bina millenaria, & quaterna secula, ordinatissimè complectitur, aliaq́ue nonnulla Opuscula minora, quæ omnia pietatem spirant: ac in ijs perspicuitati coniunxit soliditatem; vt illud meritò, quod D. Hieronymus de S. Hilarij libris, & de Lezana dici queat: *eius libros in offenso decurri posse pede.* Quoad virtutes, inter cæteras singulariter in eo resplenduerunt humilitas singularis, abstinentia admirabilis, & iugis, vt videbatur, cum Deo conuersatio; ita vt passim de eo quasi in prouerbium abierit: *aut orat, aut studet P. Lezana.* Peculiariter etiam in eo elucebat cultus B. Virginis MARIÆ: cui in libro pro eius immaculatâ Conceptione Scriptorum suorum primitias dedicauit; V.P. Ioan. Baptista de Lezana. *Variâ scientiâ & milleiugâ virtute rutilans.*

Digitized by Google

dedicauit: & postmodùm de eius singulari patrocinio scripsit insigne illud Opusculum, cui titulus MARIA PATRONA, & reliqua ipsius opera verbis ad eius deuotionem excitantibus respersa sunt. Præcipuè verò eum decorauit (quam in libro suo, inscripto *Disciplina Monastica*, exemplis, & authoritatibus Patrum tantoperè commendauerat) exactissima Regularis vitæ obseruantia, & Officij diuini frequentatio, non obstãtibus multiplicibus & arduis occupationibus ad vsque vitæ terminum; adeò vt, cum Dominicâ Lætare, die 23. Martij pro suo munere, coram Summo Pontifice, & Cardinalibus, Orationem Latinam habuisset, ad Conuentum suum reuersus, à meridie etiam Vesperis adesset: quibus absolutis sentire primùm cœpit infirmitatem: quâ paulatim augescente, septimo post die, qui Sabbathinus erat, & Sacer S. Bertholdo primo Priori Generali Ordinis ex Latinis (cuius gesta in Annalibus peculiariter illustrauit) piè animam Creatori reddidit anno reparatæ salutis 1659. die 29. Martij, ætatis anno 74. professionis Religiosæ 59, Singulariter charus extitit S.D.N. Alexandro VII. qui auditâ graui eius ægritudine, Prælatum ad ipsum destinauit, consolationis & suæ benedictionis impertiendæ gratiâ: auditoque obitu illius mœrorem signis, & verbis testabatur. Mense vno ab eius obitu R. P. Godefridus Henschenius *in epistolæ dedicatoria ad vitam B. Petri Thomæ*, hæc inter cætera de Lezana (quem in multis cum ipso B. Petro Thoma confert) scribebat: *Litteris Româ ad nos datis intelligimus, Eximium Patrem Lezanam, habitum hactenùs Romæ inter primarios viros, ingenio & doctrina conspicuum, nec minori æstimatione religiosæ virtutis, vitâ functum esse.*

934. Pauca à nobis dicta de tanto viro, sicut & de aliis anterioribus, multos etiam præcellentes prætermissos, nemo conqueratur; cùm non vitas, gesta, ac scripta ex professo conquiramus, nec omnes Ordinis huius præclaros commemorare intendamus, sed succinctam Ordinis historiam stringamus, & coarctemus in compendio. Illustriores dumtaxat, qui sanctimoniâ & eximiæ pietatis famâ, eruditionisúe laude, præcelluêre, exhibuimus in exemplum, vt in ijs iuniores Ordinis nostri Religiosi quemdã veluti virtutis simul & doctrinæ, reseratum tramitem intueantur, & imitantibus vestigiis prosequantur. Cui autem illa non sufficiunt, Annales Ordinis adeat, aut pleniorem de istis, & aliis tractationem exspectet in Speculo magno Ordinis, propediem, si Deo placet, exhibendo.

CAP.

Digitized by Google

CAPVT VIII.

Series ſucceſsionis Reuerendiſsimorum Patrum Priorum Generalium Ordinis.

935. CVm Ordo Carmelitanus originem trahat è Terra Sancta, cuius idioma olim erat Hebraicum, etiam iſtius vocabulum *Abba* (quod idem eſt, ac *Pater*) Superioribus huius Ordinis fuit per ſecula multa attributum: cuius loco (poſt recuperatam, per Godefridum de Bulyõ, Hieroſolymam, & conſequenter Terram Promiſſionis, cum plurimi Europæi huic Religioni nomen darent) per Aymericum Patriarcham Antiochenum, & Apoſtolicæ Sedis Legatum, inditum fuit nomen Latinum *Prioris* (etſi iam pridem quibuſdam in locis id fuerit in vſu, ſicut alibi annotauimus [a]) atque ita euenit, vt Orientalibus Monachis (quales Carmelitæ) Occidentalis, & Occidentalibus Orientalis nomenclatura obtigerit; etenim Religionis Benedictinæ, Ciſtercienſis, Norbertinæ, &c. (quæ in Occidente ortum habuerunt) Primates ſuos nuncupant *Abbates*, quod Hebraicum, ſeu Syriacum eſt.

Superiores huius Ordinis olim Abba *nũc* Prior *nominantur.*

[a] Par. 1. n. 25. pag. 28.

936. Tunc quoque, cum anteà Monaſteria & Eremitoria huius Ordinis ſingula ſuos habuiſſent Patres ſeu Præſides, ſed plerumque non ita dependentes ab alio vno aliquo eiuſdem Religionis, per eumdem Aymericum Patriarcham effectum fuit, vt deinceps Conuentus omnes, & Eremiticæ manſiones Ordinis huius, tamquàm vnius eiuſdemq; myſtici corporis membra, firmiùs ſub vno connecterentur capite, ſeu ſupremo Præſule, qui diceretur *Prior Generalis*, cui omnes & ſinguli obedientiam vouere, & ſeruare deberent.

Hinc erroneè nonnulli exiſtimarunt, tunc Ordinem hunc primùm incœpiſſe, & Aymericum eius fuiſſe Authorem ac Inſtitutorem, qui dumtaxat fuit Reformator, ſeu reſtaurator, decernendo, vt omnes deinceps vni Generali ſubeſſent: & qui antè in Carmelo ac aliis Eremis, ſparſim in cellulis ſeu caſulis, aut etiam antris habitabant; deinceps, more Latinorũ Monachorum, collegialiter, ſimulque degerent, atque alia nonnulla pro Ordine promouẽdo præſtitit: prout expreſſiùs ſuprà declarauimus [b] & de hoc etiam infrà ſermo redibit: hic verò ſeriem ſucceſſionis Priorum Generalium dabimus.

Notatur error quorundam circa Ordinis inſtitutionem.

[b] Par. 1. n. 22. 23. 24. & 25.

937. Primus fuit S. BERTHOLDVS, inſtitutus anno D. 1141. de quo & iſta nomenclatura, ſic præclarè ſcribit Ioannes Palæonydorus [c]: *Poſt Terræ Sanctæ recuperationem, Bertholdus de Malefaida, Pariſienſis Doctor eximius, votum*

[c] In hiſt. Carmelit. lib. 3. c. 2.

Digitized by Google

S. Bertholdus *quibus ex causis dicatur primus Prior Generalis.*

votum quod in totius Christiani exercitus angustia vouerat Antiochiæ, fideliter impleuit. Ascendit itaque montem Carmeli, & Religionis habitum, quem postulauit, dignè recepit. Tandem adeò inter eos profecit, vt ferè omnium eximius virtutibus & sanctitate clarescceret. Et infrà: *Dicitur autem primus Prior Generalis pensatis quibusdam causis. Prima, quia primus erat qui à Patriarcha Latino Prior fuit institutus. Secunda, quia primus Prior. Tertia, quia primus sub dispositione Latina ordinatus. Quarta, quia primus nominatione Latinus Generalis Prior. Præcedentes autem nostri Ordinis Patres, quibus in castitate & paupertate obediebant, in Veteri Testamento, Iudæorum modo,* PROPHETÆ *appellati sunt, & ipsi Filij Prophetarum. In primitiua verò Ecclesia Noui Testamenti* ARCHIPHYLACES, *id est Rectores & Præpositi, Monachi & maximè* ABBATES, *id est Patres vsque ad prædicti Bertholdi tempora sunt nuncupati.* Istum nostrum Bertholdum insigni hoc, etsi breui, encomio commemorat præclarus ille Chartusiensis Ordinis Scriptor Wernerus Roleuinck: *S. Bertholdus Carmelitici Montis Eremitolis ab Aymerico Antiocheno Patriarcha in Priorem assignatus, famâ celebriori multis innotescit: Hic inter cætera præclaræ suæ sanctitatis indicia animas quamplurimorum Fratrum, quas Saracenorum absumpsit gladius, cum corona Martyrij ab Angelis in Cœlum deferri vidit.* Singulariter exemplo & verbo suis commendauit cultum B. Virginis MARIÆ: quam septies quotidie, in eo Carmeli loco, vbi olim ea in typo nubeculæ S.P.N. ELIÆ præmõstrata fuit, Angelicæ salutationis repetitâ recitatione, honorauit. Solemnizatio festi, Conceptionis eiusdem, ab eo commendata fuit in Ordine, quem rexit annis quadraginta quinque. Obijt circa annum Domini 1188 die 29. Martij. Ad quem in Martyrologiis Ioannis Molani, Ioannis Gillemani & Ordinis refertur, & per totum Ordinem duplici officio colitur. Alia de eo dicta sunt hic suprà *in libro S. Cyrilli cap.* 4. & ibi *in notis* [a] vbi notatus est error quorumdam, existimantium, eum institutum in Priorem Generalem anno salutis 1221. cùm potiùs id contigerit anno 1241. Plura de eo videri poterunt in Annalibus Ordinis.

In Fascic. temp ad an. Chr. 1184.

Moritur S. Bertholdus circa ann. 1188.

[a] Fol. 15. 16. 17. nu. 20. 21. 22.

938. II. Istius successor, per vnanimen electionem, circa annum Christi 1188 fuit S. BROCARDVS, Hierosolymitanus, vir insignis, ac vitæ Sanctimoniâ conspicuus, vario doctrinæ genere excultus; plurimùm in conseruando gregem sibi commissum verbo & scriptis laborauit, nihilq; prætermisit, quod ad bonam conuersationem religiosam, ac fidelium ædificationem, pertineret. Et quoniam videbat diuinâ prouidentiâ Carmelitas hinc indè per Asiam, Africam, & Europam dispersos, multos ipse hortationibus pijs ad Propheticæ vitæ exercitationem sedulò monuit. Quò autem Romano Pontifici, ac cæteris Europæ Prælatis, Propheticus ille cœtus gratior foret, eius ad instantiam scripta, seu potiùs ex fusiore alia compendiata, magisque determinata fuit, per Albertum Patriarcham Hierosolymitanum, Regula Ordinis, quæ (paucis, Romanorum Pontificum authoritate, immutatis, & moderatis) in hodiernum vsque diem obseruatur:

II. Prior Generalis S. Brocardus.

Digitized by Google

seruatur: sicut à S. Cyrillo [a] & in Notis nostris refertur [b] *cap. 5 & 6.* libri suprà positi [c]. Suos præcipuè hortabatur ad cultum, & imitationem SS. Virginis MARIÆ, & P. N. ELIÆ. Præfuit Ordini annis triginta tribus [d]. S. Brocardus sub annum 1213. vnà cum Nunciis Apostolicis ab Alberto Patriarcha missus ad Saphadinum, Soldanũ Damasci & Babylo niæ, Mamalucum Soldani, id est Vice principem, leprosum, baptismo in Iordane, Christianum & sanum, ac deinde in Carmelo Religiosum reddidit, vt referunt Historici nostri, & Annales ad dictum annum. Obitus eius *in Annalibus Ordinis* refertur ad annum Domini 1221. de quo dicta sunt quędam in notis ad Chronologiam vitæ S. SIMONIS. [e] In Kalendariis adscribitur die 2. Septemb. quo etiam in Martyrologio Auctario Molani hæc de eo leguntur. *Eodem die Beati Brocardi Presbyteri, & Carmeli Prioris Generalis, magnæ sanctitatis viri.* Et in Annotationibus: *Brocardi vita eo anno cœpta est scribi, quo obijt, vt habet initium historiæ eius*: vbi etiam commemoratur, ipsum compilasse Ordinis, seu Carmeli statuta, quæ ab historicis nostris vocantur *Constitutiones antiquæ*, quarum etiam mentio facta fuit *par. 2. cap. 2.* [f] Festum eius sub ritu duplici solemnizatur per Ordinem. Quo anno data ei fuerit Regula, disseritur *in Chronologia vitæ* S. SIMONIS, & ibi *in notis.*

[a] Nu. 27.
[b] Nu. 29.
[c] In principio huius operis.
Ordinem rexit annis 33.
[d] Vide nu. 30. & 775.
[e] Nu. 775.
[f] Nu. 186. vide etiã in Chronologia S. Simonis nu. 714. & 770.

939. III. Duobus præcedentibus, in vitæ Sanctitate compar, proximè subijcitur post decessum B. Brocardi, eodem anno, electione S. CYRILLVS, Constantinopoli ortus, & ab infantia Deo dicatus. Cùm inter Patriarcham Constantinopolitanum & ipsum dissensio de Spiritus sancti processione orta esset (nimirùm illo asserente à Patre solùm, Cyrillo verò constanter affirmante à Patre & Filio Spiritum Sanctum procedere) volens à Græcorum erroribus abesse, in somnis admonitus à Beata Virgine, omnia sua pauperibus elargitus, Syriam versùs nauigauit, ad Montemque Carmelum peruenit: vbi sumpto Dei Genitricis habitu, ieiuniis, orationibus, & charitatis officiis Deo gratissimus effectus, diuinis etiam reuelationibus dignatus fuit. Ita legitur in Officio Sacræ Congregationis authoritate approbato, pro illius festo. Encomia quædam eius alia relata sunt post Præfationem, ante eiusdem Opusculum *de Processu & Regula Ordinis:* hic dumtaxat addimus pauca hæc ex Arnoldo Bostio *libro de viris illustribus huius Ordinis*, eò quòd etiam duorum præcedentium memoriam complectantur: *Cyrillus*, inquit, *Græcus melliflui Carmeli Heremicola prænobilis, & sacri Ordinis ab eodem Monte propagati Prior Generalis tertius.* Et infrà: *Conscripsit etiam sacer hic Pater librum ad Fratrem Eusebium Heremitam montis Neroy, de processu sui Ordinis vsque ad tempus suum, in quo Bertholdum & Brocardum Ordinis Carmeli Priores commemorat: quorum primus multorum Fratrum suorum in Monte Carmeli, & alijs locis Terræ Sanctæ passorum animas, cum corona martyrij, ab Angelis in cœlum deferri oculis suis conspexit: & compluribus alijs miraculis claruit. Alter verò, ad instar Patris sui* ELIÆ *quemdam iuuenem mortuum suscitauit, quem,*

Monitus B. V. Mariæ venit ad Carmelũ.

III. P. Generalis S. Cyrillus Constantinop.

quem, velut alterum Ionam, ad Ordinem ſuum vocauit: etiam Patris ſui Eliſæi ſequendo veſtigia, quemdam leproſum aquâ fontis ELIÆ *mundauit, multiſq; aliis virtutum ſignis claruit in diuerſis Terræ Sanctæ locis, & præſertim in Monte Carmelo: vbi in vnum cum Sancto, eorum ſucceſſore, Cyrillo, reſurrectionis diem præſtolantes, Sanctam Trinitatem tres ſimul miraculis ſtupendis prædicant.* Obitus S. Cyrilli in Annalibus Ordinis adſcribitur anno Chriſti 1224. feſtum eius celebratur per totum Ordinem Carmelitanum ſub ritu duplici die ſexta Martij.

IV. P. General. Bertholdus Lombardus.

940. IV. Poſt S. Cyrilli obitum, habitum fuit Capitulum Generale in Monte Carmelo: &, inuocato Spiritu Sancto, in quartum Priorem Generalem Ordinis electus fuit Venerabilis BERTHOLDVS (eius nominis *ſecundus*) natione Lombardus. Inter alia hæc de eo referuntur in Annalibus Ordinis: *a Commendatur à noſtris Bertholdus, vt vir eximiæ ſanctitatis & eruditionis, diuinæ Scripturæ ſtudioſiſſimus, morumq; honeſtate conſpicuus, & quòd præclara ſequacibus ſuæ pietatis exempla præbuerit.* Alia nonnulla de eo dicta ſunt ſuprà in Chronologia vitæ S. SIMONIS STOCK *b*. Quoad annum obitus eius variant Authores: veriſimilior videtur (vt in ijſdem Annalibus adſcribitur) 1231. cum Ordinem rexiſſet annis ſeptem.

a Ad an. Chr. 1231.

b Nu. 735.

V. P. Gen. Alanus,

941. V. Iſti ſuffectus fuit Venerabilis ALANVS *Brito natione, vir religioſiſſimus & Deo deuotiſſimus. Hic multis pro Ordine ſuo exanthlatis laboribus, cum à Saracenis fuiſſet pulſus ex Terra Sancta, magno Fratrum ſuorum agmine ſtipatus, Europam petens, tandem in Angliam venit: vbi multos ad Ordinem ſuſcepit. Tranſiens indè in Germaniam, Coloniam Agrippinam ſuis miraculis fecit clariorem. Teſtimonia ibi extant penes eius Sepulchrum in Conuentu Carmelitarum ante altare maius.* Ita Philippus Metius *libro de viris illuſtribus huius Ordinis cap.* 5. Etiam in Dicta Chronologia alia quædam de eo relata ſunt. *c* Eius tempore facta eſt ſolemnis tranſlatio Ordinis ex Palæſtina in Europam de qua *parte* 3. *cap.* 31.

c Nu. 744. & 746.

VI. P. G. S. Simon Stock.

943. VI. S. SIMON STOCK, eximio præcellens pietatis & deuotionis affectu in SS. Virginem MARIAM, ab ea SCAPVLARE, magnis priuilegijs decoratum, accipere promeruit. Electus fuit in Capitulo Generali Aylesfordiæ in Anglia, anno 1245. defuncto (vt quidam exiſtimant) aut (quod veriſimilius eſt) reſignante Alano, pro vt dictum eſt *in Chronologia vitæ illius* (*parte* 5. *d*) vbi conſequenter fusè ſatis actum eſt de geſtis, & ſanctitate B. Simonis. Terras linquens cœlos adijt anno D. 1265. die 16. Maij: quâ eius feſtiuitas, ſub ritu duplici, ſolemnizatur per totum Ordinem.

d Nu. 746.

VII. P. G. Nicolaus Gall.

944. VII. NICOLAVS GALLICVS *Ordinis Fratrum Beatæ* MARIÆ *ſemper Virginis de Monte Carmelo, ſeptimus Prior Generalis, vir doctus & Sanctus.* Ita Trithemius *libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis*: & in libro *de Viris illuſtribus Ordinis Carmelitarum*: ibidem annotat, eum elucubraſſe librum inſignem, de quo ſtatim. Arnoldus Boſtius in Speculo Hiſtoriali plura de eo ſcribit, *e* inter quæ iſta: *Anno Domini 1265. defuncto Beato* SIMONE STOCK, *communi*

e Lib. 7. c. 25.

Digitized by Google

communi electione R.P.Nicolaus, natione Gallicus, Septimus Prior Generalis constitutus est. Et infrà: Demùm cum annis quinque Ordinem Fratrum Carmelitarũ strenuè in omni sanctitate, cũ multa patientia rexisset renunciauit officio, & velut alter Elias turbas hominum declinare volens ad heremum se transtulit, & solitariam vitam duxit. Præterea hic vir doctus, & sanctimoniæ sublimitate egregius calamum in corde tingens, scripsit librum perutilem, quem, propter suæ veritatis lucidum acumen, IGNEAM SAGITTAM intitulauit, à quo cuiuis facilè potest patescere, authorem sui, tam divinis, quam humanis litteris eruditissimum fuisse. Ex eo excerpta quædam damus hîc infrà parte 8. cap. 13. Tandem Beatus hic Pater Nicolaus 2. die mensis Aprilis ab hac luce decedens Christum adijt, multis clarens in vita, & post mortem miraculis, & in Auraica tumulatur. Ita Bostius. Agunt de eo plures nostri, & exteri, relati in Annalibus Ordinis ad annũ Christi 1272. vbi etiam agitur de vitæ eius sanctitate.

Resignat.

Miraculis claret.

745. Animaduertendum, historicos non conuenire, quoad tempus regiminis septem primorum Priorum Generalium: nam Venerabili Nicolao Gallico aliqui attribuunt annos viginti, alij dumtaxat quinque: B. SIMONI STOCK adscribuntur à nonnullis regiminis anni quinquaginta, à quibusdam viginti: sic quoque discrepantia est quoad alios. Ea autem differentia ex duplici prouenit capite, primo quidem ex errore in numeris, qui irrepsit in Opusculum S. Cyrilli, vbi *cap.* 4. legitur, S. Bertholdus institutus Prior Generalis anno 1121. cùm tamen id non contigerit nisi circa annum 1141. *a* Hinc differentia est quoad annos viginti: è quibus variè singulis Generalibus aliqui addicuntur, vel auferuntur: deinde in quibusdam MSS. exemplaribus eiusdem libri S. Cyrilli attribuuntur regimini S. Brocardi *anni viginti tres*: in aliis autem correctioribus (vt annotauimus suprà post Chronologiam vitæ S. SIMONIS STOCK) *b triginta tres* hinc rursùs decem anni decurtandi, aut prolongandi. Altera causa discrepantiæ est, quòd postquàm Ordo multiplicaretur in Europa, vsque ad annũ circiter 1270. duo fuerint Generales in Ordine, seu potiùs vnus Generalis absolutus & supremus, alter subordinatus, quasi Vicarius Generalis: alter quidem in Oriente, pro Terra Sancta, alter verò pro Occiduis regionibus, in Europa scilicet *c*. Sic Nicolao Gallico asseruntur anni quinque tãtùm, tamquàm supremo Capiti: quia tamen aliis annis quindecim Ordini præfuerat in Oriente tamquàm Vicarius Generalis, à nonnullis ei adscribuntur anni 20. Similiter S. SIMON STOCK annis viginti (ab anno 1245. vsque ad 1265.) rexit Ordinem, vt primus Generalis, & pluribus alijs iam antè, vt Vicarius Generalis atque ita dissidentes inter se Scriptores vtcũque conciliari possunt.

Vnde orta dissertatio circa tempus regiminis aliquot Priorum Generalium.

a Vide p. 1. nu. 22. pag 17.

b In notis n. 775.

c Vid. nu. 731. & 750.

946. VIII. RADVLPHVS (quidam scribunt *Rudolphus*) natione Alemannus, vir religiosissimus, electus in Capitulo Generali Parisiis celebrato anno Christi 1270. Religioni amplificandæ, & fouendæ Regulari obseruantiæ, pro viribus studuit. At vitæ contemplatiuæ amore attractatus,

VIII Prior Generalis Radulphus.

Digitized by Google

Se abdicat officio.

exemplo sui prædecessoris Nicolai, officio Generalatus se abdicauit tertio anno, & ad Eremiticum Conuentum, propè Alnewicum, in Anglia, secessit: vbi reliquum vitæ exegit. Ita ferè Ioannes Grossius, Bostius, Palæonydorus, & alij Ordinis Historici.

IX. P.G. Petrus de Æmiliano.

947. IX. PETRVS DE AMILIANO (seu *Æmiliano*) natione Rutinensis, vir deuotus, & per omnia venerandus, electus fuit in Capitulo Generali Burdigalensi, in Epiphania Domini anno D. 1273. qui Ordinem dignè & laudabiliter gubernauit fermè viginti & vno annis: tunc cessit officio, vt liberiùs contemplationi vacaret. Ita Bostius, & alij Historici nostri. Eius tempore duo illa notabilia contigerunt in Ordine,

Resignat.

Depositio capparum barratarum seu varij coloris, & resumptio albarum, de qua parte 3. cap. 26. & amissio seu destructio omnium monasteriorum huius Ordinis in Terra sancta, ac denique in Carmelo: prout narratum est eâdem parte 3. ca. 32. istud quidem delectabile Ordini, hoc verò valde lamentabile, sic plerumq; supremum mundi Rector alternantibus successibus res humanas dirigit.

X. P. G. Raymundus de Insulis.

X. Anno Domini 1294. (iuxta Palæonydorum anno 1293.) in Capitulo Generali Burdigalæ festo Pentecostes, resignante venerando P. Petro de Æmiliano, electione suffectus fuit Reuerendissimus P. RAYMVNDVS DE INSVLIS Conuentus Tholosani, vir multùm maturus, & deuotus: qui, postquàm Ordinem tribus annis strenuè gubernasset, se abdicauit officio: & aliquantò post piè obijt Tholosæ.

Etiam cedit Generalatui.

XI. P.G. Gerardus de Bononia.

948. XI. GERARDVS DE BONONIA (electus in Capitulo Generali Brugensi anno 1297.) *vndecimus Prior Generalis: doctor Parisiensis: in diuinis Scripturis eruditissimus: ingenio subtilis, & clarus eloquio: non minùs conuersatione, quàm scientiâ venerandus: qui Ordinem suum strenuè gubernauit annis viginti. Scripsit non spernendæ lectionis plura volumina: quibus memoriam sui nominis etiam ad posteros transmisit. E quibus feruntur subiecta: Super Sententias libros quatuor &c.* Ita Trithemius *libro de Viris illustr. Ordinis Carmelitani, & de Scriptoribus Ecclesiasticis*: ibidem alias eius lucubrationes refert. Eius sic meminit Wernerus Carthusiensis in Fasciculo temporum: *Gerardus de Bononia Ordinis magnæ* MARIÆ *de Carmelo Parisij, doctrinæ opinione celebris, post complurium librorum editionem in Auinione vitam exuit.* Eiusdem doctrinam commendant alij, tam nostri quàm exteri. Obijt anno Domini 1317. die 17. Aprilis.

De eius doctrina.

XII. P.G. Guido Perpinianus.

949. XII. GVIDO PERPINIANVS, *natione Hispanus, duodecimus Carmelitarum Prior Generalis, ac deinde Maioricensis, Eluensisq; Ecclesiarum Episcopus, Scholasticæ Theologiæ Professor eximius: scripsit ad imitationem Augustini de cõcordantia Euangelistarum librum vnum anno* MCCCXX. Ita Sixtus Senensis *libro 4. Bibliothecæ sanctæ.* Electus autem fuit in Capitulo Generali Burdigalæ anno 1318. In præfato fasciculo temporum isto encomio celebratur. *Guido de Perpiniano ex Priore Generali Carmelitanæ Religionis primum Maioricensis, ac demum Elnensis Pontifex, Doctor inter præcipuos commendatus, & vt*

Postea Episcopus maioricensis.

alter

Digitized by Google

alter ELIAS pro domo Domini zelosus: post Correctorium Iuris, & alia quam-plurima volumina percommendata, librum contra omnes hæreses scribit, quem Domino Gancellino Cardinali Albanensi præintitulauit, & multorum actuum suorum, clarissimè gestorum, magnitudine, Christianum orbem celebri rumore clarificauit. Ita Wernerus. Huius grauissimi, Patris, & librorum eius honorificam mentionem faciunt quoque Trithemius, Bellarminus, Possevinus, Spondanus, & alij citati in Annalibus Ordinis ad annum Domini 1342. (circa quem obiit) Ibidem annotatur spiritu prophetico claruisse. In vetusto Kalendario Mechlinienſi inter Sanctos Ordinis adscriptus legitur ad diē 21. Augusti. Ordinem aurigauit annis tribus: tum assumptus fuit Episcopus Maioricensis. *De eius eximia doctrina & Scriptis.*

950. XIII. IOANNES DE ALERIO, *natione Tolosanus, Ordinis Beatæ* MARIÆ *semper Virginis de Monte Carmelo, tertius-decimus Prior Generalis vir in diuinis Scripturis studiosus, & eruditus, & non minùs Religionis feruore, quàm eruditione venerabilis, Ordinem Carmelitanum nouem annis strenuè gubernauit, Edidit nonnulla præclara volumina: quibus abundantem ingenij sui venam ostendit. E quibus extant: super Sententias libri quatuor. Lectura in Ecclesiasticum liber vnus, & alia plura. Electus fuit in Generalem Ordinis sui in Monte Pessulano in Capitulo Generali die Penthecostes, sub Ludouico Imperatore quarto, & Ioanne Papa XXII. anno Domini* MCCCXXI. *Indictione quartâ.* Trithemius *de Scriptoribus Eccles.* Anno 1330. sponte cessit officio, & post biennium in pace quieuit in suo Conuentu Tholosano. De insigni eius doctrina, & Scriptis agunt etiam Sixtus Senensis, Petrus Lucius, Possevinus, &c. *XIII. P.G.* Ioannes de Alerio. *Quæ scripserit.* *Abdicat.*

951. XIV. In Capitulo Generali Vallencenis, in Belgio anno 1330. resignante dicto Venerabili Patre Ioanne de Alerio, electus fuit PETRVS DE CÆSIS (plures cognominant de *Casa*) de quo, & libris ab eo elucubratis, ista scribit Possevinus: *Petrus de Casa, Lemouicensis, Prouinciæ Aquitaniæ Carmelita, ex Priore Generali Carmelitarum, Episcopus Vasionensis, ac Hierosolymitanus Patriarcha: cuius cum doctrina, vitæ sanctitas, atque miraculorum patratio perhibetur. Scripsit in libros quatuor Magistri sententiarum, libros item duos sermonum de tempore, ac de Sanctis, lecturam in libros Politicorum.* Illum cum laude commemorant Ioannes Grossius, Trithemius, Bergomensis, & alij, nostri, ac exteri. Epitaphium ad eius sepulchrum in Ecclesia Vasionensi illud refertur in Annalibus Ordinis. *Venerabili Petro de Casa Priori Generali Ordinis Carmelitarum Patriarchæ Hierosolymitano, huius Episcopatus Administratori, qui obijt 1348. die 3. non. Augusti, & miraculis claruit. Iosephus Maria Episcopus Vasionensis P.C.* Ibidem annotatur, ipsum ex clarissima Cæsiorum familia ortum; ac propterea nuncupandum *de Cæsis*, potiùs quàm *de Casa*: Præfuit Ordini annis circiter duodecim, donec eueheretur ad præfatas dignitates. *XIV. P.G.* Petrus de Casa. *Postea Episcop Vasionensis, & Patriarcha Hierosolym.* *Eius Epitaphium.*

952. XV. PETRVS RAYMVNDI DE GRASSA *natione Gallus Conuentus Tarsacij, Prouinciæ Narbonensis quintus-decimus Prior Generalis, vir doctus & deuotus* *XV. P.G.* Petrus Raymūdi de Caraffa.

Digitized by Google

deuotus: scripsit multa præclara volumina, quibus sui memoriam posteris commendauit: E quibus extant subiecta: Super sententias lib. 4. Ordinis quoque sui diuersa statuta in vnum volumen collegit, & in Rubricas sexaginta Collectiones eadem distinxit. Sed & alia quædam composuit, quæ ad notitiam nostram non venerunt. Moritur autem anno Domini MCCCLVII. Indict. X. sub Papa Innocentio VI. sepultus in monte Pessulano anno sui officij Generalatus XVI. Ita Trithemius libro de Viris illustr. Ord. Carmelitani. Ferè eadem habet in libro de Scriptoribus Eccles. De illo, & Scriptis eius agunt etiam Philippus Bergomensis, Iacobus de Plebe, Posseuinus &c.

De eius doctrina & Scriptis.

953. XVI. IOANNES BALISTARII Cathalanus Prior totius Ordinis Generalis XVI. vir in diuinis Scripturis eruditissimus, & secularibus, philosophia scrutator acutus, ingenio præstans, & clarus eloquio: scripsit quædam præclara volumina, quibus nomen suum posteris destinauit. E quibus extant subiecta: Super Sententias libri 4. Constitutiones Ordinis sui liber vnus, de nouissimis temporibus ad Papam liber vnus. Et quædam alia. Idem Trithemius dicto libro. Illius honorificè meminerunt alij Scriptores non pauci. Electus fuit in Capitulo Generali Burdigalæ anno 1358. & Ordinem rexit vsque ad ann. 1374. quo obijt.

XVI. P.G. Ioannes Balistarij.

Libri ab eo elucubrati.

954. XVII. BERNARDVS OLENSIS (seu OLERIVS) Hispanus, Prouinciæ Cathaloniæ, electus anno 1375. in Capitulo Generali Podij. Fuisse in Religione celebrem, & doctum eius scripta testantur, scilicet de antiquitate Ordinis liber vnus: de Conceptione B. Virginis MARIÆ liber vnus: de quibus Trithemius, & alij eius tempore exortum pernicioſissimum schisma in Ecclesia Dei (quod vltrà annos quadraginta durauit) etiam Ordinem scidit, & magnopere turbauit.

XVII. P.G. Bernardus Olensis.

955. XVIII. Anno Christi 1379. in Capitulo Generali Brugensi concorditer à Gremialibus confirmatus fuit Magister Olerius: quo non obstante Sūmus Pontifex Vrbanus VI. eum à Generalatu absoluit, quòd partibus Clementis VII. Antipapæ fauisset: & institutus fuit Vicarius Generalis MICHAEL AYGVANVS nuncupatus etiam *de Bononia:* qui in Capitulo Generali Veronæ anno 1381. ab omnibus de gremio electus fuit. Doctor Parisiensis, isto seculo famosus valde fœcundi sui ingenij fœtus edidit quamplurimos; vt Wernerus *in Fasciculo temporum circa annum Christi* 1414. de eo scribat: *Michael de Ayguanis Carmelita, totius Christianitatis luminare, post editionem multorum voluminum terras liquit.* De Scriptis eius in Sacram Scripturam agit Sixtus Senensis *libro 4. Bibliothecæ Sanctæ*, vbi sic etiam eius doctrinam commendat. *Michael Angrianus, Bononiensis, Carmelitarum Generalis Antistes, Theologus, Philosophus, & Canonista summus, qui Ordinem suum* sub Vrbano Papa VI. *nouem annis iustè, sanctèque rexit. Scripsit scholastico more in totum Psalterium Commentariorum lib. 5. & in Lucæ Euangelium lib. 1. qui apud eiusdem instituti Professores magno in pretio habentur.* Alia præclara volumina Theologica, Iuridica, Philosophica commemorant Trithemius,

Diuinarū & humanarum rerum, atque Iuris vtriusque cognitione præstans.

Scripsit multa præclara volumina.

themius Posseuinus, &c. quæ Bellarminus quoque, Iacobus Seruita, & alij honorificè commendant. Inter omnia eius opera celeberrimum est in Psalterium: quod aliquoties typis editum fuit sub titulo *Authoris incogniti*: de quo plura in Annalibus Ordinis. Præfuit Ordini vsque ad annũ Domini 1386. Obiit an. 1400. In Annal. ad ann. Chr. 1400

956. XIX. Ioannes de Raude, seu Raudensis (vocatur quoque *Ioannes Raude de Mediolano*) Prouinciæ Lombardiæ, tempore schismatis institutus à Papa Vrbano VI. anno 1386. & anno sequenti in Capitulo Generali Brixiæ celebrato vnanimiter electus. Vir erat inter insigniores meritò recensendus, ex nobili Comitum Raudensium (seu de Rho) familia ortus. *In Capitulis Generalibus, quæ celebrauit, & suis visitationibus, benignè semper se gessit, optima condendo Decreta, Virtutem promouẽdo, Collegia instituendo, & alia opportuna faciendo. Quare memoria illius in æternum non peribit. Ex Annalibus Ordinis ad annum Christi* 1404. quo ad aliam vitam transmeauit mediolani. XIX. P. G. Ioannes Raude. *Nobili prosapia & prudenti regimine spectabilis.*

957. XX. MATTHÆVS DE BONONIA, proximè post obitum Magistri Ioannis de Raude constitutus Vicarius Generalis, anno sequenti in Capitulo Generali Bononiæ celebrato vnanimiter eligitur. Cùm Generalatus officium administrasset annis sex resignauit. Vt valdè doctus, & inter grauiores nostræ familiæ Patres, commendatur in *Annalibus Ordinis*: in quibus eius obitus adscribitur anno Domini 1412. Scripta eius commemorant Posseuinus, & alij. XX. P. G. Matthęus de Bononia. *De eius doctrina.*

Hoc loco in ordine Generalium XXI. adscribitur à nonnullis RAYMVNDVS VAQVERIVS: qui tempore schismatis, de quo suprà, Prouinciarum Ordinis, qui Clementis VII. Antipapæ factionem sequebantur electus fuit Auenione anno 1384. postquàm quadriennio sibi subiectas gubernasset, cessit isti muneri. Vir fuit doctus, quippe anno 1375. in Capitulo Generali Podiensi institutus Lector Biblicus, & Sententiarum. Cæterùm rectiùs, in numerũ Priorum Generalium non refertur; cum eo tempore legitimi Ordinis Præsules succesſiuè fuerint prædicti Michael de Bononia, & Ioannes Raudensis. Raymũd. Vaquer. *Seruem Generalium non ingreditur.*

958. XXI. Istum locum potiori iure sibi vendicat Reuerendissimus IOANNES GROSSI, Gallus natione, Prouinciæ Tholosanæ, Conuentus Appamiarum alumnus, Doctor insignis in Theologia, in regimine prudẽtissimus, & apud omnes, dum viueret, magnæ authoritatis: qui quidem electus fuit anno 1389. in Capitulo Generali Perpiniani, congregato ex Patribus Prouinciarum adhærentium præfato Clementi, sub isto schismate: pro quo abolendo multùm laborauit. Prouincias istas rexit per annos viginti duos, videlicet vsque ad 1411. quo ex ordinatione Ioannis XXIII. (quem maior pars Ecclesiæ pro vero Pontifice, vt erat, agnoscẽbat, repudiatis Gregorio XII. & Benedicto XIII.) Bononiæ coactum fuit Capitulum Generale totius Ordinis: in quo vtriusque partis Generali, XXI. P. G. Ioannes Grossi. *Præfuit aliquot Prouinciis, annis 22. & toti Ordini annis 19.*

Mathæo de Bononia, & Grossio, resignantibus, concorditer electus fuit in Priorem Generalem totius Ordinis: cui adhuc præfuit annis nouemdecim (atque ita in vniuersum annis 41.) tandemque senio grauatus, & laboribus fractus sponte resignauit anno 1430. in Capitulo Generali Nannetensi. De doctrina & Scriptis eius ista habet Trithemius: *Ioannes Grossi patriâ Tholosanus, Prior Ordinis Generalis, Doctor diuinarum Scripturarum insignis, & secularis Philosophiæ non ignarus, ingenio clarus, & promptus eloquio Scripsit nonnulla Opuscula, de quibus subiecta feruntur: Opusculum de Ordinis sui Institutione, & profectu, quod prænotauit* VIRIDARIVM, *libri tres, sermones quoque, & variæ in Scripturu quæstiones.* Isti primùm concessus legitur titulus *Reuerendissimi Patris.*

Trith. lib. de Viris illustr. Ord. Carm.

Opuscula quæ edidit.

XXII P. G. Bartholomæus Roqualius.

959. XXII. BARTHOLOMÆVS ROQVALIVS, vel RACOLI, illustri Comitū familiâ ortus, in dicto Capitulo Generali Nannetensi, per concordē electionē, successit. Aliquantò post ab Eugenio IV. (cui peculiariter charus fuit) assumptus fuit ad Episcopatum Massilienſem. Insigni doctrinā eum conspicuum fuisse constat ex ijs quæ Conradus Gesnerus in sua Bibliotheca de ipso scribit: *Bartholomæus Roquallus, filius Comitis de Roqualle 23. Magister-Generalis Carmelitarum, & Episcopus Massilienſis. Scripsit Lecturam Sententiarum lib. 4. Conciones ad Clerum lib. 1. claruit anno Domini* 1433. Ferè eadem habent alij. Nuncupatur *Generalis* XXIII. quod verum est, si à serie hac non excludatur Raymun. Vaquerius, de quo suprà.

Fit Episcopus Massilienſis.

Quæ scripserit.

XXIII. P. G. Ioannes Faci.

960. XXIII. Roqualio sub annum 1431. suffectus in Priorem Generalem fuit ab Eugenio IV. Reuerendissimus P. IOANNES FACI, Auenionensis, ob egregia pietatis, & doctrinæ merita, celebris: in Rauenspurgensi Capitulo Generali anno 1434. confirmatus fuit. Tempore conciliabuli Basilienſis, & schismatis, strenuè cùm suis laborauit pro ipso Eugenio IV. à quo, eiusque successore Nicolao Quinto, varias obtinuit concessiones, & priuilegia pro Ordine: quem gubernauit annis nouemdecim, scilicet vsque ad 1450. quo à dicto Nicolao V. vocatus fuit ad Episcopatum Regiensem in Gallia, sub Archiepiscopatu Aquensi. Sedis istius Antistes extitit annis quatuordecim, & exitum vitæ sortitus est anno 1464. Vitam eius compendio strinxit Simon Barthelius Regiensis Theologus in Chronologia Episcoporum Regensium, vbi cognominatur Ioannes Fassius.

Strenue laborat pro extinguēdo schismate.

Assumitur ad Episcopatum.

XXIV. P. G. Ioānes Soreth.

961. XXIV. Assumpto, vt diximus, ad Episcopatum Ioanne Faci indictum fuit Capitulum Generale Auenione celebrandum anno 1451. in quo paribus omnium votis electus fuit Reuerendiss. P. IOANNES SORETH, sanctitatis famâ, & litterarum scientiâ famosus, Pastor vigilantissimus, & Ordinis Reformator feruentissimus, ac propterea valdè celebratus ab omnibus nostris Historicis, synchronis, & posterioribus, atq; etiam exteris non paucis: duorum illustrium, qui eodem ferè tempore vixerūt, testimonia sufficient, nempe Abbatis Trithemij libro de Scriptoribus Ecclesiasticis,

Digitized by Google

cleſiaſticis, vbi hæc: *Ioannes Soreth, natione Normannus, Ordinis Fratrum Beatæ* MARIÆ *ſemper Virginis de Monte Carmelo, quintus & viceſimus* a *Prior Generalis: vir in diuinis Scripturis doctiſſimus, & ſecularis Philoſophiæ non ignarus, ingenio ſubtilis, eloquio dulcis, & clarus, vitâ & conuerſatione deuotus, & ſingularitèr religioſus & Sanctus, Carmelitici Ordinis decus gloria, ſplendor, & Reformator, qualem noſtra raro viderunt ſecula, rarius cernent ventura, totus Deo deditus, totus orationi & lectioni intentus contemptor mundi, amator, norma & ſpeculum monaſticæ conuerſationis, Angelicæ puritatis imitator, virtutum cuſtos, vitiorum acerrimus hoſtis. Scripſit præclari ingenij ſui multa commendanda Opuſcula de quibus extant ſubiectæ: Super ſententias lib. 4. Sermones varij, lib. 1. In Regulam Ordinis ſui, lib. 1. In eandem maius commentum lib. 1. Conſtitutiones ordinauit lib. 1. Scripſit & alia complura. Moritur Andegauis ſub Frederico Imperatore tertio & Sixto Papa. Anno Domini* MCCCCLXXI. *Indictione tertiâ* 8. *Calend. Auguſti.* Ferè eadem habet in libro *de Viris illuſtribus Ordinis Carmelitani*, vbi adiungit: *multis quotidie miraculis corruſcãs.* Wernerus Carthuſienſis in Faſciculo temporum circa annũ 1464. haud diſſimilia teſtatur: *Ioannes Soreth, Prior Generalis, ac Reformator Carmelitici Ordinis, Vir ſanctæ vitæ, & ſingulariter Chriſto fructificus, poſtquàm Carmelum totum viginti rexerat annis, Andegauis obijt, vbi quamplurimis nunc miraculis corruſcat.* Tantæ erat opinionis etiam apud exteros, vt cum electus eſſet in Generalem Ordinis, Rolandus Coziick celebris Doctor Prædicatorum coram plurimis tale ferret teſtimonium: *Carmelitæ*, inquiens, *elegerunt pro Priore Generali eorum vnum valentiorem Sacerdotem Eccleſiæ Dei.* Ioannes Brugmanus, Ordinis Minorum, per Germaniam clarus, è ſuggeſtu in publica concione, iſta aliquando Sorethij, adhuc ſuperſtitis, encomia publicabat: *Pater Sorethius Ouium ſibi commiſſarum vigilantiſsimus Paſtor, Vir vtique iuxta cor Dei, Diſpenſator fidelis non ſui modo Ordinis lumen, columenque, ſed reliquorum inſuper Mendicantium præſidium & immobile firmamentum.* Quid verò præſtiterit pro alijs Ordinibus refertur *in Annalibus Ordinis ad annos* 1456. & 1457. Variis in locis Monaſteria noua Monialium conſtrui curauit. Cùm ſingulares eius, & heroici virtutum actus breui compendio perſtringi nequeant duorum dumtaxat ſtrictim mentionem facimus. Calixtus Tertius ad Cardinalitiam dignitatem eũ euehere intendebat: reſtitit Sorethius, & Pontificis pedibus prouolutus, non priùs à lacrymis & precibus temperauit, quàm exaudiretur, & immunis fieret. Accidit aliquando Leodij, dum ibi eſſet, excitatorem noctuinum ſuo defuiſſe officio, & Matutinum horâ conſuetâ noctu non fuiſſe perſolutum. Clauſtralis diſciplinæ obſeruantiſſimus Pater in pœnam omnibus iniunxit, vt eo die ad terram proſtrati pane ſolùm, & frigidâ victitarent: Et vt ſuo cæteris præiret exemplo, ipſe, à culpa immunis, in eadem pœnitentia placuit ſe iungere ſocium. Vitam illius, inſigne prototypon Reformatorum, ſcripſit eiuſdem vitæ & viæ ſocius Walterus de Terra noua: quam politiori ſtylo redditam typis edi curauit R. P. Leo à S. Ioanne: in ea, ſimiliter in Speculo Hiſtoriali Boſtij, varia-

a Potius 24. quia ob hanc ſeriem nõ ingreditur Raymũd. Vaquer.

A virtutibus, & eruditione magnopere commendatus.

Miraculis illuſtratus.

Cardinalitiam ad dignitatem ne euehatur, exorat.

Obſeruãtiæ regularis, & humilitatis inſigne exemplum.

ſtij, varia ad eius ſepulchrum patrata miracula referuntur.

XXV P.G. Christophorus Martignonus.

963. XXV. In Comitiis Generalibus Aſtæ habitis anno 1472. concordi electione ſors Prioris Generalis cecidit ſuper CHRISTOPHORVM MARTIGNONVM, cuius vitæ epitomen ex Petro Lucio in Bibliotheca Carmelitana hæc eſt: *Chriſtophorus Martignonus, Brixienſis, ditionis Venetæ, vir egregius, & in omni virtutum, & ſcientiarum genere feliciſſimè verſatus, totius Carmelitici Ordinis Prior Generalis optimè meritus, & in obtinendis, quæ ad Religionis noſtræ decus, & ornamentum ſpectabant, ſedulus, & perquam diligens curator. Erat enim Summo Pontifici Sixto Quarto, ex Seraphico Franciſcanæ Profeſſionis Ordine, non ſolùm notus, & familiaris, verùm & vehementer gratus, & acceptus; vtpote qui eius gratiâ Carmelitis ingentia, ex Apoſtolica benignitate conceſſit: vt videre licet in diuerſis priuilegiorum Diplomatibus, tam typis euulgatis, quàm in Pontificum, & Ordinis noſtri archiuis reſeruatis, Tandem conſcriptis, dum per otium licuit, elegantiſſimis libris, Romæ in Conuentu Sancti Martini in montibus ad montem qui Chriſtus eſt Chriſtophorus commigrauit die 16. Maij anno 1481.* Sub annum 1473. à dicto, Sixto IV. deſtinatus fuit Legatus ad Imperatorem Fredericum.

Charus Sixto IV. Pontifici.

Ab eo magnū Priuilegiorū, & alia obtinet.

Legatus Pontificius ad fridericū Imper. deſtinatur.

XXVI. P. G. Põtius Raynaudus.

964. XXVI. Anno 1482. in Capitulo Generali Auenione PONTIVS RAYNAVDVS ex Prouinciali Prouinciæ Prouinciæ, & Vicario Generali, cõcordi ſuffragio electus fuit ſupremus Paſtor Ordinis: quẽ direxit annis viginti: interea quatuor celebrauit Capitula Generalia: tandemque ſenectute, & laboribus oppreſſus, carnis ſarcinam, ſpiritu ad ſublimia tẽdente, dereliquit anno 1502. prout *in Annalibus Ordinis* refertur: ibidem, ex Biſcarreto, annotatur, fuiſſe Doctorem Pariſienſem; eũ enim doctrinâ emicuiſſe conſtat, quòd in Capitulo Generali Cabilonenſi anno 1444. & Romano anno 1447. deſtinatus fuerit Lector Biblicus Pariſienſis.

Celebrauit 4. Capitula Generalia.

XXVII. P. G. Petrus Terraſſe.

665. XXVII. In Capitulo Generali Placentiæ anno 1503. vnanimi electione in ſupremum Ordinis Præſulem prouectus fuit Reuerendiſſimus P. PETRVS TERRASSE, natione Hiſpanus, patria Cathalanus, in diuinis Scripturis eruditus, Concionator celebris, humilis, blandus eloquio, modeſtus, & ſtrenuus in agendis: iam dudum tantæ authoritatis in Ordine, vt in Capitulo Generali Nemauſenſi anno 1498. inſtitutus fuerit Vicarius Generalis in Italia *cum plenitudine poteſtatis*, & poſt obitum Generalis Pontij Raynaudi Vicarius Generalis Apoſtolicus, authoritate Alexandri VI. cui valde gratus fuit: & propterea ab eo deſtinatus Commiſſarius, ſeu Collector Apoſtolicus in Ciuitate, & Comitatu Auenionenſi. Multa egit pro Ordinis reformatione, perſonaliter viſitando Angliam, Belgium, Galliam, Italiam, Siciliam. Erat illi hæc praxis (laudabilis ſanè) præcipua Acta annotare. Extat adhuc in Archiuio Tranſpontinæ liber eius MS. ad inſtar Diarij. Obijt ſub finem anni 1511. aut initium ſequentis: & exinde Magiſter Bernardinus Landucius (de quo paulò poſt) munus Vicarij Generalis exercuit, vſque ad proximum Capitulum Generale.

Magnæ in Ordine authoritatis.

Ab Alexãdro VI. mittitur Auenionẽ.

Quædam eius laudabilis praxis.

Digitized by Google

nerale. *Ex Annalibus, & Hiſtericis Ordinis.* a

966. XXVIII. Anno 1513. dum Concilium Lateranenſe celebraretur Romæ, ibidem in Conuentu S. Martini habitum fuit Capitulum Generale: & omnium ſuffragiis, demptis duobus, electus fuit is, qui iam antè ſexies fuerat Vicarius Generalis illuſtris Congregationis Mantuanę, ſcilicet Reuerendiſſimus Magiſter BAPTISTA MANTVANVS, abſens à Capitulo, clariſſimus eâ tempeſtate in Ordine Pater, à noſtris & exteris magnis encomiis celebratus, & quidem à Trithemio ſynchrono, in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis, in hunc modum: *Baptiſta Mantuanus Ordinis Fratrum Beatæ* MARIÆ *ſemper Virginis de Monte Carmelo: vir in Diuinis Scripturis eruditiſsimus: & in ſecularium litterarum ſcientiâ nulli ſecundus, Sacræ Theologiæ Doctor, Philoſophus inſignis, Poëta & Orator celeberrimus, ingenio excellens, ſermone diſertus, vita & conuerſatione præclarus, Latinæ linguæ decus, & Græcæ clarus interpres, metro excellens, & proſâ. Scripſit vtroq; ſtilo multa egregia volumina, quibus nomini ſuo per vniuerſum Orbem Chriſtianum famam celebrem acquiſiuit. E quibus ſubiecta,* &c. Lucubrationes eius ibi conſequentur recenſet, tandemque ſubdit: *Viuit adhuc in Italia celeberrimâ opinione vbiq; nominatus, & varia conſcribit, ſub Maximiliano Romanorum Rege, anno Domini quo nos iſta compleuimus* MCCCCXCIV. Iſti teſtimonio alterum ex Apparatu Antonij Poſſeuini ſubnectimus: *Baptiſta cognomine, Hiſpaniolus, ciuitate Mantuanus, quæ eſt in Gallia Ciſalpina (altera enim Carpentanorum, quæ eſt in Hiſpania, Madritum vulgo dicitur) inſignis Theologus, & Poëta verè pius, edidit Opera, quæ habet poſtrema editio Antuerpienſis à Laurentio Cupero recognita, & in quatuor Tomos diſtributa. Hæc autem continet &c.* (Omnia eius opera quatuor tomis comprehenſa ibidem ſigillatim refert) *Porrò natus eſt Baptiſta Mantuanus, Nicolao V. Pont. Max. anno* 1448. *vt ipſe teſtatur in Epitome ſuæ Vitæ. Obijt anno* 1516. *Ceſſit ſponte poſt triennium Generalatui Carmelitanorum. Eius integrum corpus extat Mantuæ apud Carmelitanos. Scripſêre in eius libros Commentaria Muto, Brantius, Aſcenſius, quæ Pariſijs edita ſunt anno* 1513. *De illo autem perhonorificum reddidêre teſtimonium, Ioannes Picus Mirandulanus, Ioannes Iouianus Pontanus, Beroaldus, Ioannes Trithemius, Petrus Lucius, Petrus Caniſius noſter, Cæſar Cardinalis Baronius, & plerique alij.* Ita Poſſeuinus. Sicut autem inuitus ad ſummum in Ordine faſtigium conſcendit, ita & vltroneus trienniò poſt deſcendit, abdicans ſe Generalatu, vt liberius Deo vacaret. Ad laborũ præmia euolauit anno 1516 die 20. Martij in Cœna Domini ætatis 68. vt ſcribit Petrus Lucius *in Bibliotheca Carmelitana.*

a Adan. D. 1511.

XXVIII. P. G. Baptiſta Mantuanus.

Variâ eruditione præſtantiſſimus.

Plurima ſcripſit.

Sæpius recuſa.

Et per varios illuſtrata cõmentarijs.

967. XXIX. BERNARDINVS LANDVCIVS *Senenſis, totius Ordinis noſtri Generalis, Theologus inſignis, & Philoſophus egregius: vtpote qui in vtroque genere ſcientiæ clarus effulſit. Complura conſcripſiſſe pro certo habeo, pauca tamen ex multis impreſſioni data vidimus, nimirùm de ſenſu compoſito, libellum magnitudine quidem exiguum, eruditione tamen grandem, & eximium, Reliqua quæ Scripſit ſcire non potui. Annus verò quo ad Generalatus culmen euectus fuit, erat* 1517. *tem-*

XXIX. P. G. Bernardus Landucius.

Vir eruditus, quæ ediderit.

Digitized by Google

pore Leonis X. Senis habitis comitiis Generalibus, officio cedente, morteq; sublato Reuerendiss. P. M. Bapt. Mantuano. Caterùm postquàm Bernardinus hic annis quinq;, & mensibus sex Generalatus Officium laudabiliter satis & dignè administrasset, magno Carmelitici gregis luctu, bonus, Pastor Romæ moritur, & in Conuentu S. Mariæ Transpontinæ veteris sepelitur. Ita Petrus Lucius *in Bibliotheca Carmelitana litterâ B.* Obijt autem anno 1523.

XXX. P. G. Nicolaus Andet.

968. XXX. In Capitulo Generali Venetijs anno 1514. inauguratus est Reuerendiss. P. NICOLAVS ANDET, natione Cyprius, Græcè pariter & Latinè eruditus, doctrinâ ac morum integritate conspicuus. Acceptus fuit Clementi VII. cui à confessionibus fuisse Scribit Cassanate: ab eo obtinuit duplex Diploma confirmatiuum *Bullæ*, & *Priuilegij Sabbatini* de quibus dictum *parte 3. cap. 36.* [a] Prioris initium est *Dilecti Filij, Nicolaus Andet Generalis*, &c. posterioris verò: *Ex clementi*, &c. *Sanè pro parte dilectorum Filiorum Nicolai Andet Generalis, ac Prouincialium* &c. Ordinem vniuersum singulari cum dexteritate aurigauit annis triginta octo in maxima temporum varietate, dum videlicet hæreses Lutherana, & Caluiniana Ecclesiam maximoperè perturbarent, & Ordini huic plurimos Conuentus integrasque Prouincias eriperēt, prout diximus superiùs. Senio grauatus, curisque exhaustus, Florentiæ ab hominibus demigrauit ad laborum præmia anno 1562.

[a] Num. 565.

Gratus Clementi VII.

Præfuit toti Ordini an 38.

XXXI. P. G. Ioānes Bapt. Rubèus.

969. XXXI. IOANNES BAPTISTA RVBEVS (vulgo Rosso) ex Illustri familia ortus Rauennæ, institutus Vicarius Generalis Apostolicus, deinde electus fuit in Capitulo Generali congregato an. 1564. Romæ in Conuentu S. Martini in Montibus, Præside S. Carolo Borromæo Ordinis Protectore: Theologus fuit insignis, Philosophus celebris, Græcè & Latinè doctus, sermone disertus: prout testatur Petrus Lucius *in Bibliotheca Carmelitana* vbi refert ea quæ elucubrauit, in Scripturam, Libros Phisicorum, nec non consulta varia, quæ ad eum ceu virum emunctæ naris, vt aiunt, acriq; iudicio præditum delata fuerunt: Scholia quoque adiecit Operibus Thomæ Waldensis, eaque typis mandauit. Pontificis Orator fuit ad Ducissam Vrbini. Ad alteram vitam emigrauit an. 1578. Casus notabilis in expugnatione Rauennæ, & expilatione Ecclesiæ Carmelitanæ, circa Sacram hostiam, & zelus V. P. Petri Ioānis Rubei, Baptistæ nostri Generalis consanguinei, refertur à Bzovio, & in Annalibus Ordinis ad ann. Christi 1512. Isti Reuerendissimo Patri plurimùm debet Congregatio PP. Discalceatorum, ipsius assensu, & fauore multùm prouecta; vt patet, tùm ex formula voti per S. Teresiam facti an. 1571. infrà referēda, [b] tum ex ipsius S. Teresiæ Vita per Franciscū de Ribera *lib. 2. c. 6.* vbi inter alia hæc, *Amplissimam illi, datis ad hoc litteris, potestatem fecit plura hinc indè paulatim, sicubi posset, condendi monasteria; quin etiam obedientiæ præcepto iniunxit, vt quàm posset plurima erigeret.* Et infrà: *Ipse etiam Generalis aduersùs calumniantium virulentiam, & obtrectationem omnium in re eam tutabatur, eiq;*

Variarum disciplinarū opibus præstans.

[b] Par. 7. c. 6.

S. Teresiæ multum iuuit in fundandis Monasteriis.

quæ

quâ poterat, variis in casibus, gratificabatur. Alia plura singularis dilectionis indicia ibi perspici poterunt.

970. XXXII. IOANNES BAPTISTA CAFFARDVS, Senensis, vir insigniter eruditus, cunctis comis & blandus, moribusque probatissimis præditus, ingenio acri, sermone composito: priusquàm ad tantæ dignitatis fastigium evectus esset, omne eruditionis genus satis feliciter coluit, multaque in Theologicis, & Philosophicis disciplinis elaborauit, atque conscripsit, eademque in diuersis Italiæ Collegijs docuit: præsertim super Sententias eruditè scripsisse doctissimasque Conciones per Quadragesimam composuisse fertur. Is anno 1580. in totius Ordinis Generalem electus, & confirmatus, ad optima quæque animum appulit. Anno 1584. Ordinis Breuiarium, ac deinceps Constitutiones atque Missalia (accedente nutu Sedis Apostolicæ) ad vnitatem redigere conatus est. Tandem plenus dierum, atque Virtutibus, annum agens circiter sexagesimum secundum, post innumeros terrà marique exantlatos labores, terrena perosus, cœlestia dona, quæ hactenus desiderauit, die 3. mensis Aprilis, anno 1592. sub Clemente VIII. Rom. Pont. est adeptus. Sepultus Senis, & ei apensum est hoc Epitaphium.

XXXII P. G. Ioãnes Bapt. Caffardus.

Quid premit iste lapis? Caffardi membra; Sepulchro
Clauditur & virtus? Non; nitida astra tenet.

Hactenus ex Petro Lucio, *in Bibliotheca Carmelitana.*

971. XXXIII. IOANNES STEPHANVS CHIZZOLA, natione Italus, Conuentus Cremonensis, exquisitâ eruditione præditus: qui ad Concilium Tridentinum, sub Pio Quarto, destinatus vices suas strenuè obijt, & præcipuis in Ordine perfunctus numeribus tandem in Priorem Generalem electus fuit anno 1593. in solemnissimis Comitiis Cremonæ habitis (in quibus communi Patrum consensu, & applausu, Congregatio Discalceatorum ab Ordine hoc, & antiqua obseruantia, sub certis conditionibus, segregata fuit (prout latiùs in sequentibus *b*) Scribit Philippus Metius *in Tractatu de Prioribus Generalibus Ordinis huius*, ipsum à Clemẽte VIII. in Hispaniam directum fuisse tamquàm Nuntium Apostolicum: cumque rigidiùs contra Episcopos quosdam processisset eorum incursisse odium, multaq; eâ occasione perpessum fuisse. Obijt Drepani in Sicilia ann. 1597. eius Scripta posteritati relicta referunt Lucius, & Possevinus.

XXXIII. P. G. Ioãnes Stephanus Chizzola. Sub eo Cõgregatio Discalceatorum ab Ordine separatur. a Par. 7. c. 6.

972. XXXIV. HENRICVS SYLVIVS Philosophus, Orator & Theologus excellens, Ordinisque amator, ac Reformator strenuus, Marianæ Religionis Archiphilax prodit: hic an. 1603. iussu Clementis VIII. Põtificis Max. ferè totam Galliam, Hispaniam, Italiã, Poloniam, vtramque Germaniam, Belgium, Burgundiam, Bohemiam peragrauit. Administrauit ille sibi commissam spartam taliter, vt sibi comparauerit laudem immortalem. Ita ferè Philippus Metius *in Tractatu de Prioribus Generalibus.* Quapropter inter præclariores Ordinis huius Præsules meritò referendus est.

XXXIV. P. G Henricus Syluius. Eruditione, & prudentiâ eminens.

est. Adscribitur Conuentui Astensi in Prouincia Lombardiæ. In variis Italiæ ciuitatibus publicè Sacram Scripturam, & Theologiam docuerat. Petrus Lucius in Bibliotheca Carmelitana hæc de eius Scriptis commemorat: *Scripsit Theologica, & Philosophica, & Sermones super Euangelia.* Pro Ordine, per bella & hæreses magnoperè depresso, restaurando, quid præstiterit commemorauimus in præcedentibus. [a] Pro Duce Sabaudiæ Orator fuit ad Summum Pontificem Clementem VIII. à quo Episcopatu donatus, ante consecrationem ad laborum præmia euolauit Romæ anno 1612. Vitam & gesta eius posteritati commendauit Franciscus Boërsius.

[a] Num. 582. 947. & 650.

Episcopatu donatur.

973. XXXV. SEBASTIANVS FANTONVS, natione Italus, patriâ Prænestinus, spectatæ pietatis, & eruditionis, Ordinis amator singularis, vti testis est Conuentus Prænestinus, inter præcipuos Ordinis meritò reputandus, per ipsum ædificatus à fundamentis, vnà cum insigni Ecclesia. Post mortem Henrici Syluij, indulto Apostolico institutus Vicarius Generalis, in Capitulo Generali Romæ, in Conuentu S. Mariæ Transpontinæ anno 1613. eligitur. Sui prædecessoris insistens vestigiis, disciplinæ regulari promouendæ operam dedit, & Reformationem in Turonensi Prouincia plantatam fouit, ac protexit: cui acceptam debet eadem Prouincia, & consequenter aliæ, facilitatam resumptionem natiui coloris grisei in habitu: quam faciendam efficaciter persuasit, & suauiter vrsit, ac suâ authoritate oppositiones repressit: prout testatur R. P. Leo à S. Ioanne in erudito Tractatu inscripto: *Typus vestis Religiosæ.* [b] Quod suus prædecessor Henricus Syluius pro vniformi & decentiori celebratione Diuini Officij inchoauerat, ipse perfecit, nempe Ordinis Ceremoniale recognitum, expolitum, & Romanæ Curiæ ceremoniis accommodatum, prælo mandari, ac per Ordinem publicari curauit, atque obseruari iussit. Obiit Prænestę anno 1623.

XXXV. P. G. Sebastianus Fantonus.

Reformationis strenuus promotor.

[b] Vide n. 649. & 667.

974. XXXVI. Anno 1625. in solemnibus Comitiis Generalibus Romæ condictis electus fuit GREGORIVS CANALIS, patriâ Venetus, nobili sanguine satus, exquisitæ vir prudentiæ, & insigni scientiarum culmine fulgens: postquàm Vicarij Generalis Vrbani VIII. authoritate munus exercuerat. Eius primum studium fuit, vniformem, exactamque procurare obseruantiam: & illum in finem Ordinis Constitutiones auctas, & recognitas excudi eleganter & promulgari fecit. Pro adscribendis B. Andrea Corsino Sanctorum Catalogo, & extatica Virgine Maria Magdalena de Pazzi Beatorum numero, tàm sedulò laborauit apud S. Sedem Apostolicam, vt intentum obtinuerit. Eidem debet multum Prouincia Belgica, in qua ipsius prudenti moderamine, & forti protectione plantata strictior Obseruantia, ab ingruentibus obiectarum difficultatum turbinibus tutata, adoleuit. [c] Singulariter dilectus ab Ordine, plenus dierum, & meritorum moritur Romæ, anno 1631. die 26. Iulij.

XXXVI. P. G. Gregorius Canalis.

Constitutiones auctas edi curat.

[c] Vid. nu. 651. & 652.

975. XXXVII.

Digitized by Google

975. XXXVII. Reuerendiſſ. Pater THEODORVS STRATIVS, natione Lombardus, patriâ Cremonenſis inſigni doctrinâ præditus, prout ſatis manifeſtant eruditus liber ab eo elucubratus de Indulgentiis, & Priuilegiis Confratrum Scapularis, Romæ editus, & Tractatus de Tertiariis huius Ordinis. Dudùm ſedulus valde Procurator Generalis Ordinis, poſt deceſſum P. Gregorij Canalij ab Vrbano VIII. inſtitutus fuit Vicarius Generalis, & poſtulante Ordine, ſequenti anno Prior Generalis; eò quòd ob bella graſſantia ægrè Comitia Generalia celebrari poſſent: quàm verò laudabiliter eo in munere ſe geſſerit, teſtimonio ſuo declarat præfatus Pontifex in Diplomate, quo, motu proprio, poſt expletum ſexennium, denuò ipſum confirmauit: in quo inter alia hæc de eo aſſerit. Quod *non ſolùm ſingulari prudentiâ, integritate, & iuſtitiâ Ordinem prædictum, toto ſui Generalatus tempore, cuius finis inſtat, laudabiliter rexerit; ſed etiam peculiari ſollicitudine, ſtudioque inſtaurandæ veteri diſciplinæ regulari incubuerit, & in hoc benedicente Domino, non parum profecerit.* Etenim eius tempore inchoata eſt Reformatio Taurinenſis, [a] & S. Mariæ della Vita. Eidem quoque acceptam debemus approbationem per Sedem Apoſtolicam Conſtitutionum Strictioris obſeruantiæ pro Conuentibus Reformatis, ſicut conſtat ex iſtis Bullæ SS.D. Vrbani VIII. (Statutis eiſdem præfixæ) verbis. *Sanè dilectus Filius* THEODORVS STRATIVS *Prior Generalis Ordinis* B. MARIÆ *de Monte Carmelo antiquæ Obſeruantiæ Regularis nobis nuper exponi fecit*, &c. Et infrà: *Ipſe* THEODORVS *Prior Generalis Reformationis huiuſmodi conſeruationē, propagationem, & augmentum, ſollicitis ſtudiis ex Officij ſui debito procurare cupiens, nonnulla Statuta, quæ ad maiorem vitæ perfectionem, & exactam Regularis Diſciplinæ obſeruantiam neceſſaria iudicauit, &c. condidit tenoris ſequentis.* [b] Obiit Piperni anno Domini 1642.

XXXVII. P.G. Theodorus Stratius.

Quæ ſcripſerit.

teſtimonium Pontificis, de felici eius regimine.

[a] De qua dictum n. 655.

[b] De iſtis Conſtitution. vide ſupra nu. 607.

XXXVIII. Poſt deceſſum præfati noſtri Præſulis, in eius locum; ſub titulo Vicarij Generalis, ſuffectus fuit, authoritate Apoſtolicâ, per Vrbanum VIII. Reuerendiſſ. P.M. ALBERTVS MAZZARIVS natione Italus, patriâ Mediolanenſis: qui anno ſequenti, die 5. Auguſti, cùm ob graſſantia bella difficulter Capitulum Generale conuocari potuiſſet, ab eodē SS. Domino inſtitutus fuit Prior Generalis: qui dùm ſollicitè boni Paſtoris munus obiret, &, ſuorum prædeceſſorum veſtigiis inſiſtens, Regulari Obſeruantiæ, ac Reformationi promouendæ incumberet, ex hac ad aliam vitam præmaturè abiit an. 1643 die 29. Octobris.

976. XXXIX. LEO BONFILIVS ab Vrbano VIII. Inſtitutus Vicarius Generalis eodem anno 1643. die 18. Decembris; deinde an. 1645. electus Prior Generalis, in Capitulo Generali, Romæ, in Conuentu S. Mariæ Tranſpontinæ: biennio poſt, à Chriſto nato 1647. die 20. Ianuarij morte eripitur Mazaræ in Sicilia, magno totius Religionis mœrore; quippe qui, iuxta nominis ſui etymon, verè magnanimus, & in rerum executione conſtans, rigorem clementiâ temperans, tamquàm Bonus Pater

XXXIX. P. G. Leo Bonfilius.

Filios suos in multas dispersos Prouincias, magno cum labore visitare pergebat; vt sic Regularem vbique disciplinam, ac Reformationem promoueret. De illo, eiusque prædecessoribus, meritò hæc scribit R.P. Leo: *Reuerendissimi, partim Generales, partim Vicarij Apostolici; Henricus Sylurius, Sebastianus Fantonus, Gregorius Canalius, Theodorus Stratius, Albertus Mazzarius hodieq; Leo Bonfilius, cen ad æmulationem, res minimæ huius obseruantiæ sincerè animis fouerunt, auxerunt, confirmarunt.* Certè id diuinæ tribuendum censemus prouidentiæ, quod dum Ordo per bella, hæreses, miseramque humanam fragilitatem depressus satis iaceret; vt erigeretur, zelosos, & strictiori Obseruantiæ introducendæ, ac propagandæ peculiariter studiosos Præsules, prouiderit.

P. Leo in delineat. Obseru. Rhed. c. 9.

XL. P. G. Ioannes Antonius Philippinus.

977. XL. In Capitulo Generali, Romæ habito anno 1648. in Conuentu S. Mariæ Transpontinæ electus fuit Reuerendiss. P.M. IOANNES ANTONIVS PHILIPPINVS Romanus. antè cum laude perfunctus Officio Procuratoris Generalis: de Ordine optimè meritus; quippe qui insignem Conuentum S. Martini in Montibus, veteribus mutatis ædificiis nouisque additis, commodiorem reddidit, annuis reditibus notabiliter auxit, ac præclaram illam Basilicam SS. Siluestri & Martini restaurauit, multiplici supellectile instruxit & tantoperè exornauit, vt vna ex spectatissimis sit Vrbis Romanæ, ac Ordinis. a De eadem Ecclesia insignem scripsit Tractatum, in quo latentis sacræ antiquitatis thesauros pandit: etiam Thusco idiomate dedit Vitam S. Angeli Martyris, exinde in Gallicum & Flandricum traductam, variisque locis typis editam. Pastoralis eius sollicitudo, promouendæ Regularis obseruantiæ zelus, pacificandi studium, ac rara prudentia singulariter emicuerunt in visitatione Ordinis per Italiam, Galliam, Belgium, & Germaniam. Expleto sexennio Generalatus, addictum Conuentum S. Martini secessit: vbi obiit anno 1656. die 7. Augusti.

a De ista Ecclesia, & Conuentu, vide suprà n. 472. & 614.

Ordinem visitando varias obit prouincias.

XLI. P.G. Marius Venturinus.

978. XLI. Romæ in Generalibus Comitiis, habitis in eodem Conuentu Transpontino 1654. in suprémum Ordinis Rectorem sublimatus fuit Reuerendissimus P. M. MARIVS VENTVRINVS, Prouinciæ Tusciæ, Conuentus Senensis (aliorum aliquot Generalium parentis) cuius tempore id notabile accidit, quod superiùs retulimus, b de SS. Domino N. Alexandro VII. qui ex huius nostri Patris Generalis manibus sacram vestem Marianam, Scapulare assumpsit. Haud deuians à tramite suorum antecessorum, fouendæ Reformationi pro posse institit.

b Nu. 615.

XLII. P.G. Hieronymus Ari.

979. XLII. Seriem hanc, pro hoc tempore claudit, qui nunc Ordini præsidet, Reuerendissimus P. MAG. HIERONYMVS ARI, qui postquàm præcipua in Ordine officia administrasset, Romæ ab annis multis Qualificator S. Officij, electus fuit hoc præsenti anno 1660. ipso festo Pethecostes in Capitulo Generali, in Cõuentu S. MARIÆ Transpontinæ congregato. Prouinciæ est Lombardiæ (secundæ Priorum Generalium

Digitized by Google

lium matris) & alumnus Conuentus Astensis, vndè alij non pauci, pietate, & eruditione spectatissimi prodierunt qui commemorantur à Ven. P. Lezana in Annalibus Ordinis ad annum Christi 1269. vbi inter alia hæc scribit de Astensi Cœnobio: *Illud valdè nobilitauit Henricus Syluius*, &c. *Nobilitatur præterea Viris, & Magistris insignibus, specialiter Hippolyto de Rubeis* &c. *ac modo superstite Hieronymo Ari, post Commissariatus, & Procuratoriæ Generalis munera, nunc in Vrbe Sanctæ Romanæ Inquisitionis à qualificationibus* a Consecro hîc Silentio cætera huius nostri Præsulis decora, apprecorque, vt

Antea præcipuis in Ordine functus officiis.

a Vide alia de eo, num. 622. & 656.

Protegat Omnipotens, pietatis munere: nobis
Longæuum & præstet, quem dedit esse PATREM.

980. Erunt fortè qui in hac serie huic nostro Grauissimo Patri adscribent numerum XLIII. ij scilicet, qui supradictum Raymundum Vaquerium huic classi interserunt: quibuscum contentiosè agere nolumus Verumtamen, ob rationem suprà allatam, inhærere hac in re maluimus vestigiis Annalistæ nostri eximij Patris de Lezana *in Annalibus*, & eruditi Scriptoris Michaelis de Muñioz *in Propugnaculo* ELIÆ, qui Romæ scripserunt, atque Ordinis Archiuium inspexerunt: ac propterea certiora sequi potuerunt. Notandum quoque hic, id quod *in Annalibus Ordinis, ad annum Domini* 1379 (vbi de Præsulatu Michaelis de Bononia) scribit Lezana: „ Aliqui, inquit, Ordinis nostri historici nec hunc Michaelem „ de Bononia, nec alios qui tempore schismatis Ordinem rexêre, inter „ Generales connumerant. Sed sanè immeritò: & si enim ij Ordinis „ Generales, qui sub Pseudopontificum obedientia degebant, à vero „ Generalis titulo arceri iure possunt *b*, ij verò qui sub legitimo Papa „ Ordinem regebant, legitimi etiam Religionis Præsules appellare debent. „ Eadem ferè annotantur *in iisdem Annalibus* ad annum 1386. vbi de Reuerendiss. P. Ioanne Raudensi.

Nota, circa numerum Reuerendiss. PP. Generalium.

b Vt de Raymundo Vaquerio est dictum n. 957.

CAP.

CAPVT IX.

De antiquo Instituto Religiosarum Virginum, in Lege Veteri initiato, & in Noua consummato, multaq; sanctimonia decorato.

Religiosa fœmina in veteri Lege.

981. NOminatissimus Chronographus Gilbertus Genebrardus satis indicat sub Lege Veteri viguisse etiam institutũ quoddã Religiosarũ fœminarum *a in Tractatulo de dogmatibus fidei*, cuius initiũ est: *Quintâ ætate pietas, & religio floret, & illustratur per innumerabiles Prophetas*, sub titulo: RELIGIOSORVM VITA, ET VOTA, ET INSTITVTA VARIA: vbi sic scribit: *Filij Prophetarum in Bethel, in Iericho, &c.* ELIAS *vir pilosus, zona pelliceâ accinctus, & Eliseus hanc vitam illustrarunt.* Et infrà: *Holda Prophetissa, quasi Abbatissa habitans in* MILLO *id est Collegio, vel domo doctrinæ.*

a Lib. 1. Chronograph. sub finem.

Fuerunt etiam aliæ quædam similes Prophetissæ, seu Prophetides, Prophetici Eliadum Instituti cultrices, prout *b* variis locis tradit Lezana. Verùm licèt simul, collegialiter, aliquę vixerint, quæ tamen castitatem perpetuam non seruarunt (quod satis constat de Holda, quæ dicitur vxor Sellum) non absolutè *Religiosæ*, seu *Moniales veteris legis*, sed potiùs *quasi Religiosæ*, dici possunt: sicut de quibusdam Rechabitis, aut Filiis Prophetarũ, qui matrimonio iungebantur, diximus *par. 3. cap. 9.* *c* Et ita nunc sunt Tertiariæ Ordinum Religiosorum.

b To. 1. & 2. Annal.

c Nu. 312.

Etiam collegialiter viuentes.

982. Probabilè verò omninò est, etiam in veteri Lege aliquas Virgines, seu viduas, collegialiter *in castitate* vixisse: vt varij colligunt, ex illis *Machabæorum d* verbis. *Virgines, quæ conclusæ erant, percurrebant ad Oriam.* De quibus S. Ambrosius, *lib. de Virginibus* Scribit: *Etiam in templo Ierosolymis fuisse legimus Virgines deputatas.* Et Torniellus: *e Oportet*, inquit, *in templo extitisse locum, seu loca quædam, ad perpetuam, vel temporalem quarundam Virginum, mulierumq; Religiosarum habitationem*, &c. Salianus quoque *f* de istis scribens ait: *Videntur enim fuisse, quantùm rudia illa tempora ferebant, quasi Moniales Domino consecratæ.*

d Lib. 2. c. 3.

e Sub an. mundi 4030. nu. 14.

f To. 3. sub an. mund. 2909. nu. 10.

Claudius Spinceus libro *de continentia g* istis sic adstipulatur: *Vt in Anna Phanuelis antè diximus, Hebræorum ritu Deo consecratæ, eiusq; cultui ministrantes tùm quædam Virgines, tùm viduæ nuptui non elocabantur.* Quod & Petrus Crespesius *in Summa Catholicæ fidei* multorum authoritatibus declarat: *Et quidem*, inquit, *ante Christi passionem Deo dicatas Virgines in templo referunt clarissimi plerique historiographi: & confirmant Ambrosius libro memorato de Virginibus*, &c. *Germanus Constantinopolitanus Oratione encomiasticâ in B. Virginem Mariam,*

g Lib. 4. c. 5.

Digitized by Google

MARIAM, *dum in templo oblata est à parentibus, Gregorius Nicomediensis oratione in eamdem festiuitatem.* Illas autem Virgines aliquale votum emisisse, satis persuadet ratio, quam Franciscus Costerus *in Euangelio Dominicæ post Christi Natalem* assignat: *Intelligebant quoque opus pium ex voto factum longè esse melius, Deoq; magis placere, quàm si illud sine voto fieret. Et quidem hoc scieba nt mulieres veteris Testamenti, & pudicitiam suam vouebant Deo, vt totæ eius essent.* Cuiusmodi autem fuerit votum illud, & qualiter obligaret, declarat Lorinus [a] in illud *Numerorum* 30. *Mulier si votum vouit.* &c. His verbis: *Cum puellæ emitteret votum Virginitatis, aut pater sciebat, aut non? si nesciret; tenebantur puellæ semper obseruare votum, quousque patres scirent, & repugnarent: & si contrairent, habebantur tamquàm violatrices votorum: si autem pater cognouisset votum, aut repugnabat, aut non? si non repugnabat; tenebatur puella obseruare votum, & erat simpliciter validum.* Hunc quoque morem Gentes, diaboli (simiæ instar, Dei cultum sibi arrogantis) instinctu; ab Hebræis mutuatæ, Virgines habuerunt Vestales: & etiam inde confirmantur iam dicta de Virginitate, eiusque voto antè Euangelium: ecquis enim sibi persuadeat, olim tùm inter ethnicos, cultum Dæmoni fuisse exhibitum per Virgines, & non Deo vero inter fideles?

Castitatē seruabant ex aliquali voto.

[a] Qu. 12.

Id imitati sunt Ethnici.

983. Thomas Hurtado *in Resolutionibus de vero Martyrio fidei* sub titulo *de Sanctimonialium choro*, antiquitatem instituti Religiosarum Virginū, tam sub veteri, quàm noua Lege, collegialiter viuentium, & in orationibus, psalmodiis, ieiuniis, ac vigilijs Deo seruientium, pertractans, sic inter cætera: *Quàm antiquus sit Sanctimonialium Chorus, in quo sacrificium laudis Deo deferebant, siue Virgines essent, siue Viduæ, templo Dei dicatæ, mihi videor manifestissimè colligere non solùm ex sacra pagina, verùm etiam & Patrum, & Historiarum clarissimis testimonijs.* Quæ ibi consequenter producit, & propterea hanc statuit assertionem: *Erat igitur in templo quasi Monasterium fœminarum, quæ expeditæ mundialibus curis, totæ erant traditæ diuino seruitio in ieiuniis, psalmodia, orationibus, & mundiciâ templi & tabernaculi occupatæ. Ita tenent Origenes Tractatu 26. in Matthæum:* „ Venit ad nos traditio talis, quasi sit aliquis lo- „ cus in templo, vbi Virginibus quidem existere licet & orare Deum; ex- „ pertæ autem thorum virilem non permittebantur in eo consistere. „ *Idem docet Cyrillus Alexandrinus, Nyssenus, Theophilactus, Cedrenus, & alij, quos refert, & sequitur Canisius lib. de B. Virgine cap. 12. & quidem hoc Cœnobium extitisse apud Hæbræos, clarè colligitur ex cap. 38. num. 8. vbi dicit textus:* FECIT ET LABRVM ÆNEVM CVM BASI SVA DE SPECVLIS MVLIERVM, QVÆ EXCVBABANT IN OSTIO TABERNACVLI *& Chaldæus docens, quæ essent illæ excubiæ, vertit; quæ orabant per vigilias noctis, cantantes,* ET LAVDANTES DOMINVM. Cornelius à Lapide in eundem locùm Numerorum commentans annotat, quòd pro QVÆ EXCVBABANT, septuaginta vertant, QVÆ IEIVNABANT. Chaldaicus autem textus habeat: QVÆ ORABANT. Deinde subdit: *Erant ergo, inquit Rabbi Abraham, in Israël mulieres Deum colentes,*

Digitized by Google

quæ, spretâ mundi vanitate, soli Deo placere studentes, sua speculà Domino offerebant; veniebantq; per singulos dies ad ostium tabernaculi, vt orarent & audirent Dei præcepta, quod postea fabricato solenni hoc tabernaculo, & præsertim exstructo templo, magis in vsu fuit: tunc enim certa ad ostium vel ad atrium tabernaculi habitatio constructa fuit huiusmodi piis mulieribus, deditis orationi, ieiunio & seruitio tabernaculi, qualis fuit Anna Prophetissa, Lucæ 2. & de hisce loquitur Script. 1. Reg. 2. & 2. Mach. 3. inter has vixit & educata fuit Beata Virgo MARIA, *postquam trieuis præsentatata fuit in templo. Erat hic quasi cœtus religiosus feminarum deuotarum illius temporis, qui quasi typus erat & vmbra nostrarum Religiosarum, quæ meritò ab hisce originem & antiquitatem suam arcessere possunt. Quin & Gentiles similem instituerunt cœtum Virginum; quæ excubarent in phanis, & sacrum ignem custodirent, vnde & Vestales dicebantur. Ergo militantium exercitus est Virginum Religiosarum multitudo, quæ in cœnobiis, templisq; in ipso ætatis flore præsentatæ Deiparæ Virginis vexillum sequuntur.*

Locus Virginum Deo dicatarum erat iuxta templum.

984. Igitur id verissimum & certissimum videtur, adeò vt nemo inficiari possit, fuisse circa templum Salomonicum loca eiusmodi pro fœminis Deo dicatis, seu diuino cultui mancipatis, quæ vel à parentibus oblatæ erant, vel seipsas, adultâ ætate, deuouebant, tutè & honestè custodiendis accommodata, instar Monasterij: sicut nunc ferè inter Religiosas Virgines, quæ in Belgio florent, & dicuntur Begginæ, obligatæ ad castitatem quamdiu morantur in Asceterio, idque ex voto, saltem ad tempus. Inter eas vna fuit sancta illa vidua ANNA PROPHETISSA *filia Phanuel, quæ non discedebat de templo, ieiuniis & obsecrationibus seruiens, nocte, & die.* Quam S. Cyrillus Ierosolymitanus *a*, Baronius *b*, & alij, *religiosissimam Monialem* appellant: vnde & inter Prophetici Ordinis alumnas eam nonnulli recensent: quod etiam confirmat nomen *Prophetissæ*, quo illam S. Lucas apellat; eo enim nomine in sacris litteris quandoque designari *Prophetica professionis*, seu *Instituti* homines, dictum est *par. 3. cap. 11. c* Eo etiam sensu *in Actibus Apostolorum cap. 21.* intelligendum videtur: *Huic autem* (Philippo) *erant quatuor filiæ Virgines prophetantes*, hoc est, psallentes, orantes, Deoque laudes concinentes, tamquàm scilicet Prophetici instituti sectatrices. Vide *p. 3. c. 1.* sub initium. Vbi dictum est, vesbum *Propheta*, in sacris litteris quàdoque idem significare quod *psallens*, seu *psaltes*, siue peculiari ratione Deo seruiens.

a Catechesi 10.
b Tom. 1. Annal. ad an. Chr. 1. *c* Nu. 317. & 318.

Virginitas istarum nõ præiudicat primatui Virginitatis Deiparæ.

985. Animaduertendum autem, illà nullatenùs aduersari testimoniis Patrum, quæ Beatissimam Virginem Deiparam *primiceriam castitatis, & Virginitatis* nuncupant; Dicendum enim, istas Virgines non nisi ad tempus vouisse Virginitatem; cùm Beatiss. Virgo ad perpetuam Virginitatem, fœminarum prima, se Deo consecrauerit; vel ipsarum votum solùm fuisse conditionatum & imperfectum, quatenus rudis illa lex patiebatur, Beatissimæ autem Virginis omninò, & vndequaque, omnibusque numeris absolutum.

Ipsa

Ipsa autem benedicta Puella Virgo MARIA, trimula cum esset (teste Euodio Episcopo apud Nicephorum *lib.2. cap 3.* & ita passim alij) à piis parentibus ducta fuit ad templum: vbi, sine vllius leuantis, seu ducentis manu, quindecim templi gradibus, ascensu superatis, Deo fuit præsentata, & oblata ac deinde introducta in locum, domicilium, seu Collegium destinatum. Ibi inter Virginum, Viduarumue, Deo deuotarum, choros, Deo vacans, cæteris *forma virtutis effecta*, vt de ipsa dicit S. Ambrosius *a* tamquàm expressum vitæ Religiosæ exemplar præfulsit, eminentissimâ vitæ suæ ratione, quidquid in Esseno, Eliano Instituto perfectionis erat, amplexata. Etenim de *Castitate* eius non est quod loquamur; cùm dicatur & sit *Virgo purissima, Reginaque virginum*, &c. Virginitatemque suam voto consecrauerit Deo, aut ipso Conceptionis instanti (vt aliqui sentiunt) aut certè in tenella illa ætate, quandò templum ingressa fuit. *Paupertatem*, quam etiam postea exercuit, an non satis testantur stabulum, præsepe, duo pulli columbarum? *Obedientiam* perfectissimam, & subiectionem exhibuit, dum habitaret in templo, Sacerdotibus, postmodùm autem sponso suo Iosepho, licèt illo incomparabiliter dignior. *Abstinentiæ* autem, *humilitatis*, & *mortificationis* magistra effecta, pro quotidiano exercitio habebat *orationem, meditationem, contemplationem, iugemq; cum Deo conuersationem.* Hæc laborem manuum antecedebant, comitabantur, subsequebantur: prout ex eodem S. Ambrosio, & alijs Patribus habetur, & specialiter ex Opusculo Ioannis de Bachone, quod dedimus hîc supra. *b*

a Lib. 2. de Virgin.

Exemplar fuit religiosarum Virtutum.

b Par. 1. pagina, & nu. 36. & seq.

986. Postquàm igitur Regina Virginum & primiceria inter fœminas, Virginitatis vexillum extulit, mox & aliæ quàmplurimæ secutæ sunt. Quòd autem etiam collegialiter, seu reclusæ, in Monasteriis, ab exordio Ecclesiæ aliquæ extiterint Virgines, in primis constat ex Philone *c* referente, & commendante mores, ac vitæ institutum Essenorum, in primordiis Ecclesiæ Christianæ; vbi eos vocat *Therapeutas & Therapeutrides.* Quòd verò ab inuicem separatim in diuersis cœtibus, seu collegiis, siue Monasteriis degerent, testatur his verbis: *Separatis virorum, & mulierum cœtibus; nam mulieres quoque simul auscultant ex more dumtaxat, quæ Institutum idem sectantur.* Et de castitate fœminarum subdit: *Per totam vitam contempserunt voluptates corporis, nimirùm diuinæ, non mortalis prolis cupidæ, quam solæ Deo charæ animæ ex seipsis pariunt, excipientes pro semine intelligibiles patris radios.* Philonem autem in illo libro agere de Religiosis, seu Monachis, constat ex dictis *par. 3. cap. 4.* & confirmatur ex Cardinali Bellarmino *tomo 1. Controuersiarum libro de Monachis cap. 5.* vbi ex Patribus ostendit, in primitiua Ecclesia viguisse Institutum Monasticum: *Quinto probatur ex Philone Iudeo, qui etiam Dionysio Areopagita fuit antiquior. Philo igitur, libro de vita contemplatiua supplicum, prolixè admodùm describit vitam, & mores Monachorum, & Sanctarum Virginum.* Ibidem paulò superiùs hæc habet: *Tertiò probatur ex Cypriano, & Tertulliano, qui etiam antiquiores Dionysio Papa fuerunt, scribit enim*

Post eam in Ecclesia primordiis Virgines multæ reclusæ.

c Lib. de vita contempl.

Tertullianus librum de velandis Virginibus, & Cyprianus, Tertullianum secutus, scribit librum eiusdem argumenti, quem de habitu Virginum inscripsit. Vterque autem loquitur de Virginibus religiosis, & per solemnem professionem Deo consecratis. Nam Tertullianus distinguit in eo libro inter Virgines mundi, id est seculares, & Virgines Dei, id est Sanctimoniales.

Et sanè tempore Apostolorum, ac seculis proximè sequentibus, monasteria non pauca Virginum fuisse, indubitatum quoque est ex iis quæ habet Cardinalis Baronius Annalistarum Princeps *ad annum* 301. [a] vbi *ex Sanctorum Martyrum Actis fidelissimis*, vt loquitur, mentionem facit *de Asceteriis, seu Monasteriis*: de quibus subiungit: *Errore decepti multi putant, non nisi à temporibus Constantini fuisse eiusmodi res, & nomen inuentum: nam præter illa, quæ superiùs dicta sunt, cùm de Essenis actum est, & quæ de existentibus temporibus Apostolorum Collegiis Virginum testificatione Ignatij, à nobis etiam paulò ante citati, narrauimus*, &c. Ibi consequenter cum ex Eusebio de Asceteriis virorũ egisset, subiungit: *Quod si virorum, multò magis sanè sacrarum Virginum erant, quas timor, facilis lapsus, & Virgineus pudor magis includi debere suadent.* Et infrà. [b] Hæc subiungit: *Quod audis de Monasterio Virginum: haud id tibi videatur esse nouum, quandoquidem iam diu antè & S. Ignatius, Apostolorum discipulus, meminit de Collegiis Virginum, suo tempore existentibus. At de his plura superiùs.* Sanctus autem Ignatius *in Epistola ad Philadelphios*, ibi eiusmodi Asceterium Virginum extitisse satis denotat istis verbis: *Saluto Collegium Virginum.*

[a] §. Reddemus.

[b] §. Quod audis.

987. Aliquantò post, sub medium seculi secundi, Pius Primus hoc edidit Decretum, circa Virginum, seu Sanctimonialium consecrationem: *Virgines non velentur ante viginti quinque annos ætatis, nisi fortè necessitate periclitantis pudicitiæ virginalis. Et non sunt consecrandæ, nisi in Epiphania, & in Albis Paschæ, & in Apostolorum Natalitiis, nisi causâ mortis vrgente.* Habetur *tom. 1. Conciliorum* inter Decreta Pij Primi. Antiquissimi quoque Patres, Tertullianus, Cyprianus, Ambrosius, Hieronymus, & alij, plura scripserunt de velo, habitu, moribus, & norma viuendi sacrarum Virginum: quæ quidem tempore S. Ambrosij in tanto erant numero, vt *lib. 3. de Virginibus* asserat, non pauciores in Oriente Deo consecrari, quàm in Occidente nascerentur. Quod incredile non videbitur, si quis recolat relata à nobis hîc suprà *par. 3. cap. 18.* de S. Iuliano, Patre decem millium Monachorum, & S. Basilissa eius coniuge, Matre multarum Monialium circa annum Domini 280. & ex Ruffino [c] de decem millibus Monachorum, & viginti millibus Virginum Sacrarum, intra, & circa vnam ciuitatem Thebaides, *Oxyrinchum* nuncupatam.

De velandis Virgin. quid decreuerit Pius Papa I.

[c] Lib. 2. de Vitis Patrum c. 5.

[d] Par. 1. tit. 6. c. 19.

988. Hanc vitæ rationem sectatæ sunt imprimis SS. Maria Magdalena & Martha, de quibus S. Antoninus [d] hæc refert: *Denique B. Maria Magdalena, diuinæ contemplationis auida, asperrimam eremum petiit, & in loco diuinitùs præparato, triginta annorum spatio hominibus incognita mansit.* Et de S. Martha [e], *Congregatâ ad eam magnâ multitudine mulierum ad seruiendum*

[e] Cap. 20.

dum Deo, asperam vitam duxit, carnem non comedens, nec oua vel caseum : vinum non bibens: semel in die comedens: centies in die, totidem nocte, genua in oratione flectebat. Eadem ferè in vita S. Marthæ leguntur apud Petrum de Natalibus: *Ibi igitur Martha de licentia S. Maximini & Sororis, remansit; &, Sororum multarum congregato conuentu, Ecclesiam in honorem Dei Genitricis ædificauit, Monasteriumque construxit, ibiq; orationibus, & ieiuniis quotidiè vacabat, & mirâ se pœnitentiâ affligebat.* De SS. MARIA MAGD. & MARTHA

Similia habentur in Breuiario Carmelitano antiquo, in festis earumdem SS. Magdalenæ, & Marthæ. Particulariùs exprimit Palæonydorus[a] loquens de fœminis sanctissimæ Virginis Deiparæ sodalibus, & Prophetici Instituti assectis: *Inter istas erant illa beatissima Maria Soror Lazari, & Martha. Hæ postquam fuissent in Terra Sancta cum gloriosissima Virgine Maria, & Carmelitis religiosè conuersatæ, venientes in territorium Aquense eamdem vitam continuarunt. Maria solitaria annis triginta eremum incoluit. Martha verò duo construxit Monasteria, vnum Virorum, aliud Virginum de quo Vincentius lib. 10. Historiarum cap. 100.* Concinunt etiam alij historici nostri apud Lezana[b]: Qui in eodem, & sequenti tomo, Monastici Instituti historiam contexẽs; etiam Sanctimoniales, seu Virgines Deo Sacratas, in Monasteriis reclusas, quæ sanctitatis titulo magis insignes, ac celebres, per quatuor prima post Christum secula, & deinceps, efloruerunt, commemorat: quarum aliquas hic sub compendio recensebimus.

[a] Lib 2. c. 2.

[b] Tom. 2. Annal. ad ann. Chr. 48.

989. Ad annum Christi 40. scribit de Monasterio Monialium Toleti, per S. Elpidium erecto: de quo etiam egimus *par. 3. cap. 14.*[c] Sub finem primi, aut initium secundi, seculi in lucem prodiit Mirabilis Virgo VENERANDA, quæ in infantia ab Agathone & Polita piis parentibus Deo oblata, sanctitatis futuræ specimen clarissimum præbuit; nam Monasterium ingressa, & Monasticen professa, in sacræ Religionis exercitiis adeò mirabiliter profecit, vt summo desiderio martyrium sitiens, diuinitùs inspirata, Hebræis & Gentilibus Christi fidem annuntians, & signis, ac prodigiis confirmans, plurimos infideles conuerterit. Tandem comprehensa, post dira tormenta, *in lebetem aneum, pice & oleo liquentibus plenum missa, & nil læsa, pro cunctis se inuocantibus exorans, audiuit vocem de cœlo, se exauditam. Sicque conuersis ad Christum 990. viris, capite cæsa est.* circa annum Christi 143. Hæc ex Petro de Natalibus Episcopo Equilino, & aliis. Seculo tertio sub initium altera non minùs admirandæ vitæ Virgo & Martyr effloruit S. EVGENIA, quæ sub virili veste latens cum suis eunuchis Proto & Hyacintho Monachalem induit habitũ in Monasterio Alexandrino: quod, iuxta Baronium, *ad annum 188.* erat Monachorum Essenorum his verbis: *Eugenia in Christum credens, nuptias auersata, vnà cum fidelibus eunuchis Protho & Hyacintho secedẽs, virili habitu delituit inter Monachos, quos Essenos à Philone dictos esse, superiùs demonstrauimus.* Quæ quidẽ superiùs relata, & explicata opportunè hîc repetenda videbantur; vt appareat, iure eã hic

[c] Nu. 348. *De S. Veneranda infideles prodigiis ad fidem perducente.*

Et S. Eugenia sub virili veste inter Monachos delitescente.

à nobis prout etiam ab aliis historicis nostris, inter S.P. Eliæ propagines referri, cùm fuerit inter Essenos, posteros Eliæ & Elisei. Plura de ea videri poterunt *par.3.cap.18.*

De S. Syncletica Religiosarũ speculo.

990. Seculo vno posterior fuit Virgo clarissima Syncletices: de qua Luitprandus vetustus Scriptor in Historia, dicta *Aduersaria Luitprãdi*, scribit: *Videre potui vitam S. Syncleticis Virginis & Abbatissæ Ægyptiæ (cuius dies festus est quinta Ianuarij) hanc Scripsit S. Pontifex Athanasius, vt quemadmodùm Monachi habent speculum in Antonio, Sacræ Virgines eam tamquàm speculum intuerentur. Dicitur fuisse mulierum Virginum Professionis Propheticæ, & Carmeliticæ parens.* Ex nostris authoribus Bostius, Palæonydorus, Coria & alij, referunt, eam fuisse Præfectam Monasterij Monialium S. Sepulchri Ierosolymis, à D. Helena erecti. Apophthegmata ab ea prolata varia, selecta, ascetis vtilissima referuntur *lib.5. in Vitis Patrum*: vndè, instruendo & perficiendo lectori, tria excerpta hîc adscribimus. *Primum*: pro quiete in vno loco, & contra Religiosos vagè discurrentes, ac excursantes: *Sicut gallina, si dereliquerit ova sua fota, sine pullis ea exire facit; ita Monachus, vel Virgo frigescit, & mortificatur in fide, de loco ad locum transeundo.* *Secundum*: Commendatio paupertatis: *Sicut sortia vestimenta dum calcantur, & pedibus sæpiùs seuersantur, lauantur, atque incandidantur; ita sortis anima per voluntariam paupertatem amplius confirmatur.* *Tertium*: Oratio, & Ieiunium media castitatis, & remedia contra cogitationes sordidas: *Sicut acrioribus medicamentis expelluntur venenosa animalia: ita cogitationes sordidas ieiunium cum oratione depellit ab anima.* Apud eumdem Luitprandum *num.100.* de alia Virgine S. Leocadia (quæ eâdem ætate vixit) hæc referuntur: *Sunt qui putant, quod & ego credo, S. Leocadiam Monialem fuisse Ordinis Carmelitani, quem Ordinem Monachi Carmelitani, ad fidem Christi conuersi, in Hispaniam, intulerunt: ex quibus fuit Elpidius primus Toletanus Præsul à S. Iacobo constitutus.* De illa celeberrima Deo sacrata Virgine, Toletanæ ciuitatis singulari decore, & Patrona, ac Vitæ ejus Scriptoribus plura habet Lezana. *a* Scribit item *b* verisimiliter Essenorum instituto accensendas illas quadraginta Virgines Moniales Martyres, quas Licinij persecutio de medio sustulit Anno 316. de quibus *in Menologio Græcorum ad diem 1. Septembris* hæc habentur: & à Baronio *sub annum 316.* referuntur: *Natalis Sanctarum quadraginta mulierũ Martyrum, Virginum, & Monialium & Ammonis Diaconi, earum Magistri.* Vndè patet, tunc copiosos fuisse Virginum Monialium choros. Quod confirmatur ex præfata historia SS. Iuliani, & Basilissæ.

Eius axiomata seu apophthegmata.

a Tom.2. Annal. ad an. Chr. 301.

b Tom.2. Annal. ad an. 316.

991. Circa annum Christi 417. sanctitate celebris erat S. Sara: de qua hæc scribit Lezana. *c* *Florebant etiam hoc tempore in Eliadum Sanctimonialium Cœtu Virgines plures Christo Sponso meritis, & vitâ associatæ. Inter eas Clarissima fuit vna Sara nomine, quam ex Ierosolymitano Dominici Sepulchri cœnobio à Ioanne nostro Antistite ad Cyrillum Alexandrinum Præsulem (ipso expostulante vt præesset Virginum Cœnobio ea in vrbe ab ipso, iuxta dicta superiùs extructo) transmissam*

c Tom.3. Annal. ad istum annum.

De S. Sara.

missam fuisse, tradit noster Bostius a *& sequuntur Palæonydorus* b. *Coria* c *cum aliis posterioribus.* De ea [d] narratur, quòd per tredecim annos à fornicationis spiritu fortiter impugnata, numquam orauerit, vt recederet à se turpis illa pugna, solùm dicere solita: *Domine, da mihi fortitudinem.* Cùm aliquando illam infestiùs tentasset, ipsaque viriliter restitisset, apparens ei idem fornicationis spiritus dixit: *Tu me vicisti, Sara*; & illa: *Ego non te vici, sed Dominus meus Christus.* Mirabilissimum quoque illud de ipsa eodem libro [e] refertur, quòd, scilicet, cùm sexaginta annis habitasset suprà alueum fluminis (Nili videlicet, quo in loco Cyrillus hoc Cœnobium condiderat) *nunquàm inclinata est, vt flumen ipsum aspiceret.* O prodigium sanctitatis, vanæ curiositati, etiam Virginum Deo Sacrarum, suprà modum contrarium! Hæc Lezana.

a Lib. 5. c. 19.
b Lib. 2. c. 4. & 7.
c Lib. 9. c. 19.
d Lib 5. Vit. Patrũ libello 5. nu. 10.
e Libell. 7. nu. 19.

992. Eôdem penè tempore in Thebaide omnigenæ virtutis splendore effulsit S. EVPHRASIA: quæ ab anno 12. ætatis semel dumtaxat in die sub vesperam cibo se reficiebat: & licèt clarissimis progenita esset parentibus, ipsum Imperatorem Theodosium consanguinitate attingentibus, humillima tamen Religionis obsequia hilari obibat animo: *triclinia mundabat, cubicula Sororum sternebat, aquam ad coquinam ipsa portabat.*

S. Euphrasiæ *mirabilis abstinentia. Eiusdem humilitas.*

Aliquantò post, heroico, & mirando, non imitando facinore, S. EVPHROSYNA, Deo inspirante, sub virili veste latitans, Monachorum, Eliani Instituti, ingressa Monasterium, ibi in cella separata cùm per annos 38. vitam arctam, & cœlestem egisset, cœlo dignum spiritum emisit. Ipsi in eadem cella, & vitæ ratione successit pius Pater Paphnutius; inscriptus Menologio Græcorum ad diem 25. Septembris.

Euphrosyna *inter Monachos latet.*

Istas omnes Instituto Esseno, seu Eliano accensent historici & Annales nostri; id etiam hâc ratione confirmatur à Lezana: Quòd in primitiua Ecclesia, ante Religionum multiplicitatem, & diuisionem, vnicum dumtaxat in Orbe Monachale Institutum vigeret, à Prophetis inchoatum à Christo similitudine vitæ, ac verbis commendatum, & consummatum: ab Apostolis practicatum, & ab Essenis, ac Elianis propagatum. Quod quidem adeò certum est de SS. Euphrasia, & Euphrosina, vt de illis per totum Ordinem Carmelitanum, tamquàm eiusdem Instituti assectis, officium celebretur sub ritu duplici, iteratis vicibus, authoritate Sedis Apostolicæ, & Sacræ Congregationis Rituum, approbatum. De S. Euphrosyna ad 11. Februarij: & de S. Euphrasia die 13. Martij. Præterea animaduertendum, singulos ferè Ordinum Religiosorum, ab initio fundationis, eiusdem sui instituti Religiosas, seu Moniales habuisse; vt videre est in Benedictinis, Cistercienſibus, Augustinianis, Dominicanis, Franciscanis &c. Cùm autem ex suprà dictis constet, Ordinem Propheticum Carmeliticum perstitisse tam sub veteri, quàm noua Lege, etiam cùm nulli adhuc alij Ordines essent; hinc inferre licet, Religiosas Virgines illis temporibus existentes, quadamtenus eiusdem fuisse obseruantiæ.

993. Ioan-

Alia Virgines Moniales referuntur.

993. Ioannes de Carthagena *Homiliarum libro 17. homiliâ 1.* istas,& alias ita commemorat: *Ex Monialibus huius Ordinis (Carmelitani, de quo ibi) nonnullas insigni Sanctitate præditas referam in Sanctorum & Beatorum catalogum redactas. Fuerunt ex his Sancta* EVGENIA *Virgo Alexandrina, S.* EVPHRASIA *Virgo Imperatoris Theodosij consanguinea, S.* CYRILLA *Virgo & Martyr, S.* PELAGIA, *quæ cùm aliquando licentiosè vixisset, Religionem hanc ingrediens singulari Dei monitione, habitu fœmineo in virilem mutato, inter Monachos sanctissimam vitam egit, vt Iacobus Diaconus in eius vita refert, S.* SARA *Virgo cuius meminit Vincentius* [a] *nec non S.* EVPHROSINA,&c. & consequenter alias plures ibidē recensēt.

[a] Lib. 18. c. 9.

In vetusto codice MS. Mechlinienſi (cuius sæpè mentionem fecimus) annotatur [b] qualiter istæ,& aliæ nonnullæ depingi soleant, videlicet: *S. Constantia cum corona Imperatoria in capite, & tribus crucibus in manu. S. Eugenia ignem habens sub pedibus, duas molas in brachio, & gladium in manu. S. Iphigenia puer* IESVS *iuxta eam stans, in capite Virginis corona spinea, crux in manu. S. Sara cum Angelo à latere, & diabolo sub pedibus. S. Cyrilla cum corona Imperatricis in capite, gladius in manu. S. Angela cum corona in capite, & ciborio in manu*, &c.

[b] Fol. LXXVII.

994. De istis & aliis latiùs pertractatur in Ordinis Annalibus. [c] Et quidem quoad B. ANGELAM, testatur Segerus Pauli *in notis ad eius vitam*, sic depictam extare in choro Ecclesiæ Francofurtensis cum ista inscriptione, *Beata Angela Virgo, Regis Bohemiæ filia:*

[c] Tom. 2. & 3.

De S. Angela.

Lux noua quid manibus portas, ô ANGELA? *Solem*
Iustitiæ: Angelicis ANGELA *iuncta choris.*

Istius Virginis mirabilem vitam illustrarunt præfatus Segerus Pauli Colonienſis *in peculiari tractatu*,& Lezana *in Annalibus*. Agunt de ea, & illius vitæ sanctitate plures alij,& domestici, & exteri, relati in iisdem Annalibus. Claruit autem circa ac post annum Christi 1190. & prophetico spiritu,& reuelationibus; vt proindè Martinus Del Rio eam inter Virgines, prophetiis,& reuelationibus illustres recenseat: *Fuerunt*, inquit, *multæ huiusmodi, quarum extant reuelationes, vt sanctæ Angelæ Virginis filiæ Regis Bohemiæ Ordinis Carmelitarum, quæ scripsit librum reuelationum ante annos* 400. Ioannes de Carthagena *libro 17. Homiliarum homilia* 4. declarans, semper in Ecclesia spiritum prophetiæ viguisse, sic quoque Angelam commemorat: *Postmodùm verò, vt obseruat Diuus Thomas 2.2. quæst. 174. non defecit spiritus hic propheticus in Ecclesia Christi, etiam in fœminis: etenim dono prophetiæ floruerunt Beata Angela Monialis Carmelitæ, filia Regis Bohemiæ, S. Birgitta*,&c. Libri istius Reuelationum, à S. Angela scripti, meminerunt etiam Antonius Possevinus in Apparatus sacri Appendice [e] Iacobus Frisius [f] & Gesnerus [g] his verbis: *Angela Virgo, Raimundi Bohemorum Regis filia, in Tyro Palæstinæ, post mortem Genitoris, sub Doctore Brocardo Hierosolymitano, Carmeli velamen accepit, & Anachoreticam vitam ducens scripsit Contemplationes de Christo lib. 1. de Eucharistia lib. 1. Item Reuelationum lib. 1. Claruit anno* 1190. Sanctitatem illius sic

[d] Disquis. magis lib. 4. ca. 1. q 3. sect. 4.

[e] Littera A.

[f] In sua Bibliotheca Tygurina aucta.

[g] In Bibliotheca.

paucis

paucis commemorat Arnoldus Bostius [a] *Angelæ filiæ Regis Bohemiæ, quæ Pragam illustrat; & Annæ Tholosanæ, sacratæ Virgini, prædignæ Regalis Mariæ podisequæ, Domini* IESV *augustæ formosissimæque sponsæ, plenis oleo lampadibus, virtutum scilicet fertilitate coruscæ.*

Quas licèt inferior sexûs discriminet ordo,
Non tamen inferior virtutum cardo sequestrat:
Quas condunt rutilis lilia mixta rosis.

Sub Eliæ chlamyde copiosâ sanctitate miraculosisq; prodigiis claruerunt. Inter cæteras B. Angelæ virtutes, singulariter emicuit deuotio ad SS. Virginem MARIAM, cuius apparitione quandoque recreata fuit.

[a] Lib. de Patron. Mar. c. 9.

995. Mirum, & singulare id est, quod ex Domino Abbate Roccio Pyrrho, accurato Ecclesiarū Siciliæ historico, refert Lezana *in Annalibus nostris* [b] *ad annum Domini* 1220. de Panormitano Monialium Ordinis huius, sub titulo *S. Mariæ Vallis viridis*: quòd Priorissa ipsius Cœnobij in cæteras Moniales Siculas nostri Ordinis, tamquàm Prouincialis, ius diceret. Et asserit ipse Pyrrhus, quòd legerit sententiam quàmdam ab ea latam contra Flaminiam de Buffalis, è Monasterio Messanensi. Forsan hic vsus ex Oriētis partibus ad istas Carmelitanas Virgines erat deriuatus. Ita ibi Lezana: qui *in Appendice ad istum Tomum* 4. sub initium, tractans de Conuentu Monialium Carmelitissarum in Veteris Castellæ Oppido de Fontiberos (cuius fundationem refert ad annum Christi 1251.) commemorat plures, quæ ibi magnâ sanctitate, & mirâ vitæ austeritate claruerunt. Celebriores habentur V. AGNES DE CASTELLANOS, de qua multa feruntur quoad raptus, & extases, ac Christi, Sanctique Ioannis Baptistæ (cui deuotissima erat) apparitionibus ei factis: V. ANNA DE HERRERA, quæ per spatium 40. annorum lecto non decubuit, in die obitus reperta cincta catenis quasi in carne sepultis: V. ANNA A CONCEPTIONE, maiore anni parte solo pane, & aquâ victitans. In illo *Tomo ad annum Domini* 1259. ex Claudio Roberto Lingonensi, *in Gallia sua Christiana*, agitur de Monasterio Monialium Carmelitissarum Louanij, quæ ibi institutæ tempore S. SIMONIS STOCK, successu temporis ad alium Ordinem transierunt: causa ibidem redditur.

[b] Tom. 4.

Notabile de Monasterio Monialiū Panormi.

996. Eodem *Tomo* 4. *ad annum* 1427. *& seq.* pandit heroica gesta celebris FRANCISCÆ d'AMBOISE, Britanniæ Ducissæ: quæ in matrimonio Virginitatis integritate seruatâ post Ducis mariti obitum Ecclesiam ædificauit, & Monasterium, pro Monialibus Ordinis huius: pro quo à Summo Pontifice SIXTO IV. multas gratias, & priuilegia obtinuit; in eoque & ipsa se includens anno probationis elapso professionem emisit, inter manus B. Patris Ioannis Soreth, Generalis Ordinis nostri (cuius studio, & zelo, plura eo tempore in Leodiensi ditione, Belgio, & Britannia Monialium Ordinis huius Monasteria fuêre constructa) migrauit in cœlum anno Domini 1485. eam comitantibus SS. Virginibus sociis S. Vrsulæ, quas

Franciſca Ambroſia *Ducissa Britanniæ Monialis huius Ordinis.*

Eius epitaphium.

in vita specialiter coluerat. Sepulchro illius hoc appositum fuit epitaphium: *Hic iacet virtuosissima Soror Francisca de Amboisia, quondam Britanniæ Ducissa, Petri Boni Ducis coniux, quæ defuncto assumpsit Sancta, & deuota Religionis* SANCTÆ MARIÆ DE MONTE CARMELO *habitum, die Annunciationis Domini nostri sacro, anno 1467. eodemq; die, reuoluente anno, professionem emisit. Vixit sub perfectæ clausuræ obseruantia, firmoq; proposito ad diem vsque obitus sui, qui euenit quarto Nouembris, die Veneris circa horam nonam anni* 1485. Quod etiam in Anglia institutum Sacrarum Virginum Monialium Carmelitanarum, sub, & ante ea tempora celebre fuerit, constat ex *Annalibus Ordinis ad annum Christi* 1421. vbi de Thoma Waldensi refertur, quòd variis in locis illustres filias Moniales habitu Ordinis huius eo anno induerit. De Conuentibus Monialium in Principatu Leodiensi dicetur *par. 7. cap. 6.* Parthenæa earum in Turonia & Belgio eâdem *par. 7.* commemorabitur. De Monasteriis illarum in Hispania, & notabili quâdâ fundatione noua Madriti aliqua attingentur *etiam par. 7.*

Moniales Carmelitanæ in Anglia.

a Numer. 1024. & 1036.

b Numer. 1013. & 1014.

997. In Italia sanctitatis famâ celebris extitit B. IOANNA DE REGIO, cuius sic meminit Philippus Ferarius: *Rhegij in Æmilia Beata Ioanna Virginis Carmelitarum.* Deinde in Additionibus: *Ioanna Virgo. Ex Kalendario Ecclesiæ Rhegiensis, & monumentis Cœnobij Ordinis Carmelitarum, cuius ipsa B. Ioanna Fundatrix fuit. Obiit salutis* 1491. *ætatis verò suæ* 63. *clara miraculis: in eodem Monasterio, quod* SANCTA MARIA DE POPVLO *dicitur, condita, maximo cum totius populi concursu colitur.* Vitam illius scripserunt Benedictus Muttus, & Franciscus Lobo: ea quoque sparsim inseritur Annalibus Ordinis ad annos Christi 1428. (quo nata est) & sequentes, vsque ad annum 1493. quando, biennio ab obitu, corpus eius incorruptum repertum, suauissimum fragrans odorem, per D. Franciscum Arlotti, Episcopum Rhegiensem, per actâ Missâ Pontificali, & solemni processione, illud in honestissimo loco, ad latus altaris, collocatum fuit, cum ista epigraphe:

In Catalogo generali Sanctorum pro die 9. Iunij.

B. Ioanna de Regio clara miraculis.

Corpus eius incorruptū.

Hic decus, & fama pars maxima Carmelitarum
Corpore felici IOANNA *Virgo iacet.*
Cœlesti gaudens vt spiritus integer aulâ
Sic, non consumptis ossibus, alma caro est.

Festum eius in ciuitate Regiensi, magnâ populi deuotione, & frequentiâ, celebratur die 9. Iunij: quâ etiam eius corpus populo reuerenter ostenditur. Præcipuè excelluit in ieiuniis, corporisque macerationibus, orandi assiduitate, & tenero deuotionis affectu in SS. Virginem MARIAM: ad cuius honorem Sabbatinis in pane & aqua ieiunabat: in eius festorum Vigiliis millies dicebat AVE MARIA, & ipsis festis diebus septies Officiū eius recitabat: ad Angelicam salutationem mysterij istius contemplationi immorabatur. Quandò aliquid à Deo instantiùs desiderabat, quindecies millies AVE MARIA, cuilibet centum vnum SALVE REGINA adiungens,

Singularis deuotio eius ad Virginē Deiparam.

Digitized by Google

gens, & in fine ſepties AVE MARIS STELLA, & totidem O GLORIOSA DOMINA dicere ſolita, erat hunc orandi modum *tunicam glorioſæ Virginis* MARIÆ appellans. Iſti tempore, & loco vicina virtutibus ac miraculis compar aut ſuppar fuit *B. Archangela de Trino*, nata Trini, Carmelitico habitu amicta Parmæ, & inde tranſlata ad nouum Monaſterium Mantuæ. Vitæ ipſius ratio (inter cætera) hæc erat: Superiorum ſuorum iuſſis, obſequentiſſima; quoad ſe ipſam aſperrima; cilicium enim ſuper carne nuda geſtans, frequenter in pane & aqua ieiunans, ſæpiùs flagris ad ſanguinis vſque effuſionem ſe verberans ſine intermiſſione fermè orans, ac Sanctorum vitas crebrò legens. Mundiſſima ſpiritu & corpore, immundas veſtes in ſe & aliis auerſabatur; & cum Breuiarium accipere debebat, priùs manus lauabat. Erga conſortes humaniſſima, ipſas mitiſſimè corrigebat; adeo vt propterea illæ ipſius correctionem præuenientes, pœnitentias & mortificationes Regulares poſtularent. In oratione frequens pernoctabat, & opere ac ſermone ſocias ad IESV CHRISTI amorē accendebat, iiſque propterea ſpiritualibus lapidibus amplum Monaſterium Dei cultui addictiſſimum rediddit. Accidit aliquando vt propter fluuij inundationem per aliquod tempus farina defeciſſet, nec eſſet panis pro cibo Monialium neceſſarius: ſed tunc quid Chriſti ancilla faceret? Ad orationem cum ipſis recurrit: & eâ finitâ, ecce ad ianuam, & Monaſterij rotam, adfuit quidam, panis quantitatem deferens, quæ pro eā die ſatis eſſe poterat. Interrogatus autem quiſnam eſſet, ſolùm reſpondit: *Qui ad vos me miſit, vobis non deerit, nec in Cœlo nec in terra.* Quandoque in nocte Natiuitatis Domini IESVM in præſepio poſitum conſiderans, & feriâ ſexta Paraſceues, dum ſibi calceos (iuxta morem Religionis) pro cruce adorāda detraxiſſet, in meditatione paſſionis Chriſti, ſpiritu rapta, in extaſi diu manſit. Infirmata animam ſponſo reddidit die 25. Ianuarij anno à virgineo partu 1494. in dicto Monaſterio Mantuæ, *Sanctæ Mariæ de Paradiſo* nuncupato, ab ea inſtituto: vbi plerumque plùs minùs centum Moniales morantur. Ibidem eius feſtum celebratur die Conuerſionis S. Pauli. Poſt annos aliquot ab obitu corpus eius nitidum & integrum repertum eleuatiori loco recōditum fuit, multis coruſcum miraculis, quæ ſub compendio referuntur à Lezana in Annalibus Ordinis ad annum 1494.

Tandem temporibus proximè elapſis fulgentiſſima bina ſidera in hoc Ordine reſplenduerunt, S. Virago TERESIA (ex vetuſto trunco nouum germem pretioſiſſimorum fructuum, & ex filia Carmeli effecta mater innumerorum Filiorum ac Filiarum) & extatica virgo Beata MARIA MAGDALENA DE PAZZI Florentina. Ex vtriuſque Vita, prorſus admiranda, in vtilitatem Lectoris, hîc aliqua libabimus. Inter heroicas Tereſiæ virtutes maximè eſt admirandum arduum iſtud votum, efficiendi ſemper, non tantùm quod Deo placitum, ſed quidquid perfectius, & ipſi gratius crederet, ſicuti & æſtuans deſiderium patiendi; vt ita Deum S. Tereſiæ *heroica virtutes.*

alloqui solita esset: *Domine, aut pati, aut mori.* Hinc promeruit idoneum fieri instrumentum, quo Deus mirabilia operaretur, nec non audire Christum, datâ dexterâ, dicentem sibi: *Deinceps vt vera Sponsa meum zelabis honorem*: & videre, ac sentire Angelum ignito iaculo sibi præcordia transuerberantem [O Si eam hac in re imitemur, *non quidem promittendo*, sed sæpè *firmiter proponendo*, QVÆ PLACITA SVNT DEO FACIENDI SEMPER! quàm diuites in virtutibus, & charismatibus recipiendis nos idoneos rederemus] Sublimiter etiam in ea præcelluit donum Orationis, vt eius magistra meritò nuncupetur, quod obtinuit constans eius perseuerantia, etsi variis tentationibus, & ariditatibus vexata: nullo refecta pabulo cœlestiu consolationum, per annos duo-de-viginti. Præcipuè quoque in ea resplẽduit deuotio ad SS. Virginem MARIAM (quam, mortuâ matre, supplex rogauit, vt se matrem monstraret) & Sponsum eius S. Ioseph̃um (cuius cultum in Ecclesia maximè ipsa promouit) vicissim ipsa ab illis in sancto & heroïco proposito suo seuerioris disciplinæ instaurandæ animata, directa, à difficultatibus irruentibus erepta, gratiisque magnis cumulata fuit: & aliquando ab iisdem candidissimâ, splendentique veste amiciri visa fuit. Cùm anno 1571. instituta ipsa esset Priorissa in Monasterio Abulæ: mox in ea sede chori, quæ superioribus decreta est, collocauit imaginem Beatissimæ Virginis MARIÆ: cui tùm ipsa domum & claues obtulit, vt ipsa, tãquàm eius Congregationis mater, & Rectrix, curam illius haberet. Id sibi acceptissimum fuisse cœli Regina lætissimo visu declarauit, dum caneretur in festo S. Sebastiani SALVE REGINA in ipsa sede quiescens, Angelorum choris septa, dulcissimoque sermone sic Teresiam affata: *Ego interero laudibus, quæ Filio meo hîc reddentur, eaſq; illi offeram.* Insuper domus felicitatem pollicebatur: quæ patenter obuenit. Istis, cæterisque angelicis ditata virtutibus, qualiter seueriorem veterum Carmelitarum Regulam, Deo afflante, seruandam sibi assumpserit, & aliis proposuerit, dicemus *par. 7. cap. 7.* vbi alia etiam quædam eius decora, & vitæ epitomen exhibebimus.

Ioan à Iesu Maria in Compend. Vitæ S. Teresi. l. 3. ca. 1.

998. Beatam MARIAM MAGDALENAM DE PAZZI Diuina Maiestas magnis præuenit gratiis, & charismatibus, decorauit virtutibus, irradiauit supernæ lucis splendoribus, ac illustrauit miraculis, vt in eius vita, vario idiomate sæpiùs excusa, videre licet. Peculiariter in ea relucent I. Flagrans patiendi, & sui ipsius mortificandi desiderium; etenim tenella, nondum duodennis, disciplinis, & flagellis se castigabat: nec his contenta, cinctoriis, & coronulis ex ramusculis spinosis, seu pungentibus, virgineum corpus, & caput circumdabat, sicque noctu, non sine magno dolore, cubabat, occupans se interea passionis Christi meditatione: & quæuis puellaria blandimenta, ac oblectamenta, quantùm poterat, respuebat. Sæpiùs, & instanter à Deo postulabat *greues afflictiones, puras*, vt aiebat, *sine vlla consolatione* (quod etiam obtinuit, in omnibus corporis membris animæque

B. Maria Magdalena de Pazzi *in quibus virtutibus peculiariter refulgeat.*

Digitized by Google

mæq̃: potentiis grauiter affecta)& ſicut S.Tereſia dicebat: *Domine, aut pati, aut mori*, ſic è contra hæc: *Domine, non mori, ſed pati:* deſiderans diu viuere, non aliam ob cauſam, quàm vt diu multumq́ue poſſet pati,& in eo Chriſto conformari. II. Eximia deuotio erga SS. Sacramentum Euchariſtiæ: quod cum per ętatem nondùm permitteretur ſumere, rogabat matrem, vt Dominicis & feſtis poſſet eſſe in Eccleſia, vbi à plurimis illud recipiebatur: ibiq́ue genuflexa ad meridiem vſque perſiſtebat, ſe oblectans videre communicantes alios. Cùm decennis dumtaxat multis exoraſſet precibus, poſſe frui tantopere deſiderato conuiuio, ad illud magnis ieiuniis & diuturnis orationibus ſeſe præparauit. Frequens in Monaſterio viſitata Communio, vbi Ordinis huius habitum ſumpſit, eam attraxit. Deuotio,& præparatio, quâ SS. Sacramentum ſumebat, haud facile explicari poteſt. Non impedita morbis, aliiſue occupationibus, quotidie ter & trigeſies (prout Chriſtus ei præſcripſerat) illud viſitabat, ac venerabatur. III. Ad amorem IESV, & diuini iſtius Sacramenti, proximè accedebat deuotio erga SS. Virginem MARIAM: quam magno teneritudinis affectu nũcupabat *Matrem, Dominam, Magiſtram*: ad eius feſta, per anni circulum occurrentia, ſingulari ſtudio ſe præparabat: præcipuâ attentione eius officiũ, coronam, aliaſq́ue preces recitabat. Viciſſim Mater illa pulchræ dilectionis ſpiritualem ei dulcedinem propinauit abundanter, ſauoribuſq́ue, prorſus ſingularibus eam cumulauit: ij latè referuntur in eius Vita. IV. Oratio autem,& meditatio potiſſimùm illi fuêre inſtar canalis, quo ſpiritum ſuũ direxit ad Deum, & ab eo ad illius animam dona cœleſtia refluebant abundantiſſimè. Sæpiſſimè in extaſi per plures horas, & dies rapta: diuinis reuelationibus edocta: ac crebris Chriſti, ſanctiſſimæ eius Matris, Angelorum, Sanctorumq́ue viſionibus, ac familiaribus colloquiis fuit recreata. Obiit anno 1607. die 25. Maij, quo Officium de ea per totum Ordinem Carmelitanum, ſub ritu Duplici celebratur. Vitam eius copioſè ſcripſit Vincentius Puccinus eiuſdem Confeſſarius. Compendioſiori autem ſtylo contracta edita extat vario idiomate. Hìc quoque non immeritò commemoranda venit Venerabilis Mater MARIA BAGNESI, quæ Florentiæ in odore Sanctitatis diceſſit; prout refertur in vita præfatæ B. Mariæ Magdalenæ de Pazzi: quæ cum anno 1584. variis,& grauibus afflictaretur infirmitatibus, delata ad iſtius ſepulchrum, ibiq́ue orans, ſanitati ſubitò fuit reſtituta. Deinde ibidem pro illo beneficio gratias referens in extaſim rapta vidit eiuſdem gloriam in cœlis, quam his verbis, magnâ ſpiritus exultatione, reſonabat. *Vidi*, inquit, *in cœlis ſedem luminoſam, in qua reſidebat Veneranda Mater Soror Maria Bagneſi, gloriosè reſplendens, ac plena maieſtate: Intellexi illam ſedem eſſe illius Virginitatem, ac puriſſimam caſtitatem: quæ eximium ei decorem præſtabat. Vidi quoque in illa cathedra honoris inſertas gemmas inæſtimabilis pretij: ea ſunt animæ, quas exemplo & verbo ad Dei obſequium adduxerat, & ipſam in modum coronæ mirè exornabant.* De Carmelitanis Virginibus S. Te-

resiæ assectis Sanctimoniæ famâ claris quædam dicemus *parte 7. cap. 8. sub finem.*

V.M. Ægidia (*Gallicè Gillette*) à S. Francisco.

999. Nec etiam ætate nostrâ Carmelo defuerunt eximiæ virtutis fragrantiâ redolentes Virgines. Eiusmodi fuit in Turonia VEN. MATER ÆGIDIA A S. FRANCISCO: quæ ab ipsa infantia specimen præbuit futuræ magnæ pietatis; nam ab anno ætatis sexto peculiariter delectabatur conspectu cœli: propterea loca eleuatiora conscendebat, indeque contemplata terram, illa quæ in ea sunt, vt vilia, despiciebat. Ludus eius pueriles erant, fabricare ædiculas in formam Ecclesiarum, & facere altaria in angulis domus: sicque dies totos transigebat sola. Paulò prouectior variis austeritatibus virgineum corpusculum afflictabat, rudi fune se cingendo, disciplinando, in asseribus cubando, ieiunando. Pluries dum se contemplaretur in speculo, repræsentari sibi videbatur cum velo, cuiusmodi in vsu est apud Religiosas Carmelitanas, quas non viderat, nec de iis vmquã audierat: prognosticum id fuit futuri euentus; postea enim, magnis superatis difficultatibus, & remotis obstaculis, miro prorsùs modo ad eas perducta, & ibi admissa fuit. Nouitia graniter tentata à dæmone, repræsentante ei sororem defunctam, quæ regressum ad seculum suadebat, id opere exequi cogitabat: at diabolicam intelligens tentationem, firmior in arrepto suo perstitit proposito. A pueritia singulariter in ea eluxit deuotio ad gloriosam Dei Matrem, nec non S. Prophetam ELIAM; eò quòd in libro quodam legisset, ipsum in Carmelo honorasse Virginem Deum pariturum, tunc nondum natam. Et indè permota fuit, vt huic se daret Ordini. Sed potissimùm agebatur affectu erga Christum infantem (ipso id suadente) quem pro magistro habuit sui nouitiatus in hoc seculo, ad professionem vitæ æternæ: & illi (coram effigie, quam in cella semper habuit) quotidie vesperi culpas per diem commissas humiliter fatebatur, vt solent Nouitij coram Magistris. Præcellentes illius virtutes, extases, & charismata, quibus à Deo fuit delibuta, latè referuntur in eius vita, in duobus tomulis luculenter descripta: vbi etiam enarratur, qualiter ei, iteratis vicibus, apparuerit Venerabilis Frater Ioannes à S. Samsone (de quo nonnulla sunt dicta *capite 7. huius partis a*) quod & in istius vita *cap. 14.* sic paucis attingitur. *Visus est etiam semel & iterum, à Sanctimoniali summæ perfectionis, eiq; (hoc vtique vinculo) dum viueret, arctissimè coniuncta. Primò vidit eam in aëre sublatum, vestitum cappâ albâ, multùm radiante & fulgidâ, manuq; suâ Conuentum suum benedicentem. Deinde ei & secundò apparuit, cùm esset in graui quadam angustia, eamq; est consolatus, certiorem faciens de sua cum eo, glorioso & honorifico nexu, futura societate, & statim euanuit.* Obiit Venerab. Mater Ægidia anno Dominicæ Incarnationis 1647. die 16. Ianuarij: nec sine prodigio sepulturæ tradita fuit.

Ab infantia pietati addicta.

Carmelitanis Monialibus aggregatur.

Ex quo motiuo.

a Nu. 928.

Ei glorioſus apparet Ven. Fr. Ioannes à S. Samſone.

Margareta à Ma-

Biennio post (an. scilicet 1649. die 22. Aprilis) in Belgio Soror MARGARETA A MATRE DEI, in Conuentu Brugensi, nuncupato *Sion*, præcedenti

cedenti non absimilis, consummata in breui, ex tempore ad æternitatem transijt, anno ætatis 28. Inter cæteras virtutes eius admirationi fuit sensuum mortificatio. Monialium nullam de vultu nouerat, at dumtaxat ex voce; Chorus per annos aliquot renouatus erat, nec ipsa aduerterat. Annis aliquot portariam agens, neminem in faciem intuita fuit. Visitata à Fratribus, quos tenerè diligebat, & ab annis septem non viderat, rogata vt eos aspiceret, numquàm ad id permoueri potuit, dicens: *In cælo videbimus inuicem.* Et hæc quidem studio mortificationis, at peculiariter ex affectu virginei pudoris, cuius contrarium summâ curâ fugiebat. Hinc etiam nullius hominis sufferebat vmquam attactum: &, dùm ex vltima infirmitate decumberet, atque in aut è lecto à Sororibus moueri deberet, supplicabat, id fieri, mediantibus linteis. Paulò ante obitum rogabat Matrem Priorissam, vt cùm exspirasset, à corpore suo non discederet, donec ad sepulturam dispositum esset, ne nudum (quantùm fieri posset) tactui aut aspectui cuiuspiam pateret. Per istam puritatem, & à creaturis abstractionem, magnam cum Deo promeruit vnionem; etenim quadriennio ante obitum, de conscientiæ suæ statu agens cum Matre Priorissa (rerum spiritualium insigni magistra) conquerebatur, in omni confessione ream se debere accusare inobedientiæ, quia, inquit, mihi præscriptum est, vt in Dei præsentia iugiter verser, & quandoque prætermitto. Rogata, quanto tempore inter vnam alteramve confessionem? Respondit: Omni tempore collectiuè sumpto, per horam, aut sesqui-horam. Biennio autem ante obitum non vltra de eo se accusauit; vt omninò verisimile sit, exindè eam ferè iugiter Deum sibi præsentem in mente habuisse. Peculiariter deuota erat Christo Infanti, ad cuius, adhuc in vtero matris existentis, honorem, in lecto decumbens, situ non mutans, immota persistere assueuerat. Haud minùs in ea resplenduerunt paupertatis amor, prompta obedientia, orationis per magnam noctis partem quotidie exercitæ studium, aliæque virtutes. Et isti ex Carmelo collecti virginei flores, veteres & noui, hic sufficiant: alios quosdam recentes exhibebimus *par. 7. ca.* 10. sub finem.

tre Dei *eximiè virtutibus decorata.*

Mortificationis sensuum, & virginei pudoris rarum exemplum.

1000. Hæc de illustrioribus Ordinis huius alumnis dicta hoc loco sufficiant vt habeant ascetæ nostri quæ imitentur, & admirentur, ac Deum, in Sanctis mirabilem, venerẽtur. Sed de illis, & aliis, Deo fauente, plenius alibi. Cæterùm, priusquàm hinc ad alia transeamus, non incongruè hîc subnectenda videntur disticha quædam vetusta (& ideò venerabilia) de præcipuis aliquot Sanctis nostris, desumpta ex antiquo illo Codice MS. Mechlinienſi, cuius sæpè alibi meminimus) Liber ille seu potiùs volumen plures libros, & tractatus continens, exaratum fuit anno Domini millesimo quadringentesimo octogesimo-quarto, per Ioannem Oudewater aliàs Paleonydorum nuncupatum, celebrem huius Ordinis historicum. In eo autem, proximè post Indicem, primo loco versus isti leguntur.

Carmelitæ

Versus antiqui de præcipuis aliquot Sæculis huius Ordinis.

Carmelitarum pia Mater, amica, Sororque
Absq; pari gaudet prole Creatris eam.
Primus Carmeli cultor sublatus ELIAS,
Currus & auriga qui modò viuit adhuc.
Magnus hîc ELIÆ *lateri* Elisæus *adhærens*
Monstrat multa sibi iura patere poli.
PETRVS THOMASII *Bisantinus Patriarcha,*
Doctorq; & factor, magnus adest Superis.
ANDREAS *Fesulani Præsul temptor honoris,*
Magnis nunc gaudet, qui cupiit minima.
ANGELVS *Angelicæ deduxit tempora vitæ,*
Saluans innumeros, martyrio volat hinc.
ALBERTVS *miris longè lateq; resulgens,*
Cunctis se speculum Fratribus exhibuit.
Noster CYRILLVS *Carmeli in Monte prophetat,*
Actibus, & Scriptis instruit omne genus.
ANGLICVS *iste* SIMON *petit à Christi Genitrice*
Præsidium Matris ac SCAPVLARE *suum.*
ANGELA *Sponsa Christi Bohemorum filia Regis,*
Angelicè vixit, iam sociatur eis.
ANNA TOLOSANES *oculos misisse refertur*
Francorum Regi, ne maculetur ei.

Annæ illius Tolosanæ meminit Bostius suprà citatus. Paucis de eadem, & Ioanna, etiam Tolosana, agunt Paleonydorus *in historia Carmelitana lib. 3. cap. 7.* & Ioannes Currifex *in tractatu de illustribus plantis Vineæ Carmelitanæ parte 2.* vbi easdem recenset inter Sanctas & Beatas huius Ordinis.

PARS

Digitized by Google

PARS SEPTIMA

DECLARATIO SVCCINCTA OMNIVM, SINGVLARVMQVE PROVINCIARVM ORDINIS: ET ORIGO, AC INCREMENTA CONGREGATIONIS, SEV ORDINIS DISCALCEATORVM, AC DISCALCEATARVM.

VT Ordinis Ideam, *seu Delineationem perficiamus, restat appendenda tabella, in qua, rudi saltem penicillo, exhibeantur omnes, & singula Prouincia: & oculis obiiciatur, qualiter ex antiquo trunco nouus germinauerit surculus, Congregatio scilicet Discalceatorum, ac Discalceatarum.*

Digitized by Google

CAPVT I.

Cur, & in quot Ordo sit distributus Prouincias.

1001. 

Armelitica Eliana Religio olim sub suo Fundatore, & Patriarcha Magno ELIA, eiusque successore, ac duplicis Spiritus hærede *S. Eliseo*, totum Terræ Promissionis tractum suis Cõuentibus (Collegia nuncupabantur) & Hospitiis, atque eremos, ac solitaria loca, præsertim circa Iordanẽ, casulis, seu tabernaculis impleuerat (prout cõstat ex dictis *par.* 3. *c.* 5. & 12.) occasione etiã captiuitatum ad exteras quasdam regiones deriuata fuit (sicut dictum est *parte eâdem* 3. *cap.* 7.) Atque ita per multiplices temporum vicissitudines varias sortita nomenclaturas (nam primùm *Prophetæ*, & *Filij Prophetarum*, deinde *Rechalitæ*, *Esseni*, *Essæi*, *Assidæi* vocabantur eius professores) perstitit vsque ad aduentum Christi. *a*

Succincta declaratio successionis Ordinis Carmelit.

a Id ostẽsum est part. 3. ca. 2. & seq.

Deinceps effecta Christianæ militiæ socia, & Apostolorum adiutrix, atque dispersis, prædicandi Euangelij gratiâ, illius assectis in diuersis Orbis partibus, sed præcipuè in Oriente, in Hispania quoque dilatata fuit. Maximè autem multiplicata fuit redditâ Ecclesiæ pace, tempore Constantini Magni, quando in quatuor diuidebatur amplas Prouincias, vt Annales, & historiæ Ordinis perhibent: de exteris quoque insigni doctrina conspicuus Carolus Tapia (*In Autentica ingressi cap.* vltimum. *numer.* 13.) id ita scribit: *Produxit Carmeli vberrima vinea Cyrillum Patriarcham*, &c. *Constantini autem Magni tempore quatuor in Prouincias venerabatur: vna erat Terræ Sanctæ, alia Cypri, tertia Thebaidis, & quarta Ægypti.* Proximè post ea tempora, occasione hæresis Pelagianæ, aliqui ad Britannicas Insulas, nominatim Scotiam, missi fuêre Religionis alumni, sicut retulimus *par.* 3 *cap.* 29. *b* & ibi quædam Cœnobia, seu eremiticas mansiones fundauerũt. Quidam etiam in Italiam venerunt: è quibus vnus fuit S. Romanus Magister S. Benedicti, celeberrimi Orientalium Monachorum Patriarchæ, ad cuius Institutum, mox valde floridũ, quædam in Occiduis regionibus loca huius Religionis transiêrunt, prout declarabitur *par.* 8. *c.* 11.

b Numer. 477.

Post annum verò sexcentesimum quinquagesimum, temporibus sæuissimarum persecutionum per Saracenos, hinc inde aliqua per Europã, sed tamen rariora, fundata fuêre Cœnobia, seu Eremitoria, vsque ad annum millesimum nonagesimum nonum, *c* Exinde verò frequentiora vs-

c Vide p. 3. c. 29.

que ad

que ad annum milleſimum ducenteſimũ trigeſimum octauum, quo (monente SS. Virgine Deipara) Ordo in Oriente per Turcarum rabiem grauiſſimè preſſus, ad Occiduas partes ſolemniter fuit traductus, & (ſub eiuſdem Patronæ noſtræ tutela) in omnibus penè Europæ partibus plantatus, ac miris Cœnobiorum incrementis dilatatus: prout *tertiâ parte* pleniùs deduximus. [a]

[a] Cap 31. & ſeq.

1002. Pro faciliori autem Ordinis regimine Conuentus in varias ſunt diſtributi Prouincias; vt ſic vniuerſalis ſollicitudo vnius ſupremi Prælati (ſcilicet Prioris Generalis) & Prouincialium ſubordinatâ authoritate, ac diligenti vigilantiâ ſubleuaretur. Atque ita, varia, diſperſaq; multitudo, ſub vno ſupremo capite, multiſque ſubordinatis ſuperioribus, in vnum coaleſcens, vnitatem ſimul habet, & diuerſitatem. Ita rerum, ordiniſque Parens Deus præelectam Iſraeliticam Gentem multiplicatam, in duodecim tribus diſcriminauit. Et prudenti conſilio Ietro, Moyſes ſub ſe conſtitutis Tribunis, Centurionibus, Quinquagenariis, & Decanis, partito in illos onere, tantam multitudinem ſapienter iudicauit. Quò ſanè reſpiciens diuinus Areopagita, cœleſtem, Eccleſiaſticamque Hierarchiam titulis, claſſibus, numeris concinnauit: ſuntque in Eccleſia, pro eiuſdem regimine, ſub vno Summo Pontifice, Cardinales, Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, aliorumque ordinum gradus: Et tam Græca, quàm Romana Imperia Plebes ſuas in centurias, decuriaſque diſtinxêre.

Pro faciliori regimine Ordo in plures diuiſus eſt Prouincias.

Nec aliter porrò Monaſtica Carmelitana Reſpublica quà Oriens, quà Occidens patet, longè lateque diffuſa per Orbem Chriſtianum, ſub vno Priore Generali, habente quatuor Aſſiſtentes Nationales, & multos, ſubordinatè dependentes, Prouinciales, qui iuriſdictione quaſi Epiſcopali, aſſignatis ſibi Conuentibus, Prioribus, cæteriſque Religioſis præſunt in ſuis reſpectiuè Prouinciis: quæ ſub finem Conſtitutionum noſtrarum ſtrictioris obſeruantiæ hoc ordine enumerantur: *Vinea Carmeli per totum Orbem Chriſtianum diffuſa, ac velut in præcipuos palmites per triginta ſeptem Prouincias ſubinde diſtributa eſt. Quarum* 1. *eſt Terræ Sanctæ*, 2. *S. Alberti*, 3. *Angliæ*, 4. *Narbonæ* 5. *Romæ*, 6. *Franciæ*, 7. *Alemaniæ inferioris*, 8. *Lombardiæ*, 9. *Aquitaniæ*, 10. *Caſtellæ nouæ*, 11. *Hiberniæ*, 12. *Prouincia Prouinciæ*, 13. *Scotiæ*, 14. *Tuſciæ*, 15. *Venetiarum*, 16. *Toloſiæ*, 17. *Catalonie*, 18. *Alemaniæ Superioris*, 19. *Vaſconiæ*. 20. *Turoniæ*, 21. *Saxoniæ*, 22. *Aragoniæ*, 23. *Neapolis*, 24. *Portugalliæ, continens ſub ſe Vicarium Braſilienſem*, 25. *Romandiolæ*, 26. *Daciæ*, 27. *Sancti Angeli*, 28. *Bæticæ*, 29. *Bohemiæ*, 30. *Poloniæ*, 31. *Apuliæ*, 32. *Calabriæ*, 33. *Belgicæ*, 34. *Aprutij*, 35. *Caſtellæ veteris*, 36. *Sardiniæ*, 37. *Montis Sancti*. (Deniqué iſtis ſuperiore anno acceſſit Prouincia noua, *S.* MARIÆ *de Vita* nuncupata) *Quibus tandem adiungitur Congregatio Mantuana, gaudens Generali Vicario, ſuper quinquaginta quatuor Conuentibus inſtituto. Eſt & Conuentus ad Genuam Oliuetanus, cum Diua Neapolitana miraculis famoſiſſima: Romæ verò, Beatæ* MARIÆ *Tranſpontinæ, & S. Martini in Montibus: nec non Collegio Lutetiæ Pariſiorum Mauhertino, Ordini Capiti immediatè ſubie-*

Ea ordine enumerantur.

rè subiectis. His superaccessit Patrum Discalceatorum Congregatio, sub duplici Generali, Hispano & Italo, cui mater obtigit antiqui Ordinis filia, Heroina illa ter magna Teresia à IESV. *Aliæ porrò Reformationes antiquo Ordinis trunco, ac radici primariæ adhærentes, sub vniuersali Capite, & Superiore Generali; vnum quod pridem durat, religionis corpus conseruare elegerunt.* En succinctè totius Ordinis Carmelitani adumbratam imaginem: quam consequenter aliquantò extensiorem delineabimus.

CAPVT II.

Decem priores Prouincia.

1003. PRima est TERRÆ SANCTÆ in qua ante eius destructionem erant Monasteria septuaginta septem (prout refertur *in Annalibus Ordinis tomo 4. ad annum Christi* 1289) vbi hæc leguntur. *Prouincia Terræ Sanctæ alias habebat 77. Conuentus, qui fuerunt perditi, quando Christiani fuerunt expulsi* &c. inter illa erāt loca pleraq; quę Christus eiusq; Sanctissima Genitrix, & SS. Prophetæ ELIAS & *Elisæus* suâ præsentia, & conuersatione celebrarunt: quæ inter eminebat Domus sacerrima Nazarethana, Virginis Deiparæ & Christi domicilium, olim sub cura Religiosorum Carmelicolarum, prout ex Mantuano, Horatio Turselino, & Annalibus Ordinis diximus suprà. [a] Et propterea anno reparatæ salutis 1489. authoritate Summi Pontificis Innocentij Octaui selecti fuêre triginta probatissimi Religiosi huius Ordinis ex Congregatione Mantuana, quibus cura fuit commissa istius sacro-sanctæ Domus: sicut in historia Lauretana testatur idem Mantuanus, tunc istius Congregationis Vicarius Generalis, & referunt alij: atque in vetusto Codice MS. Conuentus Mechlinienſis (de quo sæpè alibi) folio LXXI. Sic annotatum extat: *Racanate vbi prope est Ecclesia Beatæ Virginis* MARIÆ *quæ transportata est ab Angelis de Histria per mare Veneticum vsque ad locum prædictum. Et est camera, siue Capella B. Virginis, in qua ei annunciata est Euangelica Salutatio per Gabrielem Archangelum. Nunc autem dicitur* MARIA DE LORETHO, *in qua Carmelitæ de Congregatione Mantuana habitationem receperunt.*

[a] Par. 3. n. 511.

Nazarethana sacerrima domus olim sub cura, & in possessione Ordinis Carmelitæ.

Porrò Monasteria omnia huius Ordinis in Terra Sancta ante, & circa annum Domini 1290. Barbarorum scelestâ impietate exusta, & destructa fuêre. [b] Sicque inde cum cæteris fidelibus, exules, Ordinis incunabula, & paternam hæreditatem amissam lugemus. Sub ea Prouincia antiquitùs comprehendebantur Cœnobia, & Eremitoria, sita non tantùm in Palestina, sed & in aliis circumquaque Regionibus Orientalibus, Cyprus autem ab anno 1291. sola obtinuit nomen Prouinciæ *Terræ Sanctæ* vsque ad an-

[b] Historia hãbetur hic suprà, par. 3. cap. 32. n. 501. & seq.

Digitized by Google

ad annum 1571. quo similiter ipsa Cyprus à Turcis occupata,& Cœnobia omnia nostra diruta fuerunt.[a] In illa primaria Ordinis Prouincia claruerunt S.Bertholdus, S.Brocardus,S.Cyrillus,successiuè Priores Generales,S.Anastasius, S.Angelus Martyres, & alij innumeri, tam in veteri, quàm noua Lege.

[a] Vide p. 4.ca.1.nu. 643.

1004. II. Est in Sicilia,versùs partem aquilonarem,nuncupata quãdoque *Siciliæ*, sed iam communiter dicitur S.ALBERTI: cuius eximia Sãctitas,& hactenùs continuata miracula,illam celeberrimam reddiderunt, vt Blasius Polonus[b] in libro *de ortu & progressu ac Prouinciis singulis earumque Monasteriis*, & Philippus à SS.Trinitate *in Historia Carmelitani Ordinis lib.6. cap.4.* nominatim recensent Conuentus quinquaginta septem, in quibus idem Blasius suo tempore(id est circa annum 1620.) scribit mansisse Religiosos circiter mille quingentos.Claruerunt autem ibi plures,Religione, & doctrinâ Spectatissimi. De insigni miraculo per aquam, reliquiis S. Alberti benedictam, cuius occasione per totum Ordinem mos ille inoleuit,dictum est *par.3.c.33.*[c]

[b] Is à nõnullis agnominatur *Hoitius* ab aliis *Palucius* seu *Paluccius*.

[c] Nu. 5159

1005. III. ANGLIÆ, olim clarissima, virorum pietate,ac eruditione excellentium fecundissima: numerantur enim ex ea Scriptores 140.celebres: quos inter præcipuè coruscant S.SIMON STOCK, Thomas Waldensis,& Ioannes Bacho. In ea Ordini,cunctisque fidelibus participare volẽtibus,à SS.Virgine Deipara traditum est S.SCAPVLARE. Intra spatium vnius seculi, & aliquot annorum, ibi fundata fuêre Monasteria triginta nouem, & ferè omnia sub titulo *Beatissimæ Virginis* MARIÆ (vt *in Annalibus Ordinis ad annos Christi* 1240. 1241. 1281. annotatur) quæ cum nominibus fundatorum, & annis erectionis recensentur in antiquo Speculo Ordinis.[d] Præter illa, septemdecim alia nominatim expressa recensentur in libro *de Ortu & progressu Ordinis Carmelitani*, Coloniæ typis edito,[e] & à præfato Philippo iisdem libro,& capite.Atque ita ad minùs ibi fuêre quinquaginta sex. De antiquissimo eius Conuentu Holnensi, & de celeberrima bibliotheca Londinensi aliqua diximus suprà *par.4.cap.1.* Cœnobia Oxonienſe,& Cantabrigense,seminaria fuerunt virorum doctissimorum. Wintonienſe Monasterium fundatum fuit ratione insignis miraculi per Beatissimam Virginem MARIAM præstiti,cuius fuit mentio *par.5. ca. 3.*[f] De singulari fauore Ordini præstito Cestriæ,diximus *par.3. cap.33.*[g] Prædictorum, aliorumque omnium in isto Regno iacturam fecit Ordo, quando vera Religio,& pietas ex Anglia exularunt: quorum recuperandorum spes reposita est in sinu Dei: cui cùm placuerit, cum Orthodoxa fide,Monastica quoque disciplina reparabitur.

[d] Fol. 60.
[e] Fol. 125.
[f] Nu.791.
[g] Nu.528.

1006. IV. NARBONÆ, quæ etiam seculo superiore per infestissimos Ecclesiæ hostes, *Hugonottos* dictos,& Conuentibus, ac Religiosis diminuta, & in regulari obseruantia detrimentum non leue passa, per Reformationem reflorescit. Continet partem Tectosagiæ,vulgò *Languedoch*

(quamuis ab aliquo tempore nonnullos Conuentus, prouinciæ Toloſanæ conceſſerit, retento ſibi nomine, & ordine Narbonenſis Prouinciæ) & longiùs ad dextrum littus Rhodani procurrens ad Septentrionem, complectitur Regiones Viuarienſem, Lugdunenſem, Burgundiam, Borboniam &c. Claruerunt in ea non pauci eruditionis famâ & epiſcopali infulâ inſignes. Philippus à SS. Trinitate *in Hiſtoria Carmelitani Ordinis libro 6. cap. 4.* recenſet eius Conuentus numero viginti. De Conuentu Lunellenſi diruto, & Religioſis ibi interfectis per hæreticos, diximus aliqua *parte* [a] Nu. 630. & 911. *4. c. 1.* & *par. 6. cap. 6.* [a] De variis caſibus, magnifica Eccleſia, viris illuſtribus Conuentus Biſontini agitur *in Annalibus Ordinis ad an.* 1393.

1007. V. ROMANA: quam vicini Vaticani ſplendor colluſtrat: eamque ab annis pluribus Reuerendiſſimi Patris Prioris Generalis, ac aliorum præcipuorum Rectorum Ordinis ſedes, eoque occaſione viri eruditione præſtantes, inter cæteras Ordinis Prouincias, ſpectabilem reddunt. Blaſius præfatus nominatim refert eius Conuentus triginta duos (atque in eis Religioſos circiter quadringentos) quorum numerus poſt Bullam Innocentij X. de paruis Conuentibus ſupprimendis, nonnihil fuit imminutus. Eccleſia Conuentus Deiparæ Virginis Tranſpontinæ ſacrâ Chriſti crucifixi Imagine, quæ SS. Apoſtolos Petrum & Paulum allocuta traditur, binis columnis lapideis, quibus idem SS. alligati fuerunt, & venerandâ ipſius S. Virginis Imagine ex Orientis partibus delatâ decoratur, [b] ſicut & S. Martini in Montibus ſacris corporibus ipſius S. *Martini* Papæ & Martyris, S. *Syluestri* etiam Papæ, ac innumerorum aliorum reliquiis. [c] Vterque ille clariſſimus Conuentus immediatè ſubijcitur Reuerendiſſimo P. Generali, cæteris præeſt Prouincialis. Laurentius Schraderus *libro ſecundo monumentorum celebriorum Italiæ* de præfatis columnis, & Imagine B. Virginis in Conuentu Tranſpontino iſta habet, ſub titulo S. MARIA TRANSPONTINA.

[b] Vid. nu. 571.

[c] Et 614.

Columnæ SS. Apoſt. Petri & Pauli ſunt in Eccleſia Tranſpont. Romæ.

Hic locus Hebræa Domina, matriſq; Tonantis,
Proſpice ſit quanto dignus honore ſacer.
Hic ſunt lucentes PETRI, PAVLIQVE *columnæ,*
Sanguine tantorum nunc monumenta virûm, &c.
Hic ſua monſtrauit crebrò miracula Virgo,
Huicq; loco MARIÆ *nomina ſancta dedit.*

1008. VI. FRANCIÆ, magnorum virorum dudùm ferax: quos inter maximè reſplendet B. Ioannes Soreth Ordinis Reformator celeberrimus (de quo plura *par. 6. cap. 8.*) Prouincia ea eſt diffuſa per Campaniam, Normanniam, Picardiam, & ditionem Leodienſem: olim magis extenſa complectebatur etiam Conuentus Flandriæ, Arteſiæ, & Hannoniæ in Belgio: (qui nunc cum Conuentibus Brabantiæ &c. conſtituunt Prouinciam Belgicam, de qua infrà) Præcipuus ibi eſt Pariſienſis, à S. Ludouico, è Paleſtina cum aliquot Religioſis è Carmelo ſub annum 1254. reduce, conſtructus; [d] aliorum plurimorum, non tantùm in illa, ſed & in aliis

De celebri Conuentu Pariſ. à S. Ludouico fundato.

[d] Vid. nu. 781.

Prouinciis,

Digitized by Google

Prouinciis, parens: Reuerendissimo Patri Ordinis immediatè subiectus: de quo Lezana *tomo 4. Annalium ad annum Christi 1256.* illa scribit. *Fuit autem huiusmodi Parisiense Cœnobium sequentibus temporibus adeò amplum, magnificum, & plurium Religiosorum numero copiosum, vt 300. studentes in eo alij soliti essent. Splenduit etiam doctissimorum virorum, qui in ipso floruerunt, doctrina.* Ex dictis liquet, olim illam Prouinciam in Conuentibus & Religiosis valdè fuisse numerosam.

1009. VII. ABEMANIÆ INFERIORIS olim Monasteriis, & viris spectatissimis inclyta, postmodum communi Germaniæ fato inuoluta, iterúque superioribus annis restaurari cœpta. Ea anno 1444. die 12. Augusti in Capitulo Prouinciali Gelriæ celebrato, Præside B. Ioanne Soreth, diuisa fuit quasi in quatuor regiones. Cõstabat tum Conuentibus triginta quinque: quos inter celeberrimus semper extitit Colonienſis, plurimorum, cum vitæ integritate, tum diuinarum humanarumque litterarum scientiâ, illustrium fœcunda mater. Duodecim ex iis ad Episcopalem euecti fuêre dignitatem; celebrati ab Ægidio Gelenio *lib. 3. de Colonia Agrippina, syntagmate 43.* & à Lezana *in Annalibus ad annum Christi 1198.* Blasius qui suprà, & alij, scribunt, in eo solo ante Lutheranam exortam hæresim sustentari solitos Fratres plùs minùs ducentos: hinc etiam liquet, numerosam valdè fuisse illam Prouinciam. Extendit se nunc ad vsque Aquisgranum, Treuiros, Francofurtum, Spiram, complectens loca interiacentia. Conuentus Argentinenſis post varios casus, & alij nonnulli, ab hæreticis adhuc occupantur, aut destructi fuêre. Illi autem, qui siti sunt in Brabantia, aliisue Belgij ditionibus, dismembrati ab ea Prouincia, & vniti cæteris in Belgio, constituunt Prouinciam Belgicam, vt infrà dicetur.

De Conuentu Coloniensi primario Germaniæ inferioris.

1010. VIII. LOMBARDIÆ, quandoque dicta *Longobardiæ*, circa Alpes, Mediolanum, & Genuam extensa, numero, & splendore Conuentuum, ac copiâ Virorum præstantium inter alias Italiæ vix vlli cedens. In serie autem Cõuentuum Ordinis apud præfatos Philippum à SS. Trinitate, & Blasium nominatim exprimuntur istius Prouinciæ Cœnobia triginta septem. Posterior autem scribit, suo tempore (id est circa annum Christi 1620.) Religiosorum numerum ibi excessisse millenarium. De fundationibus celebriorum istius Prouinciæ Cœnobiorum Genuensis, Papiensis, Astensis, Mediolanensis, atque aliorum, & viris illustribus, qui in illis claruerunt (quos inter insigni sanctitate venerabilis habetur Iacobinus à Crauacorio, Vercellis tumulatus) scribitur *in tomo quarto Annalium Ordinis.* In Conuentu Genuensi (olim Ianuensi) extat antiquissimum authenticum, Apographum Bullæ Sabbathinæ in publica forma solemniter expeditum.[a] De templo Conuentus Raconisij, occasione insignis miraculi, per SS. Dei Genitricem patrati, constructo, agitur in iisdem Annalibus Ordinis ad annum Christi 1487. De Imagine miraculosa in Conuentu Vicinouensi actum est *p. 3. c. 33.* De Reformatione in illa Prouincia vide *par. 4. cap. 4.*

Lombardiæ Prouinciæ in Italiæ valde illustris.

[a] Vid. num. 1817.

1011. IX. AQUI-

1011. IX. AQVITANIÆ continens illas regiones, quæ irrigantur fluuio Dordoniæ,& infra Tolosam à dextris adiacent Garumnæ. [a] Seculo superiore etiam per hæreticos stragem non mediocrem passa in omnibus ferè Conuentibus dirutis aut spoliatis, Reformationis adminiculo, reflоruit: & cum Turonensi primitias Reformationis, strictioriq; obseruantiæ collegit. Videri possunt quæ de ea diximus *par.4.cap.2.* De Cõuentu S.Antonij per hæreticos destructo, eiusq; Religiosis interemptis, mentio facta est *par.4 cap.1.* [b] De fundato,deleto, iterumq; restaurato Conuentu Figiacensi (Philippus à SS.Trinitate nuncupat Pigeacensem) scribit Lezana in Appendice ad *Tomum quartum Annalium.* [c] De fundationibus variorum aliorum Conuentuum istius Prouinciæ agitur in eodem isto *Annalium tomo* 4. inter eos, quos doctrinâ, & sanctimoniæ famâ illustres protulit,eminent.S. Pettrus Thomas Patriarcha Constantinopolitanus,& V. Petrus de Casa, seu de Cęsis,clarissimâ ortus familiâ in Aquitania,ex Priore Generali Episcopus Vasionensis,& Patriarcha Hierosolymitanus:de quo latiùs suprà. [d] De numero Religiosorum ibi, & in Prouincia Turoniæ dicimus alibi. [e]

[a] Ita Philip. à SS. Trin. in histor. Carm.lib. 6.c.4.

[b] Nu. 631.

[c] Ad ann. Chr.1399.

[d] Par.6.c. 8.

[e] Nu. 658. & 1024.

1012. X. CASTELLÆ NOVÆ in Hispania, ea olim dicta fuit *Prouincia Hispaniæ*: postea simpliciter *Castellæ*, quæ successu temporis diuisa fuit in duas,& vni *Castellæ Nouæ*, alteri *Castellæ veteris* nomina indita:deniq; tẽpore Reuerendissimi P.Generalis Theodori Stratij revnitæ fuerunt.Cõuentus habet splendidos: Blasius Polonus enumerat quindecim, & in ijs habitantes circiter quadringentos. Plures ibi claruerunt insigni pietate, Theologicâ Scientiâ,concionum famâ,valde nominati, & episcopali infulâ decorati: quorum aliqui referuntur *tomo 4.Annalium ad annum* 1315. & 1378. & alibi. In ea est Conuentus non modo Hispaniarum,sed totius Europæ antiquissimus, Toletanus scilicet, fundatus circa annum Christi 40.per S.Elpidium: sicut constat ex dictis *par.3. cap.* 14. [f] De Imagine antiquissima dicta olim B.MARIÆ *de Alfizen*, nunc verò subterranea, & viris illustribus,qui in eo claruerunt, scribitur in ijsdem Annalibus Ordinis ad annum Christi 1095. & Sic suprà, *par.3. cap.29.& 36.* [g]

Toletanus Conuentus reputatur antiquiss.in Europa.

[f] Nu.348. & seq.

[g] Nu.474. 475. & 579.

1013. Fuit Prouincia illa Ordini & Ecclesiæ vniuersæ instar Paradisi Viridarium,in quo speciosissimi flores Virginei succreuerunt,iamq; transplantati in cælestibus deliciarum hortis odore suauissimo cœlum, mundumq; recreant vniuersum. Princeps merito censetur Seraphica Virgo TERESIA: quæ spirituale habuit tyrocinium, & Angelicam propè Vitam duxit per annos 27.in Sanctimonialium nostrarum Parthenæo Abulensi: de quo in iisdem Annalibus ad annum Christi 1514. hæc inter alia: *Huius porrò Cœnobij structura spiritualis, ob virgines, quæ in eo mansionem habuerunt, celeberrima est; vt vix quintus sequens Tomus ipsarum sanctimoniæ splendorem delineare possit.* In aliis etiam Hispaniarum Prouinciis varia extant, & vigent Sanctimonialium Ordinis huius Monasteria: quorum aliqua antè

Castella Prouincia seminarium Virginum Sanctiss.

Digitized by Google

qua ante annos quadringentos ibi constructa fuêre: & quidem in Oppido Castellæ Veteris *Fontiberos* dicto fundatum ante, aut circa annum 1251. de quo plura diximus suprà *par. 6. c. vltimo.*

1014. Sed & nuperæ cuiusdam fundationis celeberrimi Monasterij in Hispania, Madriti, factæ per illustrem D. Baronissam Beatricem da Sylueira, meritò hîc mentio facienda videtur, ex *tomo* 3. *Commentariorum in Euangelia* per Ioannem da Sylueira [a] applicantem fundatrici verba *Prouerbiorum* 31. de muliere forti: „ CONSIDERAVIT AGRVM ET EMIT EVM. „ Considerauit in platea de Alcala palatium quoddam satis amplum & „ commodum ad monasterium, tùm ex situ loci, tùm ex dispositione do- „ morum, ac ex fabricato claustro, & ex horto adiecto, perennibus fon- „ tibus præiucundo. *Emit eum* viginti & sex mille aureis. *Et plantauit* „ VINEAM vberem ac fertilem CARMELI (explicat Beda, *Plantauit Vi-* „ *neam*, scilicet *Ecclesiam*) Monialium Monasterium nempe, cum multa „ magnificentia, dispositione, ac commodo sacrarum Virginum, multâ- „ que perfectione pro obseruandâ religiosâ clausurâ. Denique insuper „ multis donis auri, argenti, ac pretiosissimis supellectilibus, pro cultu, „ & ornatu Ecclesiæ, in quibus largâ manu expendit centum viginti „ mille aureos. „ *Et infrà:* „ Ecclesiam, & Monasterium ædificat, cu- „ ius parietes & lapides Dei gloriam proclamant: tamen vt ait D. Ber- „ nardus: [b] *Lapides ac parietes non dicunt, sed homines.* Ideo introducit in „ Monasterium religiosissimas Moniales, ac Virgines ex magna nobilita- „ te totius Hispaniæ, adhibitis præclarissimis fundatricibus, quæ religione, „ virtute, ac probitate, perpetuò, nocte, dieque, oratione, meditatione, ac „ contemplatione Deo gloriam, & laudem exhiberent, perenniterque „ eius magnalia dicerent, & non tacerent „ *Manum suam misit ad fortia*, Regulam nempe Carmelitanam elegit, cum moderamine (vt pluribus sit accommoda) de vescendis carnibus tribus diebus per hebdomadam. *Omnes domestici eius vestiti sunt duplicibus* „ Ad earum sustentationem tam pro „ cibo, quàm pro vestitu, vsque ad minimum, sub vita communi, in perpe- „ tuos redditus dedit duodecim mille aureos annuales: ex quibus manda- „ uit deputare quolibet anno mille aureos ad nouam substantiam Con- „ uentus emendam; vt redditus numquàm minuantur, sed semper in no- „ uum augmentum procedant. Sicque voluit, vt Moniales, omnibus pro- „ uisis, essent independentes, ac separatæ ab omni secularium commercio, „ vt decreuerit, ac instituerit omnes Moniales (quod est valde peculiare) „ in hoc Monasterium ingredi sine dote, alimentis, proprijs, omnesque es- „ se sine peculiari redditu annuali, vulgo *tenzas*, nullamque posse aliquid „ venale suis manibus laborare, sed disponit, vt omnia fiant gratis, vel pro „ ornato Ecclesiæ Monasterij, vel aliarum Ecclesiarum, quæ in egestate „ sunt; omniaque voluit à Conuentu Monialibus suppeditari. *Deditq; præ-* „ *dam domesticis suis, & cibaria ancillis suis.* Domina Baronissa decreuit, ac ordinauit,

[a] Lib. 6. q. 8.

Fundatio valde notabilis, Cœnobij Monialium Carmelit. Madriti.

[b] Serm. 6. in dedicat. Eccles.

„ ordinauit, vt omnibus feriis quintis, per decursum totius anni, Sacro-
„ sanctum Eucharistiæ Sacramentum esset expositum in Missa Maiori
„ cum magno apparatu, multis cereis accensis, ac ingenti musicorum con-
„ centu.

CAPVT III.

Decem sequentes Prouinciæ.

1015. VNdecima HIBERNIÆ, etiam lamentabili Angliæ cladi inuoluta, semen adhuc seruans, quod, dum diuinæ placuerit prouidentiæ, illic repullulare possit, & postulans, qui contribules suos sub hæreticæ prauitatis iugo gementes, consolentur ac confortent. Iacobus Waræus Eques auratus in libro *de Scriptoribus Hiberniæ*, typis edito Dublinij anno 1639. plures commemorat huius Ordinis Doctores, & Scriptores, editis in publicam vtilitatem libris, & Episcopali, ac Archiepiscopali dignitate conspicuos, qui in Hibernia claruerunt. Ex ijs sunt Radulphus Kelleius, seu Kellæus Pontanæ (seu Droghedæ) natus, Cœnobij Kildarienſis alumnus, Procurator Generalis Ordinis, deinde à Clemẽte Sexto Archiepiscopus Casalensis (seu Cassalensis) Commemoratis ibidem eius scriptis, annotatur, eum à nonnullis perperam *Radulphum Kullei Anglum* vocari: Richardus Northals, Archiepiscopus Dublinensis; erat is natione Anglus: sicut, & Thomas Cranleius: qui post istum Dublinensem Cathedrã tenuit per annos viginti (de quibus, & aliis suprà.[a]) Dauid Obugæus (seu Obuga) Cœnobij Kildarienſis, Prouincialis Hiberniæ. *Erat autem Philosophus, Rhetor, Theologus, & vtriusque legis in tota illa terra peritissimus, atque ita totius Hibernicæ nationis lucerna, speculum ac decus, à multis appellatus. Claruit anno* 1320. *& Kildariæ postea in Cœnobio sui Ordinis admodùm senex decessit, & sepultus est.* Hæc Waræus: qui ibidem illius lucubrationes recenset.

[a] Par. 6. c. 4.

1016. XII. PROVINCIA PROVINCIÆ nuncupata, inter Rhodani fluenta, & maris mediterranei amœnitatem sita, complectens Galliæ Regionem eiusdem nominis, [b] Delphinatum, Statum Auenionensem, & Sabaudiã. Blasius in supradicto libro in ea enumerat Conuentus 20. & Religiosos plùs minùs quadringentos: & plerique Reformatæ, strictioriſque obseruantiæ zelatores, pietatis bonum spargunt odorem: nec desunt singulari eruditione celebres.

[b] Gallicè *Prouence.*

Conuentus Auenionensis habitatione, & admirandis gestis B. Petri Thomæ quondam decoratus, quàm numerosus fuerit in Religiosis, conijcere licet ex iis, quæ in Chronicis Henrici Knichton Canonici Leycestrensis *ad annum Christi* 1348. sic referuntur: *Isto anno, & anno sequenti erat*

De horribili & vniuersali pestè.

generalis

generalis mortalitas hominum in vniuerso mundo, &c. *Mortui sunt Auinione vno die* MCCCXII. *personæ secundùm computationem factam coram Papa*, &c. *De Carmelitis mortui sunt Auinione* LXVI. *antequàm ciues casum euentus persiperent.* Ea mortalitas etiam in aliis Conuentibus, & Prouinciis tùm nostris, tùm aliorum Ordinum sæuiebat, vt idem Author sic ibidem commemorat: *De Fratribus Prædicatoribus in regione Prouinciæ in Quadragesima mortui sunt* CCCLVIII. *Item apud Monpeliers de centum quadraginta non remanserunt, nisi VII. Fratres. Apud Magdalen. de* CXL. *tantum* X. *De Minoribus non remansit solus vnus, qui nunciaret cæteris.* De illa horribili peste plura scribunt passim alij historici, & ex nostris Lezana in Annalibus [a] vbi inter alia, animaduertit, eam valdè fuisse nociuam Ordinibus Religiosis, præsertim Mendicantibus, nam confessionibus infectorum excipiendis dum se impenderent, luem inbibebant, suisque communicabant. Tùm Ordines Mendicantes, qui in Ecclesia florebant, cœperunt tepescere & relaxari, deficientibus in eis antiquioribus & melioribus Religiosis, quibus in regimine successerũt iuniores, & tepidiores: atque ex aliis causis ibi assignatis. Sub id tempus dictus B. Petrus Thomas existens Auenione veritus (ob iam dicta) ruinã sui Ordinis, pro eius conseruatione, nocte Pentecostes, instantiùs B. Virginem MARIAM deprecans mirabili consolationis responso dignatus fuit, de quo aliquoties in superioribus. [b] De inuentione in spineto Imaginis Virginis Deiparæ, quæ in Ecclesia Conuentus Rupeculæ, seu Rochiettæ, miraculis magnis celebratur, scribunt Bzouius, & Lezana *ad annum* 1485. & inde aliqua dedimus *par.* 3. [c]

[a] Tom. 4. ad ann. Chr. 1348. & 1351.

[b] Nu. 145. 147. 189. 527.

[c] Nu. 555.

1017. XIII. Est SCOTIÆ, in Insula Regno Angliæ vicina: cuius fors eadem est, quæ præcedentis Hiberniæ, & ipsius Angliæ. De primo ingressu Carmelicolarum in Scotiam, sub annum Christi 400. latè agit Lezana *tomo* 3. *Annalium in apparatu cap.* 1. [d] & aliqua attigimus suprà *par.* 3. *ca.* 29. [e] De secundo eorumdem introitu, & monasteriorum erectione, Ordinisque propagatione ibidem, agitur *tomo* 4. *Annalium ad annum Christi* 1244. & 1258. vbi ex Thoma Demstero, *in Apparatu ad Historiam Scoticam* nominatim describuntur Cœnobia nostra viginti quinque. Ibidem ex eodem Demstero, dicto loco, insigne hoc de nostris Religiosis, in prædicta Scotiæ Prouincia degentibus, profertur testimonium: *Fuit hic Ordo apud nostrates in Maximo Religionis ornamento, & præcipua tùm pietatis, tùm verò Religionis nomine multis seculis veneratione: nec feruido mutandæ Religionis æstu vllus, quod legendo compererim, aut fando audiuerim, ex eo Ordine Apostata, Scotus. Contra verò multi summâ Sanctitatis opinione floruerunt.* Hæc ille, *magni nominis nostræ Religionis, in ea Prouincia, indicia*, inquit Lezana. Ex Cœnobio Kraimondæ prodijt, indeque cognomen habet, Simon Patriarcha Antiochenus, de quo *in Annalibus Ordinis* scribitur *ad annum Domini* 1371. Ea Prouincia ab Anglicana separata, & noua erecta fuisse videtur an. 1324. in Capitulo Generali Barcinonensi; ibi enim primùm nominatur vltimo

[d] Nu. 25. & 26.

[e] Nu. 479.

Scotia Prouincia cõmendatur.

Digitized by Google

loco: fuerat tamen ibi antè Vicariatus dependens à Prouincia Angliæ, vti constat ex Actis Capituli Generalis in Monte-pessulano anno 1321. vbi inter alia decretum fuit: *Quòd Vicarius, quem Capitulum Prouinciale Angliæ cõstitueret in Scotia, præstare deberet iuramentum fidelitatis seruandæ Domino Regi Angliæ, & Ordini, ac Fratribus, seu Prouinciæ supra-dictæ.*

Tusciæ Prouinciæ plures protulit Sanctos.

1018. XIV. TVSCIÆ, in Tusciæ seu Etruriæ magno Ducatu, inter Florentiæ opulentias ab annis ferè mille feliciter plantata, amœnissimeq; vernans, sanctimoniæ flores non paucos Ordini, Ecclesiæ, & Cœlo dedit: ij sunt S. Andreas Corsinus Florentinus; B. Maria Magdalena de Pazzi etiam Florentina, B. Francus, & B. Franciscus Senensis, & alij non pauci. Præfati Blasius, & Philippus sigillatim referunt in ea Conuentus quindecim, & ex ijs plerosque valdè conspicuos & Religiosos plus minus quadringentos. De fundatione Conuentus Florentini, factâ anno Christi 743. & Senensis anno 707. ac Pisani, sub ea ferè tempora, dictum est *par. 3 cap. 29. a* Monasteria etiam ibi sunt Sanctimonialium huius Ordinis. In aliis nonnullis Italiæ Prouinciis extant quoque alceteria Sacrarum Virginum Instituti nostri.

a Nu. 468. & seq.

1019. XV. VENETIARVM, in districtu Italiæ, Venetis subiecto. Ea multos passim Ordini Viros dedit doctrinâ & virtute illiustres, Archiepiscopali, Episcopali, Abbatiali, ac Prioratus Generalis dignitatibus insignitos. Ex iis nonnulli recensentur in Annalibus Ordinis ad annum Christi 1206. Et quosdam commemorauimus *par. 6. cap. 4.* & seq. Elenchus Conuentuum Ordinis exhibet Cœnobia vigintiquinque, &, illa incolentes Fratres circiter quingentos. *b* De miraculosa Imagine Paduę mentio fuit *par. 3. cap. 36. c*

b Apud Blasium Polon.

c Nu. 571.

Ecclesia Tholosani Conuentus pluribus, magnisq; miraculis olim celeberrima.

1019. XVI. TOLOSÆ, circa superiorem extensa Tectosagiam, præcedenti seculo per grassantes Hugenotos hæreticos multùm deiecta, resurgit, dum strictioris obseruantiæ germina, in ea pullulantia, succrescunt. In serie Conuentuum Ordinis decem nominantur, & illos inhabitantes Fratres circiter trecenti. Celeberrimum in ea est Cœnobium Tolesanũ, vbi SS. Virgo Deipara (verè se Ordinis Patronam demonstrans) miraculis plurimis coruscauit: prout irrefragrabile perhibent testimonium Scriptores plures, relati in Annalibus Ordinis ad annos Christi 1264. & 1266. & ipsum fundationis, seu translationis instrumentum: quod Guilielmus Decatelus insertum habet *Historiæ antiquitatum linguæ Occitanæ libro 2.* vbi inter alia hæc: *Vniuersis cernentibus præsentem chartam innotescat*, &c. Vbi postquam dictum esset, quomodo & cur Monasterium ex suburbiis trãslatum fuisset intra ciuitatem, sequitur: *In eo loco, in quo fuerat per Iudæos perfidos longo tempore blasphemata Beatissima Virgo præfata, Mater inclyti & gloriosissimi ventris sui fructus* &c. *Ad laudem sui dulcissimi nominis, & ad exaltandos fidei Christianæ professores Christianorumque fidelium hostes remouendos, & Orthodoxos viros in fide, Religione, & sanctimonia confirmandos: & ad ritum Iudaicum*

dicum consutandum; dictam Ciuitatem, & locum speciali prærogatiuâ gratiæ muniendo, in Oratorio præfato miracula maxima diu noctuq;, quasi continuò, apertè, & visibiliter operatur semper, cæcos illuminando; claudos, & contractos erigendo; surdis & mutis auditum, & loquelam restituendo, ac alia quamplurima faciendo, quæ effusa tamdiu in Prouincias conuicinas, infinitos ferè ad pietatis opera reuocarent, & recreando mentes intrinsecùs deuotorum, fonte dulcedinis irrigatos ad peregrinandum illuc communiter properarent, ex quibus debent meritò corda fidelium recreari, & in benedicta Virgine, & in suo piissimo Filio Sancti Spiritus obumbratione concepto, vnanimiter gratulari. &c. Quæ omnia Consulum dictæ ciuitatis, nec non Episcopi, Archidiaconi, Officialis, Abbatis Monasterij gratiæ Dei Ordinis Præmonstratensis, sigillorum munimine roborata fuerunt. De istis etiam aliqua dicta sunt suprà sub finem Chronologiæ vitæ S. SIMONIS STOCK ad annum Christi 1265. *a* Inter viros Illustres istius Prouinciæ præcipuè resplendet Benedictus Papa Duodecimus, qui ex summo Ordinis huius Theologo assumptus fuit in Abbatem Ordinis Cistercienſis, & inde ad primam Ecclesiæ Cathedram: prout latiùs suprà *parte 6. cap. 4.* *a* Nu. 768.

1021. XVII. CATALONIÆ, à Regno, in Hispaniis, nomenclaturam habens. Conuentibus constat quindecim pulchris & benè ædificatis. Celeberrimus, quoad magnificentiam & pulchritudinem ædificiorũ, ac copiam virorum virtute & doctrinâ illustrium, qui in eo claruerunt, est Barchinonensis. Primum autem quoad antiquitatem Prouinciæ istius Cœnobium, & inter vetustiora in Hispanijs, est in Oppido (Hispanicè *Villa*) Petræ-latæ, construi inceptum anno 1206. vt indicant illa istius Monasterij antiquissima scripta: *Anno à Natiuitate 1206. die 4. Aprilis fuit fundatus, & constructus in Vrbe Villa Petræ-latæ Conuentus* B. MARIÆ *Virginis de Monte Carmeli, extra muros de Petra-lata, per R. Fr. Antonium Gabrielem Nouerum, eiusdem Ordinis.* Perpinianensis fundatio refertur ad annum 1212. fuitque anno sequenti hospitio S. Francisci, Minorum Patriarchæ, decoratũ Cœnobium illud: sicut ad dictum annum annotatur à Lezana, qui ibidẽ plures istius Conuentus alumnos, sanctitate, doctrinâ & dignitate Episcopali insignes recenset: præclariores aliquot istius Prouinciæ commemorauimus *par. 6. cap. 4.* & sequentibus. Blasius sæpè relatus istius Prouinciæ Religiosos statuit plùs minùs quingentos.

Cathaloniæ Prouincia fœcunda parens virorum illustrium.

1022. XVIII. ALEMANIÆ SVPERIORIS, temporibus elapsis inter præstantissimas Ordinis Prouincias, & latissimè extensas, scilicet per Austriam, Principatus Herbipolensem, & Bambergensem, Hungariam, aliasque regiones adiacentes. In Elencho tam impresso, quàm manuscripto referuntur, cum adiunctis annis fundationis, Cœnobia viginti sex. De plerisque eorum agitur *tomo 4. Annalium Ordinis*, sed de Budensi Quinque-Ecclesiensi, Epperiensi in Hungaria, sicut & de Rottembergensi, Norinbergẽsi & aliis pauca; eò quòd de illis, per Turcas, & hæreticos occupatis,

monumenta interierint. Ea Prouincia, post pestiferã istic serpentẽ Lutheranã hæresim, & diuturni belli funestas clades; ferè interiẽs, zelo, industriã, & labore R. P. Gabrielis ab Annuntiatione Commissarij ibi Generalis, è Belgica euocati, (nunc Romæ Assistentis Reuerendissimi P. Generalis) & subsidio notabili ex eadem submisso, [a] ab annis quatuordecim, non modico progressu reparatur: sic, vt nunc plures sint Religiosi in in duobus dumtaxat Conuentibus, quàm ab annis haud multis in omnibus simul. De Conuentu Heilbrunensi, in ea sito, & Imagine SS. Virginis, dictæ *de Viticeto*, innumeris olim miraculis coruscante, scripsimus *par. 3. cap. 35.* [b] De miraculo in SS. Eucharistię Sacramento Norlingæ in loco Conuentus nostri dictum est eâdem *par. 3. c. 34.* [c]

[a] Vid. nu. 657. & 658.

[b] Nu 550. & seq.

[c] Nu. 529.

1023. XIX. VASCONIÆ, sic dicta à Prouincia Franciæ, in qua sita. Ea haud meliori conditione, quàm pleræque aliæ in Gallia, Prouinciæ, superiore seculo, similem quoque stragem illatam pertulit. Etenim ex septemdecim Conuentibus, quibus coalescit, tredecim hæreticorum immanitate incendio conflagrarunt, aut diruti fuerunt: residui quatuor, Burdigalensis, Aginnensis, Baionẽsis, & Aquensis eorũdem hæreticorũ prædatione spoliati fuerunt: prout *in Annalibus Ordinis to. 4. ad an. Christi* 1558. occasionaliter refertur: vbi etiam singulorum Conuentuum fundatores, & alia quædam notabilia de ista Prouincia commemorantur: hoc tempore lætiorem faciem induit, tùm in structuris Conuentuum partim reparatis, (& adhuc eæ reparantur) tùm in strictiori obseruantia, per Reformationem in ea plantatam & crescentem. Blasius Hoitius (seu Palucius) scribit, suo tempore Religiosos circiter quadringentos ibi existentes. Primarius Conuentus est Burdegalensis: de cuius fundatione dicta sunt nonnulla *parte 3. cap. 29.* [d] Sancti SIMONIS STOCK reliquijs & miraculis decoratur.

In Vasconia Prouincia omnes Conuentus aut exusti aut spoliati ab hæreticis.

[d] Nu. 478.

1024. XX. TVRONIÆ, ab vrbe, in ea, Archiepiscopali, nuncupatę: hoc tempore nulli in Ordine cedens, tùm quoad viros omnigenâ scientiâ eximios (vti manifestant Opera cuiusuis ferè subiecti, indies ab eis prodeuntia) tùm quoad genuinum Ordinis Spiritum eam informantem, nec non strictiorem obseruantiam, seu Reformationem; in ubi, quasi ex sacris cineribus magni illius Reformatoris B. IOANNIS SORETH (cuius venerandum corpus in capsula honoraria conditum asseruatur Andegaui) excitatam, indeque in alias plures, vt iam ante dictum est [e] deriuatam: cui proinde plurimùm debet Ordo. Conuentus habet præclaros viginti quatuor, Hospitia duo, Monasteria Sanctimonialium quatuor: ea sunt Scotiarum apud Nannetas, Nazareth, Venetensis, Sepulchri Rhedonensis, & Bethleemitici Ploërmelensis. De Miraculo SS. Sacramenti Parisiensis sermonem induximus *par. 3. cap. 33.* [f] & de Sacrario S. Annæ cap. 37. [g] De miraculo insigni per Sanctissimæ Crucis particulam, in Conuentu Nannetensi cum veneratione asseruatam, scribitur in *Delineatione Prouinciæ Turonensis*

Turonia Prouincia valde spectabilis.

[e] Par. 4. c. 2.

[f] Nu. 508.

[g] Nu. 598.

Digitized by Google

Turonensis cap.16. vbi etiam alia valdè notabilia commemorantur. In illa, & vicina, *Aquitaniæ Prouinciâ*, Religiosos circiter mille ducentos enumerabat Reuerendissimus P. Ioan. Ant. Philippinus in litteris circularibus; quarum partem dedimus *par.4.cap.5.* [a] [a] Nu.658.

CAPVT IV.

De decem alijs Prouinciis.

1025. VIgesima prima SAXONIÆ à Ducatu in Germania, (in quo, & circa quem protensa) appellationem sortita. Erecta fuit anno 1440. in Capitulo Generali Astensi, prout *ex libro Ordinis folio 37. & 38.* refertur *in Annalibus Ordinis ad dictum annum* 1440. his verbis: *Diuisa fuit Prouincia Bohemiæ in duas partes, scilicet in Prouinciam Saxoniæ, quæ facta fuit de Conuentibus Daciæ, Prussiæ, & Hasslingen, si Mudebugam. Quisfodiens. Theneseu. Penisens. & Amens.* Eius omnes Conuentus ab hæreticis diruti, aut occupati sunt: celebrior fuit Magdeburgensis, quem Magistratus eius Vrbis anno 1543. conuertit in fortalitium: at irrecuperabili suo damno, anno enim 1631. eò loco exercitus Tillianus Magdeburgum occupauit, incendit, & triginta (sunt qui scribunt, quadraginta) millia incolarum ferro, & igne extinxit. In vetusto Codice MS. Conuentus Mechlinicnsis, ab annis ferè ducentis maiori ex parte exarato per Ioannem Palæonydorum *fol.* ixx. & seq. extat series, seu catalogus Prouinciarum & Conuentuum Ordinis huius, prout erant ante annos ducentos, vbi Prouincia Saxoniæ ponitur vigesima prima, & in ea enumerantur Conuentus isti nouem: Magdeburgensis, Statinensis, [b] Pemskensis, Daënensis, [c] Perlebergensis, Ihenensis, Querfordensis, Odorfensis, Hetstedensis [d]. In libro autem de ortu & progressu Ordinis huius, typis edito Coloniæ an. 1643. [e] nominatim recensentur sedecim Prouinciæ istius monasteria, nec tamen omnia, plura enim extitisse, ibidē memoratur. E reformato per B. IOANNEM SORETH insigni Conuentu Mechlinensi ad Prouinciam istam, etiam in strictiori vita instituendam, destinatus fuit V. P. Daniel Oudewater, frater celebris historici Ioannis Palæonydori: qui in Conuentu Magdeburgensi Priorē agens ad laborum præmia euolauit an. 1484. ita annotatur in vetustis libris, & Necrologio dicti Conuentus Mechlinicnsis.

[b] In alio catalogo legitur *Stetinensis.* [c] Et *Danizensis.* [d] Horetedensis. [e] Pag.122.

1026. XXII. ARAGONIÆ, appellationem trahens à Regno in Hispaniis per quod se extendit. Cæteris Hispaniarum Prouinciis haud dissimilis, protulit non paucos theologicis studiis, & concionum famâ percelebres. A præfatis Blasio, & Philippo numerantur in ea Conuentus viginti, pleriq́ue magnifici. Primus habetur Oschensis, cuius fundatio adscribi-

tur

tur anno 1187. Religiosos ibi suo tempore existentes circiter sexcentos scribit idem Blasius. De Hostia consecrata, multis seculis incorrupta, & Imagine SS. Virginis magnâ deuotione frequentata in Conuentu Valentino, diximus aliqua *par. 3. cap. 34.* [a] In eodem sepulturam habet *V. P. Petrus Cernouichius* Princeps Macedoniæ, Imperatorio sanguine ortus, sed clarior vitæ sanctitate: de quo suprà [b]

[a] Nu. 533.
[b] P. 6. c. 6. n. 909.

1027. XXIII. NEAPOLIS circa clarissimam eiusdem nominis vrbem extensa. Eius, in serie Conuentuum Ordinis nominatim exprimuntur sexaginta sex (credimus iam pauciores post Bullam Innocentij X. circa Conuentus minores) & ex Blasio, Fratres, supra nongentos. Est præterea Cœnobium ipsum Neapolitanũ Reuerendissimo Patri Ordinis immediatè subiectum, præcipuo Virginis Carmelitanæ cũltu, & inde miraculorum gloriâ celeberrimum ratione sacerrimæ illius Imaginis, de qua scripsimus suprà *par. 3. cap. 36.* [c] & prodigiosæ alterius crucifixi, cuius facta est mentio cap. 35. [d] De amplitudine illius Monasterij, viris ex eo Episcopali dignitate decoratis, & eruditione ac Concionum facundiâ claris latè agit Lezana, *tomo 4. Annalium ad annum Christi 1269.* Inter cætera memoratu digna, quæ in eo acciderunt, haud inutiliter hîc commemorandũ videtur id, quod ab annis decem (1651. die 10. Decembris) ibi contigit: Frater laicus (cuius, quia fortè adhuc superstitis, nomen hîc non exprimitur) subsacrista, & custos templi, vesperi in cella sua (retrò altare, in quo Thaumaturga Imago existit) decubuerat sine SCAPVLARI. Sub mediam noctem vidit quendam, referentem figuram Patris Supprioris dicti Cõmentus, introgredientem quasi cum lucerna: & comitabantur alij quatuor, qui etiam eiusdem Cœnobij Religiosi esse apparebant. Is, qui prior intrauerat in specie Supprioris petijt, cur sine SCAPVLARI dormiret? Timore perculsus Frater respondit, se inaduertenter illud in Sacristia reliquisse. Tum iussit eum de lecto surgere, & diris verberibus disciplinam inflixit, dixitque: *Caue deinceps sine* SCAPVLARE *quieti te dare: moneasque præfectos Sacristiæ, vt pro defunctis suffragia, & Missas fieri curent.* Atque ita disparentes descendere videbantur versus Sacristiam, quò & ipse laicus ponè sequebatur: reperitque fores omnes bene obseratas, nec vltra quidpiã animaduertit. Manè ille grauiter affectus humeris & dorso, vibices, seu signa læuæ flagellationis ostentans, conquerebatur, se tam immaniter noctu exceptum fuisse. Res seriò tùm examinata fuit. Et iterùm aliquantò post, iussu Reuerendissimi Patris Hieronymi Ari, tùm Procuratoris Generalis, & (absente, inque Gallia visitante Reuerendiss. P. Ioanne Antonio Philippino Priore Generali) Commissarij, ac Vicarij Generalis, [e] Suprior loci, alijque iureiurando testati sunt, se nec ibi fuisse illâ nocte, nec simile quid cogitasse, neq; etiam aditũ patuisse ad illam cellam, ob excubias militum quorundam Hispanorum, ratione tumultuum antecedentium, Conuentum illum custodientium. Hinc pro comperto habetur,

[c] Nu. 558.
[d] Nu. 549.
[e] Is nunc est Prior Generalis vid par. 3. sub fin. & par. 6. c. 8. in fine.

istos

istos fuisse apparentes spiritus defunctorum Religiosorum istius Conuentus: quorum aliqui, etiam aliis vicibus, nocturno tempore in Ecclesia, & circa Sacristiam visi, & auditi fuêre, monentes, seu expetentes fieri suffragia. Ipsum autographum instrumenti desuper confecti, in quo iam enarrata asseruntur, cum iuratis attestationibus, & subscriptis nominibus istius Fratris Laici, P. Supprioris, & aliorum, vidi qui hæc scribo, & apographū penes me asseruo. Exemplo isto sint moniti Religiosi, ne sine competenti habitu somno se committant: &, vt pro defunctis suffragia solicitè persolui curent ij, quibus id incumbit. Aliam memorabilem apparitionē Religiosorum huius Ordinis, ferreis virgis castigantium quemdam Fratrem ex Ven. P. Hieronymo Gratiano retulimus *par. 3. c. 36.* [a] a Nu. 576. pag. 300.

1028. XXIV. PORTVGALLIÆ, seu *Lusitaniæ*, in Regno eius nominis, pietate, & doctrinâ, illustrium fœcunda parens vsque in præsens; Conuentus splendidos habet, sed haud multos; nam vndecim tantummodò referuntur, & in eis habitantes Religiosi ferè quadringenti: celeberrimus est Vlissiponensis, cuius principia, Lezana *tomo* 4. *Annalium, in Appendice* refert ad annum 1387. fundatore Nunnio Aluaro Pereira, ex Comestabili, clarissimo Lusitaniæ Principe, humillimo postmodùm Carmeli alumno: de quo alia quædam diximus *par. 6. cap. 5.* [b] In Conuentu S. Annæ de Collares, sanctè vixit, & obiit V. Frater Constantinus Pereira consanguineus præfati Nunnij. In eodem sepulturam accepit *V. Fr. Stephanus à Purificatione*. Ab hac Prouincia dependet Vicaria Brasiliæ, de qua statim. b Nu. 895.

1029. XXV. ROMANDIOLÆ, quandoque etiam dicta *Æmiliæ*, & *Flaminiæ*, quæ altera est in statu Pontificio (prior autem vocatur *Romana*, de qua suprà) Protulit varios pietate & eruditione spectabiles.

1030. XXVI. DACIÆ, vocatur, quoque *Prouincia Daciæ & Norwegiæ*. Erecta fuit in Capitulo Generali Bruxellis celebrato per B. Ioannem Soreth anno 1462. ibi enim primùm inter Prouincias Ordinis recensentur Daciæ & Norwegiæ: *Ex quo habetur, nouam Prouinciam, Daciæ & Norwegiæ, nuncupatam in hoc Capitulo institutam.* Ita Lezana *tom.* 4. *Annal.* In sequentibus Capitulis Generalibus semper nuncupatur dumtaxat sub nomine Daciæ. Latissimè se extendebat in partibus Septentrionalibus, per Transiluaniam, Valachiam, & Moldauiam (quæ omnia, & etiam pars Hungariæ, sub Dacia comprehenduntur, prout ex Philippo Cluverio [c] & alijs Geographicis habetur) necnon Norwegiam, & adiacentes Regiones: quæ partim sub Turcarum, partim sub hæreticorum tyrānide nunc gemunt: ac propterea de eius Conuentibus, & viris illustribus pauca noscuntur. In antiquo illo Codice MS. (cuius fecimus mentionem hic paulò antè [d]) Prouincia Daciæ in elencho Prouinciarum constituitur vigesima septima, atque in ea enumerantur Conuentus isti *Lantscronensis*, *Holsingorensis*, *Scelsoriensis*, *Sullingburgensis*, *Walerienſis*, *Verbrocensis* in Swecia, *Maristacensis*, c In introduct. ad Geograph. lib. 4. c. 18. d N. 1025.

censis, seu *Lorus Mariæ*, *Arusiensis*. Cæterorum sustulit memoriam hæreticorum impietas.

1031. XXVII. S. ANGELI, quandoque etiam dicta *Vallis Mazzariæ*, in Sicilia, partem Australem occupans. Elenchus Conuentuum illius Prouinciæ apud Philippum præfatum nominatim specificat quinquaginta, Blasius autem enumerat dumtaxat quadraginta sex, & in illis commorantes Religiosos suprà mille. Antiquior Conuentus habetur Panormitanus, fundatus sub annum 1118. vt habetur ex D. Abbate Rocco Pirrho (apud Lezana, *a* & ex inscriptione Ecclesiæ, apud eumdem, *b*) in qua maximè colitur Deiparæ Virginis, è marmore sculpta deuotissima Imago: ad quam piè venerandam tota ciuitas à Paschate vsque ad Pentheco-stes festum singulis quartis feriis à mane vsque ad tertiam noctis horam annuatim concurrit. *c* Sub ea etiam comprehenduntur Conuentus, & Religiosi Insulæ Melitensis. Plura istius Prouinciæ Cœnobia titulo *Annuntiatæ Virginis* insignita sunt, vt refert Lezana *in Appendice ad tomum* 4. *Annalium, sub annum* 1418. vbi de fundatione Conuentus in Ciuitate Melitensi dicta *Notabilis*. De celeberrima Imagine SS. Virginis Drepanensis dictum est *par.* 3. *c.* 33. *d*

a Tom. 4. Annal. ad ann. Chr. 1220.

b Tom. 3. Annal ad ann. Chr. 1118.

c Lezana ibid.

d Nu. 513.

1032. XXVIII. BÆTICÆ, aliter quoque dicta *Granatæ* à Regno, vbi sita: cuius gloria cum cæteris Hispaniarum communis est ab alumnis non paucis sapientiæ opinione præcellentibus: quorum aliquos retulimus *par.* 6. *cap.* 7. Conuentus habet viginti, & plerosque ornatissimos, Blasius Polonus Religiosos eius Prouinciæ asserit suprà octingentos. Primus refertur Gibraleonēlis, de cuius fundatione per D. Alphonsū de la Cerda Principem in Regno Castellæ, nepotem Regis Alphonsi, agitur *tomo* 4. *Annalium Ordinis ad an. Christi* 1290. Verisimiliter tamen ab antiquissimis temporibus ante Saracenicam in Hispaniam inuasionem circa an. 578. Conuentum nostrum Hispalensem extructum fuisse scribitur *in tomo* 3. *Annalium* ad istum annum. De insigni Imagine lignea SS. Virginis opere Gothico incisa, in Ecclesia Conuentus Giennensis coruscante miraculis scribitur in Annalibus Ordinis ad annum Christi 1511. Apud præfatum Blasium referuntur nominatim eius Conuentus viginti tres, & eos inhabitantes Religiosi circiter quadringenti.

De erectione Prouinciæ Bohemiæ.

1033. XXIX. BOHEMIÆ in Regno eius nominis: Instituta fuit ista Prouincia an. 1411. in Capitulo Generali Bononiæ celebrato, & ei assignatæ fuerunt Conuentus Bohemiæ, Poloniæ, Brussiæ &c. qui ad illud tempus fuerant sub Prouincia Germaniæ Superioris (prout habetur ex Actis istius Capituli, & refertur in Annalibus Ordinis ad dictum annum) & exindè in Capitulis Generalibus nominatur proximè post Prouinciam Turoniæ. Ab anno autem 1440. quo instituta fuit Prouincia Saxoniæ, in Actis Capitulorum Generalium non ampliùs fit mentio Prouinciæ Bohemiæ vsque ad annum 1462. quo celebratum fuit Capitulum Generale Bruxel-

Digitized by Google

Bruxellis, in quo vltimo loco recenſetur Prouincia *Bohemiæ & Poloniæ:* quę tunc vnam Prouinciam conſtituiſſe videtur. In Capitulo autem Generali Aſtenſi anno 1472. & in aliis aliquot ſequentibus ſpecificatur ſeorſim Prouincia Bohemiæ. In veteri illo MS. Codice Mechlinienſi (de quo ſæpè iam antè) inter Prouincias Ordinis numero vigeſima tertia recenſetur *Prouincia Bohemiæ, ſeu Prutiæ* a & iſti eius exprimuntur Conuentus, *Pragenſis, Tachouienſis, Regouienſis, Cracouienſis, Cyfflenſis, Ploncenſis, Gedeguſtienſis, Paznanienſis* b *Dancenſis* c *Paſſenburgenſis.* Succeſſu autem temporis, multiplicatis Conuentibus in Polonia ex iis diſtincta Prouincia inſtituta fuit ſub titulo *Poloniæ*, in ſerie Prouinciarum trigeſima (de qua ſtatim) Primarius erat Conuentus Bohemiæ in Regia Vrbe Pragenſi: fundamenta cuius manu ſuâ poſuit Carolus Quartus Imperator anno 1347. fuitque is tãtæ magnitudinis, vt cum Eccleſia, & domibus in eius fundo conſtructis, videretur ſpeciem alicuius oppidi referre. In Capitulo Generali Brugenſi anno 1379. Conuentus Pragenſis ille deputatus fuit pro ſtudio Generali.

a Nunc dicitur *Pruſſia.*
b Videtur legendum *Poſnanienſis.*
c Sicut ibi Dantzicencis.

Eccleſia autem ipſa, ſeu Baſilica, ex dolato lapide, ſic eminebat, vt Pragæ nulla eſſet altior: anterior pars, ob bella, & hæreſes exurgentes, incompleta manſit: quæ ſi perfecta fuiſſet, haud minor extitiſſet Sancti Pauli Eccleſiâ Romæ, vna de ſeptem: ſicut refertur *in Annalibus Ordinis* ad dictum annum. Eam, & Cœnobium ſpoliarũt, & ex parte diruerunt hæretici Huſſitæ circa annum 1419. vt habet Bzouius ibi: & aliquantò poſt Religioſi inſtaurarunt: at demùm, poſt varios caſus, vnà cum cæteris eiuſdem Prouinciæ Monaſterijs hæreſes & bella, demolita ſunt. Præfatus Carolus IV. fundauit quoque anno 1351. Cœnobium noſtrum Tachouienſe, ſeu Tacobienſe, quatuor leucis à confinibus Bauariæ, vti refert Wenceſlaus Hagelcus Bohemiæ Chronologus, *folio* 321. d Inter celebriores iſtius Prouinciæ Conuentus etiam erat Stregouienſis in Sileſia: de cuius fundatione ſcribitur *in Annalibus Ordinis ad an.* 1355.

d Apud Lezana to. 4. Annal. ad an. Chr. 1351.

1034. XXX. POLONIÆ, illo in Regno potiſſimùm conſiſtens: de quà ſuprà nominatus Blaſius Polonus in dicto libro iſta ſcribit: *Poloniæ Prouincia: hæc etſi ſit parua non tamen eſt ignobilis, ob loca præſtantiſſima, & ſacratiſſima; tum etiam ob viros in omni ſcientia ſpectatiſſimos, & Conuentus ſingulares, inter quos ſunt iſti ſedecim* (quos recenſet) *Habet in vniuerſum quadringentos Fratres.* Ita ille. De variis caſibus Monaſterij noſtri Gedanenſis ſeu Dantzicani (vulgò *Dantzich*) in Pruſſia, ſeu Boruſſia Regali agitur *in Annalibus Ordinis ad ann. Domini* 1348. Cœnobium Raſtemburgenſe in Pruſſia Ducali, non longe à Regio-monte, per bella, aut hæreſes amiſſum eſt. Deiparæ Imaginibus, miraculis illuſtribus, decorantur Cracouienſis Conuentus, & etiam Iaſſenſis, ſeu Gaſſenſis: de quibus aliqua dicta ſunt *parte* 3. *cap.* 35. e De celeberrimo miraculo SS. Sacramenti Euchariſtiæ, cuius occaſione Conuentus Poſnanienſis fundatus, & Ordini traditus fuit, dictum

e Nu. 54.

a Nu. 530. ctum est ibidem *cap.* 34. a De B. Stanislao Polono, pro Christi fide à Schytis crudelissimè interfecto, miraculorum gloria illustri, quædam
b N. 894. diximus *parte* 6. *cap.* 5. b

CAPVT V.

De reliquis Prouinciis.

1035. TRigesima prima, APVLIÆ, in Regno Neapolitano, non postrema inter Italicas, ob viros spectatâ eruditione conspicuos, & Conuentus benè comptos, quos enumerat viginti tres; in quibus circiter quadringentos quinquaginta Religiosos constituit idem Blasius. Antiquissimus habetur Brundusinus, cuius aliquod initium fuit anno 1194. Est in eo fons S. Angeli Martyris, cuius latices deuotè hausti varijs infirmitatibus medendis prosunt. In Conuentu Barlettensi (Icone quâdam Virginis Deiparæ pulcherrimâ, & deuotissimâ decorato) floruit Ven. Petrus Cernouichius, sanctæ vitæ opinione venerabilis, cuius mentio fuit, vbi de Prouincia *Aragoniæ*, & de eodem etiam quædam dicta sunt *p.* 6. *cap.* 7. In Cœnobio Bituntino est Imago Beatiss. Virginis in muro depicta, singulari deuotione à populo celebrata, vt fidem facit magnus numerus ibi appendentium votorum. In Monasterio etiam Morciani, seu Morcianensi, est Imago sub titulo *de Annuntiatione*: quæ habetur in magna veneratione, ob non pauca miracula ibi patrata, vt *in Annalibus Ordinis ad annum* 1357. annotatur. Ibidem refertur de V. Fr. Petro Catanensi laico (qui in eodem Conuentu vixit, obseruantissimus Regularum, & obedientiæ) quòd mox ab obitu apparens, inter alia significaret, *se in purgatorio esse, & Sabbatho proximo per Beatiss. Virginem* MARIAM *liberandum*. In Conuentu etiam Tarentino cernitur insignis Imago, vetusta valde: quam miraculis enituisse populus clamat; & donaria votiua, argentea etiam, ibi crebriùs oblata, manifestant. *Ex Annalibus Ordinis ad an.* 1495.

XXXII. CALABRIÆ, præferens quoque titulum regionis in ipso Regno Neapalitano, vbi consistit. De qua ista Blasius: *Hæc etsi sit exigua, tamen etiam excellit ob Conuentus præstabiles & venustos*: quos recenset duodecim, & in eis habitantes Religiosos supra 230.

1036. XXXIII. BELGII, coalescens è Conuentibus sitis in Prouinciis Belgicis: qui vniuersim fuerunt viginti nouem Religiosorum, & septem Monialium: è quibus quinque (*parte* 4. *cap.* 1. nominati) ab hæreticis occupantur, cum duobus Virginum Sacrarum, scilicet Harlemensi, & Roterdamensi (etenim Roterdami, & Harlemij Conuentus Monialium Carme-

Carmelitanarum extitisse, constat ex duplici catalogo Conuentuum Alemaniæ Inferioris, sub qua olim fuerunt Conuentus Brabantiæ & Hollandiæ, qui ab annis circiter ducentis exaratus per Ioannem Palæonydorum, extat in sæpe-nominato Codice MS. Mechlinienſi folio LXIX, & LXXI.) Tres nimirùm Atrebatenſis, Paulopolenſis, & Landracenſis, à Patribus Prouinciæ Franciæ, occaſione bellorum præteritorum, adhuc inhabitantur: atque ita remanent viginti vnus Religioſorum; nempe octodecim Prioratus & tres Vicariatus (Duaci, Diuæ Virginis ad mulum, & S. Annæ) & inſuper tria Hoſpitia (Neoporti, Wauriæ, & Namurci, extra, & propè portam) nec non quinque Monialium (videlicet Viluordiæ, nũcupatum DIVÆ CONSOLATRICIS, de quo aliquoties ſuprà, Namurci, Brugis dictus SION, Gelriæ, & Marchiæ in Ardenna) De deſtructione Conuentuum huius Prouinciæ per hæreticos, & bella, deque eorumdem reſtauratione per Reformationem dictum eſt *parte* 4. *cap.* 1. *&* 3. [a] De Conuentu Boxmerano, & ſacro miraculoſo ſanguine ac de quibuſdam Imaginibus Diuæ Virginis in Belgio, miraculis illuſtribus, actum eſt *parte* 3. [b] Scriptores varij thematis, atque Epiſcopali, ac Abbatiali dignitate inſignitos, commemorauimus *par.* 6. *c.* 4. & ſequentibus.

[a] N. 634. & ſeq. ac 649. & ſeq.

[b] Nu. 521. & ſeq. 575. 594.

1037. XXXIV. APRVTII etiam nomenclaturam ſortita à loco ſuo in eodem Regno Neapolitano: nouella adhuc plantatio duodecim Conuentibus, ceu palmitibus extenditur: eos recenſet Philippus à SS. Trinitate.

XXXV. CASTELLÆ VETERIS, eam poſtliminiò in vnam coaluiſſe cum Prouincia Caſtellæ nouæ, diximus ſuprà. [c]

[c] Numer. 1012.

1038. XXXVI. SARDINIÆ in Inſula maris mediterranei eius nominis. Pauci Conuentus exiſtunt in ea, tamquam nouella adhuc, inchoata demum anno 1506. prout *in Ordinis Annalibus* refertur *ad dictum annum* his verbis: *Cœpit ab eodem tempore fundatio Monaſteriorum Ordinis in nobiliſſima Inſula Sardiniæ.* Sæpè nominatus Blaſius ſex Conuentus ibi enumerat.

1039. XXXVII. MONTIS SANCTI, per Siciliam, & alia quædam Italiæ loca, extenſa. Ea ſtrictiſſimam profitetur Regularem obſeruãtiam, & Reformationem; etenim Conſtitutionibus communibus Reformationis, (quarum facta eſt mentio ſuprà *par.* 3. *cap.* 37. [d]) alios etiam ſuperaddidos rigores profitetur; ac inter cætera perpetuam à carnibus abſtinentiam (vt in Primitiua Ordinis Regula præſcribebatur) piè aſſumpſit, & religioſè ſeruat. De eius origine, & incrementis egimus *parte* 4. *cap.* 4. In Decreto Sacræ Congregationis S. R. E. Cardinalium, negotiis & conſultationibus Epiſcoporum, ac Regularium præpoſitæ cõceſſo anno 1646. ea nuncupatur PROVINCIA MONTIS SANCTI CARMELI. Per iſtud Decretum conceditur erectio iſtius Prouinciæ his verbis: *Attentis narratis, ac Sanctiſſ. D. N. annuente, cenſuit erectionem prædictæ Prouinciæ eſſe concedendam,*

[d] N. 607.

dam, prout virtute præsentis Decreti concedit, cum obligatione tamen obseruandi in ea Regulam primitiuam ab Innocentio Quarto confirmatam, sub qua ipsi Fratres primi instituti profitentur, contrariis non obstantibus. Romæ 16. Februarij 1646. subscriptum erat *M. Cardinalis Ginettus.*

1040. XXXVIII. Prouincia S. MARIÆ *de vita*, in Regno Neapolitano, instituta annó Christi 1660. sicut ex Actis Capituli Generalis istius anni retulimus sub finem *partis* 3.

Etiam Patres nostri Britones celebrem habent missionem in Americam: quò, per tempora, noua destinantur agmina Religiosorum; vt illic, in magna messe, manipulos animarum colligant, cœlestibusque horreis aliquando inferendis adaptent. De institutione, progressu, & fructu istius missionis, conuersione infidelium, & hæreticorum, ac quibus in locis isti Missionarij potissimũ degant (præcipuus est insula nũcupata *S. Christophori*) peculiarem scripsit librum R. P. Maurillus à S. Michaele: qui, & P. Ambrosius à S. Anna, primitias istius missionis tulerunt anno Domini 1646. cæteriſque viam præmonstrarunt. De ea sic Blasius: *Est in nouo Orbe: habet adhuc paucos Conuentus, sed Deo gratias, quòd eò Religio nostra peruenerit, vbi adhuc gentilitas viget: habet hos Conuentus, quos scimus: Fernambucensis, Badiensis, S. Pauli, Rienensis, Sanctorum, Paraibensis. Degunt in hâc Prouinciâ* 150. *Fratres.* De SCAPVLARI in terra per annos sedecim incorrupto, reperto in Ecclesia Societatis IESV, in vrbe Riennensi, seu Rio de Genaro, [a] quod cum veneratione asseruatur in Ecclesia Ordinis nostri istic & in processionibus circumfertur, scripsimus *par.* 3. *ca.* 37. [b] De Reuerendissimis PP. Iacobo Wemmers, & Francisco Suario, ad Orientalem plagam ab Innocentio X. destinatis, & successiuè Cairi, seu Memphéos Episcopis, & Legatis Apostolicis per Æthiopiam, mentio fuit hîc suprà *par.* 6. *ca.* 7. [c]

[a] Quidam scribunt: *Rio de Henero.*

[b] N. 606.

[c] Nu. 932.

1041. Est denique clarissima Prouincia, seu Congregatio Mantuana, per totam ferè Italiam extensa: cuius Superior seu Præses (de biennio in biennium, aut consentientibus Prioribus de quadriennio in quadriennium, iuxta Diploma Sixti IV. eligendus) Vicarij Generalis titulo gaudet. Origo seu primordiale initium illius refertur in Annalibus Ordinis ad annum Christi 1442. *Ex ea veluti ex equo Troiano strenuissimi milites, plures, scilicet, vtriusq; sexus sanctitate insigni, multiq; doctrinâ celebres Patres, Doctores & Prælati prodierunt,* vt ibidem dicitur: quos inter præcipuè resplendent magnus ille Poëta, Theologus, Philosophus & Orator Baptista Mantuanus (de quo plura *par.* 6. *c.* 8. dicta sunt & de primo eiusdem Superiore ac Vicario Generali eadem *par.* 6. *cap.* 5.) Blasius Polonus eiusdem Conuentus recenset 52. & in eis habitantes Religiosos circiter mille quingentos. Philippus à SS. Trinitate nominatim exprimit eius Conuentus quinquaginta-quatuor.

CA-

Digitized by Google

CAPVT VI.

De Conuentibus huius Ordinis in Leodienſi Principatu.

1042. CVm Ven. P. Lezana in Annalibus tractet de fundationibus Conuentuum ex variis Prouinciis ad ipſum tranſmiſſis, nō autem meminerit eorum, qui in Principatu Leodienſi exiſtunt; eò quòd illorum deſcriptio, accuratè facta per R.P. Matthiam à Corona, tum Pricrem Conuentus Leodienſis (modò Vicarium Prouincialem Reformatorum Prouinciæ Franciæ) caſu ad ipſum non peruenerit, idcirco hoc loco ſuccinctè de illis non incongruè agendum videtur.

Primarius, & celebrior eſt ipſe Leodienſis, cuius fundationis certus annus non habetur; quòd liber hiſtorialis iſtius Conuentus (cuius ſæpè meminerunt regiſtra, ſeu libri receptorum Conuentus) bellorum calamitatibus perierit. Nihilominùs eius antiquitas colligitur ex præcedentia in omnibus conſeſſibus, & actibus publicis, ante PP. Dominicanos, Franciſcanos, & Auguſtinianos: quorum illi domum ſtatuerunt Leodij anno 1229. Minores verò anno 1231. poſtremi autem, ſcilicet Auguſtiniani, ante ducentos circiter annos. Quæ præcedentia ratione fundationis ſolius etiam obſeruatur in aliis Ordinibus: nam Benedictini, & Ciſtercienſes præcedunt omnes Canonicos Regulares: quod etiam obſeruatur in octo Collegiis, triginta duabus parochiis &c. *Leodienſis Conuentus antiquitas.*

1043. Poſtquàm Carmelitæ aliquot annis in obſcuro ſatis latuerant, vel propter habitum, ſeu cappam barratam, ex nigro & albo; vel quia rarò ad ipſos ventitabat populus, qui per pontem Inſulæ (vnicam tantùm tunc viam ad Carmelitas) apud Prædicatores vt plurimùm ſubſiſtebat. Tandem prædictus Carmelus euaſit in Monaſterij formam, dictæ Religionis muneribus perficiendis idonei anno 1249. vt colligitur ex antiquiſſima tabella, in pargameno, non procul ab altari ſummo, ad ſiniſtrum eius cornu appenſa: cuius etiam meminit Pater Bartholomæus Fiſen Societatis IESV *lib.* 13. *hiſtoriæ Leodienſis:* huius tabellæ hæc ſunt verba: *Erectus eſt Carmelus iſte Leodienſis in honorem Dei Omnipotentis, ac Glorioſiſſ. V.* MARIÆ *anno partus Virginei ſuprà milleſimum, & duenteſimum, quadrageſimo nono, ſub Pontificatu Innocentij Quarti, ſub Imperio Frederici Secundi, ſub Epiſcopatu Henrici Tertij, ſub Generalatu Magiſtri Simonis Stock.* [a] *Ædificatus fuit tempore S. Simonis Stock.*

[a] De Carmelo Bruxell. cod. anno fundato vid. nu. 785.

1044. Cum dicti Carmeli alumni ita omnium ciuium in ſe prouocarent affectum, vt alij eorum officia quotidie audire ſatagerent, alij apud ipſos

ipsos sepulturam eligere, alij Ecclesiæ Sacramentis, saluo parochiali iure, ab iis muniri, alij eorum concionibus libentes, tutè & non repugnantibus Parochis, adesse desiderarent; vt omnium, & singulorum desiderio, & votis satisfaceret Henricus à Gueldria Leodiensis Episcopus, Carmelitarum zelum, & populi deuotionem, publico hoc Diplomate commendauit, anno 1265. HENRICVS *Dei gratiâ Leodiensis Episcopus dilectis in Christo Filiis Priori Fratrum B.* MARIÆ *de Monte Carmeli, domus quæ est in Leodio, salutem in Domino sempiternam. Cùm Ordinis vestri generosa plantatio, ab antiquo longè lateq; diffusa, laudabilis conuersationis odore multos religiosius flores fructusq; protulerit, extendens vsque trans mare propagines eius, etiam in ciuitate Leodiensi, nostris initiata temporibus nondum robusto consistat in stipite; propter quod consolationis opportunæ iugiter egeat vberibus, irriguisq; fomentis: Nos vestris supplicationibus annuentes grato assensu, vestræque consolationis participes esse cupientes, ac piè considerantes, quòd à laude Dei silere non debeat lingua carnis; vt horas Canonicas, & Diuinum Officium altâ voce cantare, confessiones audire, publicè prædicare, Cœmiterium habere, & fidelium decedentium corpora, qui apud vos elegerint sepulturam (dummodò non sint excommunicati, aut interdicti, aut publicè vsurarij) Ecclesiasticæ positis tradere sepulturæ, alicuius temerariâ contentione non obstante, authoritate ordinariâ, tenore præsentium vobis indulgemus. Nulli ergo liceat hanc nostræ concessionis paginam infringere vel ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, Sanctique Lamberti Martyris, & nostram, se nouerit incursurum. Datum anno Domini 1265. mense Nouembri.*

Commendatur ab Episcopo Leodiens.

1045. Haud multùm dissimilis tenoris litteras gratiosas iam tum ante concesserat Venerabile Capitulum, Leodiense. Idem Dominus Henricus Episcopus, vt fideles redderet promptiores ad audiendas salutares Conciones Carmelitarum Leodiensium, eis concessit, vt in singulis Concionibus largirentur auditoribus Indulgentias quadraginta dierum, in hæc verba: HENRICVS &c. *Ex quo magni consilij Angelo largiente primordia vestræ plantationis, conuersationis, & Vitæ successibus promouentur, Angelis ad gaudium, vobis ad nutrimentum, aliisq; non modicum proficiat ad exemplum. Hinc est, quod inebriauit nos gaudium, ac implenit, qui suscitat de puluere egenum, & pauperem statuit in sublime, & omnia interiora nostra quodam spirituali odore saginantur. Vt autem ex hoc vestra dilectio à nobis gratiam percipiat, & vt ramus fomentum sentiat à radice, vestris precibus benignum impertientes assensum, authoritate vobis præsentium tenore indulgemus, vt populum ad audiendum verbum Dei confluentem, ex more, spiritualibus muneribus ad benefaciendum officiosius inuitetis, conferendi quadraginta dies Indulgentiarum, in singulis prædicationibus vestris omnibus, &c. Datum anno 1267. feriâ 3. ante Natiuitatem B. Ioannis Baptistæ.*

Idem Indulgentias concedit frequentatibus ibi conciones.

1046. Conuentum istum speciali affectu prosequutus fuit, sæpiùs visitauit, inque eo moras traxit B. P. Ioannes Soreth: à quo in strictiori obseruantia restauratus, & confirmatus fuit circa annum Christi 1451. & etiam

etiam in temporalibus notabiliter auctus, Reformatus iterum fuit anno 1632. operâ R.P. Alberti du Saucly (de quo ſtatim) & exinde, cum in pretio eſſent ſpiritualia Religionis exercitia, vigeretque diſciplina clauſtralis, Dom. Deus, iuxta promiſſum ſuum: *Quærite primum regnum Dei, & reliqua adijcientur vobis*, experimentaliter quoque Conuentui iſti benedixit in temporalibus; adeò vt ornamenta Eccleſiæ, libri bibliothecæ, & ſupellex Conuentui exiguo tempore accreuerint ad valorem millium aliquot librarum Gallicarum: inſuper operâ & induſtriâ ſupra-nominati R. P. Matthiæ à Corona, templum, dormitorium & refectorium &c. vetuſtate, & iniuriâ temporum ferè collapſa, non tantũ reparata ſint à fundamentis, ſed & ampliori, ac ſolidiori ſtructurâ, formaq; pulchriori exornata fuerint. *In ſtrictiori obſeruãtiæ inſtruxit.*

1047. Claruerunt in eo plures ſingulari doctrinâ, dignitate Epiſcopali, & pietate ſpectabiles, Daniel Epiſcopus Artanenſis [a] Suffraganeus Leodienſis (de quo refert præfatus Bartholomæus Fiſen [b] ipſum fuiſſe primũ, qui in muneribus Pontificiis Vicarius fuit ſubſtitutus ab Henrico à Gueldria, cuius exemplum ſucceſſores Epiſcopi Leodienſes ſecuti ſunt, vt in Rempublicam animum liberiùs intenderent [c]) Ioannes de S. Martino Doctor Theologus, Epiſcopus Ioppenſis, & ſimiliter Suffraganeus Leodienſis: Butgerus à Burgis (Lezana eum nominat Hylgerum) Epiſcopus Buduanenſis, & Suffraganeus Leodienſis. Hubertus Leonardus Doctor Pariſienſis, Epiſcopus Darienſis, ac Suffraganeus Leodienſis, peculiari encomio celebratus à Trithemio *in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis*, vbi commendatiſſima ab eo edita Opuſcula commemorat; agunt de eodem alij plures: Dionyſius Stephani Epiſcopus Roſſenſis, etiam iſti Conuentui accenſetur: fortè quòd in eo diu habitarit: profeſſione autem fuit Conuẽtus Thenenſis in Belgio, & in eodem ſepultus ante ſummum altare ſub inſigni lapide ſepulchrali, cum iſto epitaphio: *Hic iacet inhumatus R. in Chriſto Pater & Dominus Dionyſius Stephani, Epiſcopus Roſſenſis, nec non Suffraganeus Illuſtriſſimi Domini Ioannis de Hynsberghe Epiſcopi Leodienſis ex iſto Conuentu Fratrum Ordinis Carmelitarum aſſumptus, Qui obiit anno Domini* 1458. 25. *die menſis Octobris.*

[a] Sunt qui ſcribunt *Vrtonenſis.*
[b] In hiſtoria Eccleſ. Leod.
[c] De iſto Daniele vide plura in Annal. Ord in append. ad an. 1337.

Viri illuſtres Carmeli Leodienſis.

Andreas Strengaert, natione, & profeſſione Leodienſis, Profeſſor Theologus Colonienſis, à Summo Pontifice nominatus Epiſcopus Tagaſtenſis, per annos triginta ſex in Epiſcopalibus functionibus vices geſſit ſub tribus Epiſcopis Gerardo Groesbeck, Erneſto Bauaro, & Ferdinando Bauaro. Serpentis per ditionem Leodienſem hæreſis Caluinianæ, & Lutheranæ dogmata acerrimè oppugnauit & repreſſit, pro domo Dei ſe murum opponens, Senio confectus deceſſit anno 1615. die 17. Maij. Iſtis accenſentur Ioannes Marchiuellus, eruditione præſtans: lucubrationes eius referunt Marcus Zuerius Boxhornius, libro de Republica Leodienſi, Geſnerus, Poſſeuinus &c. Iſtis meritò accenſendus præfatus P. Albertus

de Saucly Parisiensis Doctor,& ibidē Professor: cuius zelo debetur Reformatio Conuentus Cadomensis & Leodiēsis, ante annos triginta. Binis vicibus præfuit Prouincialis Prouinciæ Frāciæ: post multos ac diuturnos labores consumptus an.ætatis 42. in breui expleuit tempora multa.

Conuentus Vigimontensis fundatio accidit anno 1646. die 15. Iulij, Sacellum, & locum dante Illustri D. Baronissâ Catharinâ de Rosey, Vidua D. Baronis Caroli de Lynden, consentientibus loci Ordinario, & Ordinis Generali.

De Conuentibus Monialium Carmelitanarum in districtu Leodiensi.

1048. PRimus,& aliorum multorum origo, est Leodiensis, ad portam S. Leonardi: cuius prima fundatio,facta circa annum 1456. debetur B. Ioanni Soreth: qui Virginibus multis Religionis habitum in eo dedit, easque in spiritu Ordinis instruxit,ac Constitutionibus,ipsarum statui conuenientibus, stabiliuit. Ex eo,ceu seminario , euocatæ fuerunt ad propagandam variis in locis, in illo sexu,Carmeli vineam; nouem videlicet in Armoricam, iussu Pontificis, prout refertur *in delineatione Prouinciæ Turonensis cap. 37.* quibus sociata Illustrissima Francisca Amboisia (de qua nonnulla sunt dicta *par.6.cap.9.*) sibi, & illis celebre condidit Monasterium, vndè alia in Britannia processerunt. Ex eodem Conuentu aliquæ missæ sunt Huum : inde quoque originem traxit celebre Cœnobium sub titulo *Diuæ Consolatricis* Viluordiæ : Conuentus ille anno Domini 1468. quo Leodiensis Ciuitas ingentem subiit cladem, per Ludouicum Galliæ Regem,& Carolum Burgundiæ,ac Brabantiæ Ducem) magnam quoq; passus fuit ruinam. Religiosæ tunc insignem Patronæ suæ sunt expertæ protectionem; Cum enim militum sceleratæ manus, nil incontaminatum sinentes, hoc Monasterium aggrederentur, B. Virgo, albis induta, apparuit,& eorum prauum consilium repressit: & subitò, nō aliter ac si vocem imperantis accepissent, recesserunt.

Monasteriū Monialiū Leod. Mater est aliquot aliorū.

1049. Conuentus Huensis fundatus fuit anno 1466. prout constat ex litteris D. Ludouici de Bourbon Episcopi Leodiensis , datis eo anno: quibus Hospitale S. Germani, cum Capella,& ædificiis, ac reditibus concessit Monialibus Ordinis Gloriosiss. Virginis MARIÆ de Monte Carmelo. Per easdem,etiam Ecclesiam Parochialem S. Germani ibidem sic Ordini tradidit, vt ex eo deinceps Rector,seu Pastor assumi debeat: quod in hodiernum vsque diem obseruatur.

De fundatione Conuentus Huensis.

Conuentus Dionatensis fundatio præcessit Huensem : solo tenùs autem destructus fuit per bella anno 1466. & tùm aliquæ Huum se recepe-

Dionātensis.

runt, quibus præfecta fuit prima Priorissa assumpta ex Conuentu Leodiensi:

Digitized by Google

dienſi: & illis facta fuit donatio præfati Hoſpitalis &c. Anno 1605. annuentibus Superioribus Ordinis,& permittente Epiſcopo Leodienſi, aliquæ nouam ſedem intra Dionantum poſuerunt,& ædificia Religioni ſatis apta extruxerunt,iuxta templum Parochiale S.Laurentij.

Anno 1626.Dom. Ioannes Theodoricus Comes de Leueſtein,Rouchefort &c. Et Dom. Ioſina Comitiſſa de la Marcke nouum Monaſterium conſtruxerunt in ſuo oppido Rupefortenſi, & in eo conſtituerunt huius Ordinis Religioſas,Huo euocatas. *Rupefortenſis.*

Anno 1630. Cinacenſis Conuentus, etiam in ditione Leodienſi, prima ſunt poſita fundamenta ſolicitudine duarum Monialium Dionantenſium.Anno 1633.ſtudio trium Monialium Leodienſium erectum eſt Monaſterium Fumaci Diœceſis Leodienſis, in ditione Electoris Treuirenſis. *Cinacenſis & Fumacenſis.*

1050. De duobus SCAPVLARIBVS in igne incontaminatis,& incendia reprimentibus in patria Leodienſi,ac de celebri miraculo per aquam benedictam Reliquiis S.Alberti, ſolemniter approbato, ſcripſimus ſuperiùs *par.3.*[a] variæ aliæ ibi factæ fuerunt miræ curationes per eiuſcemodi aquam,quæ communi iudicio ſuprà naturæ ordinem cenſentur, quibus (ab Ordinario nondum canonicè approbatis)referendis ſuperſedentes, ad alia tranſgredimur. [a] Cap. 36. n. 580. & c.37.num. 613.

1051. Nemo hic conqueratur, de tam veloci per Prouincias ſingulas tranſitu, diutiùs enim in iis immorari propoſiti noſtri prohibet ratio, ſuccinctam dumtaxat adumbrans Ordinis delineationem: maiora autem (quorum iſta ſunt præludia) molimur, *Speculum*, nempe *magnum Ordinis.* (in quo de ſingularum Prouinciarum inſtitutione, & variis ſucceſſibus &c. ſigillatim agere intendimus) & Tomum vltimum Annalium; monemuſque propterea, vt quod ſingulæ rarum habent, & eximium, potiſſimùm quod cultui Diuino,& Mariano propagando,pietati, & obſeruantiæ regulari augendæ (iſtos ſcriptioni noſtræ propoſitos fines profitemur) ſeruire poſſit:quantocyùs ad nos tranſmittant, dictis lucubrationibus noſtris antequàm, Deo fauente, typis tradantur, includenda.

Digitized by Google

CAPVT VII.

De ortu, & progressu Congregationis Discalceatorum.

1052. HActenus fluuium, è fonte ELIÆ scaturientem, per suum alueum, recto, & indesinenti fluxu decurrentem, prosequuti sumus: qui cum noui torrentis accessu sic redundaret, & tumeret, vt intra limites eosdem contineri nequiret, in duos dispertitus est canales, seu ductus, ad abyssalis diuinitatis mare profluentes. Est autem nouus iste riuus Congregatio, seu Ordo Religiosorum, & Monialium, qui Discalceati & Discalceatæ nuncupantur, originem trahens à Seraphica Virgine & Viragine Sorore nostra TERESIA. Et vt metaphoræ insistamus de VINEA: *Vinea* in Carmelo à magno Propheta plantatæ S. TERESIA nobilissimum est germen: atque ab ea initiata Congregatio, seu Ordo, nouo-antiquus, est instar palmitis, pullulantis è veterum radice Patrum, excrescentisque in extensæ latitudinis *Vitem* nouam, pretiosissimorum fructuum. Illi, & trunco, vndè procedit, proprijssimè applicari potest istud iam pridem decantatum à Mantuano nostro.

Vinea Carmeli nouo palmite extenditur.

Nos radix, alij rami, sed nos quoque rami
A veteri radice Patrum, &c.

Nam in eodem caudice, seu trunco, binæ nunc virent, & florent arbores, vetusta quidem, (de qua hactenus) & *nouella illa*: cui proindè etiam cuncta superiùs dicta de Patriarchatu S. P. ELIÆ &c. iure competunt. Concinnè hic quadrant verba perdocti Ioannis de Carthagena *lib. 17. Homiliarum hom. 3.* cuius titulus est *de beatificatione Sanctæ Matris* THERESIÆ *Carmelitani Ordinis Monialis, nouæ Reformationis Discalceatorum Fundatricis*: vbi de Discalceatorum Congregatione ab ea inchoata: „ Porrò quia video „ nonnullos malè deceptos, falsò existimantes, Beatam TERESIAM no„ uam aliquam in Ecclesia Dei Religionem induxisse, aut alicuius noui „ Ordinis Fundatricem extitisse, compellor dicere B. TERESIÆ eam „ mentem fuisse, vt eamdem Religionem Carmelitanam, quam profi„ tebatur, ad pristinum rigorem primæui sui instituti reduceret. Olim sa„ cri Pontifices illud mitigauerant, in nonnullis indulgentes, quæ Beati „ Alberti asperrima Regula præferebat. Beata autem TERESIA, non ve„ niens soluere legem sed adimplere, cupiens ne iota, aut apicem vllum „ illius Regulæ præteriri, renouationem, & reformationem quamdam „ instituit, *Et infrà*: „ Sanè B. TERESIA, filia Ordinis Carmelitani Calceati,

Digitized by Google

„ ceati, ab eo fuit instituta, in eo diuinis fulgoribus illustrata, in eo cæle-
„ stem spiritum concepit, ac charismatibus superius diuinitùs fuit præ-
„ uenta, & à Spiritu Sancto edocta, vt intra Ordinem Carmelitanũ ma-
„ nens, asperiorem, & pauperiorem viam ingrederetur. *Et aliquanto post:*
„ Quare hodiernâ die antiquissima Carmelitarum Religio meritò cũ
„ sponsa, in Salomonis Epithalamio, sibi vsurpare potest verba illa Cant.
„ 7. *Omnia poma, vetera, & noua, seruaui tibi, dilecte mi.* In veteri Lege obtu-
„ li tibi ELIAM, *Eliseum* & Filios Prophetarum; hæc sunt *poma vetera*: in
„ Lege gratiæ obtuli Cyrillos, Albertos, Angelos, hæc sunt etiam *poma ve-*
„ *tera*: obtuli centum & quadraginta millia Martyres, vt testantur Chro-
„ nicæ Tholosanæ, id referente Iustiniano Ordinis Prædicatorum; hæc
„ etiam sunt *poma vetera*. Tandem nunc in nouissimis temporibus offero
„ tibi TERESIAM, Apostolico calculo beatificatam, ac Filios, & Filias
„ eius, insigni sanctitate præditas. Hæc sunt *poma noua*, quæ pariter cum
„ veteribus *seruaui tibi, dilecte mi.* Filia igitur est legitima Beata TERESIA
„ Ordinis Carmelitani Calceati; Mater tamen Discalceatorum, & Re-
„ formationis eorum autrix, & fundatrix. „ De Reformatione, & Con-
gregatione, cui illa initium dedit, hic consequenter, pro ratione compen-
dij, compendiariè, tractabimus, eiusdem originem, & incrementa, lectori,
tamquam in exiguo speculo, oculis subiicientes.

S. Teresia filia est antiqui Ordinis Carmelit. & antrix ac mater noua Reformationis.

1053. Anno 1515. quinto Calendas Aprilis Abulæ in Hispania, feli-
cissimo natali, Orbi terrarum illuxit ipsa Seraphica Virgo TERESIA, Car-
melitici Ordinis fulgentissimum sydus, Sanctimonialium, & Religioso-
rum innumerorum futura mater: biennio ante exortum funestæ illius
Lutheranæ hæresis, sacratis Deo Virginibus, & Religioso statui hostis, &
exterminatricis. Anno autem 1522, seu 1523. Septennis, ex SS. Marty-
rum actis perlectis, diuini amoris igniculo sic exarsit, vt martyrij desiderio
flagrans, cum fratre suo, eiusdem ferè ætatis, clam domo aufugiens, in A-
fricam tenderet, vbi vitam pro gloria IESV CHRISTI, & animarum salu-
te, profunderet (*Inde obiter collige lectionis spiritualis vtilitatem.*)

Quando nata.

Septennis ad martyrium properat.

1054. Anno 1535. die 4. Nouembris ad *monasterium Incarnationis, Beatiss. Virginis* MARIÆ *de Monte Carmelo* se contulit. Nouitiatus annum ma-
gno cum feruore compleuit, & solemnem emisit professionem. Voluit au-
tem Deus, vt per duo-de-viginti annos grauissimis morbis, & variis tenta-
tionibus vexaretur; quo sic merere disceret in castris Christianæ pœniten-
tiæ (nullo tunc refecta pabulo cœlestium earum consolationum, quibus so-
let etiam in terris sanctitas abundare) atque constantiæ, & patientiæ mi-
rabilis esset exemplum, ipsaque sic in se omnigenæ perfectionis solidum
locaret fundamentum: cui tantæ molis spirituale superstrueretur ædi-
ficium.

Ordinem Carmelit. ingreditur, variè tentatur.

1055. Anno 1562. cum in dicto Abulensi Monasterio Incarnationis
annis 27. sub antiquæ obseruantiæ disciplina vixisset, arctiorem vitæ ra-

Digitized by Google

Arctius vitæ institutũ auspicatur inter Moniales.

tionem expetens, ad honorem Sanctissimi Ioſephi, nouæ Reformationis primum monaſterium Monialium Abulæ de nouo conditum ingreſſa eſt die 24. Auguſti S. Apoſtolo Bartholomæo ſacro: & ſecum aſſumpſit quatuor Virgines, pecuniâ inopes, ſed virtutum dote opulentas.

Eâ agente idipſum introducitur inter Religioſos viros.

1056. Anno 1568. in Oppido Duruello, Abulæ vicino, monaſteriolo adepto pro Religioſis Fratribus, conſentiente Reuerendiſſimo Patre Ioanne Baptiſta Rubeo Generali Ordinis Carmelitani, die 28. Nouembris, tertiâ Dominicâ Aduentus, in illud introduxit Ven. P. Ioannem à Cruce, ſuum (ſicut ELIÆ *Eliſæus*) filium primogenitum, & V. P. Antonium à Ieſu; qui paulo poſt ex illo loco, nimis exiguo, & incommodo, migrarunt Manzeram: vbi primum fuit conditum monaſterium. Fuêre iſta principia, ex quibus, vt ex parua ſcaturigine, flumen, immenſus eſt auctus cœtus Monialium, & Religioſorum ſub nomine *Diſcalceatorum, & Diſcalceatarum Ordinis Beatiſſ. Virginis* MARIÆ *de Monte Carmelo.*

1057. Anno 1571. id, quod iam dudum ante vouerat priuatim, publicè, coram multis grauiſſimis aſtantibus viris, proteſtata eſt, ſub hac formula: EGO TERESA *de Ieſu Carmelitani Ordinis* B. MARIÆ *in monaſterio Incarnationis profeſſa Abulæ, & quæ modo in Sancti Ioſephi Abulenſi conuentu ago, in quo prima Regula ſeruatur (quamque hactenùs hic ipſa bonâ cum Reuerendiſſimi Patris noſtri F. Ioannis Baptiſtæ Rubei veniâ ſum ſecuta; & ab ipſo accepi.) Coram omnibus teſtor, & aſſero hanc me toto vitæ tempore ſeruare velle.* Simul etiam voto ad id ſe obſtrinxit, ſuoque nominis ſubſcriptione firmauit.

Prouincia noua Diſcalceatorũ erigitur.

Anno 1579. die 15. Iulij noua & prima Prouincia Congregationis Diſcalceatorum erigenda decernitur, & ſequenti anno die 22. Iunij Breue, ſeu Diploma Apoſtolicum à Gregorio XIII. conceditur, quo Prouincia illa noua, ſoli Generali totius Ordinis ſubiecta, erigenda permittitur, & decernitur.

Anno 1581. die 3. Martij omnes Conuentuum nouæ Reformationis Priores cum ſociis electis conuenerunt Complutum: vbi primus Prouincialis electus fuit V. P. Hieronymus Gratianus: de quo plura diximus ſuperiùs parte 6. cap. 7.

Annus & dies obitus S. Teresiæ.

Anno ſequenti (1582. die 4. Octobris iuxta Kalendarij Romani emendationem 15.) diuini amoris cuſpide ſaucia in columbę ſpecie puriſſimã animam ipſa S. Virgo, & Mater TERESIA emiſit, ad amplexum Sponſi ſui, qui tum ei adeſſe viſus eſt, inter agmina Angelorum. Ante, & poſt obtum miraculis multis reſplenduit. Præcipuas aliquot eius virtutes admirandas, & imitandas, exhibuimus ſuperiùs. *a*

a Par. 6. c. 9. ſub fin.

1058. Poſt deceſſum eius, cùm Reformatio ab illa initiata eximiæ pietatis opinione, & virtutum exercitio conſpicua, breui temporis ſpatio in numero Fratrum, Monialium, & Monaſteriorum in tantùm excreuiſſet, & propagata eſſet, non ſolùm per vniuerſam ferè Hiſpaniam, ſed & in Indiis, vt per vnum Priorem Prouincialem commodè regi, & gubernari

Digitized by Google

nari non posset, primùm Prouinciali sunt adiuncti socij Vicarij Prouinciales: Deindè verò anno 1587. die 10. Iulij Sixtus V. per Breue, seu Bullam, cuius initium est: *Cum de statu*, concessit, vt Congregatio illa in plures diuideretur Prouincias, suis Prouincialibus subordinatas, quibus præesset vnus Vicarius. Quod effectum fuit anno 1588. die 18. Iunij, in Capitulo (quod primum Generale dicitur) celebrato Matriti. Ita tamen, vt tam Congregatio illa, quàm eius Vicarius Generalis subiacerent ipsi Priori Generali Ordinis Carmelitani, tamquàm vniuersali, & Superiori Capiti totius Ordinis, qui dictæ Congregationis Conuentus, & singulares personas, per se ipsum personaliter visitare, corrigere &c. posset, iuxta formã in litteris Apostolicis præscriptam.

Congregatio Discalceatorum in aliquot diuiditur Prouincias.

1059. Anno 1593. Capitulum Generale totius Ordinis Carmelitani solemnissimè celebratum fuit Cremonæ, die Penthecostes, & sequentibus. Ad illud, de iure, conuenerunt quoque V. P. Nicolaus à Iesv Maria Vicarius Generalis Congregationis Discalceatorum, cum suis Prouincialibus. In ea propositum fuit; An non foret expediens, & è re, tam totius Ordinis, quàm ipsius Congregationis Discalceatorum, vt fieret separatio vtriusque, absque vlla imposterùm subordinatione, & dependentia ipsius Congregationis, à Priore Generali Ordinis. Ponderato negotio, & ventilatis vtrimque rationibus, processum est per suffragia secreta, quibus determinatum fuit, faciendam: atque ita communi consensu Congregatio illa à reliquo Ordine dismembrata fuit, sub hac conditione, *vt dicta Congregatio Discalceatorum, vel eius Superiores omninò in perpetuum non præsumerent accipere loca, vel Conuentus huius Religionis, etiam spontè à Ciuitatibus, vel Principibus, vel quibuscumq; alias ex iis exhibenda, vel offerenda; quod si contrariũ aliquando ipsos feciſſe compertum foret, nulla esset, & irrita ista concessio, & nullum ius omninò acquisitum eis intelligeretur.* Quæ sic à Clemente VIII. Apostolicâ authoritate approbata, & confirmata fuêre, per Diploma, quod incipit. *Pastoralis officij.* Datum 20. Decembris eiusdem anni 1593. quo etiã prædictus V. P. Nicolaus à Iesv Maria, insigni præditus pietate, & in regimine, dexteritate, nominatus, & institutus fuit Præpositus Generalis, cum plenitudine auctoritatis, & potestatis Generalis, vsque ad Capitulum Generale, indictum profesto Penthecostes sequentis anni, videlicet 1594. in quo idem ipse V. P. Nicolaus primus Præpositus Generalis electus fuit.

Dein ab Ordine antiquo dismẽbratur.

1060. Præfatus Pontifex Clemens VIII. speciali fauore dictam Cõgregationem prosequens, eiusdem intendens propagationi, duobus in Italia Conuentibus erectis, altero Romæ S. Mariæ de Scala, nuncupato, vbi Procurator Generalis in Curia Romana pro negotiis Congregationis residet, altero Genuæ, *S. Annæ* appellato, etiam alios nouos tùm intra, tùm extra Italiam adiungi desiderabat. Intellectâ mente Summi Pontificis Superiores Congregationis in Hispania existentes, communi delibe-

Denique in duas subdiuiditur Congregationes.

deliberatione decreuerunt, Congregationem illam suam extra Hispaniam non dilatare; quòd existimarent solos Hispanos, vtpote robustioris naturæ, & firmioris semel concepti propositi, posse rigores illius tolerare, & in iis perseuerando, strictam eius obseruantiam illæsam seruare (cuius tamen contrarium, experientia docuit, supplente gratiâ, quod fortè natura denegasse videretur) quapropter Pontifici supplicarunt, vt istud suũ Decretum ratum habere dignaretur, & ne Congregationem è natali solo Hispaniæ educeret: qui tamen eorum votis neutiquam annuens, intentam propagationem ad Dei laudem, Ecclesiæ vtilitatem, & animarum salutem magnoperè futuram prospiciens, duos prænominatos Conuentus à Congregatione Hispanica separauit: & ex illis, ac aliis quibuscumque in Italia, & aliis quibusuis, præter Hispaniam, & Indias Occidentales, locis, ac regnis erigendis, vnam Congregationem Carmelitarum Discalceatorum, à præfata Congregatione, seu Ordine in Hispanijs, prorsùs distinctam, auctoritate Apostolicâ, erexit, & instituit, per Bullam *In Apostolicæ dignitatis culmine*, V. P. Petrum à Matre Dei, eximiæ pietatis, & magnæ doctrinæ opinione celebrem Commissarium Apostolicum præficiens nouellæ illi Congregationi: cuius primum Generale Capitulum celebratum fuit Romæ anno 1605. die. 1 Maij: & electus fuit primus Generalis R.A.P. Ferdinandus à S. Maria, atque exinde de triennio in triennium (nec enim vltrà prorogatur Præpositi Generalis officium) habita fuêre Capitula Generalia. Illa autem Cõgregatio Italica sub titulo S.P. Eliæ, etiam exiguo tempore multiplicatis Conuentibus, in sex Prouincias, ac denique in quatuordecim dispertita fuit. Hispanica autem habet sex. Eas sigillatim, cum numero Conuentuum, recensebimus.

Clemens VIII. Congregationẽ Discalceatorum Italicam instituit.

Prouinciæ, & Conuentus *Congregationis Hispanicæ sub titulo* S. Matris Teresiæ.

1061. PRima est Prouincia *Castellæ veteris* S.P.N. Eliæ, & habet Conuentus Religiosorum vnum & viginti, Monialium quindecim.

II. Est *Castellæ Nouæ* Spiritvs Sancti: in qua numerantur Conuentus Religiosorum septemdecim, Monialium etiam septemdecim.

III. Prouincia *Boethica* S. Angeli Cvstodis: sunt in ea Conuentus Religiosorum viginti, Monialium duodecim.

IV. Prouincia *Aragoniæ* S. Iosephi: constat Conuentibus Religiosorum nouemdecim, Monialium septem.

V. Prouincia *Lusitaniæ* S. Philippi: in ea existunt Conuentus Religiosorum tredecim, Monialium quatuor.

Prouincia, & conuentus in Congreg. Hisp.

VI. Pro-

Digitized by Google

VI. Prouincia *Indiarum Occidentalium* S. ALBERTI: habet Conuentus Religiosorum decem, Monialium quatuor.

Congregationis Italicæ sub titulo S. P. N. ELIÆ.

PRouinciæ, & numerus Conuentuum.

Prouinciæ & Cõuentus Cõgregationis Italicæ.

I. Prouincia *Genuensis* S. ANNÆ: Conuentus Religiosorum octo, Monialium quinque.

II. Prouincia *Romana* S. MARIÆ: Religiosorum decem, Monialiũ quinque.

III. *Poloniæ* S. SPIRITVS, Conuentus Religiosorum quatuordecim Monialium duo.

IV. *Longobardiæ* S. ANGELI: Religiosorum quatuordecim, Monialiũ quatuor.

V. *Auenionensis* S. THERESIÆ Conuentus Religiosorum nouem, Monialium tres.

VI. *Belgica* S. IOSEPHI: Religiosorum octodecim, Monialium tredecim.

VII. *Neapolitana* MATRIS DEI: Religiosorum decem, Monialium duo.

VIII. *Germaniæ* SS. SACRAMENTI: Religiosorum tredecim, Monialium quatuor.

IX. *Siciliæ* S. ALBERTI: Religiosorum octo, Monialium tres.

X. *Parisiensis* OMNIVM SANCTORVM: Religiosorum viginti, Monialium quinque.

XI. *Hiberniæ* S. PATRITII, Religiosorum octo.

XII. *Aquitaniæ* IESV, MARIÆ, IOSEPH, Religiosorum nouem.

XIII. *Pedemontana* S. MAVRITII: Religiosorum quatuor, Monialium vnus.

XIV. *Burgundiæ* S. CLAVDII, Religiosorum quinque.

Numerantur quoque in Gallia (præter Conuentus Monialium iam relatos, qui subsunt Regimini Ordinis) quinquaginta nouem, qui ab Ordine non reguntur.

Istam seriem Prouinciarum & numerum Conuẽtuum desumpsimus ex historia Ordinis Carmelitani [a] per R.P. Philippum à SS. Trinitate, typis editam Lugduni anno salutis 1656. Credimus interim, in variis Prouinciis nouos Conuentus accessisse: de Belgica quidem id nobis pro cõperto est.

[a] Lib. 7. c. 10. & l. 8. c. 3.

1062. Quoad spiritum informantem vtriusque Congregationis corpus, idem est qui semper in Ordine viguit, deriuatus à S. P. ELIA, cæteris-

Digitized by Google

Duplex finis, pars, seu scopus vtriusq; Congreg.

que antiquis Patribus, videlicet primarius, vacare Deo per orationem, meditationem, ac contemplationem: & secundarius, etiam proximorum saluti incumbere, (prout latiùs declarabitur *par.8.cap.13.*) Atque hunc in finem, seu scopum Carmelitæ Discalceati solicitè collimant, vti testimonium perhibent ipsi Summi Pontifices Clemens VIII. in Bulla, cuius partem aliquam dedimus *par.2.cap.3.* [a] Et qui nunc Vrbi, & Orbi præsidet SS. Dom. Alexander VII. in Diplomate cuius subscriptio est *Dilecto Filio Dominico à Sanctiss. Trinitate Congregationis Italicæ Ordinis Fratrum* B. MARIÆ *Virginis de Monte Carmelo, Discalceatorum nuncupatorum, Præposito Generali*: in quo inter cætera: *Dilecte fili, Salutem, & Apostolicam Benedictionem. In suprema militantis Ecclesiæ specula, meritis imparibus, authore Domino, collocati, ad ea peculiares vigilantiæ nostræ curas conuertimus, per quæ piè, sanctèq; institutæ Congregationes, virorum, leue Christi iugum, sub arctioris vitæ regula, trahentium, prosperè dirigantur, &c. Itaque ad istam Congregationem Italiæ Fratrum Ordinis* B. MARIÆ *Virginis de Monte Carmelo, Discalceatorum nuncupatorum, qui Sanctorum Prophetarum* ELIÆ, *& Elisei, sanctæque Virginis* TERESIÆ *vestigiis sequentes, in vtrumq; sui instituti finem, (priorem scilicet, ac potiorem, qui est diuina vnio per orationem, & contemplationem; & posteriorem, qui est salus proximorum) laudabiliter incumbant, paternè dirigentes considerationis intuitum) illud præcipuè in optatis habemus, &c. Datum in Arce Gandulphi Albanensis Diœcesis sub annulo Piscatoris die* XXIX. *Octobris* MDCLIX. Pro priore, & potiore illa instituti Carmelitici parte peculariùs practicãda, & fouenda, ordinati sunt in singulis prouinciis Conuentus Eremitici: pro posteriore verò instituuntur variæ missiones, & quidem anno 1605. à Clemente VIII. cum litteris commendatitiis ad Sciahabam Regem Persarum in Persidem missi fuerunt V. P. Paulus à IESV MARIA & V. P. Ioannes à S. Eliseo: quibus adaptata fuêre nomina Apostolorum Persidis, & prior nuncupatus fuit Paulus Simon, alter verò Ioannes Thadæus: qui in itinere à Schismaticis Moscouitis multa passi fuerunt: in Persida varias missiones fundauerunt, & posterior creatus fuit Archiepiscopus Aspahanensis in Persida. Ab istis, & aliis variæ fuerunt institutæ Missiones Aspahanensis, Chulfensis, Sirasensis in Persidem, Goensis in Indias, Bassorensis in Arabiam, Aleppensis in Syriam, & ad Sanctum Montem Carmelum, & aliæ ad alia loca, vbi etiam Conuentus fundati sunt, aut hospitia, pro Religiosis ibi commorantibus, & in Ecclesiæ vinea operantibus.

Missiones ad infideles.

[a] N.206.

CA-

Digitized by Google

CAPVT VIII.

Nouellæ traducis illius fructus libantur.

1063. EX illa vtraque vnius spiritus Congregatione plures hactenùs prodierunt, sanctitatis, singularilúe virtutis opinione illustres: præcipuos aliquot dumtaxat commemorabimus, & quidem promiscuè, non attentâ distinctione Congregationis huius vel illius, quia omnes eiusdem spiritus, seu instituti, fuerunt: & quandoq; aliqui ex hac in istam, aut è contra, ob Ordinis bonum, transmigrarunt. *Viri pietate illustres ex vtraque Congregatione.*

Primus hic iure recensetur Ven. P. IOANNES A CRVCE, qui S.M. TERESIÆ, vti statim dicebamus, primogenitus, & cooperator præcipuus, omnibus virtutibus excellenter dotatus fuit: singulariter tamen in eo emicuit patientia, & desiderium contemptus; adeò vt aliquandò Domino sciscitanti, quid præmij pro laboribus vellet, respõderit: *Domine pati & contemni pro te*: in hoc imitatus Magistram, & Matrem suam S. TERESIAM dicere solitam: *Domine, aut pati, aut mori.* Heu quàm pauci istis similes! Libros scripsit mysticos, recondita cœlesti experimentali sapientiâ fœcundos. *Beati* titulo à varijs decoratur. V.P. Ioan. à Cruce.

1064. Proximè adstat VEN. P. ANTONIVS A IESV, in fundatione primi Conuentus familiæ Discalceatorum socius Ven. P. Ioannis à Cruce, prout suprà relatum est. Miraculis etiam claruisse fertur: quem subsequitur V.P. NICOLAVS A IESV natione Genuensis, ex illustri familia D'Oria, Primus Præpositus Generalis, regularis obseruantiæ feruidus zelotes, suæq; Congregationis firma columna: vt propterea meruerit nominari *Magnus*. V.P. Antonius à Iesu.

1065. Istis haud absimiles fuêre V.P. FRANCISCVS A VIRGINE, Prouincialis Aragoniæ: cuius corpus Matriti incoruptum extare scribitur: V. P. FRANCISCVS A SS. TRINITATE, qui infidelibus Christum annuntians, & sermones suos signis confirmans, multa millia conuertit, & baptizauit: V. FRATER FRANCISCVS A IESV, laicus: cuius vitæ historia simplicitate sanctâ delectabilis est, & sanctis, ac miris actibus veneranda. V.P. PETRVS A MATRE DEI, Concionator Pontificius sub Clemente VIII. & duobus eius successoribus, Commissarius Apostolicus nouellæ Congregationis Italiæ S.P. ELIÆ, ac deinde Præpositus Generalis, à D. Cardinali Baronio tomo 12. Annalium, ad annum Christi 1187. magnifico encomio celebratus. V. P. FERDINANDVS A S. MARIA primus, & *Et alij plures.*

bimis post vicibus Præpositus Generalis, vir singularis obseruantiæ regularis, & prudentiæ præcipuæ V.P. ANGELVS A IESV MARIA, filius Marchionis de Soncino, Ducatus Mediolanensis, cœlestibus charismatibus cumulatus. V. P. AGATANGELVS A IESV MARIA Genuensis ex Illustri familia Spinola primogenitus, singulari pietate, prudentiâ & concionandi facundiâ famosus. Ven. quoque IOANNES A IESV MARIA, & Ven. P. THOMAS A IESV, de quibus statim. Sunt & alij eiuscemodi plures, quos Compendij nostri breuitas non capit. Duos tamen valde conspicuos silentio præterire non licet, alter est V.P. DOMINICVS A IESV Hispanus: quem Deus multis fauoribus à pueritia cumulauit, & toti Orbi celebrem reddidit, vt non modò à populo, sed & à Principibus, Ecclesiasticis, & secularibus, velut Sanctus haberetur, & coleretur: tam vniuersalis fuit ea fama, vt Ferdinandus II. Imperator, Palatini & hæreticorum factionibus grauiter pressus, eum à Summo Pontifice Paulo V. tamquàm solatium, & remedium in tot afflictionibus obtinuerit: nec spes ipsum fefellit; nam Dominico hortante, animante, & vrgente conflictum cum potentissimo hoste (quamuis & numero & fame debilitatus esset exercitus Imperatoris) insignis parta fuit victoria illa Prágensis, cuius superiùs facta est mentio *parte 3. cap. 37.* Exinde Imperator ipsum, vt sui spiritus directorem, ac diuinæ voluntatis interpretem auscultauit. Prænuntiato die obitus spiritum Deo reddidit adstantibus, & flentibus Imperatore, Imperatrice, eorumque filijs, & plurimis Imperij Principibus, die 16. Februarij anno 1630. Populo sanctitatem eius acclamante celeberrimâ funeris pompâ sepulturæ traditus fuit. Alter est V. P. DIONYSIVS A NATIVITATE, Gallus, anno Christi 1638. ab infidelibus Mahometanis sæuissimè pro Christi fide tortus, & necatus: cuius pretiosâ morte varia prodigia manifestarunt; de istis, & aliis, etiam ab eximiis virtutibus commendatis, videri poterit historia Ordinis Carmelitani per P. Philippum à SS. Trinitate. [a] Atque alios, PP. Discalceatos.

V. P. Dominicus à Iesu.

[a] Lib. 7. c. 16. & seq. & lib. 8. cap. 9. & seq.

1066. Vtraque hæc Congregatio pietatis exercitiis litterarum studia amicabili nexu studiosè combinans, plures quoque protulit, qui in omni penè scientiarum genere etiam posteris profuturos libros, tractatus, commentarios, historicos, opuscula varij thematis ediderũt. Et quidem quoad Theologiam Mysticam excellunt ea, quæ scripserunt S. M. TERESIA, & dictus V. P. IOANNES A CRVCE.

Eruditione præcellentes.

V. P. IOANNES A IESV MARIA posteritati transmisit opuscula ascetica quamplurima duobus comprehensa voluminibus, in quibus authoris pietas insignis, & profunda, ac multiiugis doctrina relucent. Fuit is post varia cũ laude administrata officia electus Præpositus Generalis Congregationis Italicæ. Singulare extitit exemplar patientiæ, & resignationis in mentis ariditatibus: nam vt bonus filius optimæ Matris S. TERESIÆ (quæ per octodecim annos grauissimis morbis & tentationibus vexata constãtissimè

Ven. Ioannes à Iesu Maria.

Digitized by Google

tissimè perseuerauit) ad extremam vsque vitæ periodum non corporalibus solùm infirmitatibus, sed & internis animi desolationibus ferè continuis afflictus fuit. Eius autem apud Deum merita declarant quædam apparitiones, & incorrupti in hodiernum vsque diem corporis prodigium. Vitam eius scripsit, & Romæ typis edi curauit Reu. Pater Isidorus à S. Ioseph.

1067. V. P. THOMAS A IESV per Belgium Prouincialis, insigni pietate, doctrinâ, & prudentiâ clarus, varia, eruditione plena, elucubrauit: de quo meritò Decanus Antuerpiensis Aubertus Miræus libro *de Orig. & increment. Ordinis Carmelit. cap. 7.* hæc scribit: *Hic vir (teste P. Leone à S. Ioanne, Iacobo Saliano, Ludouico Miranda & aliis) nostro æuo pari sanctimoniâ & eruditione Carmelum illustrauit.* Et Lezana noster *tomo 1. Annal. in Apparatu cap. 6. num. 28.* recensens præcipuos Carmelitani Ordinis historicos: *Ex illustrissima nostrorum Patrum Discalceatorum familia doctissimus P. Thomas de Iesu.* R. P. ALPHONSVS A IESV MARIA Præpositus Generalis Congregationis Hispanicę insigne opus in lucem dedit de periculis perfectionis, & eorũ remediis, V. P. Thomas à Iesu. Et alij.

In Theologia Scholastica Cursus Salmanticensium, & in Philosophia Cursus Complutensium, doctrinæ Angelici Doctoris inhærentes, soliditate, & profunditate vniuersalem promeruerunt approbationem. In Apocalypsim commentarios eruditos produxit P. FRANCISCVS A IESV MARIA. Historiam Ordinis aliquot tomis prosequutus fuit P. FRANCISCVS A S. MARIA, magis autem succinctè P. PHILIPPVS A SS. TRINITATE, Historiam etiam generalem Congregationis præfatus R. P. ISIDORVS A S. IOSEPHO confecit: & alia scripserunt P. CYPRIANVS A S. MARIA, P. GREGORIVS NAZIANZENVS A S. BASILIO, P. THOMAS AQVINAS A S. IOSEPHO, &c.

Multò plures eruditione præstantes (quàm nos hic, aut *parte 6.* commemorauimus) qui in vtroque Carmelitano Ordine scriptis libris posteritati prodesse studuerunt, exhibebit Bibliotheca Carmelitana, quã (post Bibliothecam Pontificiam pridem editam) P. Ludouicus Iacob à S. Carolo concinnauit.

Sunt alij plures, potissimùm Asceticorum Scriptores: de quibus, Deo dante, alibi.

1068. Antequam à Fratribus ad Sorores conuertamus sermonem, quidpiam lepidum satis, pro regularis obseruantiæ, etiam in rebus minimis commendatione, commemorandum occurrit, de quodam huius Ordinis Religioso, qui iter agens incidit in latrones: illi cum dubitarent, an verè esset Religiosus, an sub religioso habitu speculator, statuerunt experimentum capere ex modo bibendi; quidam enim illorum notauerant, vel audierant, Religiosos istius Ordinis bibere solitos ambabus manibus scypho appositis: cum igitur bibere eum cogerent, & is oblatum craterem vtraq; *Notabile quidpiam & lepidum.*

manu ori admouisset, benignè dimissus fuit, alioqui mactandus, si vnicè manu bibisset. Atque ita obseruantia in re parua vitam illi seruauit. Sic refert P. Philippus à SS. Trinitate *in historia Carmelitana* a.

a Lib. 7. c. 18.

1069. Est etiam vtraque hæc Congregatio instar Viridarij, seu Paradisi, in quo pulcherrimi flores Deo, & Ecclesiæ odorem suauissimum efflantes, Virgines, inquam, enascuntur, sanctitatis opinione inclytæ, Ordinem B. Virginis Mariæ de monte Carmelo, atque Orbem virtutibus, & meritis illustrantes. Quarumdam vita propriis descripta libris vbique resonat. Præcipuæ inter eas habentur V. Mater ANNA A IESV, quæ ex Hispaniis euocata in Galliam primaria extitit fundatrix monasterij Parisiis, & deinde Bruxellis: vbi sanctitatis famâ coruscans decessit.

Teresianæ Moniales sanctitatis famâ celebres.

V. M. ANNA A S. BARTHOLOMÆO, quæ S. M. TERESIÆ comes individua fuit. Antuerpiæ miraculorum gloriâ illustris habetur, de qua Aubertus Miræus Cathedralis Antuerpiensis Ecclesiæ Decanus *lib. de Origine & increm. Ordinis Carmelit. cap. 7.* testatur, *eam vltra centum miraculis ab Ordinariis approbatis claram. Inter cætera vrbem Antuerpiensem, & eiusdem arcem ab hostibus liberauit. S. M.* TERESIA *de ea dicere solebat: Ego famam, Anna opera sanctitatis habet.* Hæc ille.

1070. Iuxta quas hic commemoranda mirabilis CATHARINA DE CARDONA, ex Ducibus Cardonæ progenita, heroicæ austeritatis exemplar, vt etiam in vitæ rigore Paulos, Antonios, Hilariones, adæquasse, aut superasse videatur: cuius sanctitatē, & inauditæ, ac prodigiosæ vitæ rationem S. M. TERESIA refert, & suis, vt ad feruorem in Dei seruitio excitentur, proponit *in libro fundationum c. 27.* Annis aliquot solitaria, & ignota vixit in antro: quod deinde dedicauit in Conuentum huius Ordinis: cuius & habitum portauit: hacque ratione eidem adiudicatur.

1071. Aliæ similes non paucæ sunt in Hispania, Italia, Gallia, Germania, nec desunt in Belgio: Præcipuas aliquot compendiosè commemorat præfatus Philippus à SS. Trinitate. Ex iis sunt V. Mater ELIZABETH A S. DOMINICO Cæsaraugustani Cœnobij fundatrix, quæ (vt in vitæ eius historia legitur) etiam discipulas aliquot post se reliquit, & eximiæ virtutis opinione, ac mirandorum operatione illustres: Ven. ANNA A S. AVGVSTINO, cuius Reliquiarum contactu moniali mutæ Ordinis S. Bernardi loquela reddita scribitur. Miros, & stupēdos, fauores per S. Annam Deiparæ Virginis Matrem ei præstitos, & varias, stupendasque apparitiones illi factas refert P. Ioannes Thomas à S. Cyrillo in erudito libro cui titulus est: *Mater honorificata, siue de laudibus, excellentiis, & prærogatiuis S. Annæ* b Venerab. MARIA AB INCARNATIONE, quæ in Gallia virtuosis & prodigiosis operibus clara, obiit: Duæ MAGDALENÆ sanctitatis ac miraculorum famâ celebratæ, vna Genuensis, mortua Camberij, altera, in Gallia oriunda, defuncta Parisiis, quarum historiæ sunt publicæ.

b Cap. 35. §. 19.

Inte-

Inter cætera exercitia posterioris, nempè Magdalenæ de S. Iosepho, quibus ad culmen perfectionis conscendit, fuit studium singulare quæuis opera, etiam minima, quàm exactissimè cum debitis circumstantiis perficiendi. Dicere solebat (quod sine veritate est) *Occasio, magna faciendi, aut patiendi rara est. Quapropter si parua negligamus, sub prætextu & spe maiora rite peragendi, vita nostra sine profectu in virtute transcurret.* a

Viennæ in Austria similiter insignis habetur Ven. PAVLA MARIA A IESV matione Genuensis. Istis accensetur Vener. IOANNA A S. FRANCISCO, nata Hagæ Comitis in Hollandia anno 1594. die 18. Augusti. Carmelitici Teresiani instituti habitu donata Louanij in Conuentu S. Iosephi anno 1614. die 11. Aprilis, & sequenti anno 10. Maij Deo per professionem immutabiliter consecrata: quæ cum odore eximiæ virtutis de statione huius vitæ decessit anno 1650. die 6. Augusti.

Varij ad eius sepulchrum orantes, aut vestium illius religioso contactu sanitatem se retulisse ab infirmitatibus attestati sunt: factæque debitæ informationes fuerũt per deputatos ab Illustrissimo Archiepiscopo Mechlinensi. Talis quoque deprædicatur V. CHRISTINA A S. MICHAELE soror Ericij Puteani notissimi historiographi Regij in Belgio, quæ ex dicto Conuentu Louanensi pro fundationibus nouis missa in Poloniam, ibi Cracoviæ anno 1626. die 9. Septembris in pace quieuit, cuius corpus hactenùs incorruptum, & tractabile perstans in admiratione est. Nec hic prætereunda est memoria Venerabilis MARGARETÆ A SS. SACRAMENTO, cuius admirandam vitam, heroicarum virtutum actibus, & diuinis charismatibus refertam, multipliciaque miranda post obitum eius patrata, præsertim in infirmis subitò sanitati restitutis, luculenter descripsit, & in duodecim libros distribuit Doctor Theologus Congregationis Oratorij: & non tantùm approbarunt, sed & admirati, ac venerati sunt plures Episcopi Galliæ. Decessit anno 1648. die 26. Maij. *Libro octauo ca.* 12. istius vitæ inserta extat epitome vitæ Ven. MATRIS MARIÆ A SS. TRINITATE, magnis etiam virtutibus illustris, quæ directrix fuit præfatæ Margaretæ, dignaque Magistra tali discipulâ. Vtraque peculiariter deuota erat erga Christi infantiam: de qua hanc inter & illam insigne colloquium, seu spirituales conferentiæ extant eodem *libro octauo c.* 13. Præter istas etiam alias aliquot, quæ in odore sanctitatis, seu eximiæ virtutis decesserunt, cõmemorat Reuerendiss. D. Ioannes de Palafox & Mendoza Episcopus Osmensis *in annotationibus ad litteras S. Teresiæ*: eæ sunt CATHARINA DE IESV: cui S.M. Teresia post obitum sæpius apparuit, & circa Religionis suæ regimen instructiones dedit valde notabiles, quæ in eodem libro epistolarum referuntur & explicantur: CATHARINA A CHRISTO; & CASILDIS DE S. ANGELO: de quibus, & alijs videri poterunt Annales seu historiæ vtriusque Congregationis. Istarum etiam præconijs vbertìs celebrandis

a Ita Pennequin libro *entre-tien spirit. entret.* 3. §. 2.

brandis, alio in opere, à nobis intento, futuram confidimus occasionem: nunc verò ad alia properamus,

CAPVT IX.

De vario hominum genere militantium sub vexillo B. VIRGINIS MARIÆ DE MONTE CARMELO.

1072. EX hactenus dictis habemus, in multiplici esse differentia militantes sub titulo *Fratrum Beatiss. Virginis Dei Genitricis* MARIÆ *de Monte Carmelo*; nempe *primò* Professores antiquæ Regularis Obseruantiæ: illi nimirùm, qui seruant Regulam à B. Alberto Patriarcha Ierosolymitano traditam, sub declarationibus, & modificationibus factis per Innocentium Quartum, & Eugenium Quartum: habentque Constitutiones antiquas, pro temporum varietate, & in quibusdã punctis, auctoritate Capitulorum Generalium mutatas, Missalia quoque, & Breuiaria propria possident, iuxta vsum vetustum Ecclesiæ Ierosolymitanæ, at modò in plerisque vsui Ecclesiæ Romanæ accomodata (de quibus videri poterunt dicta parte 3. cap. 36.[a]) Ordinale quoque Diuini Officij, seu Ceremoniale proprium habent, & cantum. *Secundò*, istis iuncti sunt in eodem trunco, aut corpore Ordinis, remanentes sub eodem supremo capite, siue Priore Generali illi, qui Reformationem, seu strictiorem Obseruantiam profitẽtur, sub Regula prout à præfatis Pontificibus est moderata, idem Missale Breuiarium, & Ordinale retinentes, atque cantum cum notis. Constitutiones autem habent alias, conflatas partim ex istis antiquis, partim ex variis adiunctis, ad maiorem vitæ perfectionem, & exactiorem Regularis disciplinæ obseruantiam conducentibus, collectis ex Capitulorum Generalium, Prouincialium, & Congregationum ordinationibus, atque variarum Prouinciarum reformatarum experimẽtis: eę solemniter approbatæ sunt per S. Sedem Apostolicam, nempe ab Vrbano VIII. & Innocentio X. Vide dicta *par. 3. c. vltimo.*[b]

Multiplex hominum genus B. Virg. MARIÆ *de Mõte Carmelo dicatum.*

[a] Nu. 577.

[b] Nu. 607.

1073. Deinde est Congregatio PP. Discalceatorum bina, antiquo Ordinis corpori primitùs vnita, deniquè autem dismembrata: estque velut surculus nouus è veteri trunco progerminans, & ab eo seiunctus, ac per se seorsim nunc subsistens, sub distinctis Generalibus independentibus. Relictis Missali, & Breuiario iuxta antiquam consuetudinem Ecclesiæ Hierosolymitanæ (de quibus *par. 3. c. 36.*[c] Romana assumpsit: statuta propria confecit, & nudipedationem superaddidit, ac cantum cum notis dimisit, vnisona

[c] Nu. 577.

Digitized by Google

vnisonâ dumtaxat voce diuinum persoluens officium. Et in istis discrepat à vetusto Carmelitano Ordine. In quibus aliis PP. Discalceati à cæteris Reformatis, & aliis quibusuis antiquæ Regularis obseruantiæ conueniant, aut cum illis disconueniant, hîc quoque paucis attingendum. Omnes eumdem agnoscunt Patriarcham S. Prophetam ELIAM, eamdemque venerantur Matrem & Patronam singularem Virginem Dei Genitricem MARIAM, à qua obtinent nomenclaturam FF. BEATISSIMÆ VIRGINIS MARIÆ DE MONTE CARMELO. Omnes appellantur *Carmelitæ*: sed isti cũ addito discriminante *Discalceati*. Conueniunt item in colore habitus, inferioris quidem grisei ad nigredinem tendentis (pro quo temporum calamitates in quibusdam partibus purè nigrum substituerant, ast reformatio restituit, vti indicauimus *par.* 4. *cap.* 2. & 7.) & superioris albi: in quo hoc intercedit discrimen, quòd PP. Discalceatorum sit breuior, ad genua circiter definitus, aliorum autem longior, ad mediam tibiam protensus. Regulam quoque omnes habent originaliter eamdem, diuersam autem catenus, quòd (vt iam dictum) Antiqua Obseruantia, cum Reformatis, eam obseruent, prout substat declarationibus, & modificationibus factis per Innocentium Quartum, Eugenium Quartum, Pium Secundum, & Sixtum Quartum. PP. autem Discalceati eam seruant, prout dumtaxat declarata, & modificata fuit per Innocentium Quartum. Vnde illud præcipuum habetur discrimen, quoad vsum & abstinentiam carnium: quibus isti aliquot per hebdomadam diebus vesci possunt, prout declaratum est *par.* 3. *cap.* 35. [a] Discalceatis autem perpetua à carnibus abstinentia præscribitur: & non nisi infirmis debilibus, aut suprà mare ijs vesci permittitur. Quoad ieiunium: illud quotidianum est (exceptis Dominicis) apud eosdem, Discalceatos, à festo Exaltationis S. Crucis vsque ad Pascha: apud alios autem, eo tempore quater per hebdomadam, scilicet feriis secundis, quartis, sextis & Sabbathis ieiunatur. (In Prouincia tamen nuncupata *Montis Sancti*, per Italiam & Siciliam extensa, perpetua obseruatur à carnibus abstinentia, & ieiunium, sicut apud PP. Discalceatos) Quoad vitæ spiritualis exercitia, & austeritates in Reformatione, seu strictiori Obseruantia; bis per diem manè ante primam per horam, aut mediam horam (iuxta Prouinciarum consuetudinem.) & à meridie post Vesperas, per mediam horam ab omnibus simul fit meditatio, seu oratio mentalis: ter per diem etiam simul instituitur examen conscientiæ, in vsu quoque sunt, Renouatio votorum sub initium anni, & exercitia spiritualia decem dierum. Regulariter surgunt, vbi est competens numerus Religiosorum, mediâ nocte pro matutino officio persoluendo. Quantùm ad austeritates, suprà Regulæ præscriptum etiam ieiunium seruatur in vigilijs omnium festorum B. Virginis MARIÆ, Apostolorum atque aliis quibusdam: lectorum, seu culcitrarum, & lineorum non est vsus, nisi in infirmarijs, & hospitio, sed decumbitur in saccis stramineis, cum lodicibus laneis: ex simili

In quibus conueniãt, & discrepent Carmelitæ Discalceati ab aliis.

[a] Nu. 547.

Exercitia pietatis, & austeritatis inter Carmelitas antiqua obseruantiæ.

Digitized by Google

materia etiam sunt tunicellæ inferiores, siue indusia, disciplinæ ex præcepto simul recipiuntur per totum annum feriis sextis (exceptâ eâ, quæ est infra hebdomadam Paschæ) & in vigiliis festorum B. Virginis, & aliorum ac omnibus diebus ieiunij ab Ecclesia præscripti: in Aduentu, & Quadragesima ter per hebdomadam. Ciliciorum autem, catenularum, seu cinctoriorum ferreorum gestatio in vsu est: & alia mortificationis, ac pœnitentiæ genera practicantur, tum in refectorio (vti est, genibus flexis quandoque comedere, portionem ab alijs ceu mendicato petere & similia) tũ alibi. Eadem atque etiam alia in vsu sunt apud P. Discalceatos: quorum exercitia peculiaria pietatis atque rigoris sigillatim commemorat P. Philippus à SS. Trinitate, in historia Carmelitana libro 7. cap. 5.

1074. Occasione dictorum remouendus occurrit scrupulus quidam seu petra offensionis cuiuspiam (inter eos qui charitate, quàm coniunctissimi esse deberent; vtpotè eorumdem Patris, & Matris filij) obiecta à nonnullis ratione nomenclaturæ, dum in Gallia, & Belgio Carmelitas Reformatos appellarent *Mitigatos*, seu Gallicè *les Peres mitigez* ad distinctionem à PP. Discalceatis; tamquàm hi soli essent reformati, & non mitigati, & isti omnes non reformati. Cum autem planè indecens sit, inter Religiosos de nominibus, seu titulis disceptare, & magis, eâ occasione animositatem aliquam fouere, quid hac in re, & qualiter sentiendum, ac loquendum, paucis disseremus, Sciẽdum, Regulam Ordinis, prout à B. Alberto Patriarcha Ierosolymitano prodiit; medio seculo post, declaratam, modificatam, seu mitigatam fuisse in aliquot punctis, per Innocentium Quartum sicut dictum est supra *par. 1. in Notis ad cap. 6. libri S. Cyrilli.* [a] Et ipse Pontifex in Bulla, cuius initium est: *Quæ honorem Conditoris*, testatur his verbis: *Cum* &c. *quædam vestra Regulæ dubia declarari ac corrigi, ac etiam ipsius quædam grauia misericorditer fecerimus mitigari.* Et infrà mandatur, vt *Regula sic correcta, declarata & mitigata deuotè recipiatur, & firmiter obseruetur.* Quibus in punctis declaratio, & mitigatio præcipuè facta, & rationem ac necessitatem eam faciendi, indicauimus iam dicto loco. [b] De quibus etiam inter alia sic Ven. P. Thomas à Iesu *in libro de variis Regulis Carmelitarum*: vbi postquã Regulam Alberti primitiuam retulisset, subiungit: *Hæc attendentes Regulæ Alberti obseruatores, cùm in illa quædam statuta grauia, quædam dubia conspicerent, illam mitigari, ac declarari oportere, pro maiori Ordinis bono decreuerũt. Quare duos Fratres, Reginaldum, & Petrum anno Domini* 1248. *ad Sedem Apostolicam, huiusmodi mitigationem, ac declarationem postulaturos miserunt.* Igitur pro comperto, & extra controuersiam est, Regulam sicut à B. Alberto exarata fuit, in Ordine non esse in vsu (nisi in quibusdam Conuentibus Eremiticis) Patres autem Discalceati eam obseruant, prout declarata fuit à dicto Innocentio Quarto, relictis modificationibus per Eugenium Quartum factis, de quibus suprà: & insuper religiosè assumpserunt nudipedationem (seu vt discalceati incedant) atque alios quosdam rigores: Itaque singulis, quod

Scrupulus quidam remouetur.

[a] Num. 33. pag. 29. & 30.

[b] Nu. 33. p. 30.

Digitized by Google

lis, quod ſuum eſt, in nomine, tribuendum, & contentionis cuiuſpiam, quæ hinc oriri poſſet, occaſio ſublata videtur, ſi PP. Diſcalceati nuncupentur, *Fratres Ordinis* B. MARIÆ *Virginis de Monte Carmelo, Diſcalceati*, prout à Summis Pontificibus indigitantur (vide hic ſuprà cap. 7.[a]) Reliqui verò iſto ſuo à ſeculis plurimis vſitato gaudeant nomine, etiam à Chriſti Vicariis, aliiſque Prælatis vſurpato, & multipliciter confirmato: *Fratres Ordinis* B. MARIÆ *Virginis de Monte Carmelo* (abſque addito *Diſcalceati*) de quo egimus parte 5.[b] aut etiam iſti dicantur, *Carmelitæ Diſcalceati, ſeu Carmelitæ Reformationis S. Tereſiæ*; cæteri verò appellentur ſimpliciter (prout olim quoque) *Carmelitæ*, ſiue, ad maiorem diſtinctionem, *Carmelitæ Antiquæ Obſeruantiæ Regularis*: qui autem inter eos ſtrictiorem vitam ſeu Reformationem profitentur, *Carmelitæ Reformati, ſiue ſtrictioris obſeruantiæ*. Atque ita in vinculo pacis, vt fratres, ſe mutuo amore & beneuolentiâ proſequentes, & chariſmata meliora æmulantes, Deo, eiuſque Matri honorem, proximis exemplum, ſibique perfectionem procurabunt.

[a] N. 1062.

[b] Nu. 691.

1075. Quoad Religioſas Virgines, ſeu Moniales ſub vexillo *Virginis* MARIÆ *de Monte Carmelo* exiſtentes, bifariæ eæ ſunt, aliæ Antiquæ Regularis obſeruantiæ (de quibus peculiariter eſt actum *parte 6. cap. vltimo*) ſeruantes Regulam eamdem, ſub declarationibus, & moderationibus prefatorum Pontificum Innocentij Quarti, & Eugenij Quarti, cum propriis, ſexui competentibus Conſtitutionibus: eæ in Gallia, Belgio, & Principatu Leodienſi ſubſunt iuriſdictioni Reuerendiſſ. P. Generalis, & à Superioribus Ordinis viſitantur, ac ex Ordine Confeſſarios, ſeu Directores ſuos habent, alibi autem pleræque ſunt ſub iuriſdictione Reuerendiſſ. Epiſcoporum. Aliæ autem *Diſcalceatæ* nuncupantur (de quibus capite antecedente, ſub finem) & illæ, præeunte S. M. Tereſiâ, Regulam ſeruant ſub ſola declaratione, & moderatione facta per Innocentium IV. ſicut PP. Diſcalceati: quorum directioni, etiam partim ſubſunt, partim verò ſub Epiſcopis conſtitutæ. Habent Conſtitutiones à S. Marte Tereſia Scriptas.

1076. Aliud eſt quoque hominum genus vtriuſque ſexus, potiſſimũ verò Virginum, & Viduarum (non tamen matrimonij vinculis adſtricti hinc excluduntur) *Tertiarij* nuncupati: qui nempe in ſeculo remanentes ſatagunt Regulam Ordinis ſeruare in quantum ſui ſtatus conditio ſinit: & etiam in veſtitu aliqualiter ſe Ordini conformant: de quibus in Bulla Sixti Quarti, cuius initium eſt. *Dum attentâ meditatione, iſta leguntur: Statuentes præterea Apoſtolicâ auctoritate, & præſentium tenore concedentes, volumus, & ordinamus, quòd de cætero, perpetuis futuris temporibus, tam Magiſtro Generali, quàm cuilibet dicti Ordinis Carmelitarum Officiali, Prioribus dicti Ordinis, ſecundùm morem, & inſtituta eiuſdem Ordinis, in quibuſcumq; Prouinciis conſtitutis, tam præſentibus, quàm futuris, ſit licitum ac permiſſum, quaſcumque mulieres, & vtriuſque ſexus perſonas, ſi aliàs ſint idoneæ &c. recipere, & admittere, ac earum ſingulis habitum regularem, ac Regulam eiuſdem Ordinis Carmelitarum &c. exhibere.*

De Tertiariis in Ordine Carmelit.

Ibi consequenter Pontifex illos participes reddit omnium priuilegiorũ Ordinis.

1077. De venerandis Virginibus Tertiarijs huius Ordinis ANGELA DE ARENA, PAVLA DE VILLA-FRANCA, MARIA DEL AQVILA, IOANNA OLIVERIA, & aliis nonnullis singulari pietate præcellentibus, nec nõ de venerabili FRANCISCO AB (seu, DE) YEPES Fratre germano sublimis illius theologi mystici Ioannis à Cruce (de quo quædam diximus capite antecedente) qui Metymnæ publicè habitum Tertij huius Ordinis suscepit, in eoque professionem fecit, atque non sine sanctitatis fama decessit, scribit Marcus Antonius Alegrè *in Paradiso Carmelitici decoris*. De præfata Venerab. Angela de Arena ex Siluestro Maurolico Abbate Cistercienſis Ordinis inter alia ista refert Ioannes de Carthagena *lib. 17. homiliarum, homilia 3.* sub finem: *Cum prædicta Angela vellet Tertiaria fieri alterius Ordinis, in antecedenti nocte in somnis apparuit illi scala Cœlos tangens summitate, & imo terram, iuxta quam erant duo sancti Ordinis Carmelitarum, qui dixerunt ei: Si vis per hanc scalam ad Cœlum ascendere, sume habitum Tertiariorum B. MARIÆ Virginis de Monte Carmeli: sumpsit illa, & cum maxima sanctitatis opinione obiit in Sicilia die 21. Octob. 1556.* De istis, & aliis quibusdam illustrioribus huius Ordinis Tertiariis alibi (si vita comes fuerit) latiùs tractabimus.

De Ven. Angela de Arena, & aliis nonnullis eximiæ pietate conspicuis.

1078. Denique Congregatio est amplissima hominum cuiusuis status: eorum nempe qui huius Ordinis vestem præcipuam, maximeque priuilegiatam, sacrum nempe Scapulare, ritè susceptum gestant, qui etiam quadamtenùs Carmelitano Ordini accensentur, vt satis indicant illa Beatiss. Virg. MARIÆ verba: *Et si alij deuotionis causâ in sanctam ingrediantur Religionem, sancti habitũ signum ferentes, appellantes se Confratres & Consorores mei Ordinis prænominati*, (relata in celebri Bulla *Sabbatina* nuncupata de qua diffusè actum est *par. 5. c. 5. & 6.* [a]) vbi ea explicantur.

Confratres S. Scapularis quodammodò membra sunt Ordinis Carmelitani.

[a] Nu. 814. & seq. Vide etiã n. 827.

1079. Inter eos, qui sacram Carmelitani Sodalitij militiam sub vexillo Scapularis arripuêre, imprimis referuntur duæ Regum gemmæ S. Ludouicus IX. Galliæ, de quo suprà *par. 3. cap. 37.* [b] & Eduardus II. Angliæ (de quo eàdem *par. 3. cap. 33.* [c]) prout habent passim historici nostri, & de exteris peculiariter id declarat illustris scriptor è Societate IESV Theophilus Raynaudus in libro de Scapulari Partheno-Carmelitico *par. 1. cap. 8. & par. 2. quæst. 8.* Priore loco alios plures Summates, Imperatores Reges, Principes, ac deinde Summos Pontifices, Cardinales, & Episcopos, Confraternitati huic insertos recenset. Eorum nonnullos occasionaliter retulimus in superioribus. [d] Ex quàm plurimis, qui patenter mediante Sacro SCAPVLARI pericula corporis, animæve euaserunt, aut alia specialia beneficia sunt consecuti, etiam quosdam commemorauimus in antecedentibus, [e] quibus hic adiungimus (ex Alphonso à Matre Dei *in libro de Confraternitate Sacri* SCAPVLARIS & Filocalo Caputo *in libro historia, Imaginis miraculosæ Neapolitanæ, ac mirandorum per sacrum Scapulare*) singulatem

[b] Nu. 591. [c] Nu. 521. & 522. *Reges, & Principes multi huius Confraternitatis veste amicti.* [d] Nu. 615.

[e] Par 3 c. 36. & 37.

Digitized by Google

gularem fauorem præstitum cuidam puellæ: quæ, etsi adhuc tenella, ex singulari tamen erga SCAPVLARE B. Virginis MARIÆ deuotione, singulis feriis quartis strictè abstinentiam à carnibus seruabat. Cùm autem in grauem incidisset infirmitatem, die quâdam tempore longo sine quærela, & motu permanens, quantumcumque adstantes acclamarent, aut traherent, versâ ad parietem facie, cum voluptate quidpiam conspicere videbatur. Rogata deinde: cur tanto tempore sic immota siluisset: respõdit, se impeditam fuisse; visitauit enim me, *inquit*, B. Virgo MARIA Carmelitana, quæ mihi abblandita, meque inenarrabili lætitiâ afficiens, spopõdit, se sabbatò proximo redituram, vt me secum perducat ad gaudia cœlestia. Sabbato autem die sequenti, vti prædixerat, læta exspirauit. Idem Caputus in dicto libro [a] scribit, de quadam Marchionissa B. Virgini MARIÆ de Monte Carmelo valde deuota, quæ cùm audisset in concionibus, eos qui Scapulare piè gestarent, & cum eo decederent, è purgatorij pœnis liberandos Sabbato post diem obitus sui: idque per Bullas Summorum Pontificum esse confirmatum: quotidianis precibus matrem gratiæ sollicitabat, vt moreretur Sabbato. Cùm verò grauiter laboraret, & medici eã morti propinquam iudicarent, illa è contra, non nisi post triduum, sabbato scilicet proximo, ex hac vita se migraturam, prænunciabat: quod & euenit; eodemque die Sabbati, intercessione, ac meritis gloriosæ Dei Genitricis, & virtute Scapularis, ipsam è purgatorio eductam, atque ad cœlestem patriam deductam, eius filiæ, quæ pro matre orare nõ cessabat, postmodùm notæ pietatis Religiosus, Ordinis S. Francisci, assecuerauit. De viro quodam toto corpore fulmine vstulato, & dies aliquot mirabiliter in vita seruato vsque ad Sabbatum, dictum est suprà. [b] De Religioso huius Ordinis, Regularum suarum obseruãtissimo, quem propterea, & per Sabbatinum priuilegium, S. Teresia vidit rectâ cœlum petentem sine purgatorio, dictum est suprà [c] De venerabili F. Petro Catanensi laico, obedientiæ, & Regularis obseruantiæ studiosissimo, Sabbato primo post obitum è Purgatorio, per Beatissimam Virginem MARIAM educto, etiam mentio fuit hic suprà [d] ex Annalibus Ordinis, vbi & hoc annotatur. [e] *Considerandum, quòd ex visione relata illius conuersi roboratur id, quod sæpiùs Sedes Apostolica approbauit, & nos non semel annotauimus, de adiutorio à Deipara Virgine nostris Carmelitis post obitum præstito, maximè die Sabbati ipsorum mortem subsequenti.*

Puella per reuelationem discit, se Sabbato moriturã, & cœlò inferendam.

Marchionissa quædam exorat, Sabbato mori, & à Purgatorio liberari.

[a] Cap. 11.

[b] Par. 3. nu. 617.

[c] P. 5. ca. 6. nu. 831. & 908. *De Religioso*, Sabbato primo post obitum è Purgatorio educto.

[d] N. 1035.

[e] Tom. 4. ad ann. Chr. 1357.

1080. Obiter hic animaduertendum, in vita B. Mariæ Magdalenæ de Pazzi, atque alibi, legi apparitiones quorumdam Religiosorum, seu Monialium huius Ordinis, qui vltrà Sabbatum heserunt in flammis Purgatorij; quia, verisimiliter, Regulam suam exactè satis non seruauerunt; ea enim à B. Virgine MARIA pro Religiosis fuit apposita conditio, sine qua nec ipsa suum pactum seruabit. Eadem est ratio Confratrum præscripta à Deipara non obseruantium, Vide *par. 5. cap. 8.* vbi de singularis illius PRIVILEGII SABBATINI conditionibus, seu quid necessarium sit, vt quis eo

fruatur, actum est. Circa ea quæ dicta sunt isto capite 8. [a] quidpiam hoc loco adiiciendum videtur quoad Quæsitum, sæpiùs proponi solitum. An ij, qui nequeunt recitere Officium, & ideo solent abstinere à carnibus feriis quartis, possint tùm (sine præiudicio PRIVILEGII SABBATINI) vesci cibis conditis adipe, seu pinguedine, aut pulmento cocto cum carnibus, seu iusculo ex carnibus? Eadem est ratio de Sabbatis intra Natiuitatem Christi, & festum Purificationis, atque etiam alio tempore, in iis locis, vbi vsus pinguedinis permittitur. Respondetur; in verbis B. Virginis Deiparæ ad Ioannem XXII, & in Bullis Pontificiis, expressè præscribi abstinentiam à carnibus, istis diebus. An autem nomine carnium ibi etiam prædicta cõprehendantur, controuertitur: quidam affirmant, alij negant. problematicè vtrumque disceptat P. Irenæus à S. Iacobo: *in Tractatu Theologico de singulari immaculatæ Virginis protectione.* [b]

[a] Nu 848. & seq.

Circa vsũ adipis seu pinguedinis dubium proponitur.

[b] Sect. 2. c. 7. §. 5.

Quid igitur pro praxi suadendum Confratribus? Sanè cùm Bullæ Indulgentiarum non plus valeant quàm sonent, & non clarè exprimatur de adipe, & pulmento cocto cum carnibus, an Confratres, impotentes recitare Officium, iis vesci possint, suadendum, vt qui sine notabili incommodo abstinere possint, abstineant. Quia tamen etiam probabile est, nomine carnium, in proposito, non venire illa: pro ijs, quibus abstinentia ab istis incommoda est, resoluendum in illorum fauorem, posse nempe illis vesci, saluo PRIVILEGIO SABBATINO: v.g. sicut Fratribus nostris in itinere, ne sint hospitibus oneroſi, permissus est vsus pulmenti, cocti cum carnibus, sic etiam, si vir nolit præparari proprium pulmentum pro vxore, vel filio, aut filia, permissum erit illis in propria domo (ne marito vel patri sint oneroſi) pulmentum cum carnibus comedere. Idem resoluendum pro famulis, ancillis, & comedentibus in aliena domo, vbi alij cibi commodè haberi nequeunt (prout ante dixmus [c]) atque etiam pauperioribus, & quibus graue est, alios cibos, aut aliter præparatos comparare: quibus omnibus fauent illa Beatiſſ. V. MARIÆ verba: *Debeant à carnibus abstinere*, &c. *nisi aliqui traditi essent impedimento.* Cæterùm rectè monet R. P. Leo à S. Ioanne, atque alij, de SCAPVLARI scribentes, nè quis circa præfatas conditiones sibi abblandiens, sub prætextu necessitatis, blandæ indulgeat sensualitati, excusationem, seu dispensationem quærens sine necessitate; si enim in cæteris Confraternitatibus, & quibusuis officiis, suæ sint obligationes, an non æquum est, pro participatione Priuilegiorum istorum tam singularium, hactenùs declaratorum, etiam quidpiam carni aliquo modo incommmodum, & non gratum subiri?

Confratres S. Scapularis an, & qualiter possint vesci adipe feriis quartis.

[c] Nu. 847.

Pro eximijs Priuilegijs S. Scapularis merito est subeunda aliqua molestia.

Est & in Gallia Ordo militaris valde illustris, sub titulo & habitu *Beatissimæ* MARIÆ *Virginis de Monte Carmelo*, de cuius institutione & Regulis quædam diximus *par. 3. cap. 37.* [d]

[d] Nu. 585.

CA-

Digitized by Google

CAPVT X.

De insignijs Ordinis Carmelitani.

1081. REstat denique hîc aliquid dicendum circa insignia Ordinis, quæ (rememorandæ originis, & ad venerationem, ac imitationem Patriarchæ, atque Patronæ incitandi gratiâ) quandoque in ædificijs, picturis, & libris apponi, atque in sigillis exprimi solent: quorum explicatio quandoque expetitur.

1082. Ordinum Religiosorum insigne, seu stemma cuilibet propriũ, plerumque repræsentat Authorem, seu Patriarcham suum, siue historiam vitæ illius magis illustrem; vt vel sic oculis sæpiùs obuersetur, atque inde etiam menti. Stemma Sacri Ordinis Augustiniani, est cor (S. AVGVSTINI) diuini in SS. Trinitatem amoris cuspide confixum. Ad propositum hîc commemorandum videtur, quod Iordanus de Saxonia, non minus sanctimoniæ famâ, quàm eruditione clarus, atque alij graues scriptores [a] referunt, cor istius Doctoris inclyti, crystallo inclusum, sæpiùs visum, quasi vitaliter, & intellectualiter exultare, dum coram eo nominaretur SANCTA TRINITAS, vel liber eius DE TRINITATE expãderetur. In insignijs sacri Ordinis Prædicatorum exhibetur catulus, ore facem deferens, & orbem terrarum incendens; à matre S. DOMINICI grauida visus, qualem prolem paritura esset, prænuncians. In Seraphici Ordinis tessera exprimuntur binæ manus vulneratæ; atque sacra stigmata (S. FRANCISCI) In Societate IESV dulcissimum IESV nomen vbique promicat; vt sicut S. IGNATIVS ad maiorem IESV gloriam omnia sua ordinauit, ita & eius filij id imitentur.

Insignia Ordinis S. Augustini.

[a] Apud Engelgraue in Pantheo cœlesti serm. in festo SS. Trinit.

Insignia Prædicatorum, Minorum, & Societatis IESV.

1083. Ordinis autem Carmelitani peculiaris Patrona, & quâdam ratione eius etiam Authrix (sicut alibi declarauimus, [b]) est virgo Deipara MARIA, & Patriarcha S. Própheta ELIAS. Illam & hunc exprimũt propria Ordinis insignia: ea nempe sunt circulus ferè orbicularis, seu ouatis, infernè rotundus, supernè autem quandoque planus: ex inferiori parte est fundus subniger, seu pullus, aut griseus, repræsentans montem cuspidatum, & in medio stella cernitur: superiùs autem planum, seu fundus, est candidus, continuus, seu lineâ, ex cacumine montis sursum protensâ, intersectus: desuper autem est corona, & stellæ duodecim: supra coronam eminet extentum brachium, cum flammeo gladio, & circumcirca illa leguntur: *Zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituum.*

[b] Par. 2. q. 5.

Stemma Carmelitani Ordinis.

1084. Spatium istud mum subnigrum denotat montem Carmelum, domicilium

Eiusdem declaratio.

domicilium originarium Ordinis. Candor ille, seu albi coloris fundus suprà montem, Nubeculam designat, sub cuius typo Proto-parenti Ordinis Virgo Deipara præmonstrata fuit: indicat quoque super-candidissimam eius Virginitatem, vt habet Lezana in libro *de Patronatu B. Virginis* [a] vbi etiam tradit, superius spatium album, & inferius subnigrum, seu quasi griseum, indicare vestes proprias ipsius Virginis: quas subnigri, pulli, seu grisei coloris fuisse, ex pluribus, & grauibus authoribus demonstrat. Tegumentum autem ipsius superius, velum scilicet, seu pallium, candidum fuisse ostendit, & confirmat, ex varijs imaginibus, pallio albo conspicuis. Fauent quoque intento apparitiones ipsius Virginis Deiparæ cum pallio candido (Videri possunt dicta *par. 5. cap. 2. & 6. b*) Stella indicat, ipsam esse, quæ meritò *Stella matutina*, & *maris stella* nũcupatur. Hinc in vetustioribus Ordinis Iconibus (quas inter supereminet Neapolitana) stella in humero dextro cernitur. Ex aliorum sententia stella inferior in Carmelo innuit S. P. ELIAM. Duæ verò superiores repræsentant Deum-hominem, natũ ex MARIA Virgine, per Nubeculam ipsi S. P. ELIÆ præmonstrata. Flammeus ensis in montem reuocat S. P. N. ELIÆ mirabilem honoris diuini zelum. Deniq́ue corona regia, denotat, eam esse mundi Regnam, de qua figuratè *Apocalypsis ca. 12.* dicitur: Quòd apparuerit *mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim.* Si hæc hominũ & Angelorum Regina Ordinis Carmelitani sit (vti esse, sæpiùs iam à nobis demonstratum est) fundatrix; iure merito productus à se Ordo Regiâ insignitur coronâ. *Corona*, vt vult Festus, sic dicitur, quòd *cohonoret*, cum, cui imponitur: *cohonorat* MARIA Ordinẽ, eius mater, antequàm nata; *cohonorat* Ordo MARIAM, ex quo natus, semper & ex asse MARIANVS. Coronatur Ordo, quia primus, & quia futurus nouissimus. Quòd si rerum inuentoribus deferebantur coronæ, tamquàm industriæ sapientiæq́ue humanæ præmium & laus; aptè sui Ordinis insigniis coronam meruit ELIAS qui Religiosi instituti inuentor, primus in terris homines angelicam docuit vitam. Ex Tertulliano *de corona militis*, & ex Prudentio *in περὶ στεφ. Hym. 10.* habetur, olim hostias victimasq́ue solere coronari: coronam igitur præferat, qui etiamnum ante lucem gratiæ, *circumcisionis scientiâ*, (hoc Carmelus indicat) plenus, seipsum obtulit *hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem*, vt qui suo, quod in Carmelo Monte obtulit, magis arserit holocausto. Solet ob deuictos hostes triumphalis hominibus concedi corona; qui mundum, carnem, dæmonem deuincere docuit, ipsumq́ue deuincet Antichristum, dignissimus iam est coronâ, in mundi fine non vnâ laureâ coronandus. Sed hæc omnium rationum præcipua, quòd (vt iam dictum) in Ordine erigendo, propheticè ostensam Sanctissimam Virginem MARIAM, sibi habuerit & fixerit Idæam, cui suam lubens defert & consecrat coronam. Agnoscit in Epigrammatibus Marianis sic è nostris Poëta modulatus:

§ N. 707. & 824.

[a] Cap. 9.

Fluxit

Fluxit ab ELIA *quòd Religionis origo,*
Ecce inuentori dant sua serta suo:
Ille, quòd à visa didicit te, DIVA, *referri*
Non sinit ista sibi. Cui sinit ergo? TIBI. P. Val. à S. Amando.

Tractatum integrum de isthoc subiecto scripsit P. Petrus de Quesada Sacræ Theologiæ Magister in Collegio nostro S. Alberti Hispali. Imprimis declarat, variis in Prouinciis varium esse vsum stemmatis Carmelitici; pleræque enim tres stellas ponunt, aliæ vnicam: tres esse ponendas, benè demonstrat. Ibi consequenter tradit, quòd dictæ stellæ repræsentent duo genera professorum huius instituti: duæ superiores scilicet eos qui ex Monte Carmelo ascenderunt in cœlum: & inferior, collocata in loco subnigro, seu pullo, (qui significat Montem Carmelum) professores, militantes in terra. Deinde asserit, stellam inferiorē debere esse coloris argentei (ad exprimendam puritatem Eliani instituti) alias duas aurei, ad figurandum splendorem gloriæ dictorum professorum (qui ex terrenis facti sunt cœlestes) Coronam autem, ait, debere esse coloris aurei. Denique tradit, quòd crux, quam inter duas stellas superiores solent apponere Patres Discalceati, olim non fuerit in vsu, sed adiuncta sit ab ipsis Discalceatis, instante Ven. P. Ioanne à Cruce, qui, cruci singulariter affectus, in Conuentibus, quos inhabitauit, plurimis in locis depingi curauit crucem: vnde & ipse sibi cognomen accepit. Hæc de Ordinis insignibus dicta hoc loco sufficiant. Plura videri poterunt in libro *Parthenicæ adoptionis* per P. Gregorium à S. Basilio *parte* 3. *cap.* 12. & apud Lezana dicto loco.

1085. Hactenùs in Septem Tractatibus tamquàm distinctis quibusdam Vineæ Carmelitanę puluinis, seu areolis, sedatè obambulantes, inspeximus Regulam, Patriarcham, Patronam, Viros Illustres, euentus varios, Prouincias omnes. Nunc tandem in certamen est descendendum, cum iis, qui nonnulla antè à nobis asserta, circa Ordinis Institutionem vetustā, in dubium reuocarunt. Itaque iam nobis capienda sunt arma, non tamen petentia, sed tegentia; etenim non offendere, sed defendere intendimus nostra; vt sic tandem pacata sit ritè inita, & pridem retenta possessio antiquitatis Carmelitanæ. *Transitus ad sequentia.*

Digitized by Google

PARS OCTAVA.

DISSERTATIO

DE PRIMA ORIGINE,

ET

AVTHORE

ORDINIS CARMELITANI.

Variæ ſententiæ proponuntur, & vna vera deſignatur: obiecta, ac dubia ſoluuntur.

1086. *QVemadmodùm in ſcientiis Philoſophicis, Theologicis, & cæteris, propoſitio, ſeu cõcluſio aliqua ſufficienter probata, & vt vera demonſtrata non cenſetur, niſi ea, quæ contra objiciuntur, diluantur: Ita hæc noſtra theſis, aſſertio, concluſio:* S. PROPHETA ELIAS OMNIVM MONACHORVM EST ANTESIGNANVS, ET SPECIALITER ORDINIS CARMELITANI INSTITVTOR: *vt firmiùs ſubſiſtere dignoſcatur, operæ pretiũ erit, primò ſententias contrarias, & deinde argumenta, ſeu obiectiones cõtra antiquitatem Ordinis Carmelitani, ac dubia circa illam proponere, atque iis pro modulo noſtro ſatisfacere; vt deinde æquus lector, ponderatis vtrimq; rationum momentis, de prima origine Monaſtices, & Patriarchatu S. Prophetæ* ELIÆ *in Ordinem Carmelitanum, iudicium prudenter ferat.*

Digitized by Google

CAPVT I.

Cur Authores nonnulli circa Originem, seu primariam Institutionem Ordinis huius, in varias sententias abierint, & quidam turpiter hallucinati fuerint.

1087. QVod viatoribus, ad terminum longè dissitum, per vias parùm sibi notas tendentibus, contingit quandoque; vt à recto tramite aberrent, si non ducem, aut comitem, viarum gnarum, habeant: idipsum describentibus historias, ob temporalem, & localem distantiam, obscuriores, euenire solet; vt à veritatis semita facilè deflectant, si non insistant vestigiis eorum, qui de illis, sibi notis, tractauerunt. Cùm autem Ordinis huius Originalis, ac prima Institutio procul à nobis distet, tèporaliter quidem bis mille sexcentis ferè annis: ac etiam localiter, vtpote facta in Terra Sancta; hinc est, quòd scriptores exteri nonnulli circa primordialem fundationẽ huius Ordinis in varias abierint opiniones, & hallucinati sint, quia aut ad manus habere non contigerit, aut (si habuerint) neglexerint sequi authores, quibus illa præ omnibus notissima esse potest, & debet. Quinam illi sint, copiosè demonstrant Wastelius *a* & Lezana *b* nempe, esse domesticos, quibus præ cæteris ea, quæ in sua familia gesta sunt, & fiunt, innotescere possunt. Etenim vulgari, iactatur prouerbio, Plùs sapere stultum in domo sua, quàm sapientem in aliena, de quo pluribus actum est superiùs *c*. Authores verò, quos in hac materia, qui errare noluerit, adhibere tutò possit & debet, sunt, Ioannes Ierosolymitanus in libro de quo hic infrà (*cap.* 14.) S. Cyrillus, cuius liber hic suprà habetur *par.* 1. Sibertus de Beka, Gulielmus de Samuco (seu Sanuico) Philippus Ribotus (habẽtur in Speculo Ordinis Venetiis impresso anno 1507.) Arnoldus Bostius, Ioannes Palæonydorus &c. Ex recentioribus verò Petrus Wastelius, Ioannes Bapt. de Lezana *in quatuor tomis Annalium*, Thomas à IESV, Franciscus à S. Maria *in Historia Prophetica*, P. Michael Muñioz, *in Propugnaculo* ELIÆ, Mathias à S. Ioanne *in Historia Panegyrica* &c. Nec desunt exteri, ij sunt Abbas Trithemius, Carthagena, ac Aubertus Miræus. Hos, qui in Carmelitana historia noluerit deuiare, comites adhibeat, aut duces sequatur: non; quòd in aliquibus illorum quidpiam, fortè, quoad circumstantias quasdam (specialiter chronologiæ.) emendandum non

Carmelit. Ordinis origo quibusdã minùs clara est, ob longã distantiam temporalẽ, & localem: quodq; Scriptores quibus ea magis est perspecta, negligant.

a Lib. 1. Vindic. sect. 5. ar. 1.
b In Apparatu ad tomum 1. Annal. ca. 10.
c Par. 2. c. 3. n. 218. *Quinam accuratiùs historias Carmelitanas scripserint.*

Digitized by Google

fuerit (cum Canonicarum tantummodò Scripturarum singularis ea sit prærogatiua, vt in eis cuncta vera, inconcussa, certaque narrentur, prout rectè notat Cardinalis Baronius, *a*) sed quod ij præ cæteris accuratiùs, & ex professo, subiectum istud pertractauerint, & perscrutati fuerint.

a In annot. ad Martyrol. ad diem 9. Octob.

1088. Paucis autem hic declarasse, id quod statim dicebamus, iuuabit, videlicet authores varios externos, de hoc Ordine scribentes, domesticis neglectis, hallucinatos, imò etiam quosdam valdè impertinenter, & ridiculè, ac contradictoriè loquutos: v.g. quod Honorio Tertio competit attribuentes Honorio Quarto. & è contra: quæ diuersis, & dissitis temporibus, sub eiusdem nominis Pontificibus contigerunt, sub eodem gesta referentes. Sic Raphael Volateranus *b* (vt in vno exemplum statuamus) cum manifesta temporum confusione scribit: *Carmelitæ in Monte Carmelo, morâ* ELIÆ *& Eliſei nobilitato, ab Alberto, Patriarcha Hieroſolymitano, an.* 1286. *primùm inſtituti fuêre, diuerſo quo nunc vtuntur amictu. Honorius IV. illos à ſultano eiectos excepit.* Albertus iste Patriarcha obiit anno 1214. quo pacto igitur Ordinem anno 1286. (nisi resuscitatus dicatur) instituit? At confundit Albertum Patriarcham cum alio Ordinis nostri Alberto Siculo, sanctitate illustri. Ibidem consequenter Honorium Tertium, (qui Regulam ab Alberto Patriarcha datam confirmauit) confundit cũ Honorio Quarto (qui pro cappa, seu pallio Ordinis variegato, siue barrato concessit reassumi album) Præterea idem Volateranus Carmelitani Ordinis alumnum facit S. Cyrillum Constantinop. qui claruit ante & circa annum Christi 1200. nec non S. Angelum, martyrio coronatum in Sicilia anno Domini 1220. Quomodò igitur is Ordo demùm institutus fuit anno salutis nostræ 1286? *Diſſimulo abſurdiſſima illa premere, quibus vno eodemq; anno* 1286. *& Ordinem in Carmelo Monte inſtitutum cupit, & à Sultano eiectum*, inquit Wastelius *libro primo Vindiciarum c*: vbi etiam aliorum multorum similes contradictiones, & ineptias circa historias Carmelitanas profert: de quibus meritò ait: *Mirabile eſt, quòd viri, etiam imprimis illuſtres inter Scriptores, ſic de Virginis familia errent craſſè, vt vel referre tantùm pudeat, quod in libris ſuis ipſi exararint.*

Quod, & cur Scriptores varij turpiter circa Carmelitanam historiam hallucinati sint.

b In Antropologia lib. 21. *Raphaelis Volaterani contradictiones.*

De Alberto Patriarcha Vid. hic suprà *nu.* 867. de altero. *nu.* 871.

c Sect 1. ar. 5. §. 5.

1089. Haud minùs ij cespitant, qui, relictis fontibus (domesticis, inquam scriptoribus) & haurientes ex cisternis impuris, turbidam effundunt aquam: dum adhærent Sabellico, Polydoro, Heroldo, Zuingero (quorum opera hæresi inimicã monastices, illamque vt nuperum inuentum cauillante, respersa, aut de ea suspecta habentur) primam Ordinis Institutionem referentibus ad tempora Innocentij Tertij, per Albertum Patriarcham Ieroſolymitanum: qui quàm pueriliter, imò turpiter à veritatis scopo aberrent ad oculum declarant idem Wastelius *d* & Matthias à S. Ioanne *e in historia panegyrica Ordinis Carmelitani parte* 1. *cap.* 7. Dorotheus à S. Renato *in Commentario ſuper libros Regum, & Apocalypſios* de SS. Prophetis ELIA, & *Eliſeo*, sub finem, scribens de S. Eliseo *libro* 2. *c.* 14. vbi peculiariter

Aliorum errores.

d Lib. 1. Vindic. sect. 5. ar 1.

e In hist. Panegy. p. 1. c. 7.

Digitized by Google

euidenter insectatur manifestos errores Sabellici, qui & alios quosdā post se in lapsum traxit. Istorum vestigia premunt alij nonnulli, quos insigniter refellit Carthagena *a* Wastelius quoque pro, vt scribit, *b* indicto certamine, agit cum Sherlogo, contra Ordinis, à S. Propheta ELIA, Institutionem, in scenam producente numerum authorum, qui familiæ huius initia transcribunt, aut in Honorij Quarti, aut in Alexandri Tertij Pontificatum: qui plerique sunt isti iam relati, & alij aliquot, quorum manifestas in historia & chronologia hallucinationes declarat ibidem *c* Post eum idem efficaciter præstiterunt prefati Patres Matthias, & Dorotheus, qui etiam aliorum patentes errores circa historiam Carmelitanam ostendunt. Ad eos, nec non dictum P. Wastelium (ne hic prolixiores simus) lectorem plura circa hæc scire cupientem remittimus.

a Lib. 17. hom. 2.
b Lib. 1. Vindic. sect. 5. art. 5.
c Eod. lib. 1. & sect. 5. art. 1.

1090. Sunt alij, qui, quoad initiū Ordinis huius aliud ex alio, aut post alios, absque vlteriori indagine, exscribunt (quod in aliis, cuiusuis argumenti, sat frequens est, nec laudabile) potissimùm si quidpiam ab illustriori authore assertum reperiant, omnia existimantes magna & vera, quæ à viris magnis quâuis viâ prodierint, authoritati magis quàm rationi tribuentes: atque ita, si ille errauerit, errant omnes illum sequentes. Quòd verò Authores nonnulli, veri amantes, & veritatem indagantes, alium à S. Propheta ELIA huius Ordinis Institutorem esse scripserint, illa videtur esse causa, quam variis in locis allegat idem Wastelius *d* scilicet, defectus monumentorum, seu historiarum authenticarum Ordinis. Cur autem paucis Scriptoribus exteris, præsertim ante vsum typographiæ ea videre contigerit, rationem adfert, nimirùm: *Quòd inter pauperes Fratres, illis potissimè temporibus quandò tanta erat librorum caritas, monumenta & historiæ illæ in Conuentibus Ordinis, nec tamen pluribus, & vix alibi, reperirentur.* Postquàm autem typographica ars ad summam perducta est facilitatem, & perfectionem, cœpit etiam Ordinis huius historia, quasi tenebris inuoluta, claresce re. Et superiore seculo aliqua, plura in præsenti, quæ in bibliothecarum nostrarum scriniis latitabant, producta fuêre. In quo studiorum suorum partem impenderunt Patres variarum Prouinciarum Ordinis huius, eruditionis famâ celebres, relati à nobis *in Dissertatione Apologetica, pro Reuelatione facta S. Petro Thomasio,* *e*

Authores quidam errant, dum aliud ex alio sine indagine, scribunt.
d Lib. 1. sect. 1. ar. 1. & 2. sect. 5. art. 1.
Carmelit. Ordinis antiqua monumenta cur multis non visa.
e art. 11. n. 6. & seq.

1091. Ex iam dictis, inquam, causis, authores variè de Ordinis huius primaria Institutione Scripserunt; vt nonnemo eius initia referat (vt iam indicatum) ad annum Christi 1286. alij ad tempora Innocentij Papæ Tertij, varij ad Pontificatum Alexandri Tertij, quidam ad annum Christi 769. tempore Leonis Papæ Tertij, aliqui ad annum Christi 412. & denique nonnulli ad tempora Apostolorum: quorum omnium opiniones, circa indiuisibile veritatis punctum oberrare, hîc consequenter declarandum restat. Quod vt euidentiùs pateat, singulas seorsim proponemus, & refellemus.

Sex sententiæ erroneæ circa originem Ordinis huius.

CAPVT II.

Duæ priores sententiæ circa Originem huius Ordinis proponuntur, & refelluntur.

1092. ANte hac in Prophetico Carmelitico Ordine, ceu flumine, à suo fonte S. Propheta ELIA, recto indesinenti fluxu, placidè descendendo, nauigauimus: hîc verò tantisper cursum reflectentes, retrogradè adnitemur veram & primam scaturiginem, quam inuestigamus, attingere: varietatem opinionum circa primordia huius Instituti gradatim, ab inferioribus ascendendo, prosequentes.

Prima opinio, manifestè falsa, refutatione monet.

PRIMA itaque opinio occurrit præfati Raphaelis Volaterani, existimantis, Ordinem hunc primùm institutum anno Christi 1286. prout dictum est capite præced. Quod quàm longè à vero absit, perspicuum satis est, & ex consequentibus magis patescet, vt superfluum sit, vltrà in eo cõfutando tempus terere.

Secunda retunditur.

1093. SECVNDA classis opinionum initium, institutionem, & antiquitatem Ordinis huius, vltra tempora Innocentij Tertij (qui conuocauit celeberrimum Concilium Lateranense anno Domini 1215.) non producit; Albertum Patriarcham Ierosolymitanum primum eius institutorem fingens. Huius sententiæ fautores aliquot recensiti sunt capite præcedenti: alios adferunt, straminea eorum fundamenta exsuflant, eneruatque Lezana. [a] Matthias à S. Ioanne [b] & ante istos copiosiùs, atque valde accuratè Wastelius. [c] At etiam ea responsum vix meretur; qui enim vel leuiter versatus sit in historia Carmelitana, deprehendet, Albertum non fuisse Institutorem, sed Regulæ (quæ in Ordine nunc obseruatur) Scriptorem, aut verius compendiatorem, ex alia fusiore, data à suo prædecessore Ioãne XLIV. Patriarcha Ierosolymitano anno quadringentesimo, duodecimo. Interim paucis illam falsitatis conuincemus.

1094. *Primò* Albertus ille, Patriarcha Ierosolymitanus institutus fuit anno 1205 per litteras, seu Bullam Innocentij Tertij, datam 13. Kalendas Martij, quam ex Regiſtris Vaticanis extractam refert Lezana [d]. Innocentius autem Tertius Pontificio diademate inauguratus fuit anno 1198. octauo Kalendas Martij. Annis autem triginta octo ante Innocentium Tertium, Summus Pontifex creatus fuit Alexander Tertius, qui Ordinem hunc (iam pridem à Patriarchis, & Episcopis, ordinariâ authoritate

[a] Tom. 4. Annal. ad an. Chr. 1205. nu. 20.
[b] In historia Panegyr. de Orig. & succes. Ord. Carmelit. p. 1. c. 7.
[c] Lib. 1. Vindic. sect. 5. art. 1.
[d] Tom. 4. Annal ad ann. Chr. 1204. & 1205. n. 2.

Digitized by Google

rtate approbatum, vt latiùs *cap.* 9.) confirmauit, prout constat ex historicis nostris, quos refert, & sequitur idem Lezana. [a] Idem tradunt quoque Abbas Trithemius. [b] *Multi Summi Pontifices Ordinem ipsum confirmarunt, de quibus Alexander Papa Tertius vnus extitit.* Cardinalis quoque Bellarminus in sua Chronologia, adiuncta libro de Scriptoribus Ecclesiasticis, ad annum Christi 1180. *Ordo Carmelitarum confirmatur ab Alexandro Tertio anno* 1180. *Item ab Innocentio Tertio anno* 1199. *Item ab Honorio Tertio.* Ex quibus manifestum est, Ordinis huius Institutionem præcedere tempora Innotij Tertij, ac Alberti Patriarchæ præfati. Et sanè Ordinem Carmelitanũ præcessisse dictum Concilium Lateranense, à præfato Innocentio Tertio celebratum, vt certum habetur, ex decretis eiusdem, atque etiam Lugdunensis Concilij, anno Domini 1274. Sub Gregorio Decimo. In Concilio quidem Lateranensi, *capite* 13. decretum fuit: *Ne nimia Religiosorum diuersitas grauem in Ecclesia Dei offensionem inducat, firmiter prohibemus, ne quis de cætero nouam Religionem inueniat: sed quicumq; voluerit ad Religionem conuerti, vnam de approbatis sumat. Similiter qui voluerit domum de nouo fundare, Regulam & institutionem accipiat de approbatis.* Tùm verò Carmelitanum Ordinem (eadem est ratio de Augustiniano) etiam ratificatum, probatum, confirmatum, solidatum fuisse, eruditè declaratur *in Annalibus Ordinis ad annum Dom.* 1215. Statutum autem in Concilio Lugdunensi latum (insistens dicto Decreto Lateranensi, & ad illud se referens) nos concernens, insertum extat *lib.* 6. *Decretal. Tit. de Religiosis domibus: Cap. vnico,* & incipit: *Religionum diuersitatem nimiam (ne confusionem induceret,)* &c. quando Ordines omnes Mendicantes, post Concilium Lateranense instituti, inhibiti, & extincti fuêre relictis dumtaxat Ordinibus Prædicatorum, Minorum, Eremitarũ S. Augustini, & Carmelitarum. Et quidem de duobus his posterioribus sic ibi decernitur: *Cæterùm, Eremitarum S. Augustini, & Carmelitarum Ordines, quorum institutio dictum Concilium Generale* (Lateranense) *præcessit, in solido statu volumus permanere.* Ista sexto Decretalium, à Bonifacio Octauo inserta sunt. Quod autem Carmelitanus Ordo non aliquantùm, sed longè præcesserit dictum Concilium Lateranense, nec non ipsos Innocentium Tertium, & Albertum Patriarcham, adeò clarum est ex dictis *parte* 3. *cap.* 29. atque etiam antè, & post; vt nemo sensatus, aut certè non nisi historiarũ nostrarum planè ignarus, & iudicans vt cœcus de coloribus, aut qui deditâ operâ errare cupit, id inficiari, aut in dubium reuocare queat: quod & ex mox dicendis magis patescet.

[a] Tom. 4. ad ann. 1180.

[b] Lib. de Orig. & laud. Carmelit. c. 5. *Ordinem Carmelit. confirmarunt Pontifices ante Patriarchatũ Alberti, qui proinde eius author dici nequit.*

1095. *Secundò* Iacobus de Vitriaco, Episcopus Achonensis, quarto miliari à Monte Carmelo, ac deinde S. R. E. Cardinalis, agens de reflorescente Ecclesiæ statu in Terra Sancta, proximè post captam per Ducem Godefridum de Buillon Ciuitatem Ierosolymam anno Christi 1099. specialiter eremitas Carmeli S. ELIÆ imitatores, & successores, commendatione honorificâ commemorat his verbis: [c] Quod *ad exemplum & imitationem*

Iacobus de Vitriaco scribit de Carmelitis existentibus proximè post. an. D. 1099.

[c] Lib. 1. histor.

Hieroſol. cap. 52. *tionem Sancti viri, & Solitarij* ELIÆ *Prophetæ in Monte Carmeli. ... in aluearibus modicarum cellularum, tamquàm apes Domini dulcedinem ſpiritualem mellificarent.* Vide ſuprà *par.3. cap.30.*

1096. *Tertiò* certum argumentum antiquioris inſtitutionis, quam ab Alberto præbent binæ litteræ Prælatorum Terræ Sanctæ, videlicet Archiepiſcopi Nicoſienſis, & aliorum Epiſcoporum, nec non Magiſtri militiæ templi, & Magiſtri hoſpitalis S. Ioannis, Ieroſolymitani anno 1282. & 1283. ad Summum Pontificem Martinum Secundum (non Bonifacium VIII. vt alicubi adſcribitur) ab eo expoſtulantes ſubuẽtionem Terræ Sanctæ, & peculiariter illi commendantes Ordinem B.V. MARIÆ de Monte Carmelo, tunc temporis vehementer per Turcas, & alios, oppreſſum. Extant eæ *in Speculo Ordinis* anno 1507. Venetiis excuſo, *a* apud *b* Waldenſem *in Doctrinali fidei b* & *in Annalibus Ordinis c* In prioribus autem iſta leguntur. *Guſtato frequenter amaritudinis calice, ſuper dilatatis oppreſſionibus Terræ Sanctæ, quam ſauciat, laceratq; aſſiduè manus Saracenorum ..... eius deploramus anguſtias: & per aſpectum compaſſionis intimæ ſecum ſui doloris tormenta compatimur, dolemuſq; de fidelium ipſius Catholicæ Eccleſiæ cruciatu continuo, quibus vix defenſionis tutela relinquitur, ſeu quietis remedium indulgetur.* Et infrà: *Credimus enim vos non ignorare, Pater ſanctiſſime, qualiter Ordo Fratrum Beatæ* MARIÆ *de Monte Carmelo (qui inter cæteras ſacras Religiones, Apoſtolicæ Sedi deuotas, claret deuotione conſpicuâ) fuit in ciſmarinis partibus à tempore cuius non extat memoria, à prædictis Patribus, in eiuſdem Terræ Sanctæ ſolatium, inſtitutus. Cuius alis longè lateque poſtmodùm, opitulatione diuinâ, extenſis, Fratres eiuſdem Ordinis ſubuentioni eiuſdem Terræ Sanctæ, deuotione penè ineffabili, deuouentes.* In poſterioribus autem ita ſcribitur: *Sedentes ſuper flumina Babylonis flere, amarè, proh dolor, compellimur, dum terram illam quaſi factam naufragam conſpicimus, iugi perſecutionis infligi ſagittis, & validis fluctuum impulſibus agitari, quam eius beauit præſentia, qui in ea pro redemptione humani generis immolatus, manibus tradi non dubitauit nocentium, & crucis amaritudinem guſtare.* Et infrà: *Inuenimus ſiquidem in noſtræ memoriæ tabula exaratum, quòd Ordo Fratrum Beatæ* MARIÆ *de Monte Carmelo in ciſmarinis partibus à tempore, quo memoria non exiſtit à Sanctis Patribus, in eiuſdem Terræ Sanctæ ſolatium, extitit inſtitutus.* Ex vtriſque illis inferimus. Quòd ſi *à tempore quo non extat memoria* Ordo fuerit tum inſtitutus; ergo ad minus longè ante Albertum, à cuius obitu tum nondum effluxerant ſeptuaginta anni: vt proinde meritò iſta adferat, & vrgeat præfatus Waldẽſis dicto loco *c* ſcribẽs cõtra Witcleff, nuncupantẽ Ordines Religioſos, *nouellas vanitates*: vbi tandẽ concludit: *Audiat teſtes iſtos* (Prælatos ſcilicet Terræ Sanctæ, & binos præfatos Magiſtros) *Witcleff, quamuis iudex iniquus, non à re quam teſtantur remoti, non ab eius experientia ſunt longinqui: eiuſdem erant Terræ Sanctæ coloni, domeſtici, vicini, noti negotio, de quo tractant, ſcriptis pronuntiant, literis exponunt, chirographis proteſtantur, quòd Ordinis antiquitas, aut initium, omnium hominum*

Fol.80. *b* Tom. 3. tit.9.c.89. *c* Tom.4. ad ann. 1282. & 1283.

Litera Prælatorum Terræ S. teſtimoniũ perhibent de antiquitate huius Ordinis.

c Tom 3. tit.8.9.89.

tunc ibi viuentium memorias superauit. Ex binis istis litteris confirmatur etiam id de quo latius suprà *par. 5. cap. 1.* à seculis plurimis Ordinem hunc passim fuisse nuncupatum: *Ordinem Fratrum B. Virginis* MARIÆ *de Monte Carmelo.*

1097. *Quartò,* Albertum non Ordinis Institutorem, sed Regulæ concinnatorem fuisse, adeò manifestum est ex S. Cyrillo hic suprà præsertim *cap. 5.* cæterisque hactenùs dictis, vt in luce meridiana cœcutire dicendus esset, qui istis visis aliter sentiret. Ex eo etiam quod ibi sub finem capitis istius quinti S. Cyrillus testatur: *Renouari iussit Capellam, quam ad honorem Beatæ Dei Genitricis* MARIÆ *prædecessores eorum post Ascensionem Christi construxerant.* Non modo id quod hic asserimus confirmatur, sed & falsitatis conuincuntur etiam aliæ opiniones, hîc proximè subsequentes, attribuentes Ordinis huius initia tempori alicui intermedio post Apostolorum ætatem; cum in Ecclesiæ primordiis Carmelicolæ extiterint, & ad honorem Virginis Deiparæ ædificauerint Capellam illam, quam Albertus *renouari curauit,* vtique ad illud vsque tempus iugiter ibi conseruatam, & in honore habitam, prout oculatus testis ipse S. Cyrillus asserit: qui tempore istius renouatæ Capellæ, & antè, morabatur in Carmelo. Sed hæc obiter. De ista autem Capella in Carmelo latiùs dictum est *parte 3. capite 13.* [a]

Ex S. Cyrillo manifestum est Ordinem Carmelit. longè præcessisse tempora Alberti.

1098. *Quintò* SS. Bertholdus, Brocardus, Cyrillus, successiuè Priores Generales (præter alios plures anteriores Sanctos Carmelitici Instituti, de quibus, vt talibus, in toto Ordine solemne fit Officium) Ordinem hunc ingressi sunt longè ante tempora Innocentij Tertij: videlicet S. Bertholdus circa annum Christi 1099. (centum annis ante dictum Innocentium Papam, & Albertum Patriarcham) ac sub eodem, aliquamdiu post, S. Brocardus: & circa annum Domini 1173. S. Cyrillus, monitu Beatæ Virginis MARIÆ Constãtinopoli in Syriam ad montẽ Carmelum venit, & ibi Ordinis huius habitum sumpsit, vt latiùs refertur *in Annalibus Ordinis ad dictum annum.* Itaque est euidens, initium Ordinis Carmelitani non ab Alberto, sub Innocentio Tertiò, sed altiùs repetendum: quod ex consequẽtibus confirmabitur. Hinc meritò Lezana [b] de hac opinione tractans, scribit: Quantùm à veritatis tramite, qui ita senserint (quod Albertus nedũ Legislator, sed & primus Ordinis Author appellandus sit) *deuient, cuncta quæ in superioribus adduximus, vel apices eorum quæ de Aymerico, Bertholdo, Brocardo, Cyrillo, Angelo, & Ioanne dicta sunt, facilè euincunt. Vanumq; in eo multum immorari.* Et tandem cum ex Regulæ verbis clarè veritatem demõstrasset, concludens, dicit: *Teneamus ergo ex dictis, Albertum, nostri Ordinis Legislatorem, Reformatorem, Propagatoremq;, non primum Institutorem, si veritatem sequimur, appellandum fore.*

[a] Nu 330. & seq.

SS. Bertholdus, & Brocardus, Carmelitæ fuerũt ante Albertum.

[b] Tom. 4. Annal. ad ann. Chr. 1205. n. 20.

Itaq; Albertus Ordini huic Regulam dedit non initium.

Digitized by Google

CAPVT III.

Tertia Opinionum classis impugnatur.

1099. TERTIA SENTENTIA, est corũ, qui Institutionẽ Ordinis Aymerico Patriarchę attribuũt, tẽpore Alexandri Papæ Tertij. Authores ita sentiẽtes, referũt & refellũt Wastelius loco citato, & Matthias, etiã ibi suprà c. 8. Illos quoq; veritatis scopũ nõ attigisse, ita succinctè demonstramus: *primò* ex S. Cyrillo, Ordinis Generali Latino tertio, Sanctitate, & doctrinâ claro, attestante ea quæ vidit, aut ab iis, qui viderant, audierat (floruit enim eodem ferè tempore, aut proximè post, quo ipse Aymericus) Is in libro *de processu Ordinis* (qui habetur hîc suprà) de Aymerico ista Scribit [a]: *Erat in diebus illis Patriarcha Antiochenus, & in Terra Sancta Apostolicæ Sedis Legatus ..... Aymericus Molafeyda ..... qui prædictorum antecessorum nostrorum Eremitarum Fratrum Beatæ* MARIÆ *de Monte Carmelo laudabilem conuersationem attendens, eos multum specialiter, suo tempore, in Domino enutriuit.* Specialis dilectionis insignia eiusque effectus referuntur ibi consequenter. Quæ si quis vel obiter legerit perspiciet, Aymericum Ordinem hunc non instituisse, sed diuturnis persecutionibus pressum erexisse, & Latinorum, seu Europæorum moribus accommodasse.

Sententia tertia efficaciter refellitur ex S. Cyrillo scribente quæ vidit.

[a] Par. 1. ca. 4. n. 20.

1100. *Secundò*, Ioannes de Carthagena, & passim alij, hoc ineluctabile argumentum maximè vrgent; & merito: *Aymericum non dedisse primordia huic sacro Ordini illud apertè confirmat, quòd ante Aymericum Patriarcham Leo IV. Adrianus II. Stephanus V. Sergius III. Ioannes X. Ioannes XI. Sergius V. Clemens III. & Alexander II. Varia priuilegia concesserint monachis Montis Carmeli. Etenim, cùm propter hostium incursus, varia eorum monasteria fuissent euersa, Sacri Pontifices concesserunt varias Indulgentias Christi fidelibus, qui ad eorum restaurationem, & Monachorum victum, alicuius eleemosynæ subsidium impenderent. Nè autem quispiam hoc in dubium vertat, locupletissimus testis, omni exceptione maior est Gregorius XIII. qui in Bulla Carmelitano Ordini concessa, cuius initium est,* VT LAVDES: *compendiumque priuilegiorum, plura horum Pontificum priuilegia refert;* Hæc Carthagena [b] luculenter probatis etiam aliis rationibus Ordinem hunc longè præcessisse Aymerici tempora, eiusque primordia referendo ad S. ELIAM: & obiecta in contrarium refellens. Illud quoque adfert, & promit Baptista Mantuanus *in Apologia pro Ordine Carmelit.* contra quosdã, qui asserebant hunc esse posteriorem aliis Ordinibus Mendicantibus. *Reperimus*, inquit, *& in promptu omnibus est, & ad oculum potest videri, Leonem IV. Pontificem Maximum largas indulgentias nostris benefactoribus elargitum, quem constat Pontificatum gessisse anno salutis nostræ 854. Franciscum verò & Dominicum.*

Et ex antiquis indulgentiis, Ordini concessis aliquot annorum centuriis ante Aymericum.

[b] Lib. 17. Homiliar. homiliâ 2. Obiect. 7.

eum, viros quidem sanctissimos, constat circa 1200. *annum floruisse; quo fit, vt artissimo iudicij articulo concludi possit, nos Carmelitas saltem per* 350. *annos antecessisse Minores, & Prædicatores: hoc, inquam, comminci potest Scriptu, & litteris Apostolicis, contra quas exceptio nulla fieri possit.* Indulgentiæ autem à dicto Leone IV. & aliæ ab Adriano II. (anno 868.) Stephano V. Sergio III. &c. concessiæ referuntur quoque, & confirmantur à Sixto IV. in Bulla: *Dum attentâ*, data Romæ 1477. Vide suprà. [a] De istis Indulgentiis latiùs agũt Wastelius, [b] Lezana [c] & nos hic suprà [d] Itaque si (vt quibusdam visum fuit) Ordo hic initium habuerit ab Aymerico Patriarcha, sub Alexandro Tertio (qui Pontificatum adiit, post Adrianum Quartum, anno Domini 1160.) Quâ ratione tot Pontifices, aliquot centuriis annorum anteriores, Indulgentias concessêre Ordini Carmelitano? An forsan futuro aut in spatiis imaginariis existenti?

1101. *Tertiò*, Monasteria plura Ordinis huius, non tantùm in Terra sancta (vbi institutus, & præcipuè floruit, ac continuatâ, non interruptâ, serie successionis, vsque ad annum post Christum 1289. aut 1290. iugiter perstitit) sed & alibi per Europam fuêre fundata, longè antè tempora Aymerici, videlicet Panormi in Sicilia anno 1118. Burdigalæ in Gallia anno 1099. Boppardiæ in Germania circa annum 1045. Leontini in Sicilia 837. Florentiæ in Italia anno 747. Senis in Italia anno 707. & alia alibi. De istorum atque etiam aliorum fundationibus agit Lezana *tomo* 2. & 3. *Annalium* ad istos annos citatos, & nos hîc suprà. [e]

Atque ex variorum Monasteriorũ fundationibus longè ante Aymericũ.

1102. *Quartò*, memorandum quoque specialiter hic est, quod contigit circa annum Christi sexcentesimum quadragesimum, & indubitatum est, quoad mutationem habitus: dùm enim Homar seu Humar Rex Arabiæ, sectâ Mahumetanus, cum ingenti multitudine Saracenorum Terram Sanctam esset ingressus, & illam totam suo subiugasset imperio, Christianos vehementer afflixit, & etiam in Carmeli Eremitas furor eius desæuiit, atque ex illis plures trucidauit: cæteris verò omnibus interdixit ne palliis albis induerentur, prout referunt S. Cyrillus, [f] Trithemius, [g] Arnoldus Bostius, [h] Palæonydorus, [i] Lezana, [k] & cæteri historici Ordinis huius. Pallia autem ista variegata, seu barrata gestarunt Carmelitæ per annos sexcentos quadraginta, & vltrà, videlicet vsque ad annum 1287. De istis specialiter egimus *par.* 3. *cap.* 26. Vide quoque Bostium in Breuiloquio, hîc suprà *particulâ tertiâ*.

1103. Illa autem palliorum mutatio (de qua exteros aliquos dubitasse video) adeò est certa, vt nulla historia antiqua (exceptis quæ sunt fidei, & ex sacris traditionibus habentur) firmiùs stet. Et quidem posterior (resumptio nempe capparum albarum, & depositio palliorum istorum barratorum, quæ barbarica tyrannis supposuerat) facta Apostolicæ Sedis authoritate, Pontificij diplomatis munimine firmata, rem facit indùbitatam. Illud exhibet Cherubinus *tomo* 1. *Bullarij*, & extat in antiquo Specu-

[a] Par. 2. n. 194. 201. 202.
[b] Lib. 1. Vindic. sect. 5. art. 1 sub medium.
[c] Tom. 3. Annal. ad ann. Chr. 850.
[d] Par. 3. c. 28. n. 464.
[e] Par. 3. ca. 29.
[f] Lib. de Processu & Regula Ord. huius c. 2.
[g] Lib. de Ord. Carmelit. c. 6.
[h] In Speculo Hist. lib. 7. cap. 20.
[i] Lib. 2. c. 9.
[k] Tom. 3. Annal ad ann. Chr. 642.

Pontificiâ authoritate pallia barrata deponuntur & alba resumuntur.

lo Ordinis Venetiis excuſo anno 1507. in quo, *libro 8. cap. 7.* (cuius titulus eſt: *Cur profeſſores huius Religionis, dimiſſis palliis barratis, incedant induti cappis albis*) quod iſta mutatio, ab Honorio Quarto peruiſſa viuæ vocis oraculo, & executioni mandata anno 1287. deinde confirmata fuerit per Bonifacium Octauum, ſic refertur: *In Capitulo eorum Generali in Monte Peſſulano, anno Domini* MCCLXXXVII. *in feſto B. Mariæ Magdalenæ celebrato, pallium prædictum auctoritate dicti Summi Pontificis, & Sedis Apoſtolicæ dimiſerunt. Et ad imitationem fundatorum, ac priſcorum profeſſorum huius Religionis ipſi eorum ſucceſſores pallium album, quod dudum, à Saracenis compulſi, dimiſerant, in Generali eodem Capitulo reaſſumpſerunt: cui pallio caputium album addiderunt.* Et paulò infrà: *Horum autem palliorum barratorum depoſitionem, & capparum albarum aſſumptionem Bonifacius Papa Octauus Fratribus noſtris confirmauit, anno Domini* MCCXCV. *ſcribens eis de Roma.* Tum Bulla ibidem ſubiicitur: BONIFACIVS PAPA VIII. (in regiſtro primi anni ſui Pontificatus) *Dilectis filiis Generali, ac cæteris Prioribus, & Fratribus Ordinis Beatæ* MARIÆ *de monte Carmelo ſaluteni, & Apoſtolicam benedictionem. Iuſtis petentium deſideriis dignum eſt nos facilem præbere conſenſum: & vota quæ à rationis tramite non diſcordant, effectu proſequente complere. Sanè lecta coram nobis veſtra petitio continebat, quòd olim bonæ memoriæ Latino Hoſtienſi Epiſcopo, & Geruaſio tituli Sancti Martini in Montibus præsbytero Cardinali, ſignificantibus per ſuas litteras, inter alia continentes, Priori Generali, cæteriſq; Fratribus veſtri Ordinis in Generali tunc inſtanti Capitulo congregandis, quod felicis recordationis Honorius Papa IV. prædeceſſor noſter, de Fratrum ſuorum conſilio, eis, piâ & prouidâ deliberatione conceſſerat, vt eorũ habitum, ſiue varietatem ipſius minùs decentem, & diſplicentem quamplurib⁹, in alium decentem commutarent. Idemq; Prior Generalis, & Fratres poſtmodùm in Capitulo congregati prædicto, deliberatione ſuper mutatione huiuſmodi prabitâ diligenti, vnanimiter ſtatuerunt: vt ex tunc cæteri Priores, & Fratres ipſius Ordinis, mantellis diuerſorum colorum, quibus vti conſueuerant, dimiſſis, omnino cappis albis impoſterùm vterentur. Nos itaq; veſtris ſupplicationibus inclinati, quod circa huiuſmodi mutationem habitus in hac parte prouidè factum eſt, ratum, & firmum habentes, id authoritate Apoſtolicâ confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus.*

S. Hildegardis quid de Ord. Carmelit. olim prædixerit.

Tunc adimpletum fuit illud olim à S. Hildegarde Virgine Moniali Benedictina (quæ ſanctitate & prophetico ſpiritu claruit ſub Eugenio Papa III. tempore S. Bernardi, ad cuius inſtantiam eius opuſcula in Concilio Treuirenſi approbata fuêre ab eodem Eugenio) de Carmelitano Ordine prænuntiatum: *Mutato vellere paulatim incedent.* Ea etenim, inter cætera, de nouiſſima Chriſtianæ fidei perſecutione ſcribens, de variis Ordinibus Religioſis ſub figura equorum propheticè quædam prædixit, & quidem de hoc Ordine: *Venient equi varij coloris, quorum egreſſio ab Oriente in Occidentem: ſed mutato vellere paulatim incedent. Horum progreſſio ab Occidente in Orientem. Hi primi & nouiſſimi.* Ea referunt, & explicant, inter cæteros hiſtoricos noſtros Ioannes Palæonydorus *a* Balduinus Leerſius *b* & Lezana

a In Hiſt. Carm. lib. 3. cap. 9. in Collect. exemplorum c. 7.

b Tom 4. ad ann. D. 1148.

Lezana in Annalibus. Vocantur autem noſtri *equi varij coloris* propter cappas illas barratas, ex variis coloribus. Quod *ab Oriente* (Terra Sancta) *egreſſi ſint in Occidentem* (ſcilicet Europam) pro comperto eſt ex dictis *par.3.* [a] Quod *ab Occidente in Orientem progrediantur* declarant tum Patrũ Diſcalceatorum in Perſidem, aliaſque regiones Orientales inſtitutæ miſſiones, tùm etiam noſtrorum ad quædam Orientis loca. *Primi* dicuntur, tempore ſcilicet; vtpote à S. P. ELIA ſuccedentes: *Nouiſſimi* verò, quod iuxta reuelationem S. Petro Thomæ factam (de qua in antecedentibus [b]) perſeueraturi ſint ad finem ſeculi. Illud autem *Nouiſſimi* negatiuè, non poſitiuè intelligendum arbitramur. Et hæc quidem, in anterioribus tacta variis locis, hic nonnihil diffuſius rurſus pertractauimus; tum ne deinceps de eiuſmodi mutatione dubitare quis poſſit; tum vt inde (quod potiſſimum hîc intendimus) euincatur, Ordinem Carmelitanum præ-extitiſſe longè ante Aymericum Patriarcham Antiochenum: quod vlteriùs confirmabimus.

[a] Cap.31.

[b] Nu.145. 189.& 521.

1104. *Deniq;* indicium manifeſtum antiquitatis Carmelitanæ, & argumentum efficaciſſimum eſt, iugis, & continuata ſucceſſio Ordinis huius à temporibus SS. Prophetarum ELIÆ & *Eliſei*, vſque in præſens: quam ſuccinctâ narratione perſtrinximus *par.3.* per totum: eam verò luculento ſtylo proſecutus eſt Lezana tomis aliquot Annalium. An non ſanè mirum foret, & planè ridiculum prudens quilibet iudicabit, virum, & omnigenâ doctrinâ, & rarâ pietate præſtãtem, ſic deceptum, aut deceptorem fuiſſe: imò potuiſſe tot elucubrare volumina, de re quæ in rerum natura non fuit, nempe Carmelitano Ordine ante Aymericum, ſi non extitiſſet? Ex eo igitur, & cum eo *tomo* 4. dictorum Annal. [c] (vbi dilucidè & ſolidè huius, quam hic impugnauimus ſententiæ falſitatem demonſtrat) concludimus: *Maneat ergo vt inconcuſſa veritas, ſi aduerſarijs placuerit, Aymericum noſtri Ordinis Reformatorem, non formatorem, reſtitutorem non inſtitutorem, promotorem, & non authorem appellandum iure fore*: prout etiã benè aduertit Chronographus Onuphrius Panuinus *in Chronico Eccleſiaſtico ad annum Chriſti* 1141. vbi de Ordine Carmelitano, & Aymerico, ſcribit ſequentia: *Ordo Carmelitarum reſtitutus, & reformatus ab Aymerico Malaſaida, Lemouicenſe, Patriarcha Antiocheno, & Apoſtolicæ Sedis trãs mare Legato in Monte Suriæ d Carmelo.* His conſentit percelebris alias quoque Chronologus Gilbertus Genebrardus [e] qui cum Polydorum, Aymerico Antiocheno Antiſtiti Ordinis huius inſtitutionem tribuentem, retuliſſet: *Ordo Carmelitarum (qui tunc variegatâ chlamyde induebatur) initium habuit in deſertis Syriæ, Almerici, Antiocheni Antiſtitis, operâ Polyd: lib.7. de inuentoribus rerum cap.3.* eundem corrigens, ſubdit: *Sed eorum origo altiùs repetitur, nempe à Prophetis* ELIA *& Eliſeo, qui Carmelum, montem Terræ Sanctæ, primi conſecrarunt, & diſcipulos illic reliquerunt, quos Scriptura Filios Prophetarum appellat.* Sic quoque Gualterus *in Tabulis Chronographicis, ſeculo duodecimo*, aſſerit tempore Aymerici Ordinem

Aliud argumentum anterioris inſtitutionis huius Ordinis longè ante Aymericum.

[c] Ad ann. Chr.1142. num.15. & ſeq.

[d] Plerumque dicitur *Syria.*

[e] Lib.4. Chronol. circa ann. Chr.1180.

hunc ſtabilitum fuiſſe & ipſum Aymericum illius *Protectorem, ac promotorem*, ſatis indicans, non *Inſtitutorem*, ſed *reſtauratorem* fuiſſe. Itaque, pro cõperto ſit, Aymericum Ordinem non inchoaſſe, ſed reformaſſe, cùm enim commune ſit, & Religionibus, & rebus ſublunaribus quibuſuis temporũ diuturnitate ſeneſcere; inter multiplices viciſſitudines, & acerbas, ac longæuas perſecutiones, Elianum Carmeliticum veteſtiſſimum Inſtitutum à priſtino tramite deuiabat in quibuſdam, præſertim Latinis, ſeu Occidentalibus (qui ex Europa ſuperuenerant, & huic Religioni ſe addixerant) eò quòd non intelligerent Regulam, quæ tum in Ordine ſeruabatur; quippe Græco idiomate ſcriptam. Aymericus itaque Librum illum, qui tum pro Regula ſeruabatur, è Græco Latinum fieri curauit, & nonnullorum diſcolorum, qui ſpretis ſeniorum monitis, non rectè ambulabant, audaciam coercuit, aliaque præſtitit (quæ declarauimus *in Notis ad caput 4. S. Cyrilli.*) atque ita Ordinem, multis annorum centuriis præexiſtentem, inſtauravit, & promouit.

Concluditur Aymericum fuiſſe Ordinis reſtauratorem, & promotorẽ, non inſtitutorem.

CAPVT IV.

Tres aliæ Sententiæ reiiciuntur.

HOS. QVARTA SENTENTIA ea eſt, quam attingit Homiliographus ille celebris Ioannes de Carthagena [a] iſtis verbis: *Hieronymus Romanus lib. 6. quem vocat de Repub. cap. 10. ait Religionem Carmelitarum non habuiſſe primordia ab* ELIA, *& eius ſucceſſoribus in monte Carmelo, ſed anno 796. tempore Papæ Leonis Tertij, accepiſſe quandam Regulam ex approbatis ab Eccleſia, Baſilij ſcilicet, Auguſtini, aut Benedicti,* conſequenter ibi reſpondet: *Cæterùm, vt clariùs innoteſcat delirium omnium, qui iſti ſententiæ adhærent, apertiſſimè cõmonſtrabo inſtitutam ab* ELIA *Religionem, vſque ad noſtra tempora perdurare ſub tutela* B. MARIÆ *de Monte Carmelo, quam Ordo Carmelitarum, qui nunc mirificè viget in Eccleſia, profitetur.* Quod ibidem prolixè, & ſolidè, plurimorum grauium Scriptorum authoritas declarat. Contra eam quoque hactenus dicta & dicenda ſatis vrgent; vt non vltra nos hic remorari debeamus. Obiter dumtaxat notanda inſignis allucinatio iſtius Authoris, & paucorum aliorum, attribuentium Ordini huic Regulam S. Auguſtini, aut S. Benedicti; cum luce clarius ſit, ex Pontificiis Diplomatibus, Ordinis vniuerſi traditione, & Scriptoribus domeſticis ac exteris, atque exordio Regulæ, eam traditam à B. Alberto Patriarcha Ieroſolymitano: eſtque ceu compendium anterioris, & fuſioris, ſcriptæ anno 412. à Ioanne, etiam Patriarcha Ieroſolymitano. *Faceſcat ergo*, inquit Lezana, *huiuſmodi commentum:*

[a] Lib. 17. humiliar. homilia 2. obiect. 5.

Obiectionem 4. prolixè, & efficaciter refellit Carthagena.

Digitized by Google

mentum: & animaduertant benè librorum Scriptores, quæ litteris exarata posteritati committunt. Etsi enim Carmelitis glorioſum valdè eſſe poſſet ſub S. Doctoris Auguſtini vexillo militare, ſub quo grauiſſimæ aliæ Religiones in Eccleſia florent, veritas tamen ipſa eſt, non ſub illo, ſed ſub B. Alberti Patriarchæ Regula, ex S. Baſilij, & Ioannis Ieroſolymitani inſtitutionibus concinnata à ſeculis vixiſſe.

1106. QVINTA OPINIO, Ordinis huius initium ſumpſit à Ioanne Epiſcopo ſeu Patriarcha Ieroſolymitano Quadrageſimo quarto, circa annum Chriſti 412. Aliquos eam ſequentes refert Lezana in Annalibus [a] quod etiam iſti veritatis tramitem non teneant, probant ſupradicta [b] ac perſpicuè declarant ea quæ ſcribit S. Cyrillus *cap. 1. libri ſuprà poſiti parte 1.* ſub initium, vbi inter alia hæc de Ioanne: *Fuit autem tempore Arcadij, & Honorij Imperatorum, in monte Carmelo Pater dictorum Religioſorum quidam vir miræ virtutis, & perfectionis, Ioannes nomine, qui cæteros conſortes ſuos eiuſdem Montis Monachos exemplo ſuo, & magiſterio ſolicitè inducebat ad perfectionem acquirendam ſecundùm propheticam diſciplinam vitæ monaſticæ, per* ELIAM *Prophetam inſtitutæ.* Et infrà: *Scripſit eloquio, ac litteris Græcis in quodam libro primariam noſtræ Religionis inſtitutionem, & fundatorum eius dignitatem, Priſcorum profeſſorum geſta ſancta, & glorioſas virtutes, exterioremq; habitus ornatum.* Ex quibus, & aliis, quæ ibi S. Cyrillus Scribit, luce meridianâ clariùs eſt. Ioannem iſtum non fore Inſtitutorem, ſed veriùs hiſtoricum, & Legiſlatorem. Liber enim ille partim hiſtoricus eſt, partim dogmaticus, aſceticus, & exhortatorius, ac regularis: vt certè Lezana. [c] Hinc quoque Ioannes Caramuel in Regulam D. Benedicti [d] benè inter Carmelitici Ordinis Legiſlatores, poſt ELIAM, hunc Ioannem refert. De iſtò libro Ioannis ſpecialiter agetur infrà, *cap.* 14.

Opinionem 5. deſtruit authoritas S. Cyrilli.

[a] Tom. 2. ad ann. Chr. 412.
[b] Par. 1. 2. & 3.
[c] Tom. 3. Annal ad an. 412. n. 5.
[d] diſp. 34. n. 345.

Præterea, Carmelitanam Elianam Religionem longè ante tempora iſtius Ioannis præfuiſſe, & quidem in primitiua Eccleſia, manifeſtum videtur ex dictis *parte* 3. *cap.* 11. & ſequentibus: & conuincitur, ex primo Sacello, ſeu Capella, ad honorem B. Virginis MARIÆ à Carmelicolis cõſtructa in Monte Carmelo, ipſâ adhuc viuente: vndè titulum ſunt adepti, quo appellantur *Fratres B. Virginis* MARIÆ *de monte Carmelo.* Quæ omnia luculenter etiam pretracta ſunt in præcedentibus, tum à Ioanne Bachone, [e] & Boſtio [f], tum à nobis *par. eâdem* 3. *c.* 13. & aliqua attigimus hîc paulò antè: *cap.* 2.

[e] Nu. 67.
[f] Nu. 91. & 93.

1107. SEXTAM deniq́ue opinionum claſſem conſtituunt ij, qui Ordinis incunabula attribuunt temporibus Apoſtolorum. Porrò ante Chriſtũ & Apoſtolos præfuiſſe Montis Carmeli Incolas, Vitam ſolitariam, eremiticam, ad exemplum & imitationem SS. Prophetarum ELIÆ & *Eliſei*, agentium, probat authoritas grauiſſimorum Scriptorum Orthodoxorum, Iudæorum ac etiam Ethnicorum: quorum teſtimonia videri poterunt *par.* 3. *cap.* 2. 3. 4. & ſeq. vbi pluribus actum eſt de Eſſenis: quos SS. Prophetarum ELIÆ & *Eliſei* poſteros, & longè ante Chriſtum extitiſſe, & veri nomi-

minis Monachos fuisse, ostendimus ex Patribus & aliis Scriptoribus: vndè necessariâ sequelâ infertur: Ordinem Propheticum Monasticum, originem habuisse longè ante Apostolorum tempora. Quod omninò confirmant, & manifestum reddunt alia, eâdem *parte* 3. *cap.* 1. & sequentibus vsque ad 14. atque etiam omnia ferè *parte* 2. nec non illa quæ hic quoque suprà *parte* 1. scribunt S. Cyrillus,[a] Arnoldus Bostius,[b] & Aubertus Miræus.[c]

a Num. 8. & seq.
b Nu. 75. & seq.
c Nu. 154. & seq.

1108. Ea quæ hucusque diximus, sic paucis perstringit Ioannes de Carthagena lib. 17. homilia 2. (in qua latissimè demonstrat Institutorem Ordinis huius esse S. Prophetam ELIAM, & obiecta in contrarium diluit) *Authores qui Albertum Patriarcham Hierosolymitanum primum Carmelitici Ordinis fundatorem esse volunt, ipsimet fatentur Albertum tantùm Ordinem, iam propè labentem, suâ Regulâ erexisse: qui verò ab Aymerico Ordinis primordium computant, ipsi etiam liberè concedunt Aymericum tempore Alexandri III. Carmelitas, per Carmeli saltus dispersos, in vnum congregasse, ad commodioremq; viuendi formam redegisse: qui verò à Ioanne Hierosolymitano, circa annum Domini 400. Regulam accepisse docent, ipsi quoque admittunt, Ioannem Hierosolymitanum, antequam Regulam Carmelitis traderet, eorum conuersationem, Institutumq; fuisse amplexatum. Alij tandem qui Carmelitici Ordinis initia ad Apostolorum tempora referunt, nullum certum authorem designant neque explicant, quandò, & quomodò id contigerit.*

Opiniones prædictas summatim retundit Carthagena.

CAPVT V.

Statuitur, & vera euincitur septima sententia.

1109. EX prædictarum opinionem refutatione validâ, & efficaci, vt putamus (iudicet æquus Lector) atque ex testimoniis suprà *parte* 2. *cap.* 1. 2. & 3. allatis, clarum, & euidens remanet, Institutionem Ordinis, ceu fluminis cuiusdam, referendam ad S. P. ELIAM tamquàm ad fontē, siue scaturiginem, sicut omnes (ne vno quidem excepto) omni tempore tradiderunt; & scripserunt huius Ordinis, & exteri plures, ac celebres authores: quodque rem, & operam perdant, qui aliud initium quærunt: & veluti Nili ignotum caput, sic nostri fontis initia, hìc atque illìc fruſtrà inuestigant. Quæ omnia si in vnum iungantur, ineluctabile, & irrefragabile conficiunt argumentum S. Prophetam ELIAM primum Ordinis extitisse Authorem. Et sanè, ipsum fuisse Antesignanum, Authorem, Principem, Ducem, & Institutorem primum vitæ monasticæ, eremiticæ, solitariæ, proba-

Concluditur, originē Ordinis huius referendam ad S. P. Eliā.

Digitized by Google

probatur clarissimis SS. Patrum testimoniis relatis *parte* 2. *cap.* 1. ibi *capite* 2. etiam adduximus authoritates Summorum Pontificum, Scriptorum præcipuorum, Vniuersitatis præcelebris, & verba ipsius Virginis Deiparæ. *Parte* autem 3. *cap.* 4. *&* 5. & sequentibus etiam ex Iudæorum & ethnicorum Scriptis idipsum roborauimus. Quæ omnia si simul conferantur, & adunentur, adinstar phalangum vmbone iunctarum, varias de Origine, seu Institutione Carmelitanæ Religionis Opiniones, seu assertiones, nostræ aduersarias, arietabunt, (arbitramur) fortiùs, nostramque tuebuntur validiùs; teste enim Philosopho: *vis vnita fortior est seipsâ dispersâ:* Vnde appositè Satyricus dixit:

Collectio argumentorum pro Patriarchatu S. P. Eliæ in Ord. Carmelit.

Defendit numerus, iunctæq; vmbone phalanges.

1110. Hinc, concludendo hanc nostram dissertationem, omnes allatas probationes, in vnam coaceruamus, quæ ex, & cum Thoma Aquinatæ à Sancto Iosepho [a] sic efformatur: „ Illa assertio vt verissima censen- „ da, & suscipienda est ab omnibus, quæ nulli Religioso Ordini quid- „ quàm detrahit splendoris, aut honoris: & quæ totam Monasticam vi- „ tam plurimùm illustrat; quæque & Scriptorum grauissimorum proba- „ tissimorumque, tum secularium, tum Religiosorum assertionibus, & V- „ niuersitatis catholicæ decisione, & constanti, perpetuâque Ordinis cele- „ berrimi traditione, & Sacræ Rituum Congregationis approbatione, & „ Summorum Pontificum, Deiparæ Augustissimæ testimoniis solidis „ confirmata est: Atqui assertio nostra, quâ Ordinis Carmelitarum Pa- „ triarchatum Eliæ vindicamus, tota est huiusmodi; illa igitur vt verissi- „ ma censenda, & suscipienda est ab omnibus. Maior procul dubio à ne- „ mine sensato negari potest; & si huiusmodi assertio, sic stabilita, possit, „ sine temeritate, falsa censeri, & vt talis reiici: contendo ego, nullam fu- „ turam veritatem (reuelatis exceptis) quæ falsa censeri, & vt falsa reiici „ non possit; imò nec debeat. Si quidem, iis exceptis, nulla est, meo qui- „ dem iudicio, tot testimoniis vallata, nulla tot probationum efficacium „ ponderibus munita. Sed videor mihi Soli meridiano facem apponere „ dum propositionem illam probare nitor. Minor itaque, quæ tres ha- „ bet partes, probanda est, sigillatim: & quidem quoad primam, quâ di- „ citur, hæc assertio nostra nulli Ordini Religioso officere, nulli quid- „ quàm splendoris detrahere, facilè euincitur; nam illa assertio nulli suam „ legitimam Antiquitatem, nulli suum Patriarchã, nulli suam Sanctitatẽ, „ nulli denique sua priuilegia aufert, vt apparet clarè: nulli ergo officit, „ nullique Splendoris quidquàm detrahit. Nam quòd illa assertio Car- „ melitanam Religionem cæteris antiquiorem facit, id sanè, cum cæte- „ ris suam germanam antiquitatem relinquat intactam, illis non magis „ officit, quàm assertio, quâ D. Benedicti Ordo, Diuorum Francisci & „ Dominici Ordinibus antiquior defenditur. Quam assertionem, qui illis „ Ordinibus vel hilum splendoris detrahere diceret, Is sanè helleboro sibi

[a] In Dissertat. Historico-Theolog. par. 2. sect. 13.

Illa assertio S. Elias Patriarcha Ordinis Carmelit. *verissima cẽsenda est.*

Quia nulla, reuelatis exceptis, grauioribus testimoniis roborata.

Ex assertio antiquitatem Monasticæ euincit, & illustrat.

„ opus esse satis monstraret. Quoad secundam item partem, quâ dicitur, „ quòd eadem assertio nostra Monasticem plurimùm illustret, clarissima „ est etiam; vindicat enim illi maximam Antiquitatem, quam pretiosam „ illius gemmam hæretici, quasi manu factâ, sepissimè harpagare nisi sunt. „ Denique quoad tertiam partem, eadem minor manet probata iis om- „ nibus, quæ in præcedentibus disputata sunt. Hæc sanè ratio adeò clara „ est, adeò conspicua est, vt si cui fortè illa Assertionis nostræ veritatem „ persuadere non possit, nec si Solem in manibus gestemus (vt loquitur „ Lactantius Firmianus) nec si Sol eam suis exscripserit radiis, quibus ni- „ hil clarius, eam illi persuadere possimus: hæc, inquam, ratio tantæ ve- „ ritatis, tantæque certitudinis adsertionem nostram esse euincit, vt si „ quis inueniatur, cui, ratione illâ expensâ, eiusque efficaciâ pensitatâ, as- „ sertio illa aut dubia, aut falsa videatur; is Scepticus & Pyrrhonicus cen- „ sendus sit. (vt cum eodem Firmiano loquar) Anaxagoræ discipulus, cui „ niues atramentum fuêre. „ Sed nunc obiecta in contrarium audiamus ac quorundam scrupulos remoueamus.

CAPVT VI.

OBIECTIO PRIMA: *contra Religiosum statum, seu Monachismum sub Lege veteri, vrgetur defectus Paupertatis, Castitatis, & obedientiæ: ast oppositum declaratur.*

1111. CONtra hactenus dicta, de Statu Religioso in Lege veteri, & Patriarchatu S. Prophetæ ELIÆ in Ordine Carmelitano, OBIICITVR PRIMO: Ad verum Monachatum requiritur obseruantia Castitatis, Paupertatis, & Obedientiæ: atqui ista non videntur viguisse sub Lege veteri: non igitur tunc potuit esse verus Monachismus: & consequenter, eius, & Carmelitani Ordinis, Author, dici nequit S. Proph. ELIAS.

Respondetur, ex dictis *parte* 2. *cap.* 1. sufficienter probatum videri, ex SS. Patribus, & Historicis, S. Prophetam ELIAM fuisse veri nominis Monachum in Lege veteri, ac primum Virginitatis, Paupertatis, atque Obedientiæ cultorem, magistrum, anteſignanum; dum ab iis nuncupatur *Dux* ac *Princeps Monachorum, qui Professionis Monasticæ primordia fundauit*. Peculiariter verò quoad Castitatem, seu Virginitatem id apertè tradunt S. Ignatius *epistolâ ad Philadelphios*, scribens de ELIA & *Eliseo*, atque aliis nonnullis.

Digitized by Google

nullis sub Veteri Lege, quod *in Castitate de vita exierint*. S. Epiphanius, in libro, seu sermone, *Anceratus* nuncupato: ELIAS *erat in Virginitate, vt prærogatiua Virginitatis immortalitatem prædicaret mundo, & cum corpore incorruptibilitatem*. S. Hieronymus, ad Eustochium scribens: *Virgo* ELIAS, *Eliseus Virgo*. Et certè inter Gentiles fuerunt olim Virgines perpetuam seruantes continentiam: quas quidam sustinent, etiam voto, seu iuramento se ad id adstrinxisse. Quis autem (vt & in anterioribus notauimus) existimet istos Idololatras perfectiori, & eminẽtiori cultu (cuiusmodi erat Virginitas, aliquo voto, seu iuramento firmata) suos falsos Deos fuisse veneratos, quàm fideles Deum verum?

Virginalis castitas S. Eliæ, & aliorum in Veteri Lege probatur.

1112. Porrò ex aliquali voto ELIAM, cum suis consortibus, tria ista seruasse asserimus: etenim vota tùm fuisse, extra controuersiam est; nihil enim frequentius in sacris litteris, quàm ista: *Votum vouit: Vota mea Domino reddam*: & similia. Atqui seruare Castitatem, Paupertatem & Obedictiam, etiam tum existebat materia voti; vtpote, de meliori bono: & perfectius erat; Deoque gratius, illa seruare ex voto, quàm sine eo: prout de Castitate expresè statuit perdoctus Ordinis Prædicatorum Theologus Dominicus Soto in quartum Sententiarum [a] ita scribens: *Sub Lege naturæ corruptâ, prolatato satis humano genere, procul dubio semper fuit Virginitas matrimonio præstantior; quippe quæ ad contemplationem, & spiritualia opera longè aptior*. Et infrà: *Veritas hæc multis Prophetarum exemplis comprobatur*. Nimirùm ELIÆ, ELISEI, IEREMIÆ, Essenorum, &c. Ferè similia scribit: Franciscus Suarez *tom. 1. in 3. partem* [b] Declarans, etiam in Lege veteri, propositum Virginitatis non tantùm bonum fuisse, sed & melius matrimonio: *Multi, inquit, viri sanctissimi in illa Lege Virginitatem, vt meliorem coluerunt*. Hinc infero: sicuti multiplicato genere humano propositum Virginitatis perfectius erat matrimonio; ita quoque votum Virginitatis (similiter Paupertatis, & Obedientiæ) Deo erat gratius; vtpotè de meliori bono. Quod cũ scirent SS. ELIAS, & *Eliseus*, cæteriquè maioris perfectionis cupidi (nec enim eos id ignorasse præsumendum) quæ ratio illis fuisset ea non vouendi?

Ea aliquali voto firmata erat.

[a] In 4. Sententi. distinct 30. q. 2. art. 1.

[b] Qu 28. ar. 4. disp. 6. sect. 1.

In Lege veteri castitas voti: ua melior erat matrimonio: idq; sciebãt S. Elias, & alij.

1113. At ne videamur hic argumentari à mera potentia ad actum: peculiariter quoad castitatem sic paucis probamus, ex sacris Litteris: vnde imprimis occurrit locus illustris ex *Isaiæ cap. 56. vbi. Hæc dicit Dominus, Eunuchis, qui custodierint Sabbatha mea, & elegerint quæ ego volui. Et Dabo eis in domo mea, & in muris meis, locum, & nomen melius à filijs & filiabus, nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit*. Eiusmodi fuisse Eunuchos dicimus, prefatos ELIAM, *Eliseum*, Filios Prophetarum, Ieremiam, Danielem, & socios; *Eunuchos* scilicet, non naturales, sed voluntarios: qui cùm naturaliter possent, liberè ex electione se per votum impotentes moraliter ad voluptates venereas reddiderunt: quia, vt rectè Bellarminus: [c] *Ipsa Eunuchorum appellatio perspicuè indicat votum, non enim est Eunuchus, qui solùm continet se, sed*

[c] Lib. 2. de Monachis c. 23.

qui non se contmere non potest. Hoc sensu Tertullianus [a] S. Prophètam ELIAM nuncupat spadonem, & S. Epiphanius [b] recenset ipsum inter eunuchos: *Sunt Eunuchi. .... Quinam igitur hi ..... In veteri Testamento* ELIAS. Sic quoque S. Anastasius Sinaita [c] *Eunuchi qui se castrauerunt propter regnum cælorum hi sunt,* in Lege noua *Apostoli & Monachi:* in Lege veteri ELIAS, DANIEL, *& alij multi.* Ita etiam scribunt alij Patres, quos longum foret referre. Et quidem de Daniele, & sociis eius id disertè adstruit S. Aldelmus [d]: *Tres pueri,* inquit, *auitâ Hebræorum stirpe progeniti, & in trãsmigratione Babylonica abducti ..... in arcto spontaneæ Virginitatis proposito permansisse memorantur.* Ibidem ait: Iudæorum garrulitatem friuola falsitatis deliramenta confixisse, eos, & Danielem, fuisse Eunuchos ab hominibus factos, cùm verè fuerint de numero illorum, *qui seipsos castrauerunt propter regnum cælorum.* Ex quibus confirmantur ea, quæ de illis scripsimus suprà [e]. Similiter ista Isaiæ verba, *Non dicat Eunuchus, Ego lignum aridum:* S. Ambrosius, S. Augustinus, S. Hieronymus, Rupertus, & alij plures Patres interpretantur de iis qui virginitatem seruabant. Hinc meritò scribit Wastelius noster [f] *Iam verò consensu omnium Patrum ipsa spiritualis Eunuchizatio (sicut & docet comparatio verâque ad corporaliter Eunuchos) votum significat continentiæ, per quod non datur liber transitus ad statum coniugalem.* Inq; eius confirmationem adfert eumdem S. Hieronymum *in Isaiæ caput* 56. ita scribentem: *In Eunuchis,* inquit, *illi intelligendi sunt, de quibus Dominus in Euangelio loquitur: Qui se castrauerunt propter regna cælorum.*

[a] Lib. de Monogamia ca. 8.
[b] Hæresi 58.
[c] In quæstionibus super Script. qu. 66.
[d] Lib. de laud Virg. c. 10.
[e] Par. 3 ca. 7.
[f] Lib. 1. Vindic. sect. 5. art. 8.

Per Eunuchos in sacris litteris passim intelliguntur obstricti castitate voto.

1114. Istum locum Isaiæ alius *Sapientiæ capite* 3. illustrat: *Spado, qui non est operatus per manus suas iniquitatem* (& paulò post) *dabitur enim illi fidei donum, & sors in templo Dei acceptissima.* Vbi promittitur Spadoni *donum* (seu præmium) *fidei:* quod scilicet per *fidem* illam promeruit: id est, per promissionem, seu votum. Eodem sensu accipiuntur illa S. Pauli Apostoli verba: [g] *Nubere volunt habentes damnationem; quia primam fidem irritam fecerunt.* Vbi per *fidem* significari votum seu promissionem, explicant Concilia Carthaginense quartum, Toletanum quartum, Summi & Sancti Pontifices Clemens I. Innocentius I. Gelasius I. Sanctique Patres, atque omnes ferè expositores huius loci, tùm Græci, vt Chrysostomus, Theophylactus, Oecumenius &c. tùm Latini, vt Ambrosius, Primasius, Beda, Haymo, Sedulius, Anselmus, & alij. Ita Bellarminus *lib. 2. de Monachis cap.* 24. Ea etiam confirmantur ex iis, quæ de iuramento Essenorum scribit Iosephus relatus suprà *par. 3. cap. 3.* prout (inter cæteros) declarat Benedictus Haftenius *in Disquisitionibus Monasticis, lib. 4. Tractatu 5, Disquisit. 1.* vbi antiquitatem Professionis monasticæ ostendit ex iuramento seu professione Essenorum: *Iosephus quoque,* inquit, *de Therapeutis seu Essenis agens, postquàm nonnulla de candidatorum probatione intexuisset, tandem ad eorum professionem quasi accedens subdit: Priusquàm communem attingat* (Neophytus) *cibum, horribilia ijs præstat* SACRAMENTA, *primùm, se numen pie culturum, cuique etiam mor-*

[g] 1. ad Timoth. 5.

Digitized by Google

mortalium instè, quod suum fuerit, redditurum &c. Hæc autem SACRAMENTA, *quid aliud esse dixeris, quàm vota ab Essenis illu præstita?* Sic Haftenius. Idem specialiter (quoad castitatis fidem seu promissionem) innuunt ista Solini suprà *par.3. cap.16.* sub finem de Essenis adducta verba: *Nullus admittitur, nisi quem castitatis fides, & innocentiæ meritum prosequatur.* Essenos enim veri nominis Monachos fuisse, & floruisse etiam ante Christi ortum, pro comperto est, ex dictis *par.3. c.3.4. & 8.*

1115. Et quidem inter Nazaræos, aliquos ex voto castitatem seruasse, declarat S. Chrysostomus *homilia 4. de Epiphania* ita scribens: *Nazaræi secundùm Legem nuncupabantur, qui castitatem Deo insigni voto mancipabant.* Specialiter verò de S. Propheta ELIA, eiusque discipulis disertè id tradit Ioannes Ierosolymitanus vetustus Pater in libro *de Institutione primorum Monachorum*[a] ELIAS, inquit, *præputium impudicitiæ scinit à suæ carne, & mente prorsus circumcidere, dum primus inter homines studuit Deo virginitatem perpetuam sponte imboare.* Ibidem de eiusdem discipulis habet: *Nemo autem vmquàm ad hanc ascendit circumcisionis scientiam prius quàm* ELIAS, *& puer suus, id est cœtus Filiorum Prophetarum, discipulorum eius: ipsi namq; primi virorum seipsos per virginitatem perpetuam sponte dedicantes, castrauerunt prorsus ab omnibus venereis voluptatibus mentes suas.* Verba enim *dedicare*, & *castrare* designant votum: quo solo quispiam Deo dedicatur, & consecratur. Verbum etiam *sponte* idem est quod *voluntariè*: sic & in psalmo dicitur: *Voluntariè sacrificabo tibi*,[b] prout interpretatur S. Hieronymus. Qui plures Authores videre desiderat, adeat Lezana *tom.1. Annalium.*[c] Michaelem Muñoz *in Propugnaculo Eliæ lib.2.*[d] Wastelium *lib.1. Vindiciarum*[e] Idem pariter demonstrant, obseruantiam, ac votum paupertatis, & obedientiæ, de quibus etiam videri poterunt dicta à nobis *par.2.c.7.*

[a] Cap.43. alias 41.

Filij Prophetarum, discipuli S. Eliæ, primi Virginitatē perpetuam seruarunt.

[b] Ps.53.

[c] Cap 4. in Apparatu.

[d] L.2 tit. 1.c.2.art.5.

[e] Sect.5. art.8.

1116. Et quia paupertas voluntaria fundamentum est omnis Religionis, de ea hic paucula subiicienda videntur, nempe, quòd idem argumentum, quo Apostolorum paupertas probatur, æque vrgeat pro ELIÆ, *Elisei*, & Filiorum Prophetarum paupertate; videlicet terrenorum omnium abnegatio atque egestas ipsorum continua, ex quo ad Apostolatum vocati sunt. Id in his Prophetis etiam obseruatum reperimus ab Apostolo, *ad Hebræos cap.* 11. scribente: *Circuierunt in Melotis, in pellibus caprinis egentes* &c. Quod verbum exponens D. Thomas ait: Intendit, Apostolus statum voluntariæ paupertatis aliquorum veterum Prophetarum exprimere, & præcipuè Apostolum loqui de ELIA docet idem S. Doctor in Summa.[f] Quia (vt dicit Chrysostom. *lib. 3. de Prouidentia.*). *Ita erat pauper* ELIAS, *vt præter Melotem nihil terrenum ei fuerit.* Eadem est ratio de S. Elisæo, vt patet 3. *Reg.*19.

Paupertatis voluntariæ obseruantia in Lege veteri.

[f] 2.2.qu. 187. art.6. in argum.

1117. At dicet quispiam, in Scriptura non exprimi, eos votum paupertatis emisisse. Sed, vbi, rogo, in Scriptura Apostolorum exprimuntur Religiosa vota, nisi in illis verbis: *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus*

te? Quæ perfecta fuit renuntiatio, cum obligatione retrò non respiciendi: Nonne & hoc exprimitur de Eliseo? *Relictis bobus cucurrit post Eliam.* Et adeò perfectè, vt ex iuroiurando teneretur insistere: *Viuit Dominus, quia non derelinquam te.* 4 Reg 2 Cur illa verba Apostolorum, non ista Prophetarum, Religiosa explicant vota? Cùm nec expressiùs sancti Patres asserant, Apostolos fuisse Monachos, quàm dicunt, Eliætanos Veteris Testamenti, veraciter Monachos extitisse? Et diuitias Eliseo possidere non licuisse, satis demonstrat sacer textus; cùm eas oblatas à Naaman, referat contempsisse: simul atque grauiter in Geizi animaduertisse, quòd eas admiserit. Ita Michael Munoz loco citato: vbi latiùs illa prosequitur de tribus votis Monasticis.

Paupertatis votum in Lege veteri in vsu fuisse suadetur.

Ista de Elisei abdicatione omnimoda rerum temporalium, & voto Religionis confirmat Hugo Cardinalis *in caput 7. Lucæ*, sic ad propositum: *Eliseus in aratro coxit carnes, mactauit boues: id est Religionis votum fecit.* Adstipulantur Abulensis, & ex eo Cornelius à Lapide, in dictum locum: 3. *Reg. 19. Eliseus nihil voluit sibi reliquum manere in seculo, vt liber, & expeditus tràsiret totus ad Dominum: idcirco aratrum, & boues consumpsit, quâ in re exemplũ dedit Religiosis.* Et infrà: *Nimirùm Eliseus Dei vocantis instinctu iam superior erat omni terrenâ cupiditate.*

1118. Ex iam dictis animaduertendum, immeritò quosdam existimare, in sacris litteris argumentum nullum erui posse pro Paupertate voluntaria, Castitate perpetua, ac votis Monasticis: de quibus clarissimè sic ad intentum Ioannes Palæonydorus *b* ELIAS, inquit, *Propheta Dei Sanctissimus sacrum Carmelitarum Ordinem nongentis & amplius annis ante Christi incarnationem in Sancto Monte Carmelo tribus Religionis substantialibus punctis, voluntariâ paupertate, obedientiâ, & castitate, instituit.* Et Petrus Saracenus *in Menologio Carmelitano*, in vita S. ELIÆ, sub medium: *Theologi nostri, Patet Cornejo, & alij acerrimè aduersùs nouatores tuentur monasticæ disciplinæ formam trium votorum nexu homines adstringentem, in claustris, haud nouum hominum inuentum, sed à magno parente nostro* ELIA *primordialiter (etsi non tantâ obseruantiâ, ac solemnitate) promanasse, & in hæc vsque tempora in Religiosis omnibus imitatione, in Carmelitis verò hæreditariâ successione, specialiter perseuerare.* Sic quoque scribunt alij, domestici, & exteri. Videri poterunt dicta *par. 2. c. 7.* vbi egimus de discipulis S. P. ELIÆ, & eorumdem vitæ norma.

b In histor. Carmel. l. 1. c. 1.

1119. Vrgent nonnulli vlteriùs, & contra prædicta opponunt ista: *Primum*, Quòd ex sacra Scriptura elici videatur, diuinum præceptum in Lege veteri extitisse, de non seruanda castitate, & per consequens multò magis de non vouenda. *Secundum*: quòd communis Patrum videatur consensus, primum inter viros Christum, & inter fœminas Deiparam Mariam Virginitatem seruasse. *Tertium*: quia saltem ex voto Virginitatem primò seruasse, seu illam primò vouisse, specialis videtur Beatissimæ

Virginis

Virginis prærogatiua; ita vt ante ipsam nullus alius, siue vir, siue fœmina, id effecerit.

1120. Annalista Ordinis nostri Lezana *tom. 1. Annal. in Apparatu c. 4.* ad ista, & alia accuratè respondet, scrupulosque istos remouet: *Hæc*, inquit, *etsi specie tenùs doctrinæ traditæ obstare videantur, reipsâ tamen, & enucleatiùs pensata parum vrgent. Primum enim falso innititur fundamento: nullum enim præceptum in Lege veteri fuit de non seruanda Castitate. Ita enim habent non solùm Ignatius, Hieronymus, Epiphanius, Damascenus, Isidorus & alij Patres; sed ex posterioribus* Abulensis, *Sotus*, Suarez ..... *alijq; plures.* Prosequitur Lezana, *Secundum etiam nec multum vrget. Primò quidem, quia si Patrum encomia, quibus Christi & Deiparæ Virginis virtutes celebrant, sedulò attendantur, procul dubio constabit, similia epitheta aliis eiusdem Christi, & Virginis donis, & charismatibus, obedientiæ videlicet, humilitati, & præsertim charitati, tribuere. Cùm ergo pro comperto cunctis sit, has virtutes in aliis iustis præcessisse, manifestum erit, eâ solum de causâ ita Patres locutos, quòd in Christo Domino præcipuè, deinde in ipsa eminentissimo, & perfectissimo modo suprà alios quoscumq; cernerentur. Pari ergo modo in præsenti de epithetis Virginitatis ipsis concessis existimandum. Addendum secundò, quòd Patrum testimonia, vel solùm loquuntur de nouo Testamento, non de veteri.* Quod ibidem probat authoritatibus: deinde subdit: *vel eatenus intelligenda erunt, quatenus licèt ordine temporis, alij ante Christum, & Deiparam Virginitatem seruauerint, ordine tamen dignitatis, & excellentiæ Christi, & Deiparæ Virginitas aliorum omnium Virginitati præfertur; Christi namq; Virginitas, causa finalis, efficiens moralis, seu meritoria, & exemplaris fuit Virginitatis aliorum.* MARIÆ *quoque Virginitas causa etiam exemplaris fuit & speculum Virginitatis Sanctorum cunctorum, & aliquo modo finalis, & moralis.* Et quidem specialiter quoad sanctos Prophetas ELIAM, *Eliseum*, eorumque posteros, ipsi Virginitatem proposuerunt, vouerunt, seruauerunt ad honorem, exemplum, & imitationem ipsius Deiparæ Virginis, in nubecula præostensæ. Atque ita Virginitas Mariæ causa fuit exemplaris, & aliquo modo finalis Virginitatis S. ELIÆ, & discipulorum eius (prout suprà *par. 2. cap. 5.* demonstratum manet) quod certè non modò quidquam derogare potest honori, & prærogatiuæ speciali Primatus Virginitatis ipsius Dei Genitricis, vt magis inde specialiter commendetur. Pergit deinde Lezana: *Ex quo ad Tertium dicito primò cum Suarez, vt suprà, quòd Beata Virgo perfectum votum Virginitatis emiserit, ad perfectionem eius pertinet; quòd verò ante ipsam nullus hoc fecerit, ad eius commendationem non admodùm refert. Adde secundò cum eodem Suarez ibidem: Deinde dici etiam potest prima, quæ proposita est tamquàm dux, & exemplar huiusmodi voti, & hunc existimo esse sensum Sanctorum Patrum.* In quo autem consistat huiusmodi maior dignitas, eminentia & perfectio Virginitatis, & voti MARIÆ ibidem præclarè explicat. Deinde consequenter declarat, Religiosum statum tempore Legis naturæ quasi à longè fuisse adumbratum, tempore Samuelis clariùs delineatum, quia tunc ab eo fuerunt instituta Collegia, seu Cœnobia: at in illis pro statu Religioso perfecto deficiebant obseruantia Castitatis & Pau-

Sub Lege Mosaica non erat Matrimonium sub præcepto.

Quo sensu Christo, & Virgini Deiparæ primitiæ Virginitatis adscribantur.

Nempe ratione dignitatis & ratione causæ meritoriæ, exemplaris.

Eadem est ratio voti virginitatis.

Religiosus status in Lege naturæ fuit adumbratus, sub Samuele delineatus, per S. Eliam expressus, à Christo cōsummatus.

& Paupertatis; *Quia tamen*, inquit, *tempore* ELIÆ *vltra hoc, quod est in Carmelo, & alijs locis congregari, obedientiam præterea, paupertatem & castitatem perpetuam ex aliquali voto obseruare cœperunt; Ideo asserimus, statum veluti Religiosum, seu Monachismum, tunc quoquo modo, vt Salianus numer. 22. relatus dixit, incepisse, licèt postea tempore Christi mirabiliter incrementa, consummationem, & perfectionem acceperit, vt ex eodem Saliano dictum est. Quare, vt paucis verbis rem totam, spectantem ad Religiosi status Institutionem, explicemus, dicere possumus, quod Enos illum adumbrauit, Samuel delineauit,* ELIAS *qualitercumq; inchoauit, Christus consummauit.* Ita Lezana dicto loco.

1121. Istis haud multùm dissimilia scribunt Cardinalis Bellarminus *libro de Monachis cap.* 2. (docens, Monasticum, seu Religiosum statum in Lege naturæ fuisse adumbratum, sub Lege Moysis expressum, & in noua perfectum) atque ante illum S. Bernardus *in epistola* seu *tractatu de vita solitaria, ad Fratres de Monte Dei*, impugnans nonnullos (quos nequam & impios appellat) Monachatum, seu vitam solitariam cauillantes, tamquàm nouitatem; *sed hæc nouitas*, inquit, *non est nouella vanitas. Res enim est antiquæ Religionis, perfectæ, fundatæ in Christo pietatis, antiqua hæreditas Ecclesiæ Dei, à tempore Prophetarum præmonstrata, iamq; nouæ gratiæ sole exorto, in Ioanne Baptista instaurata, & innouata, ab ipso Domino familiarissimè celebrata, ab eius discipulis, ipso præsente concupita.* Vocat *antiquam hæreditatem Ecclesiæ*; quia *à tempore Prophetarum præmonstrata* addit: *in S. Ioanne Baptista instaurata*; quia ipse ex ELIÆ posteris (vt satis constat ex dictis *par. 3. cap. 11.*[a]) in Lege noua extitit Monachus, & Monachorum Princeps, ac instaurator: in Christo autem fuit *pietas* illa *perfectè fundata*, & ab eo *familiarissimè celebrata*, quia per eum status ille perfectionis complementum accepit modo suprà explicato.[b]

S. Bernardi testimonium de antiquitate status monastici.

[a] Nu. 320.

[b] Par. 2. c. 1. sub finē.

1122. Thomas Bradley, seu Scropus in libro *de fundatione, intitulatione, antiquitate &c. Ordinis B. V.* MARIÆ *de Monte Carmelo* aliquoties citat librum, seu epistolam illam S. Bernardi ad Fratres de Monte Dei: censens eos fuisse Carmelitas, fortè id sibi persuadens ex istis primis post præfationem verbis: *Fratribus de Monte Dei, Orientale lumen, & antiquum illum in Religione Ægyptium feruorem tenebris occiduis, & Gallicanis frigoribus inferentibus, vitæ scilicet solitariæ exemplar, & cœlestis formam conuersationis.* Quibus indicari videtur, eos fuisse aduenas, seu traduces ex Orientis partibus. Sed ad Carthusienses directa passim habetur, illius porrò authoritate hic vsi sumus pro asserenda antiquitate Monastici Instituti, & eà occasione quædam adiungimus in laudem cellæ, & vitæ solitariæ. *Audeo dicere. sancti Angeli Dei cellas habent pro cœlis, & æquè delectantur in cellis, ac in cœlis. Nam cùm in cella iugiter cœlestia actitantur, cœlum cella, & Sacramenti similitudine, & pietatis affectu, & similis operis effectu, proximum efficitur, nec iam spiritui oranti, vel etiam à corpore exeunti à cella in cœlum longa, vel difficilis via inuenitur. A cella in cœlum sæpè ascenditur, vix autem vnquam à cella in infernum descenditur.* Et infrà:

Cella

Cella Terra Sancta & locus sanctus est: in qua Dominus, & seruus eius sæpè colloquitur, sicut vir ad amicũ suũ. In qua crebrò fidelis anima verbo Dei coniungitur, sponsa sponso sociatur, terrenis cœlestia, humanis diuina vniuntur. Alia ibi habet valde singularia in cellæ commendationem, quæ maximè conueniebant, Carmelitis, antequàm inter Ordines Mendicantes ab Ecclesia accenserentur. De quibus, aliquantò post annum Christi 1099. in Carmelo, & aliis Terræ Sanctæ Eremis, conuersantibus, scribit Cardinalis Iacobus de Vitriaco: quòd *tamquàm apes in aluearibus modicarum cellularum Domini dulcedinem spiritualem mellificarent.* Etenim iuxta præscriptum Regulæ (habetur hic supra *in prima parte* [a]) debebant omnes *manere in cellulis suis, vel iuxta eas, die ac nocte, in Lege Domini meditantes, & in orationibus vigilantes.*

Cella commendatio insignis.

[a] Nu. 31. *Sunt qui dicãt istius epistolæ authorem non fuisse S. Bernardũ, sed D. Gulielmũ Abbatem S. Theodorici, eruditione, & Sanctitate cõuersationis insignem. Ita Trithemius* lib. de Scrip. Eccles.

CAPVT VII.

OBIECTIO SECVNDA: *quâ vrgetur; Quòd S. Paulus, S. Antonius, S. Hilarion fuerint absolutè primi vitæ Monasticæ, seu Eremiticæ Authores, & Institutores, sed retunditur.*

1123. EXistimant nonnulli, S. Paulum in Thebaide, S. Antonium in Ægypto, S. Hilarionem in Palæstina, primos fuisse Monasticæ, & Eremiticæ vitæ Authores, ac Fundatores. Vnde concludunt, Sanctum Prophetam ELIAM primum Monachorum Principem, & Institutorem, dicendum non esse: nec Religionem Carmelitanam ab eo suam originẽ, & continuam successionem habere. Ad hoc intentum Iosephus Scaliger, impugnans antiquitatem Monastices, adducit authoritatem S. Hieronymi in vita ipsius S. Hilarionis, scribentis: Quòd ante S. Hilarionem in Palæstina nec monasteria, nec Monachi essent: sed ille Fundator, & eruditor istius conuersationis in illa Prouincia primùm fuerit. Quæ verba à Bellarmino, Serario, & aliis viris doctissimis verissimè expositа non ita pridem resumpta à viro quodam Religioso, & alioquin docto, cui cognomen Geometra (aliàs Landmeter) specialiter cõtra antiquitatem Carmelitanam adferuntur, & vrgentur.

1124. At nodus in scirpo quæsitus (vt ait Lezana noster [a]) haud difficulter soluitur; Imprimis haud verè supponitur, Carmelum (locum originalem Religionis huius: in quo iugiter perstitit à sua institutione vsque ad annum Christi 1290.) in Palæstina esse situm; est enim in Phœnice, iuxta Cluuerium [b] & alios Geographos: aut, secundùm aliquos, inter

[a] Tom. 2. Annal. ad ann. Chr. 315. Carmelus vbi situs.
[b] In Introd. Geogr. l. 5. c. 20.

Phœnicem, & Palæstinam: initium Terræ Sanctæ, distans ab Accon quatuor circiter miliaribus, prout Cardinalis Iacobus de Vitriaco[a] testatur his verbis. *Carmelus, in quo conuersatus est* ELIAS, *situs est in maritimis, distans ab Accon quatuor milliaribus.* Et Glossa *super cap.* 16. *Isaiæ* de eodem: *Carmelus mons est inter Phœnicen & Palæstinam, eminens Ptholemaidi,* (quæ eadem est cum Accon) *in quo* ELIAS *orauit.* (Alia de situ Carmeli adduximus suprà *par.* 2. *cap.* 6.) Vndè, licèt in Palæstina ante S. Hilarionem Monachi nulli fuissent (cuius contrarium in S. Charitone, & aliis, patescet, ex dicendis sub finem capitis huius) attamen in Carmelo esse potuerunt, fueruntque Eremitæ, seu Monachi, prout nunc passim nomen illud accipitur. Prætereà, siue Carmelus intrà, siue extrà Palæstinam existat, scrupulus ille haud difficulter remouetur; dicimus enim cum, & ex Serario *lib.* 23. *Mineruali cap.* 23. (vbi cùm illam Scaligeri adduxissет obiectionem ex S. Hieronymo, respondet) *Partim loquitur de primo Authore non quarumcumq; Monachorum, sed Eremitarium, qui soli solis in locis degerent.* Et *cap.* 24. cum sibi iterùm obiecissет alia eiusdem Scaligeri verba: *Nulli ante Beatum Paulum Eremitam in Ægypto, ante S. Hilarionem in Syria Monachi fuerunt. Respondeo,* inquit, *nulli, qui propriè essent Eremita, ante hos fuerunt, vt superiori capite ad primum.* Prosequitur hanc solutionem Wastelius noster dicens, lateque probans, ex Cassiano, Athanasio, & aliis, quòd cùm *Monachus* idem sit quod *solus degens* siue *solitarius*, aut *singularis*, & *Monasterium* sit *statio*, siue *mansio vnius*, idem erit dixisse Hieronymum: Ante Hilarionem non fuisse in Palæstina Monachos, & monasteria: ac dicere, non fuisse aliquos, qui sigillatim, seorsim, aut singulariter, in particularibus cellulis, vixerunt (in aliis scilicet eremis, non habentes cum aliis communicationem, vt S. Paulus, qui communiter appellatur Primus Eremita, S. Onuphrius, & alij) non tamen, nõ extitisse Cœnobia, & Cœnobitas, id est, habitacula plurium Monachorum simul commorantium (qui inter se vnionem aliquam habebãt, & certis temporibus conuenirent, licèt seorsim in cellulis, seu casulis, ab inuicem distinctis, & dissitis morarentur) Nunc autem vocabula illa, *Monachus*, quod olim solitariũ seu *solum degentem*, & *Monasterium*, quod *habitationem vnius* denotabat, translata sunt, vt idem sit *Monachus* quod *Cœnobita*, & *Monasterium*, quod *Cœnobium*. Hinc S. Augustinus ait [b] *Monasteria & Xenodochia sunt appellata nouis nominibus, res autem ipsa ante sua nomina erant.*

[a] Lib. 1. historiar. Orientis c. 52.

SS. Paulus Eremita Antonius & Hilariõ quo sensu à nonnullis vocentur primi Monachi.

Quia primi existimati qui animam penetrantes solitudinem Soli quandoq; habitarunt.

[b] Tract. 9. in Ioannẽ.

1126. Alij verba illa S. Hieronymi, de Hilarione, quòd primus Fundator, & Eruditor conuersationis monasticæ dicatur, sic exponunt, non quòd primus illam inuenerit, & alijs tradiderit, sed quòd magnoperè illustrarit, ac perfecerit. Familiarissimum enim est tùm sacris, tum profanis litteris, vt is primus alicuius rei Author vocitetur, qui eam ab alio cœptam valdè perficit, & amplificat. Sic Paulus in Thebaide primus Eremita, sic Antonius in Ægypto primus Monachorum; sic quoque Basilius in

Subinde rei alicuius primus author, dicitur qui magnoperè illustrauit.

in Ponto primus Archimandrita à pluribus, cognominatur. Hinc Cardinalis Bellarminus [a] contra Magdeburgenſes Centuriatores ſcribens, ait: *Rectè Hieronymus in vita Pauli dicit, Antonium meritò authorem vitæ eremiticæ, non tam quòd ipſe omnes præceſſerit, quàm quod ab ipſo omnium incitata ſint ſtudia.* Etenim longè ante S. Antonium Eremitas, & Monachos fuiſſe, iam videbimus. Idem quoque quòd S. Antonius in Ægypto, præſtitit S. Hilarion in Palæſtina.

[a] Lib. de Monachis c. 5.

1126. Ita etiam Iacobus Gualterius *in ſuis tabulis Chronographicis ſeculo tertio*, agens de S. Paulo, communiter vocato, primo Eremita: *Si propriè loquendum ſit*, inquit, *Author vocatur* (vitæ Eremiticæ) *potiùs quòd illam magnoperè illuſtrauerit, ac perfecerit, quàm quòd inuenerit. Siquidem* (vt nihil dicam de ELIA, *qui vt plurimum verſabatur in Monte Carmelo, vt ex libris Regum perſpicuum eſt &c.*) *Teleſphorus, vt in ſecundi ſeculi columna prima obſeruatam eſt, Anachoreta prius fuit, quàm in Pontificem eligeretur. Adde, quòd non ſolùm S. Cyprianus, ac Tertullianus meminerint voti caſtitatis, veliq; Sanctimonialium in Eccleſia practicati; ſed præterea S. Dionyſius Areopagita Pauli Apoſtoli diſcipulus* [b] *Monaſticam profeſſionem extollit, etiam deſignatâ, inter alias ceremonias, tonſurâ, atque habitus mutatione ſuo tempore vſitatâ. Adeò vt neque dubium cuipiam eſſe queat, quin vita Anachoretica generaliùs ſumpta ſit antiquiſſima, imò & ante Chriſti prædicationem trita: neque negare quis poſſit ſtatum monaſticum, ac Religioſum preßius ſumptum, iam ab Apoſtolorum temporibus in Eccleſia Chriſtiana extitiſſe*; ſcilicet in Paleſtina, & Ægypto.

Ex ſenſu S. Paulus dicitur primus Eremita; *cum tamen ante eum alij plures Monachi, & Anachoretæ fuerint.*
[b] Eccleſ. Hierar. c. 6.

1127. In idem planè conſpirant RR. PP. Bollandus & Henſchenius in Actis Sanctorum, [c] vnde excerpſimus ſequentia: *S. Athanaſius infrà in vita numer. 6. ante S. Anthonij conuerſionem ad vitam Monaſticam, ſeu Anachoreticam, (quæ contigit circiter an. Chriſti 270.) agnoſcit in Ægypto fuiſſe monaſteria, vt tum erant, cùm ſcriberet, poſt annum Chriſti 360. etſi non tam crebra, & Anachoretas fuiſſe, ſed qui non longè à ſua villula inſtituebantur, auiam nondùm penetrantes ſolitudinem. Author vitæ S. Pachomij antiquus, interprete Dionyſio exiguo, ſcribit, ante S. Antonium Monachos fuiſſe ſed comparatione ſeculi 4. & 5. infrequentes.* Idem adſerunt, S. Palæmonem, S. Antonio ſeniorem, aut certè æqualem, in Thebaide ſuperiore, intra Eremi ſecreta vixiſſe. Et infrà, de Eſſæis Monachis agentes: *Extra mœnia, in hortis, & villis, ſolitarij degebant, ac ſacras ædes habebant, quæ σεμνεῖα vocabant, & μοναστήρια, in quibus ſanctæ vitæ myſterijs dabatur opera, idq; circum Alexandriam ad ſtagnum Mariam..... Ex horum poſteris fuit S. Frontonius, apud Mitriam, Abbas ſeptuaginta Fratrum, tertio decimo anno imperij Antonini Imperatoris, circiter ann. Chriſti 150. integro ante ortum S. Antonij ſeculo.....* Conſequenter præclara, & Sancta Eſſæorum Monachorum Inſtitutio (quæ ad tempora vſque S. Antonij perdurauit) ſub compendio ibi perſtringitur. Ex S. Dionyſio Epiſcopo Alexandrino, *Obijt ipſe circa Gallieni Imperatoris annum XII. cùm S. Antonius ſub parentum educaretur diſciplina: adeoq; ſenex ille, quem S. Antonius nactus eſt vitæ ſolitaria*

Antiquitatem Monaſtices illuſtrat, & exemplis multis confirmat PP. Bollandus, & Henſchenius.
[c] Tom. 2. ad diem 17. Ianuarij in prologomenis ad vitam S. Antonij c. 3.

riæ pedagogum ex iis erat fortassis, quibuscum S. Dionysius collocutus.

Inter Monasteria Ægypti, quæ priusquàm vlla Antonius admirabilis suæ philosophiæ collegia contraheret, erecta fuerunt, censeri possunt sancta Monasteria à Iuliano & Basilissa instituta, in quibus erat S. Iulianus Sanctæ Congregationis circiter decem millium Monachorum Pater; & per S. Basilissam fulgebat in virginibus, & mulieribus castitatis excelsior victoriæ palma, vt refertur in eorum actis ab oculato teste conscriptis supra IX. *Ianuarij . . . . . sed persecutione forsan Diocletiani euersa, quãdo centum quadraginta quatuor millia fidelium in Thebaide martyrio coronata sunt, & septuaginta in exilium acta . . . . . Dedimus* XIV. *Ianuarij SS. Sabam, Esaiam, alioſq; triginta sex Monachos sub Diocletiano, in Sina, Arabiæ monte, haud procul Ægypto, occisos. Omittimus eos, qui alibi terrarum vitam monasticam, etsi nõ adeò illustri famâ, celebratã, tribus prioribus seculis coluerunt . . . . . Consentit vita S. Pachomij his verbis: D. Antonius magni* ELIÆ, *atque Elisei, nec non & S. Ioannis Baptistæ, æmulator existens, secreta interioris Eremi studio sectatus est singulari, vitamq; cœlestium in terris gessit amore virtutis. . . . . Illud certè constat inter omnes, quòd Antonius, magnus ille Monachus, perfectis pietatis institutis, & exercitationibus ad eam rem accomodatis, hoc vitæ genus ad summum perduxit.* Hactenus ex Bollando & Henschenio: vndè euidens est, S. Antonium (idem maiori ratione dicendum de S. Hilarione) non primum Authorem, sed Restitutorem, Propagatorem, Illustratorem, appellandum fore. Similia ferè scribit Franciscus Suarez[a] tractans de Monachis, qui ante S. Basilium fuerunt: vbi declarat, ante S. Antonium fuisse, qui vitam solitariam agerent (etsi non *in auia solitudine*) ac etiam cœnobiticam: quod ostendit ex dictis S. Athanasij verbis in vita S. Anthonij, *Nedum tam crebra erant Monasteria*, scilicet ante S. Anthonium: vnde infert: *sentit ergo aliqua fuisse Cœnobia Religiosorum.* Etsi enim iam antè plurima fuissent (vt constat ex dictis de S. Iuliano) ea diminuta erant persecutionibus, præsertim Diocletiani, & Maximiani.

[a] Tom. 4. de Relig. tract. 9. lib. 2. c. 1.

1128. Quamuis iam dicta sufficere existimemus, pro plena obiectæ difficultatis enodatione; vt tamen clariùs legentium oculis subijciamus, & manifestemus, ac conteramus perfidiam, impudentiam, & prodigiosa mendacia hæreticorum, qui Monasticum Institutum, *nouellum, ac nuperum inuentum* clamitant (ita Philippus Melanchton *in Confessione Augustana art.* 27. alijque) & quorundam Catholicorum notemus iniuriam, dum ante Antonium, Hilarionem, & Basilium Ascetas; & Asceteria Monastica non agnoscunt, adhuc quædam pro confirmatione Asserti nostri adiũgemus: quocirca excuset lector, si eandem incudem tundere videamur. Cùm autem commilitonem, imò & præeuntem ducem, hac in palestra, habeamus Eminentiss. Cardinalem Bellarminum (*qui tomo* 1. *Controuers. lib. de Monachis cap.* 5. postquàm ex sacris litteris antiquitatem Monastices demonstrasset, variis argumentis ostendit, Religiosam Monasticam vitam longè ante SS. Antonium, Basilium, Macharium, & Hilarionem viguisse) is mobiscum,

Card. Bellarminus authoritatibus conglobatis perspicuè ostendit vetustatem Monachismi.

Digitized by Google

biſcum, ſeu pro nobis prodeat, ita ſcribens: *Veniamus ad Nouum Teſtamentũ, & oſtendemus ante annum* CCC. *fuiſſe Monachos in Eccleſia. Primùm id probatur ex Athanaſio in vita B. Antonij, vbi Athanaſius docet, ante Anthonium non fuiſſe quidem Eremitas, ſed tamen Monachos fuiſſe, qui in agris, ciuitatibus vicinis, Monaſteria ſua conſtituebant: & Antonium, cùm is Monachus fieri vellet, ad ſenem quemdam acceſſiſſe, qui ab ineunte ætate Monaſticen exercuerat. Ex quo ſequitur, B. Antonium non fuiſſe primum Monachum, & ante annum Domini* CCC. *fuiſſe Monachos: nam Antonius floruit initio* IV. *ſeculi; anno enim* CCC. *erat annorum* XL. *vt colligitur ex Chronico Hieronymi, & tamen ipſo adoleſcente inueniebantur multi Monachi enes.*

Probatur ſecundò ex Damaſo, qui in vita Dionyſij Papæ ſcribit, hunc ipſum Dionyſium ex Monacho ad Pontificatum fuiſſe aſſumptum. Conſtat autem ex Chronico Euſebij, Dionyſium Romæ ſediſſe an. Domini CCLXVI. *non ergo Monachi cœperunt poſt annum Domini* CCC. *Tertiò probatur ex Cypriano & Tertulliano, qui etiam antiquiores Dionyſio Papa fuerunt ..... Quartò probatur ex Dionyſio Areopagita, Tertulliano antiquiore. ...., Quintò probatur ex Philone Iudæo, qui etiam Dionyſio Areopagitâ antiquior fuit .....* (Iſtorum teſtimonia adduximus *parte* 3. variis locis) *Sextò probatur Apoſtolorum exemplo*: quos Monaſticam vitam egiſſe probat (vtique in Palæſtina; etenim Palæſtinæi ſeu Galilæi erant) Conſequenter hæreticorum obiectiones ſoluit, calumnias refutat, & mendacia detegit, circa Monaſticen. Alter quoque eximius Cardinalis Baronius locis quamplurimis refert, & clarè damonſtrat, in primis Eccleſiæ ſeculis Monachos, Moniales, & Monaſteria non pauca extitiſſe: quædam ex correlata ſunt ſuprà. *a* *a* Par. 3. c. 4.

1129. Specialiter autem loquendo de S. Hilarione, quem dictus Geometra primum Monachum in Paleſtina eſſe contendit, illum quidẽ fuiſſe ibidem Inſtauratorem, & inſignem Propagatorem, non verò primum Inſtitutorem; conuincit iſtud ex antiquis Græcorum monumentis memorabile Elogium ſuprà *b*: vbi diſertè dicitur, *Eſſenorum in Paleſtina Reparator*; non ergo Inſtitutor. *b* P. 3. c. 19 n. 387.

Et certè ante SS. Antonium, & Hilarionem Monachos, & Monaſteria fuiſſe in Palæſtina, & Ægypto, conuincunt cuncta quæ ſuprà *c* dicta ſunt de Eſſenis: qui maximè floruerũt in Iudæa, & Ægypto. Exploratæ quoque fidei Acta S. Eugeniæ teſtimonium irrefragabile reddunt, Monachiſmi, & Monaſteriorum multorum longè ante S. Antonium, & S. Hilarionem, ſcilicet ſub finem ſecundi, & initium tertij, etenim circa annum Chriſti 197. cum ſuis Eunuchis Protho & Hyacintho, virili induta veſte, Eſſenorum eſt ingreſſa Monaſterium: cuiuſmodi tum plura extitiſſe perſpicuum eſt ex illis *Vitæ ipſius cap.* 4. verbis: *Mòs apud Ægyptum, quando circumeunt Monaſteria Epiſcopi, pſallentium eos ſequatur exercitus.* De illa S. Eugenia egimus *parte* 3. *cap.* 18. *c* Par. 3. c. 3. & 4. ac alibi.

1130. Totus liber quoque Ioannis Ierosolymitani *de Institutione primor. Monachor.* (de quo specialiter infrà [a]) tractat de Monachis, qui in primordiis Ecclesiæ Christianæ, & longè antè, floruerunt præsertim in Iudæa. De illis etiam in Palæstina, & Ægypto antiquissimis Monachis, & Monasteriis agit Ioannes Cassianus, in epistola præfatoria *de Institutis Cœnobiorum* ad Castorem Pontificem: *Secundùm eam quam vidimus Monasteriorum Regulam per Ægyptum vel Palestinam antiquitùs fundatorum, fideli sermone vel adijciam, vel recidam, Nequaquàm credens rationibus quippiam vel perfectius, constitutionem nouellam in Occiduis Galliarum partibus reperire potuisse, quàm illa sint instituta, in quibus ab exordio prædicationis Apostolicæ, à Sanctis, ac Spiritualibus patribus fundata monasteria ad nos vsque perdurant* Vbi notanda illa verba *ab exordio prædicationis Apostolicæ à Sanctis ac Spiritualibus Patribus fundata monasteria*, scilicet in Palæstina primitùs, & inde deriuata in Ægyptum. Fundatores autem primos Monasticę conuersationis fuisse ELIAM, & *Elisæum*. alibi declarauerat. [b]

[a] Cap. 14.

Ante S. Hilarionē in Palæstina plures Monachi.

[b] Vide hic suprà p. 2. l. 1. n. 170.

1131. Denique longè ante S. Hilarionem, in primitiua Ecclesia Monachorū Institutum viguisse in Palęstina, euidens est, ex quam plurimis Patribus, Doctoribus, & Historicis, quos adfert Lezana in Apparatu ad tom. 2. Annalium capite 1. & 2. Et, *Vt prætermittamus ea, quæ de Theleſphori, Dionysij Summorum Pontificum, Narcissi, & aliorum multorum in Palæstina Anachoretismo seu Monachismo* (inquit, idem Lezana dicto *tomo* 2. *Annal.* [c]) *numquid Demophilus, & Cains, quos Monachos & Therapeutas idem Dionysius appellat, Palæstinæ limina numquàm attigerunt? nonne Chariton ille celebris, de quo sub anno* 277. *& sequentibus, egimus, in Palæstina circa Sanctam Ciuitatem, & vicina loca, monasticam vitam duxit in Laura Monasteriis cum Sodalibus etiam Monachis, seu Ascetis, antequàm Hilarion vel natus, vel agnitus esset mundo, prout ex eius historia apud Metaphrasten, Lippomanum, Surium, & alios ibi retulimus?* Ferè eadem, & alia ad intentum habet Carthagena *Lib.* 17. *Homil.* 2. *ad Obiect.* 6. De præfato Çharitone Monacho, & Monachorum propagatore in Palæstina ante S. Hilarionem, quædam diximus *parte* 3. *cap.* 19.

[c] Ad ann. D. 315.

CAP.

Digitized by Google

CAPVT VIII.

Argumentum quoddam ab authoritate negata, & non negante, reprobatur, &, quòd plures vetusti Scriptores egerint de Monachis instituti ELIANI, *ostenditur.*

1132. OBIICITVR TERTIO, apud S. Hieronymum, Palladium, Euagrium, & Cassianum, frequens est mentio Monachorum, in Palæstina degentium, sed nusquàm de Monachis Carmelitis: non igitur tum exiſtebant. Respondet pro nobis Carthagena [a] *Nemo*, inquit, *est tam ignarus, qui non probè agnoscat, argumentum ab authoritate negata, sed non negante, à Philosopho in topicis reprobari, atque proiici tamquàm inutile, ad rei dubiæ faciendam fidem, nec abs re. Nemo enim omnia scinit, dixit, dicere debuit, aut dicere voluit. Vnde illustriss. pariter & doctissimus Cardinalis Bellarminus* [b] *simili argumento, in hunc modum, occurrendum censuit. Respondeo, inquit, nihil concludi ex argumentis ab authoritate negatiuè; non enim sequitur: Lucas, Paulus, & Seneca nō dicunt, Petrum fuisse Romæ: igitur Petrus non fuit Romæ; non enim isti tres omnia dicere debuerunt, & plus creditur tribus testibus affirmantibus, quàm mille nihil dicentibus.* Theophilus Rainaudus author multiugæ eruditionis, & politioris litteraturæ, ad reuincendum planè simile argumentum [c] sic appositè: *Mihi hæc ratiotinatio*, inquit, *planè straminea videtur, & digna quæ sibilis explodatur. Vsi sanè hac argumentandi inanitate Anabaptistæ, asseruerunt, narrationem de homine ad piscinam probaticam sanato, fabulosam esse, & à falsario quopiam intrusam in Ioannis Euangelium: cùm nulla vmquàm Ieroſolymis fuerit piscina probatica: quod probarunt, ducto argumento ex Iosephi, de ea piscina silentio. Ridet eam argumentandi rudiratem Toletus*: Et infrà: *Hac argumentandi futilitate, narratio de vita S. Alexij arguetur fabulositatis. Quomodò enim in tam claraluce Christianitatis, viuentibus eo tempore S. Augustino, & S. Hieronymo, Paulino, Seuero, aliisq; innumeris, nemo inuentus esset, qui tantum Dei opus, tam insigne exemplar calcati seculi vel syllabâ exaratâ attigisset, ante Metaphrastē, toi seculis posteriorem?* Deinde concludit: *si quis exinde inferret, vitam S. Alexij videri figmentum: quod qui effutiret*, inquit, *non sibilo sanè sed fuste esset excipiendus: nimirum in iis, quæ antiquâ traditione, per manus acceptâ, nulli vmquàm perito, ac probo in dubium sunt vocata.* Ita Raynaudus.

[a] Lib. 12. hom. 2. ad obiect. 6.

[b] Lib. 2. de Rom. Pōtifice c. 8.

[c] Lib. de Scapulari parthenoCarmelit. par. 2. q. 2.

Quo fundamento Anabaptistæ probaticam piscinā Ieroſolymis fabulosam asseruerunt.

1133. Prætereà Respondetur, prædictos omnes Authores non modo me-

Plures vetusti scripserunt de Carmelitis, etsi non sub eodo nomine.

do meminisse, verùm & complura scripsisse de huius sacri Ordinis Monachis, licèt non sub nomine Carmelitarum, sed aliis tunc vsitatis: priscis enim temporibus varia sortiti sunt nomina, scilicet in Lege Veteri *Prophetæ*, aut *Filij Prophetarum*, *Assidæi*, *Esseni* (quod nomen etiam obtinuerunt in primitiua Ecclesia, & sub hoc nomine agit de illis Philo & alij) Tempore verò Apostolorum dicti sunt *Viri Religiosi* (ita eos vocat S. Lucas *a*) *Therapeutæ*, id est Dei cultores: in secundo seculo, ob assiduum orandi, & supplicandi studium *Supplices* dicebantur (ita Ioseph Hebræus *b*) aut *Viri Ordinis Prophetici*, vel *Ascetæ*. Tertio seculo, & deinceps, dicti sunt *Monachi*, *Cœnobitæ*, *Eremitæ*, aut *Anachoretæ*; & sub his nominis agunt de illis S. Hieronymus, Palladius, Theodoretus, Cassianus, Cyrillus Monachus, & alij permulti: etiam à locis particularibus, quæ incoluerunt, dicti fuere *Sinaitæ*, *Thaboritæ* &c. sicut dicemus *cap.* 11. Vnde variis nominibus istis, quibus successiuè nominati fuêre Ordinis huius alumni, latiùs est actum *in Appendice ad Breuiloquium Bostij*. Nunc verò, ad distinctionem aliorum Religiosorum, passim à Monte Carmelo *Carmelitæ* dicuntur: Quoad titulum illū, *Ordo*, seu *Fratres B. Virginis* MARIÆ *de Mõte Carmelo*, is in primordiis Ecclesiæ, sicut ex supradictis manifestum est, Ordini huic attributus, deinde per varias temporum vicissitudines minùs vsitatus, tandem post recuperatam, per Godefridum de Bullyon, Terram Sanctam, temporibus Aymerici Patriarchę Antiocheni, & B. Alberti Patriarchę Ierosolymitani ista nomẽclatura restituta magis inualuit, vt Pontifices, & alij, eo titulo Ordinem passim indigitent, prout habetur ex dictis *par.* 5. *c.* 1.

a Act. 2.

b Libro de supplicibus.

1134. Et ne quid dubij remaneat, ac telum in ipsos aduersarios retundatur, adfero scriptorem S. Hieronymo, Euagrio, Cassiano Sinchronum, Ioannem Patriarcham Hierosolymitanum XLIV. qui non tantùm meminit Monachorum Montis Carmeli, sed de iisdem anno Christi 412. integrum conscripsit librum, extat in bibliotheca Patrum, cuius indubitatam fidem clarissimè demonstrant Wastelius *c* & Lezana *d* qui in eodem *Apparatu cap.* 5. cuius titulus est: *Non defuisse hoc primæuæ Ecclesiæ æuo Eremitas in Carmelo commorantes*, alios adducit vetustos Scriptores, & Chronica, in quibus Carmelicolarum Monachorum expressa fit mentio: eiusmodi sunt Iosephus Antiochenus, & Chronica vetusta Romana: de isto libro *Institutione primorum Monachorum*, specialiter agetur infrà *capite* 14.

c Lib. 1. Vindic.

d Tom. 1. Annal. in Apparatu c. 9.

CA-

Digitized by Google

CAPVT IX.

Disserit de antiqua approbatione huius Ordinis, & quartæ quintæq; obiectioni satis-fit.

1135. OBIICITVR QVARTO: Ordo Fratrum Beatissimæ Virginis Dei Genitricis MARIÆ demum à Summis Pontificibus confirmatus fuit post annum Christi 1200. Ad statum autem Religionis, saltem perfectum, necessaria est Ecclesiæ approbatio. Nec potest esse veri nominis Religio, nisi sit approbata. Ioannes de Carthagena [a] id sic exsibilat: *Hoc sanè*, inquit, *puerile cauillum est, cùm constet, Institutum Monasticum ante Concilium Lateranense non indiguisse speciali Summi Pontificis approbatione, sed sufficisse illam, quâ ipsi Pontifices, atque Sancta Concilia Monachismum approbarant. Hinc nemo facilè ostenderit, ante Innocentium Tertium Institutum S. Antonij, Basilij, Hieronymi, Benedicti, atque aliorum antiquorum ab vllo Pontifice specialem obtinuisse approbationem.* Quamuis enim hoc tempore ad constituendam perfectam Religionem requiratur approbatio Summi Pontificis, post constitutionem seu decretum, editum in magna Synodo Lateranensi, sub Innocentio III. & renouatum in Concilio Lugdunensi, sub Gregorio X. quo, ob iustissimas, & grauissimas causas, approbatio Religionum Summo Pontifici reseruatur, & districtè prohibetur, ne de cætero nouus Ordo, aut Religio adinueniatur absque Sedis Apostolicæ approbatione. Attamen ante dicta Concilia necessarium non fuit, vt ista approbatio fieret immediatè à Summo Pontifice: *Religiones enim antiquæ*, vt habet etiam Lessius *de Iure & Iustitia* [b] *Sanctorum Antonij, Basilij, Augustini, Benedicti non videntur initio fuisse sic approbatæ; sed ab Episcopis, quibus tum suberant, ipso vsu admissæ sunt, non repugnante Pontifice: Deinde sensim à Conciliis, & Summo Pontifice laudatæ & confirmatæ.*

Obiectio 4.

[a] Lib. 17. homil. 2. ad obiect. 4.

Antiquitus Ordines Religiosi nõ indigebant speciali approbatione Papæ, quæ nunc ei soli reseruatur.

[b] Lib. 2. c. 41. dub. 1. nu. 12.

1136. Potuisse autem Episcopos ante dictum Concilium Lateranense, (vbi hæc potestas illis ablata est) iure suo, Religiones, & Regulas approbare, ac confirmare, probat Lezana [c] authoritatibus multorum Theologorum, praxi, & vsu, atque ex duplici iuris principio, quorum alterum est; *Id quod non est Superiori reseruatum, nec inferiori prohibitum, præsumitur ipsi inferiori esse concessum*, vt patet ex *cap. Nuper de sententia excom.* Alterum *Posse Episcopum in sua Diœcesi omnia facere, quæ Papa in toto Orbe, præter ea quæ sibi Pontifex reseruauit.* Itaque Carmelitana Religio in Terra San-

[c] Tom. 4. Annal. ad an. Chr. 1265. n. 18.

Digitized by Google

Olim Episcopi poterãt Religiones, & Regulas approbare.

cta antequàm ex ea per Turcas, & Saracenos expulsa, in Europam translata, multiplicaretur, approbata legitimè fuit à diuersis Patriarchis, nimirum Alberto Hierosolymitano circa, aut paulò post annum Christi 1205. tradente Regulam, quæ vsque in præsens seruatur: Aymerico Antiocheno, Ordinem reformante, atque ad formam Latinorum reducente, anno circiter 1141. Ioanne Hierosolymitano, qui primam Regulam scriptam dedit anno Christi 412. seruatam per annos ferè octingentos, nempe adusque tempora prædicti Alberti, qui ex hac fusiori suam compendiosiorem confecit.

De vetusta approbatione Ordinis Carmelit. saltem per modum ratihabitionis

1137. Et quidem antè iam dictos Patriarchas S. Telesphorus proximè post tempora Apostolorum, & deinde S. Dionysius, ex Instituti Monastici Carmelitici, in Terra Sancta, Sectatoribus, deinde ad Summã Ecclesiæ dignitatem euecti, an non meritò æstimandi sunt Ordinem hũc suum ratum habuisse? Istud verò indubitatum est, ante annos octingentos Leonem Quartum, & proximè post ipsum, alios Pontifices, huic Ordini, eiusque intuitu Christi fidelibus, manus adiutrices porrigentibus, largas concessisse Indulgentias: de quibus hîc suprà[a] An non eo ipso Religionem hanc approbarunt, aut approbatam censuerunt? Ideo meritò in antiquis Constitutionibus nostris *par. 1. cap. 1.* id sic elicitur. *Vnde ex antiquitate tantorum Pontificum, priuilegiorum, & Indulgentiarum facillimè excerpitur antiquitas, & approbatio Ordinis nostri.*

[a] Par. 2 c. 2, & 3 par. 3 c. 28.

1138. Cæterùm Ordinem hunc Fratrum Beatissimæ Virginis Dei Genitricis MARIÆ ab antiquo multipliciter approbatum declarant passim Historici nostri: & quidem confirmatum fuisse ante sacros Ordines Prædicatorum, & Minoritarum, videlicet anno 1180. ab Alexandro Tertio, & 1199. ab Innocentio Tertio, habetur ex dictis *cap. 2.* Et quia de recentiori approbatione Ordinis huius tantopere vrgent nonnulli cõtra eius antiquitatem, quid istis respondeat Abbas Trithemius[b] pro confirmatione dictorum, audiamus. *Quis Papa confirmauit veteres Ordines Pachomij, Basilij, Augustini, & Benedicti? Nusquam inuenies hos Ordines litteris confirmatos à principio. Enimuerò quos sanctitas multorum approbat, quos longa vetustas confirmat, quis, nisi mentis inops, & stolidus, infringat? Si Ordines præfatos sancta confirmat antiquitas; Ordo Fratrum Carmelitarum, qui antiquissimus est, nullius confirmatione opus habet. Longè enim præcessit Romanos Pontifices, qui ex* ELIA *Propheta exordium sumpsit. Hæc dixerim, non quòd Ordo Carmelitarum Apostolico carcat munimine, sed vt æmulos, odio motos ostenderem, non ratione integritatis. Nam posteaquàm Fratres huius Religionis in Europam venerunt, expulsi de Palæstina, multi Summi Pontifices Ordinem ipsum confirmarunt, de quibus Alexander Papa III. vnus extitit, post quem Innocentius III. idem fecit, amborumq; vestigiis inhærens Honorius III. multis adiunctis priuilegiis, & Ordinem & Regulam denuò comprobauit.* Hactenus Trithemius. Idem fere scribit Cardinalis Bellarminus relatus *cap. 2.*

[b] Lib. de ortu & laud. Ord. Carm. c. 5.

Alexander III. & Innocent. III. Ordinem Carm. confirmarunt ante alios Ord. Mendicantes.

1139. Ioan-

1139. Ioannes Bacho, seu de Bachone (cuius quædam elogia dedimus sub initium huius operis, & *par. 6. cap. 4.*) opusculum quoddam scripsit intitulatum, *Compendium historiarum & iurium pro defensione institutionis, & confirmationis Ordinis Beatæ* MARIÆ *de Monte Carmelo*: in quo, per varios titulos, agit de multiplici huius Ordinis approbatione, videlicet IVRE DIVINO; quia institutus est diuinâ inspiratione, (vt ostensum est *par. 2. cap. 5.*) & iugiter conseruatus; vt per bina annorum millia & aliquot secula, nullâ persecutione, aut legis editione dissolui potuerit: (sicut ex dictis tota *par. 3.* habetur) IVRE REGVLÆ CHRISTI, ET APOSTOLICÆ INSTITVTIONIS; quia vitam in communi, & in paupertate præscribit, sicut Christus & Apostoli obseruarunt. IVRE CANONICO COMMVNI; nam iure ordinario (sicut iam declarauimus) Albertus Regulam dedit ante Concilium Lateranen: IVRE COMMVNI CANONICÆ RATIHABITIONIS, nimirùm in dicto Concilio Lateranensi, *in quo Religiones nouæ sine Summi Pontificis authoritate institutæ prohibentur, sed ordinariâ potestate institutæ non reprobantur: quod est à iure ratum haberi*, Ita Bacho. vide etiam dicta *cap. 2.* IVRE CANONICO SPECIALI, scilicet, *Iure specialis approbationis Sedis Apostolicæ, per plures Summos Pontifices: nec non Iure specialis decisionis, & definitionis ac specialis mentionis*, prout ibi consequenter ab eodem Ioanne de Bachone declaratur. Latiùs ista pertractantur in Speculo Ordinis, per Philippum Ribotum *lib. 10. cap. 5.* & sequentibus, atque in libro *de fundatione, intitulatione, Confirmationis huius Ordinis* per Thomam Bradley (seu Scropum) *cap. 4.* & per alios Ordinis historicos.

1140. Præfatæ obiectioni affinis est, quæ à nonnullis adfertur, contra Patriarchatum S. P. ELIÆ in Ordine Carmelitano, quòd ipse Regulam non dederit, & propterea fundator huius Ordinis dicendus non sit. *Sed non est vera conclusio*, inquit præfatus Trithemius [a] *quam contraria multorum consuetudo infringit.* Exempla suppetũt quàmplurima in plerisque Ordinibus, Principes suæ institutionis alios habentibus, atque alios Regulæ datores, vt manifestum est in sacris Ordinibus Præmonstratensi, Prædicatorum, & aliis, militantibus sub Regula S. Augustini: in Cistercienſi quoque, & Carthusiensi, qui non à suis Fundatoribus Regulam acceperunt. *Multis annis Ordo S. Hieronymi in Ecclesia Christi viguit, qui tamen Hieronymi Regulam non accepit, donec Frater Lupus Olmeti, Hispanus, eiusdem Ordinis Generalis, tandem sub Martino Papa V. ex variis eiusdem Patris dictis, nouam Regulam comportauit. Deniq; multos Ordines sub quorumdam Sanctorum titulis esse cognouimus, de quorum Regula nihil inuenimus.* Hæc idem Trithemius. Porrò triplicem Regulam (in substantia eamdem) fuisse in hoc Ordine à principio suæ institutionis, declaratum est suprà *in notis ad caput 1. libri S. Cyrilli* [b] vndè etiam habetur, Exemplum conuersationis S. P. ELIÆ normam vitæ monasticæ fuisse Carmelicolis, antequam Regulam scriptam acciperent.

Obiect. 5.

[a] Lib. de orig. & laud. Ord. Carmelit. c. 2. *Ordines multi alios habent Institutores, & alios Regulæ concinnatores.*

[b] Nu. 10. pag. 8. & seq.

CAPVT X.

Antiquitati Ordinis Carmelitani non præiudicat recensus in iure post alios Ordines Mendicantes, quorum institutio occasionaliter attingitur.

Obiect. 6. *Ordo Carmelitanus tempore anterior est aliis Mendicantibus Religiosis.*

1141. OBIICITVR DENIQVE recensus huius Ordinis in iure post alios Mendicantes, vltimo enim, & humiliori loco referri solet. Nonnulli eam rationem existimant, quia reuerà post alios cœperit. At quàm erroneum & alienum à veritate, istud vulgi iudicium sit, manifestè satis liquet ex tam multis, quæ ab initio vsque huc audita sunt de SS. Bertholdo, Brocardo, Cyrillo Prioribus Generalibus, de Aymerico, & restauratione huius Ordinis post restitutam Christianis Hierosolymam, de datis per plures Pontifices Indulgentiis huic Ordini plus quàm trecentis annis ante SS. Dominicum, & Franciscum, de varijs Monasteriis etiam in Europa, ab antiquissimis temporibus, de quibus in antecedentibus.

1142. Cur igitur alij Ordines primo loco reponuntur? Respondet appositè Bernardus Olerius, Prior Generalis huius Ordinis, ab hinc annis ferè trecentis [a] & Carthagena [b] *Prædicatores, & Minores tempore Innocentij Papæ III. in Cismarinis partibus, videlicet in Tholosa, & Assisio inceperunt, qui continuò, per diuersa regna Cismarina multiplicati, ac prædicationibus, & doctrinis in hominum frequentia laudabiliter insistentes, statim post suam fundationem habebantur venerabiles, & famosi; Fratres verò prædicti* B. MARIÆ *de Monte Carmelo, primò, tempore Innocentij Quarti Papæ, propter persecutionem Saracenorum in Terra Sancta (vbi ipsorum Religio fundata fuerat ab antiquo) ad partes Cismarinas se transferentes potiùs extrà ciuitates, & frequentiam hominum, modo Eremitico, quo fecerant in Terra Sancta, quam intrà ciuitates, cum hominibus habitare elegerunt per tempora longiora. In cuius euidentiam prædicti Fratres Conuentus suos, quos primò fundauerant in partibus Cismarinis, remotè à Ciuitatibus, & frequentia hominum construxerunt. c Qui postea per tempora longiora, doctrinis, & prædicationibus, vtilitati proximorum profitere cupientes, intrà Ciuitates, & hominum frequentiam habitare inceperunt, & multorum locorum suorum, quæ fundauerant remotè à ciuitatibus, translationem ad ciuitates à Summis Pontificibus impetrauerunt. Et ideò Prædicatores, & Minores, tamquàm priùs in hominum frequentia conuersantes, & magis & priùs noti præponuntur dictis Fratribus Ordinis* B. MARIÆ *de Monte Carmeli.*

[a] In tract. de antiquit. Ord. Carm. ad Greg. XI.

[b] Lib. 7. hom. 2. ad obiect. 12.

Ratio cur Ordines Prædicatorum & Minorum citiùs per Europam multiplicati fuerint, quàm Carmelitanus.

[c] Vide hic infrà c. 13. n. 1172.

1143. Ioan-

Digitized by Google

1143. Ioannes Nævius in libro, *de Institutione & Sanctis Ordinis Eremitarum S. Augustini cap.* 12. aliam adfert rationem præcedentiæ. „ Quoad „ præcedentiam,„ inquit (agens de Ordinibus Mendicantibus) „ diuersa „ est diuersarum Regionum,& gentium,imò & vrbium consuetudo. Vi- „ demus enim hoc, quidquid iuris est, multis in locis accipi à priori in- „ gressu in aliquem locum. In quibusdam etiam à particulari fauore Pō- „ tificis,aut speciali alicuius merito;aut etiam propter humilitatis studium „ à quibusdam negligi debitam sibi in his prærogatiuam. Vndè quòd in „ Capella Romana,œcumenicis Conciliis, litteris Pontificum, Ordines „ Patrum Prædicatorum,& Minorum,priùs quam Eremitæ D.Augusti- „ ni nominentur,eosdemque in processionibus Romanis præcedant, non „ hoc eis tribuitur iure antiquioris Institutionis,vel approbationis, sed vel „ statuto aliquo,ac volito ipsius Pontificis,&c. Vel demum,quod verisi- „ miliùs est,quòd Eremitæ D.Augustini ex eremis,propè inuiti, ad vrbes „ extracti, pro innato candore,& simplicitate sua, nihil de præcedentia „ solliciti, proximo à Prædicatoribus, & Minoribus loco, quos tum in „ Capella Summi Pontificis inueniebant,se constituêre, eoque contenti „ fuêre. Quod eorum submissioni, & modestiæ maximè erat consenta- „ neum,in eoque etiamnum pacis amatores permanent. „ Hæc dictus Nævius. Eadem dici possent de Ordine nostro. Cæterùm, an iure prioris Institutionis Ordinibus Carmelitarum & Eremitarum S.Augustini competat ius præcedentiæ,tractant nonnulli. Cum autem de istis,& similibus altercari aut multùm disputare,Religiosæ humilitati non satis sit conforme,id non tangimus:at de assumptione huius Ordinis inter quatuor Mēdicantes quædam hîc subnectimus.

De præcedentia Ordinum Mendicantium inter se.

1144. Quamuis Ordinis huius aliqui anno 1212.è Terra Sancta in Angliam venerint,& nonnulli seculis anterioribus,in Cyprum,& ad quædam Europæ loca in Italia,Sicilia,Germania,& Francia,videlicet Florentiam,Senas,Venetias,Messanam, Patauium,Burdigalam,Coloniam,Boppardiam,& ad alia quædam loca; in illis tamen partibus non multùm dilatati fuêre, nisi post annum Christi 1238. quando propter Paganorum infestationes,Terram Sanctam deuastantium,vlteriùs in ea patria sua subsistere non poterant: [a] & ideo Ordinem suum, ne interiret, alibi transplantare, & dilatare debuerunt. De quo luculenter satis in anterioribus. Itaque cum hic Ordo suis pulsus sedibus,in Europa iam multiplicari cœpisset: sicuti etiam Ordo Eremitarum S.Augustini, in Africa ab eodem S.P.Augustino originem trahens,& olim ibi in desertis continuatus,indeque electus,in Europam transmeauerat: Innocentius Papa Quartus,deliberatione longâ præhabitâ,in Ecclesiæ Christi adiutorium,etiam his Ordinibus mendicitatis iugum, cum onere prædicandi ad extraneos, excipiendique eorum confessiones,imposuit, vt annotant plerique; Ordinis nostri Historici: Petrus Brunus *in Tabulari Ordinis Deiparæ Virginis* MARIÆ *de Monte*

[a] Vide dicta par 3. c.31. num. 496. & seq. *Ordines Augustinianus, & Carmelitanus quādo, & qualiter, ex eremis vocati, inter Mendicantes repositi sint.*

Monte Carmelo, puncto 3. rem sic paucis exprimit: *Verumtamen cum iam rotarum binarum vehiculo Auriga summus ille Innocentius Papa Quartus suas inuehi non posse sarcinas cerneret, mox saltum Carmeli, ac Eremi condensa perlustrans; quo duas sibi rotas adoptet, asportauit: vt quadrigâ, & exercitu multo, Regum more, Domini sui bella gerātur inuictius. Quorumdam, credo, linea prouolarunt ingenia, vt iam, quid velim, multi præsenserint; id scilicet; Fratribus Prædicatoribus, & Minoribus, Fratres Carmelitas, & S. Augustini Eremitas (qui iam longeuâ institutione, ac confirmatione perstiterant) addictos extitisse.*

1145. Arnoldus Bostius *de Patrocinatu B. Virginis* MARIÆ *cap.* 9. luculentiori stylo (more suo) id prosequitur, vbi inter alia sic: *Meritò etiam Innocentius Carmelitas, Filios Sancti* ELIÆ, *prædicatoris zelosissimi, & peccaminum destructoris vnicè Summi (cuius verbum, teste Ecclesiastico, ardebat vt facula) prædicationis, & absolutionis peccatorum dotauit priuilegiis.* Et paulò infrà: *Aliquo posteà tempore Sancta Sedes Apostolica etiam Fratribus Eremitis, magni Patris Augustini Doctorum Phœbi filiis, prædicationis opus imposuit. Sicq; tandem perfecta est quadruplex illa Domini Quadriga, à Zacharia Propheta longè antè præuisa, de medio duorum montium æreorum, id est duorum testamentorum, egrediens, in firmamento fidei Catholicæ cursum suum vberrimo fructu regirans, quæ tenui mendicitate, electione Christiformi leuissima, copiosissimas fruges cœlicis horreis semper intulit, & inferre quotidie minimè cessat.*

Quadriga Ecclesia Ordines Mendicantes.

1146. Balduinus Leersius, *in Collectario exemplorum* [a] cùm hoc idem retulisset, subiungit, *Disponente ergo Deo, & MARIA volente, hoc totum factum est; vt sicut sunt quatuor elementa, quatuor Paradisi fluenta, quatuor Prophetæ maiores, quatuor Euangelia, & Euangeliorum Scriptores, quatuor sancti Doctores, & quatuor Crucis partes: Similiter & essent quatuor pauperes Religiones, Crucem Christi ad quatuor mundi plagas portantes, & prædicantes, & non pauciores.* Latiùs de Ordine Carmelitano, inter Mendicantes reposito tractat P. Thomas à IESV in erudito Opere, *de variis Regulis Carmelitarum.* [b] De eodem etiam agunt R. P. Leo à S. Ioanne. [c] Et Wastelius. [d] Idipsum etiam annotauit Apostata Balæus *in Catalogo Scriptorum Britanniæ Centuria* 4. loquens de Innocentio Quarto: *Carmelitas & Augustinianos*, inquit, *in adoptionis filios admisit* &c. *Ab eremis ad vrbes pertraxit.* Ab eo autem tempore omnes ferè Pontifices, qui Ordinem hunc priuilegiis, gratiisque quàm plurimis condecorarunt, Institutum eius ex eo commendant, quia bifarium, scilicet actiuæ, & contemplatiuæ vitæ studium amplectens: vel id vt certum supponunt: sicut ex Bullis eorum manifestè patet, *in speculo Ordinis*, & benè demonstrat idem Thomas à IESV loco citato. Hæc, fortè paucis cognita, hoc loco fusiùs retulimus.

[a] In Collect. exēplor. c. 2, sub finem.

De numero quaternario.

[b] Dub. 5. §. 1.

[c] In delineat. Prou. Turoniæ c. 3.

[d] Lib. 1. Vindic. sect. 5. art. 15.

1147. Quia peculiariter de Ordine Eremitarum S. Augustini iam ante sermo inciderat, non incongruè paucula quædam hic subiungenda videntur de eiusdem origine (per nonnullos haud rectè in controuersiam vocatâ) ab ipso magno Ecclesiæ Doctore, & iugi persistentia in eremis

mis Africæ, donec Barbarorum incursionibus, & persecutionibus omnes eius alumni inde electi dispergerentur (in confirmationem illius quod latiùs demonstrant istius Ordinis Historici) ex nostro Arnoldo Bostio in Speculo historiali[a] vbi tractans de Institutione huius Ordinis, dispersione, & coadunatione ex diuersis cœtibus, inter alia hæc scribit: *Deinde crescente Wandalorum hostili insultu, & successu temporis, invalescente eorum perfidiâ, Monasteriis, & Ecclesiis in Africa, gentilitatis ritu prophanatis, concrematis, & deuastatis, personis quoque eorum exiliatis, & fugatis, vt habetur in Chronicis; Tunc etiam Fratres illi, qui in Cœnobiis sub B. Augustino degerant, hinc inde diperſi sunt. Quorum quidam, vt describit præfatus F. Iordanus, deuenerunt in Tusciam, & nonnulli eorum in cellis solitariè, alij in Cœnobijs eremiticis se receperunt, seruientes Domino sicut vnicuiq; Dominus inspirauit, & sic illa sancta obseruantia per B. Augustinum instituta, & per eum semper seruata, non omninò dirupta fuit, & abolita, sed in aliquibus bonis Patribus extitit conseruata; donec nouissimis temporibus, illam dispersionem Deus dignatus est congregare, sicut olim dispersos Israelis congregauit.* Qualiter autem id contigerit, refert ibi consequenter. Fuisse verò binos differentes Ordines Religiosos à S. Augustino institutos (sicut suprà indicauimus [b]) confirmant quoque ea, quæ Cardinalis Baronius tomo 6. Annalium [c] tractans de S. Fulgentio Scribit: *Vt planè intelligas, quam S. Fulgentius est professus monasticam Regulam, ab ipso S. Augustino deriuasse, diuersiq; Ordinis ab eo institutas fuisse classes, aliorum nempe, qui in ciuitatibus degentes Clerici cùm essent, vnà simul degentes, cœnobitica Monachorum instituta seruarent, quibuscum idem, factus Episcopus, habitauit; aliorum verò qui procul à ciuitatibus degentes, eius essent vitæ, atq; vestitus, cuius hic vides Fulgentium esse cultorem, nempe vnâ induti tunicâ, eademq; pelliceâ zonâ constrictâ, quam nec soluerent dormituri.* Hi autem sunt Eremitæ, à S. Augustino initiati, inque eremis Africæ propagati, ac demum in Europam translati, constituentes nunc vnum ex quatuor Ordinibus Mendicantibus.

[a] Lib. 1. ca. 8.

Ordinis Eremitarum S. Augustini origo, dispersio, adunatio.

Ordinum duorum (Canonicor. Reg. & Eremitarũ) author fuit S. Augustinus.

[b] Par. 3. c. 20 n. 396.

[c] Ad ann. Chr. 504. n. 34.

S. Fulgentius Eremita fuit Ordinis S. Augustini.

1148. Occasione eorum, quæ iam attigimus de quatuor Ordinibus Mendicantibus, haud multum extra propositum, nec iniucundum Lectori erit, alia quædam ex præfato Arnoldo Bostio (libro *de Patronatu B. Virginis cap.* 9.) retulisse, de variis quaternarij numeri illius congruentiis: de quibus sic ille, vt solet doctè, & eleganter. „ Et cùm in Scripturis, tam „ humanis quàm diuinis per numeros figuræ multiplices, & varia Sacra„ menta designentur, sicut Pythagorici tradunt; & confirmat Augusti„ nus; diligenter inspicienti per quaternarium magna mysteria significa„ ri, euidenter apparebit. Intrâ quaternarium numerum elementa rerum „ omnium sementem concluſit Deus, sicut ex Philosophis primus Empe„ docles adinuenit. Quatuor principales cœli regiones esse voluit, Orien„ tem scilicet, & Occidentem, inter quos via Solis extenditur, poloſque „ duos arcticum, & antarcticum, inter quos, quà via lactea patet, solem „ quondam circumcurrisse fabulantur. Quatuor similiter ventos, Eurum, Austrum,

Quaternarij numeri mysteriorum multiplex.

Digitized by Google

„ Austrum, Zephyrum, & Boream: Nec non & quatuor anni partes, Ver,
„ Æstatem, Autumnum, & Hyemem. Quatuor humores, secundùm Phy-
„ sicos, corporibus humanis dominantur. Quatuor sunt, secundùm A-
„ stronomos, principales Zodiaci limites, tempora designantes, Aries,
„ Cancer, Libra, Capricornus: indè solstitia duo, æquinoctia totidem; quæ
„ coniuncta quaternarium reddunt. Sol ipse luminum pater, quartum
„ inter errantes stellas locum possidet. Quarta quoque neomeniæ die de
„ totius mensis serenitate vel pluuia Virgilius iudicare nos docuit. Qua-
„ tuor flumina, ex Paradisi deliciis fluentia, terram irrigant. Quatuor ani-
„ malia, plena oculis ante & retro, vidit Ezechiel, quorum quodlibet ha-
„ bebat quatuor alas, quatuor facies, quatuor manus, & quatuor incessus.
„ Quatuor verò fabros vidit Zacharias. Quatuor columnæ ante Sancta
„ Sanctorum iubentur fieri de lignis sethim, & deaurari. Quatuor hydrijs
„ aquâ plenis magnus ELIAS Plantator Ordinis Carmelitani holocau-
„ stum & altare ter iussit irrigari. Quatuor lapidum Ordines vestem
„ Summi Pontificis exornarunt. Quatuor viri leprosi salutem Samariæ
„ nunciauerunt. Quatuor ianitores ostiorum domus Domini principales
„ Propheta Regius instituit. Quatuor millia Cantores & psaltes idem
„ regalis Vates per vices distribuit. Quatuor minima terræ sapiẽtiora esse
„ sapientibus sol hominum Salomon definiuit. Quatuor Euangelij Scri-
„ ptores, Quatuor sunt Euangelia. Quadruplex est in Christo dignitas,
„ Regalis, Magistralis, Pontificalis, substantialis, seu diuina & æternalis.
„ Habuit & in se ornatum quadruplicis ordinis, videlicet Pastorum, seu
„ Prælatorum, Martyrum, Confessorum, & Virginum. Est & in Christi
„ doctrina sensuum quadriformitas; quia in eodem verbo præter sensum
„ literæ occurrit sensus Moralis, aut Tropologicus, Allegoricus, & Ana-
„ gogicus. Item simul docet credenda, & agenda, speranda & formidan-
„ da. Quartâ die resuscitatus est Lazarus. Quartâ vigiliâ venit Iesus ad Di-
„ scipulos. Quatuor sunt Prophetæ maiores, Isaias, Ieremias, Ezechiel, &
„ Daniel. Quatuor principales Ecclesiæ Doctores, Moralis Gregorius,
„ expositor Hieronymus, Mysticus Ambrosius, Subtilis Augustinus. Qua-
„ tuor S. Crucis partes. Vigintiquatuor Seniores ante sedentem in thro-
„ no assistunt. Terquatuor Euangelij Prædicatores per Orbem missi
„ sunt: Vbi non sine magno mysterio quaternitas cũ Trinitate coniũgi-
„ tur, numerus par cũ impari, masculus cum fœmina, vt non sine fructu
„ copula fieret. Currus regius quatuor rotas exigit: & vita perfecta qua-
„ tuor virtutes Cardinales. Summus insuper Artifex mundi Deus, Quar-
„ tâ die, vt testatur Moyses, cœlos ornauit, solem & lunam condidit, stel-
„ las firmamento affixit, vt essent in signa & tempora; vt illis tamquam
„ quibusdam instrumentis mundum hunc inferiorem moderaretur, &
„ regeret: tot etenim stellis cœlum distinxit, vt multarum, & pene infini-
„ tarum actionum principium, & causam se esse ostenderet, & vt Dei

gloriam

„ gloriam cœleſtes orbes indicarent. Sed quorſum hæc tam multa? Nem-
„ pe vt oſtendam non ſine cauſa factũ, vt diuina prouidentia ſub quater-
„ nario numero Fratrũ Mẽdicantium Ordines inſtituerit. Nec hoc caſu,
„ aut fortuitò euenilſe, ſed inſcrutabili Spiritus Sancti conſilio ſic irreuo-
„ cabiliter ordinatum. Et licèt trium teſtimonium ſecundùm ſanctionem
„ diuinæ Legis ſit ſolidum, quartus tamen additus eſt, tùm ad ſolemnita-
„ tem teſtimonij plenioris, tùm ob multiplex quadraturæ myſterium. Fi-
„ guræ enim quadratæ proprium eſt, quòd ex quacumque parte verta-
„ tur, ſemper ſit ſolida; & exinde numerus Quaternarius ſolidus peculia-
„ riter appellatur.

„ *Quatuor hic aſpicis paradiſi flumina, Chriſti*
„ *Quadrigam cernis Quattuor ire rotis.*

Alia iſtis anteponuntur & poſtponuntur varij generis verſus ſtrictâ & ſo-
lutâ oratione: è quibus, ne prolixores ſimus, en hos dumtaxat:

„ *Animalia ſunt quaterna, coram ſede quæ ſuperna*
„ *Stolam gerunt candidam:*
„ *Hi ſunt flumina bis bina paradiſi, quæ doctrinâ*
„ *Mentem rigant languidam.*
„ *Fons eſt Chriſtus, hi ſunt riui: Fons eſt altus, hi procliui;*
„ *Vt ſaporem fontis riui miniſtrent fidelibus.*
„ *Totus Orbis irrigatur, viret, floret, fœcundatur, his abundat,*
„ *His lætatur Quatuor fluminibus.*

Et inſrà.

„ Sed MARIA *mater pia hos amauit, & tutauit*
„ *Filij iuuamine.*

Ibi conſequenter demonſtrat, quòd quemadmodùm gallina ſub vela-
mento alarum pullos ſuos à rapina miluiorum protegit, & defendit, ſic,
imò multò cordatiùs hæc virgo mitiſſima cœli Regina MARIA Ordines *De Patri-*
quatuor iſtos, ſupplices ſuos in aduerſitatibus, ab hoſtilium inſultibus le- *archis Or-*
gionum, tutiſſimâ defenſione frequenter munierit. Deindè agit de SS. *dinum Mẽ-*
Patriarchis quatuor Ordinum Mendicantium, ELIA, AVGVSTINO, DO- *dic.*
MINICO, FRANCISCO, De quibus hæc inter alia. „ Sanè quatuor his
„ Patriarchis Deiferis (quos præconiis, laudibuſque efferre, non puto
„ aliud fore, quàm lucem ipſam facibus adiuuare) illud libri Danielis
„ prædignè reor applicandum: *Ecce video Quatuor viros ſolutos ambulantes in*
„ *medio ignis, nihil corruptionis in eis eſt, & ſpecies quarti* (Franciſci videlicet) *ſi-* *a* Daniel. 3
„ *milis eſt Filio Dei,* *a* in ſingulari conformitate ſtigmatum: Religio enim
„ quaſi caminus eſt animas probans, purificans, & meliorans ad ſimilitudi-
„ nem pretioſi metalli. Hinc ait Ieſus Sydrach, Actor Eccleſiaſtici: *In igne* *b* Eccli. 2.
„ *probatur aurum & argẽtum, homines verò receptibiles in camino humiliationis.* *b*
„ Quot & millia Filiorum meritò & actione illuſtrium tantos Patres eſti-
„ mabimus genuiſſe. „ Hactenus ex Boſtio. Et quidem de Sacris Ordi-
nibus, Prædicatorum ac Minorum *in Concilio Lugdunenſi*, habito anno Do-

mini 1274. nec non *in libro 6. Decretalium titulo de Religiosis domibus cap vnico* præclarum hoc extat testimonium, Quòd *euidens ex eâ vtilitas Ecclesiæ vniuersali proueniat.* De binis aliis idem planè adstruunt Romani Pontifices in suis diplomatibus eis concessis. De Carmelitano quid (inter cæteros) testentur Sixtus IV. & Gregorius XIII. audiuimus suprà *par.2. cap.2.* & 3. [a] vbi inter alia : *Sublimium dicti Ordinis vtriusq; Sexus personarum, virtutum merita, Deo quidem grata & in conspectu Apostolicæ Sedis accepta, dignâ memoriâ recensemus..... Fructus quoque vberes, quos dictus sacer Ordo in agro militantis Ecclesiæ, in propugnatione Religionis & fidei Orthodoxæ hactenus produxit vtiliter, & producit, ac in futurum producturum fore indubitanter speramus.* Idem alij asserunt de Augustiniano. Societas IESV quatuor his Ordinibus in Ecclesiæ Exercitu (vt Domini bella pro salute animarum, & Ecclesiæ Catholicæ propugnatione generantur inuictiùs) nouissimis temporibus his est aggregata, ijsque veluti succenturiata : de qua testimonium quoque perhibet sacrum Concilium Tridentinum *sess. 25. de Regular. c. 16.* & de eiusdem in Ecclesia vtilitate quædam attigimus *par. 4. cap. 2.* sub initium: nec opus plura adferre circa id quod tam patulum & manifestum cunctis est. Sed nunc (si aliquantulum exspatiati videamur) ad propria regrediamur, & dubia quædam circa Carmelitanam historiam enodemus.

[a] Nu 193. & 200.

CAPVT XI.

Cur Carmelitani Ordinis origo quibusdam obscura videatur?

Vetustas Ordinis Carmelitani causa obscuritatis in variis eius historijs,

1149. HVius rei istæ sunt causæ : imprimis eiusdem longa à nobis distantia temporalis (vt etiam *cap.1.* insinuauimus) nempe suprà bina millenaria & quinque secula: Ordinis, inquam, huius originem omnium victrix obscurauit antiquitas; vetustas enim claritatem rebus eripit, & parit obliuionem. Quot fuerunt nobiles familiæ, quorum hodie memoria nulla est? Ad hoc propositum Ioannes Hildesheim discipulus S. Petri Thomæ vetustus Ordinis scriptor libro *de principio Ordinis glorioſissimæ Dei Genitricis* MARIÆ, *contra detractores eiusdem, per modum dialogi cap.1.* hæc ita habet: „ DETRACTOR. tu qui de antiquitate iactas, eâ proba, „ fertur enim Aristoteles, cùm videret libros Moysi, dixisse, iste multa di- „ cit, & nihil probat. DIRECTOR. Tibi moderno primitùs obijcio, quod „ olim (teste Lactantio) Solon Athenienſis obiecit Græcis, dicens: ô Græ- „ ci pueri estis, & nouellæ memoriæ, nec est apud vos vlla cana scientia. „ Dico igitur tibi, quòd antiquitas, cuius probationem exigis, non est ita demon-

„ demonſtrabilis ſicut velles, propter nimiam localem, & temporalem di- *Antiquitas*
„ ſtantiam; quia de multum diſtantibus non poteſt eſſe tam clara notitia, *non erãt to-*
„ ſicut de propinquis. Præterea, non ſemper fuerunt Scriptores Chroni- *tamq; ac-*
„ carum; de duobus enim millibus annorum ante diluuium, & am- *curati ſcri-*
„ pliùs nihil inuenitur ſcriptum, niſi illud modicum quod in principio *ptores hiſto-*
„ Geneſis habetur. „ *Et infrà* „ DETRACTOR. Non eſt verum, quod di- *riarum vt*
„ cis; quia tempore ELIÆ, quem tibi Patronum fingis, multa fuerunt *nunc.*
„ ſcripta, & libri Regum, & Annales quamplures. DIRECTOR. Etſi pro
„ tempore tali fuerint Annales conſcripti, factum fuit hoc à Regibus, &
„ Regum Notariis litteratis: Incolæ verò vetuſti Montis Carmeli fuerũt
„ Eremitæ ſimplices, non litterati, pauperes, membranas fortè non haben-
„ tes, nec ſcriptores: orare potiùs conſueti, quàm ſcribere: de quibus non
„ eſt dubium, quòd iuxta doctrinam Pauli, anteriorum, & poſteriorum
„ obliti, præſtantiori curâ tendebant ad futura. Et aduerte, quòd Socra-
„ tes nihil vnquàm ſcripſit, vt tradunt Chronicæ, ſed & Ariſtoteles, vt
„ commenta dicunt, librum Phyſicorum non ſcripſit, ſed ore pronuncia-
„ uit & ideo vocatur, liber de Phyſico auditu: qui tamen liber ſic eſt au-
„ thenticus, quòd nullus philoſophicè diſputans audeat ipſum negare, cũ
„ tamen nullus demonſtrare de ipſo poſſit, quòd ille talia dixerit. Præte-
„ rea, tempore reuelatæ gratiæ ſæpiùs per Saracenos deſtructi ſunt, &
„ martyrio coronati: &, ſi Scripturas habuerunt, vtique totum perdide- *Monumẽ-*
„ runt: & ſi aliquid reſeruare potuerunt, in vltimo paſſagio, tempore Lu- *ta, & ſcrip-*
„ douici Regis Francorum, quando fuit Achon à Paganis capta, & com- *ta multa de*
„ buſta, perdiderunt. In qua captione conſtat ELIÆ pallium, vſque ad- *Ordine hoc*
„ huc reſeruatum cum multis aliis incendio periiſſe. DETRACTOR: Non- *perierunt.*
„ ne talia poterãt reſeruari? DIRECTOR. Dico tibi quòd non: do tibi ſimi-
„ le de Iudæis, qui ſæpiùs deſtructi, quaſi totam genealogiam perdide-
„ runt. „ Hactenus Hildeshemius.

1150. Huc adferre lubet, quæ Onuphrius Panuinus *in Præfatione libri de Romanis Pontificibus & Cardinalibus*, & ex eo Molanus *in tractatu de Martyrologiis cap.* 21. habet: *Quot Sanctiſſimorum Martyrum agones, quot præclariſſimorum, & doctiſſimorum hominum geſta, & monumenta ignoramus? vbi enim ſunt Hegeſippi, Apoſtolicis temporibus vicini, quinque commentariorum libri (quos de rebus in primitiua Eccleſia geſtis, eum ſcripſiſſe referunt Euſebius, & Hieronymus) Papiæ Hierapolitani Epiſcopi, Ioannis Apoſtoli auditoris? Vbi Quadrati Athenienſium Præſulis, & Ariſtidis Chriſtiani Philoſophi, qui Apoſtolorum diſcipuli fuerunt, & aliorum Veterum Scriptorum Eccleſiaſticæ hiſtoriæ? Vbi ſeptem illorum S. R. E. Notariorum continentur, omnibuſq; temporibus geſta Martyrum ſollicitè perquirentium, accuratiſſimeq;, & diligentiſſimè ſcribentium monumenta? Vbi demum Damaſi Papæ liber, quàm de Romanorum Pontificum, qui ante fuerunt, actibus, rebuſq; geſtis Scripſit: quemque egregium fuiſſe teſtatur D. Hieronymus? omnia prorſus eorum hominum, qui ſuperioribus ſeculis vixerunt, negligentiâ, vel etiam perſecutionũ* *Etiam non pauca acta SS. & præclara opera Patrum interierunt.*

immanitate, interiisse, abolita, atque obliterata esse, summopere est ingemiscendum. Ita illi. Alia sanè præclara ad intentum ibi adfert Molanus. Ex quibus constat, multa scitu dignissima, aut bellorum turbinibus, & tyrannorum persecutionibus absumpta, aut certè, in alta obliuionis caligine demersa, in obscuro consepulta iacere. Quin & sacrorum librorum volumina non pauca aut tenebris obscurata delitescunt, aut abolita, expuncta, deleta, vel impietate ferali discerpta sunt. Vbi rogo Libri verborum dierum Regũ Israel, & sermonum dierum Regum Iuda, de quibus in *libris Regum*? Vbi Libri Gad, & Nathan Prophetarum citati 1. *Paralip. cap. vlt.* Libri Ahiæ & Addo de quibus 2. *Paralip.* 9. Libri Semeiæ Prophetæ, de quo 2. *Paralip.* 12. Prophetia Henoch, de quo in Epistola Apostoli Iudæ, & alia id genus multa Sacra volumina, vbi demersa delitescunt?

Similiter Libri Sacri plures non extant.

1151. Etenim multa quoque præclarissima Sanctorum Acta, & Patrum, ac Doctorum Scripta etiamnum latere, & ignorari, ac si penitùs non fuissent, optimè declarat idem Ioannes Molanus in dicto Tractatu *de Martyrologijs cap.* 20. vbi inter alia hæc: *Multas deprehendi Sanctorum vitas grauiter conscriptas, quæ nusquam excusæ habentur, ne in octo quidem historiarum tomis R. Aloysij Lipomani.* Id latiùs prosequitur *cap.* 21. Deo sit laus, quòd nunc paulatim ea in vtilitatem Ecclesiæ ex scrinijs, & latebris prodeant, prout vidimus nuper in vita illa insigni S. Syncleticæ, quam Cardinalis Baronius *in Annotat. ad Martyrolog. Rom. die* 5. *Ianuarij* dolebat; non sine graui totius Christiani Orbis iactura periisse: at repertam, & notis elucidatam ediderunt RR. PP. Bollandus & Henschenius ad diem 5. Ianuarij, in illo suo præclaro, Ecclesiæque vtilissimo Opere, *Acta Sanctorum* nũcupato: in quo non pauca hactenùs inedita, & abscondita, è tenebris eruta, super Ecclesiæ candelabrum constituũtur, vt luceant multis. Ita quoque (præter alias penè innumeras) nostri B. Petri Thomasij Patriarchæ Constantinopolitani authentica vitæ historia, Apostolicorum virorum, & Legatorum perfectissimum prototypon, ab annis ferè trecentis, ab illustri viro Philippo Mazerio, Cancellario Regni Cypri grauiter scripta, demùm, Prolegomenis & annotationibus illustrata, euulgata fuit in præfato Opere ad diem XXIX. Ianuarij, quæ mox viros eximios ita rapuit, vt non modò magnoperè laudauerint, sed & multa ex ea in historias à se editas transtulerint: ac propterea nouis, vberioribusque Notis, & Additionibus, seu Analectis, exornata, & per dictum eruditũ P. Godefridum Henschenium iteratis prælis in publicum processit. Proinde propriissimè istis Patribus (non minùs quàm Surio) competunt illa olim à præfato Molano, eodem capite 20. scripta: *Gratissimum ergo*, ait, *Catholicis, & ijs qui pietatem amant, operam fecit Surius in cella sua Carthusiana, gratissimam facient & alij, qui eiusmodi nondum impressa præclara gesta Bibliothecis inuestigare volent, & prælo dare*: quorum studia ex parte æmulari gestio, dum Sanctorum nostrorum Acta, & vetusta Ordinis monumenta latentia, ab annis multis per-

Plurima etiam quæ periisse existimantur latere, & paulatim in lucem prodeunt.

Eo in studio operam vtilissimam nauant PP. Bollandus & Henschenius.

Digitized by Google

tis perquiro, vt tandem lucem adſpiciant,

1152. Hoc ipſum igitur, quod ſacris libris, Actis Martyrum, plurimiſque Eccleſiaſticis hiſtoriis contigit, euenit quoque (ſicuti iam dicere cœpimus) Carmelitani Ordinis monumentis, vt ex iis non pauca interierint, & adhuc alia lateant. Aduertendum enim, Carmelitas eſſe aduenas, & quaſi exules è Monte Carmelo, ſuo loco originali, totaque Terra Sancta, Turcarum, & Saracenorum immanitate, expulſos; vndè plurima in nihilum abierunt, aut certè obruta deliteſcunt. Taceo excidium Angliæ, florentiſſimæ quondam, poſt Terram Sanctam huius Religionis Prouinciæ: in qua Archiuium Ordinis erat, quid aut perijt, aut latet. Dei tamen prouidentiâ ſeruata nobis ſuperſunt vetuſta bina præclara Ordinis monumenta, Liber ſcilicet Ioannis Hieroſolymitani, *de Inſtitutione primorum Monachorum*, de quo *cap.* 14. (aliquod ſeculis habitus in Ordine pro Regula) & liber S. Cyrilli à nobis exhibitus hic ſuprà, *par.* 1. & varia alia, inſerta Annalibus Ordinis, iam typis editis.

Carmelitani Ordinis monumenta varia abſumpſerunt caſus aduerſi, quadam etiam deliteſcunt.

1153. Deinde: „ Cœcutiat ſanè: „ inquit Saracenus *in vita S. Cyrilli*, „ neceſsè eſt, qui bis mille annorum ſeculis Eliætanæ Religionis varios „ ſtatus, caſus multiplices, ac cœcos fortunarum euentus non benè callet: „ & qui varias eius mutationes, formas multiplices, montium, & vallium „ ſolitudines, ac ſpeluncas: infidelium oppreſſiones, ignes, carceres, ma„ chinationes, vincula, inuaſiones, & lanienas pro Domino paſſas, noſtro„ rum, non altè tenet, &c. Is enim aut defatigatione laſſatus, aſſump„ tum deſeret, aut abditarum rerum noſtrarum varietate ignoratâ, præ„ ceps in errorum foueam decidet, negans concedenda, & neganda con„ cedens. „

Viciſſitudines multiplices Ordinis huius.

Præterea ipſa quoque per ſe antiquitas nimia Ordinis hiſtorias minùs gratas, minuſque credibiles reddit; in ijs enim verum eſt, quod Ariſtoteles dixit, in Problematibus: *Hiſtorias recentiores, & antiquiſſimas iniucundas videri. Has quidē, quòd propter vetuſtatem perſimiles fabulis iudicantur; illas verò, quia, propter nouitatem (cùm in promptu ſint omnibus) non habent maieſtatem. Quæ autē medij ſunt temporis, plus placere.* Ita Mantuanus. *a*

a Lib. 2. de patientia cap. 17.

1154. Deniquę, etiam obſcuritatem aliquam cauſat varietas, & multiplicitas nomenclaturæ; primitùs enim huius Inſtituti Profeſſores dicti ſunt Prophetæ, id eſt pſallentes, Filij Prophetarum, Aſſidæi, Rechabitæ, Eſſeni, Eſſæi, Viri Religioſi, Therapeutæ, Therapeutides, Aſcetæ, Bucolini, &c. Deniquę Carmelitæ, ac Fratres glorioſiſſimæ Virginis Dei Genitricis MARIÆ de Monte Carmelo. De quibus latiùs Lezana *in Apparatu ad tomum* 1. & etiam *ad* 2. *Annalium*, & ante illum Arnoldus Boſtius ſuprà *in Appendice poſt Breuiloquium Tripartitum*, *b* & nos hic *cap.* 8. atque alibi obiter. Inde contingit, quòd propter diuerſitatem nominum, nonnulli exiſtimēnt, diſtincta Inſtituta; ſed, an non manente identitate Religionis, Filij S. Dominici, nuncupantur Dominicani, Prædicatores, in Gallia Iacobini, à

Nomenclaturæ multiplices huius Ordinis.

b Nu. 136. & ſeq.

bini, à platea S. Iacobi in qua habitant Parisiis, &c. & eiusdem Ordinis S. Franciſci, Franciſcani, Minoritæ Recollecti, Capucini, &c? Verum tamen eſt, quòd, cum prædictorum nominum pleraque ſint cõmunia etiam aliis Religioſis, ex inde quandoque non ita clarum ſit, an ſub iſtis nominibus agatur ſpecialiter de Ordine Eliano, ſeu Carmelitano. Quod ex circumſtantiis locorum, & temporum prudenter eſt colligendum. De quo hæc Waſtelius[a] „ Porrò ſumma dictorum eſt: quamuis fortaſsè antiqui Pa„ læſtinæ, aliorumúe locorum, Monachi, Inſtituti Carmelitici, ſeu Mo„ naſticæ diſciplinæ ab ELIA inſtitutæ, non præcisè nominauerint ſe „ Carmelitas, potuiſſe eorum alios Sinaitas, Thaboritas, & alijs nomini„ bus appellari, abſque verorum Carmeli Incolarum vllo præiudicio, „ modò faterentur, imitari ſe cum illis, ex propoſito, ELIÆ diſciplinam.„ *Et paulo ante, ſub medium articuli:* „ Inſtabis denuò, ſi vnum omnium eo„ rum, atque Carmeli Incolarum, fuit inſtitutum, quînam fiat, vt à Scrip„ toribus non ſint dicti Carmelitæ? Si hoc importuniùs vrges: peto, vnde „ fiat, Monachos S. Benedicti ne nunc quidem, dum tanta habetur ratio „ diſtinctionis, appellari Caſſinenſes à Caſſino, vbi S. Benedictus funda„ uit primum Monaſterium, Ordinis caput? Pars enim dumtaxat appel„ latur Caſſinenſes, alij verò Camaldulenſes, alij Cluniacenſes; & rurſus „ nominibus variè ſubdiuiſis, Affligemienſes, Marchienſes, Aquicinctini, „ &c. & à Sanctis ipſis, ductâ appellatione, Vedaſtini, Amandini, S. Pe„ tri, S. Bertini Monachi &c. Hac tamen non obſtante appellationum „ diuerſitate, vnius omnes manent Inſtituti, videlicet Caſſini, à S. Benedi„ cto fundati. Non igitur mirum videri debet, quòd vetuſtis illis, de qui„ bus dixi, temporibus, dum pleraque adhuc eſſent indiſtincta, & in„ compoſita, etſi multi Carmeliticis inſtitutis adhæretent, ſub vno Patro„ no ELIA militantes, non tamen fortè ab vno Carmelo fuerint nuncu„ pati. „ Hæc & alia ad intentum ibi habet Waſtelius.

[a] Lib. 1. Vindic. ſect. 4. art. 5 ſub finẽ.

Olim à locis quæ incolebant, frequenter appellationem ſortiebant & Carmelitæ prout nunc paſſim Benedictini.

1155. Animaduertentum quoque hic eſt, antiquitùs in primordijs Ordinis S. Benedicti Cœnobia quædam Eliani Inſtituti ad Benedictinum, tranſiiſſe, maximè in Inſulis Britannicis, in quas, longè ante S. Benedictum, Monachatum inuexerant Palæſtinæi, aut Ægyptij Monachi, Carmeli propagines, vt habetur ex dictis *par. 3. c. 29.* ſub finem. Veriſimiliter quoque id traditur de Lirinenſi celeberrimo Monaſterio in Gallia, & aliis nonnullis ibi, & in Italia; eorum nempe incolas fuiſſe, antiquorum Monachorum Elianorum æmulatores, antequàm Benedictinam normam viuendi arriperent; etenim cùm ea fuerint ante S. Benedictum (ſuprà cuius æuum ſua Religio prorogari nequit) certum eſt, fuiſſe tum alterius Inſtituti: illud fuiſſe Monachorum, qui eò ex Palæſtina, ſeu Ægypto aduenerant, ſectatores Eliani Inſtituti, demonſtratur in *tomo 3. Annalium noſtrorum*, illudque etiam pluribus declarat Clemens Reynerus, ex clariſſimo Benedictino Ordine eruditus Scriptor in libro cui titulus eſt:

In Scotia, Anglia, & alibi antiquitùs quædam Ordinis huius Cœnobia ad Benedictinum inſtitutum tranſierũt.

Digitized by Google

est: *Apostolatus Benedictinorum in Anglia,* [a] vbi inter alia sic ad intentum: *Quos autem sanctissimos Monachos animaduertimus, vel ante D. Benedictum vixisse, vel post ipsum, qui illius Regulam professi non videntur fuisse, quamuis fortè colore tantùm habitus, & paucissimis obseruantiis, ab eius Instituto differentes, nostri tamen Ordinis esse non putamus. Vnde nec Scotos, Britannosq;, maioris Insulæ Britanniæ incolas, ante tempora Augustini, prædicationemq;, vt diximus, Wilfridi, Cuthberti, & Egberti, nostro numero adiiciendos putamus, nec eos etiam qui in Hibernia exercebantur.* Et infrà: *Nec eos qui ante D. Patrem Benedictum viuebant, siue in Lirinensi, & Agaunensi, aut Massilienſi clarissimis Cœnobiis Galliarum, siue per Monasteria Italiæ, aut Ægypti, vel Syriæ, arrogamus tamquàm Ordinis nostri communitates, quia Regulæ nostræ (quæ anima est, & forma Ordinis nostri) non fuêre subiecta.* De iisdem quoque ante (§. 18.) ista scripserat, *Africani, & Massilienses* (Monachi) *& Lirinenses Monachatum suum in Ægyptis, & Palæstinis acceperunt: quod nemo dubitabit, qui vel Seueri dialogos, de Monachis Orientalibus, vel Cassiani Instituta, vel Sancti vitam Honorati, Lirinensium fundatoris perlegerit.* Quod etiam confirmatur ex vetusto scriptore Eucherio, Lugdunensi Antistite (qui, iuxta Trithemium, claruit ann. 440. in libro *de Eremi laude*, dum de Lirinensibus Monachis agit, post relatos Honoratum, Maximum, Lupum, Vincentium, & Caprasium, subiungit: *Hæc* (scilicet Lirinensis insula) *nunc habet Sanctos illos Senes, qui, diuisis cellulis, Ægyptios Patres Galliis nostris intulerunt.* Etenim Ægyptij illi Patres (videlicet Monachi) solùm Essenatum, & Monachatum Elianum agnoscebant. Idem habet Sidonius *lib. 8. epist. 14.* vbi de Monachis Lirinensibus dicit, affectasse *Memphiticos, & Palæstinos Archimandritas.* Eiusdem ergo scholæ erant: quod clarissimè, ita vt nullus tergiuersationi locus detur, exprimit Ioannes Cassianus, *in Præfatione ad Collationem vndecimam*, quam nuncupat præfatis Honorato, & Eucherio. Vnde ex hoc solo Cassiani testimonio Benedictus Haftenus *in disquisit. Monastic. lib. 1. Tract. 5. disquisit. 3.* concludit, Lirinenses Monachos Ægyptorum Monachorum maximè instituta sectatos fuisse, videlicet antequàm Benedictinum Institutum capesserent.

[a] Tract. 1. sect. 1. §. 18. & 20.

Benedictinos institutio adscribi nequeùt Monachi Diuo Benedicto anteriores.

Eiusmodi fuerunt Lirinenses in Gallia, & alij alibi.

Traduces Orientalium Monachorum.

1156. Istis consonat Lezana *tomo 3. Annal* [a] „ Illorum „ *inquit* „ „ Monachorum propagines erant, qui ab ELIA, Carmeli Cœnobiarcha, originem duxerant. Nec abs re tales ascetícæ Vitæ institutores „ in Europa Asiaticis accensemus, cùm Orientalium Patrum Instituta in „ tanta veneratione semper apud Occidentales fuerint, vt ex eis, veluti è „ fonte, sua traxerint dogmata, Monachis obseruanda, quod Benedictus „ Haftenus *in suis disquisit. Monastic. lib. 1. tract. 4. disquisit. 4.* sic fatetur ex „ Cassiano, & Petro Rouerio Iesuita, *Petrus Rouerius è Societate* IESV, *in* „ *illustrationibus historiæ Monasterij Reomaensis num. 37.* scribit, olim fuisse mo„ ris vulgatissimi, maximè in Occidentis Regionibus, vt nemo sibi Monachi nomen „ auderet arrogare, qui non ad alicuius ex Oriente Abbatis mores, & instituta, vi„ tam dirigere videretur.„. Reminiscere hìc Lector, Superiores huius Ordinis„

[b] In Apparatu c. 1. n. 16.

Occidentales Monachi sua instituta acceperunt ab Orientalibus seu Asiaticis.

dinis. nunc *Priores* nuncupatos, olim nomine *Abbæ* appellatos fuisse. Vide suprà in S. Cyrillo *caput* 4. & ibi *in Notis*. De transitu Monachorum, & Monasteriorum Instituti Orientalis, ad Benedictinum agit etiam eodem tomo, ad annum Christi 578. [a] vbi, inter alia, sic: „ Hoc sanè pro com- „ perto erit animaduertenti similem mutationem in quam plurimis Oc- „ ciduarum partium Cœnobijs contigisse, quæ, vt sæpiùs in hoc To- „ mo inculcamus, relictâ anteriori vitæ Regularis methodo, post „ Benedictinam incederet selegerint: prout & de clebertimo illo in Gal- „ lijs Monasterio, Lirinensi vocato, animaduertunt historici; & inter a- „ lios notat ex D. Antonino Suarez *tomo* 4. *de Relig. tract.* 9. *lib.* 2. *cap.* 2. *nu-* „ *mer.* 7. etsi excedant in hoc, quòd in omnibus generaliter Monachis „ & Cœnobijs hanc mutationem contigisse credant, quod nullate- „ nùs cum veritate historica coheret, vt latè ostendimus *in Appar. cap.* 1. „ Ex quibus confirmatur suprà dicta *par.* 3. de iugi, non interrupta succes- sione huius Ordinis: quòdque omnes ferè Monachi ante SS. Basilium, Augustinum, Benedictum, & non pauci etiam post illos, in Britannia, Scotia, & alibi, fuerint ex Instituto antiquo Monachorum Essenorum Palæstinorum, & Ægyptiorum (quos omnes magni Prophetæ ELIÆ sectato- res fuisse, probatum habetur hîc suprà *par.* 3. *cap.* 15. & 20. & consequen- ter *per successionem minimè interruptam* (vt Reynerus ait) Eliades: licèt à Scriptoribus non nuncupentur *Carmelitæ*, sed communi vocabulo *Mona-* *chi* &c. aut à locis quæ inhabitabant: sicuti Ordinis S. Benedicti v.g. nun- cupantur passim *Vedastini, Aquicinctini, Affligenienses*, &c. vt iam antè ex Wa- stelio dicebamus.

[a] Num. 2. & seq.

Ante SS. Basilium, Augustinũ, & Benedictum Monachi ferè omnes Essenorum institutum sequebãtur.

1157. At cur postmodùm plura antiqua Cœnobia Monachorum à Carmelo, ex Palæstina vel Ægypto traductorum, Regulam, & Institu- tum præclarissimi Occidentalium Monachorum Patriarchæ D. Benedi- cti amplexati fuêre? Lezana dicto loco hanc adfert: [b] „ Id quidem ve- „ rissimum, nec vllo modo sub dubio versandum, quòd currenti tempore „ ob eximiam S. Benedicti sanctitudinis famam Romanorum Pontificũ, „ erga tam glorioſam in corde Italiæ exortam Religionem, fauerem; & „ egregias virtutes eorum, qui ipsius Regularia Instituta per Orbem fere- „ bant, nedùm plura sed & plurima, & passim fermè omnia Occidentis „ Cœnobia sub eiusdem Benedicti vexillo Deo militare voluerint, anti- „ quis posthabitis Institutis. „ Cuius vlterior ratio hæc est: quoad Mo- nachos, & Eremitas, è Carmelo propagatos, quòd eo tempore non habe- rent Regulam, nisi eam quam illis scripserat anno Domini 412. Ioannes Patriarcha Hierosolymitanus (de qua agit S. Cyrillus hîc suprà *cap.* 1. & infrà tractatio de eadem redibit) ea autem etsi miræ perfectionis dog- mata contineat, non tamen per modum Legis, at dumtaxat per modum exhortationis cuiusdam tradita fuit. eratque conformis Institutis Mona- chorum Græcorum, Palæstinorum & Ægyptiorum, non autem ita con-

[b] Tom. 3. Annal. in Apparatu c. 1. n. 19.

Ratio, cur plura antiquitus Monasteria S. Benedicti disciplinæ se submiserint.

ueniens

ueniens Regionibus Orientalibus, ſicuti Regula S.Benedicti, in Europa concinnata, Europęorumque moribus contemperata. Hinc facilè perſuaſum fuit pleriſque vetuſtis illis, à Carmelo propagatis Monachis, in Inſulis Britannicis, aliiſque Europæ partibus, vt Regulam, & conſequenter Inſtitutum Benedictinum admitterēt. Idque eò libentiùs fecerunt, quòd ſcirent ex ſuis quoſdam primos adhæſiſſe D.Benedicto: prout in tomo tertio Annalium noſtrorum annotatur [a] his verbis: „ Circa hoc tempus, „ iuxta Coriolanum, & alios, vel ſaltēm paulò poſt, magnus ille Occiden- „ talium Monachorum Patriarcha Benedictus ſuo celeberrimo Inſtituo „ initium dedit. Qualiter id geſtum, D.Gregorio Papæ, Marco Mona- „ cho, Adalberto Floriacenſi, Annonio Monacho, Berthario Caſſinenſi, „ Rainaldo, item Caſſinenſi, Leoni Hoſtienſi & multis aliis huius clariſſi- „ mæ familiæ ſcriptoribus relinquimus. Vnum tamen, quod noſtram ſpe- „ cialiùs hiſtoriam tangit, prætermittere fas non eſt. Videlicet, primos ſui „ Inſtituti Monachos ex illis fuiſſe qui antiquū & peruulgatum Elianū „ & Propheticum ſectabantur; eique adhæſiſſe veluti palmites palmæ, „ & hederā muro, pro fulcro nempe, & firmiſſimo ſuſtentaculo. „ Hinc Mantuanus canit. *lib.2.Parthenices.*

Quidquid habent alij Montes pietatis, ab iſto
Ducitur, &c.
Hinc varias Benedictus oues collegit....

[a] Ad ann. Chr.514. n.10.

Quidam ex Prophetici Eliani Sectatoribus inter primos S. Benedicti diſcipulos.

Inſuper vt S.Gregorius refert [b] Diuo Benedicto *Sanctæ conuerſationis habitum tradidit, & in quantum licuit miniſtrauit* quando ſcilicet in ſpelunca, iuxta Sublacum tribus annis (vt etiam ibi ex S.Gregorio habetur) vitam anachoreticam egit, Monachus quidam, Romanus nomine: qui quondam Carmeli montis incola, per Eutychianos hæreticos Conſtantinopoli pulſus, in Italiam venerat: prout refertur à vetuſtis, & recentioribus noſtris hiſtoricis. De illo plura videri poterunt in *tomo 3. Annalium Ordinis, variis* locis. Breuiter etiam de eo quædam retulimus *par.3.* [c]

[b] Lib.3. Dialog. c. 1.

[c] Cap.20. n.399.

1158. Sed quamuis in Europæ partibus quàm plures, vt diximus, ex Elianis, ſeu Eſſenis, D.Benedicti legibus ſe ſubijcerent, non tamen ita alibi in Palæſtina, cæteriſque Orientis Regionibus, nec in Europa omnes. Etſi enim „ (Regula S.Benedicti) „ prouidendi norma fuerit innu- „ meris eius Inſtituti, ipſiſque illuſtriſſimis aſſeclis, non tamen idcirco an- „ tiquorum Patrum Orientalium Inſtitutiones abſorpſit aut poſteriorum „ manus ad ſimiles viuēdi formas deſcribendas ligauit; ac proinde quem- „ admodùm poſt Baſilium & Auguſtinum plures fuerunt Monachi, qui „ vetuſtius ipſis viuendi iter arriperent, ſic & poſt Benedicti æuum. „ Ita Lezana. [d] Et iterum: „ Expendendum de ſacerrimo S.Benedicti Inſti- „ tuto, Occidentalis Eccleſiæ fulgentiſſimo ſole. Etſi namque velut nu- „ bes rorifica omnes Occidentis Regiones fœcundauerit; nihilo ſeciùs, „ plures & quamplurimi Monachiſmi ſectatores non nuperum iſtud à

Pauciora in Paleſtina nec omnia in Europa Monaſteria ad D.Benedicti inſtituta tranſierunt.

[d] To.3. in Apparatu c.1. nu.16. & 21.

Digitized by Google

„ D.Benedicto illustratum, sed antiquius aliud Propheticum, & Eliani
„ iam olim ex Oriente deriuatum arripuêre. „

Toleti in Hispania, Florentiæ, & Senis in Italia, ac alibi, vno, atque altero seculo post S.Benedictum, Carmelitarum fuerunt Monasteria, seu Eremitoria. In Palestina autem, cæterisque Orientis regionibus, interea iugiter perstiterunt Carmelitæ, sub obseruantia præfatæ Regulæ, datæ per Ioannem Ierosolymitanum, sicut ex dictis *cap.*1. *& 2. Libri S. Cyrilli* hîc suprà & *par.*3. *cap.*22. & sequentibus manifestum est: ea etiam in præfatis Europæ locis (Florentiæ scilicet, Senis &c.) obseruabatur.

Valdè erroneè aliqui Monachos ante S. Benedictum &c. Benedictino instituto ad scripserunt.

1159. Ex hactenùs dictis etiam illustratur, & roboratur, id quod suprà *cap.* 8. dicebamus; multos vetustos Scriptores egisse de Monachis Carmelitis (nempe eos, qui de istis antiquis in Britannia, nec non Palæstina, Ægypto, aut alibi Monachis scripserunt) etsi non sub isto nomine, Carmelitarum. Et causa ea est (inter cæteras) obscuritatis in Carmelitana Historia; videlicet, quòd post tempora dictorum Patriarcharum, & Fundatorum nouarum Religionum, seu Ordinum Religiosorum, subinde nõ ita manifestum sit, dum agitur de Monachis, an huius vel illius fuerint Instituti, quando id non exprimitur. Sed de istis satis hîc: plura videri poterunt apud Lezana *tomo* 3. *Annalium in Apparatu c.*1. & in decursu illius, ac etiam *tomo secundo*, vbi *ad ann. Christi* 180. agit de celebertimo Cœnobio Bannochorensi, quod, diuisum in septem particulares Conuentus, inhabitatores habebat bis mille centum, nempe trecentos in singulis Conuentibus. Ex quibus pro comperto est, quòd aliquot seculis ante D.Benedictum Monachi fuerunt in Insulis Britannicis; quorum tamen plerique; post aduentum S.Augustini ad Benedictinum Institutum transierunt. Alia de eodem valde notabilia referuntur *tomo* 3. *Annalium, ad annum Christi* 618 [a] De Glascouiensi Monasterio (quod à S.Iosepho Arimathensi inchoatum fertur, vbi claruit S.Patritius) scribitur eodem *tom.*3. [b]

[a] Lezana to.3. ad an. 618. n.8.

[b] Ad ann. Chr. 432. n.11.

Ista & alia Cœnobia ante annum Domini quingentesimum (circa quem Occidentalium Monachorum fulgentissimum iubar illuxit ipse S. Benedictus) nemo sensatus dixerit instituisse Benedictino instituto, quod tum nondum existebat. Vnum tandem cum eodem Lezana in Apparatu ad to.3. Annal. [c] pro capitis calce Lectori proponendum, in hac re, de qua in præsenti disquirimus, adeo quosdam allucinatos fuisse cœcorum instar, vt cùm sibi mente proposuissent omnes quotquot in historiis monachos reperiebant vni, vel alteri Monachali Sanctorum Basilij, vel Benedicti Ordini adscribere, quandoque (turpiter & indignè viris doctis,) scripserint aliquos cuiusdam istorum Ordinum Monachos fuisse quàm plurimis antea annis, quàm istæ Religiones exortæ essent. Ita Lezana, cuius rei exemplum ibi, & alia alibi adfert. Porrò ea monasteria fuisse instituti Prophetici, Eliani, seu Essenorum, persuadent dicta à nobis *par.*3. *c.*21.

[c] Cap.1. in fine.

CA-

Digitized by Google

CAPVT XII.

An eadem sit Religio, quæ à S. Propheta ELIA in Monte Carmelo est inchoata, & ea quæ nunc Carmelitana, seu Fratrum Beatissimæ Virginis MARIÆ de Monte Carmelo nuncupatur?

1160. ANte resolutionem, maioris claritatis gratiâ, triplicem Ordinis statum, cum Palæonydoro *lib. 1. Historiæ Carmelit. cap. 2.* proponimus. PRIMVS est à S.P. ELIA per *Eliseum*, cæterosque eius discipulos Prophetas, Filios Prophetarum, Assidæos, Essenos ad vsque Christi in cœlum Ascensionem propagatus (qui Ordinis quasi infantia, seu pueritia fuit) eo tempore Regulam scriptam habuisse non leguntur: sed norma viuendi, & Regula viua erat exemplum S. Prophetæ ELIÆ, expressum in S. Scriptura, & per continuam, non interruptam, seriem successionis traditum; sicut scribit S. Cyrillus *libro de Processu Ordinis cap. 1.* SECVNDVS ORDINIS STATVS à Christo (à quo sicut omnis plenitudinis complementum, sic & ipsam pubertatis perfectionem hausisse pro comperto est) vsque ad seculum à Christo nato ferè duodecimum, per Ascetas & Therapeutas, Essenos, Monachos, Anachoretas, & Eremitas in Carmelo, Syria Ægypto, & aliis Orbis Christiani locis, propagatus, protenditur. Quos, autem, & quam vberes fructus, quæue incrementa virtutum Carmeli vinea, ab ELIA plantata, ab Eliseo rigata, & Christi doctrinâ fœcundata, Orbi in hoc secundo statu protulerit, Tomi secundus, & tertius Annalium Ordinis recensent, & nos succinctè declarauimus *par. 3.* Sub hoc statu pro norma viuendi Professores huius Religionis habuerunt exemplar vitæ S. ELIÆ (sicut iam antè dictum) & sacrum Euangelium, vsque ad annum Christi 412. quo Regulam scriptam à Ioanne Patriarcha Hierosolymitano acceperunt: sub cuius obseruantia perstiterunt annis septingentis & vltra, videlicet vsque ad tempora Aymerici Patriarchæ Antiocheni, & Alberti Patriarchæ Hierosolymitani. Quòd verò ante Regulam istam à Ioanne datam in Scripturis etiam fuerit monasticæ vitę normula aliqua per modum ideæ Elianę, seu cuiusdam traditionis, exhortationis, directionisue, omninò verisimile est. *Tertius status* (non immeritò virili ætati comparandus) incœpit sub dictis Patriarchis Aymerico, & Alberto, quando à ritu

Triplex Carmelitani Ordinis Status.

Primus *sub Lege veteri.*

Secundus *à Christo ad vsque tempora Aymerici, & Alberti Patriarchæ.*

Tertius *à præfatis Patriarchis & deinceps.*

ritu Hebræo,& Græco, ad latinum, per ipsos Ordo translatus fuit: ex tunc Superiores,antea vocati *Patres* Hebræo nomine *Abba*: latino nomine appellari cœperunt *Priores* & exinde S.Bertholdus dicitur *primus Prior Generalis*. Non diu post per Summos Pontifices à Statu Vitæ Eremiticæ, seu solitariæ,ad publicam Ecclesiæ vtilitatem, proximorumque salutem procurandam,traductus est, & annumeratus inter quatuor Ordines Mēdicantium(sicut dictum est *cap.*10. & etiam sequenti attingetur) sub hoc statu seruatur Regula,quam ex fuliore,præfati Ioannis Patriarchæ Hierosolymitani,compendiosiorem,& Latinæ Ecclesiæ accōmodatam, tradidit Albertus prænominatus, etiam Patriarcha Hierosolymitanus: sed Summorum Pontificum authoritate in aliquot punctis modificata: de quibus,in anterioribus.

1161. His expensis,ad propositam respondemus quæstionem, quæ noua non est,sed iam olim à multis seculis mota,vti patet ex Ioanne Hierosolymitano *lib de institut. primo. Monachor. cap.*28. cuius titulus est: *Monachi Carmelitæ Christiani eiusdem Religionis sunt cum Monachis in Veteri Lege ab* ELIA *in Carmelo institutis.* Vbi, inter alia,sit ad propositum „ Intuentes „ quidam viri Monachos in Monte Carmelo nūc habitantes esse Chri- „ stianos,putauerunt (vt asseris dilecte Caprasi)eos non esse eiusdem Re- „ ligionis cum illis Monachis,qui olim per Sanctum Dei ELIAM Pro- „ phetam fuerunt in eodem Monte instituti, eò quòd illi non fuerunt „ Christiani sed Iudæi. Quàm autem erronea sit istorum virorum opi- „ nio,& à veritate douiet, ex sequentibus tibi manifestum fiet. Antiqui „ namque huius montis Monachi,etsi non nomine,tamen rectâ fide,fue- „ runt veri Christiani, sicut Monachi moderni. Quoniam illi firmam fi- „ dem in Christum habuerunt,à quo animarum salutem sperauerunt: pro „ qua consequenda mundum reliquerunt,& corpora,ac animas suas ob- „ tulerunt Deo: & de quibus ait Apostolus: *circuierunt in melotis & in pel-* „ *libus caprinis, egentes ,angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus* &c.

Eiusdem religionis fuēre Carmelitæ antiqui & moderni.

Quemadmodum igitur (vti tradunt S. Augustinus contra Faustum & Waldensis[a]) eādem fide antiqui Patres, sub vetere Lege crediderunt Christum venturum, quâ Christiani eum venisse credunt, licèt sub aliis signis,& Sacramentis: & sicut communis Religio Ecclesiæ Christi incepit ab Abel: & sic descendit per Patres,sub aliis tamen quàm nos vtimur ritibus, variatis vtique per varias mundi ætates: eadem tamen non minùs, sic variatis ritibus Religionis particularis, Religio eadem manet in substantia.

[a] Iū Doctrinali fidei lib. 3. art.1. c.10

Sicut eadē fides fuit ante & post Christum.

1162. Cuius vlterior ratio redditur, quòd, cùm in mysticis corporibus ad ipsorum moralem vnitatem,successio continua,potissimùm personarum, attendatur ab vno capite, aliquo substantiali vinculo,pro ratione talis status, inter se vnitarum, in ordine maximè ad vnum moralem finē, eadem censenda erit Religio,quæ ab vno primo conditore, successu tē-

In mysticis corporibus ad vnitatem moralē sufficit successio continua.

porum

porum perstitit, non interruptâ serie, si eumdem præcipuè finem respiciat, quantumuis mutationes in ea fiant, pro varietate temporum, extiteritque sub diuersis capitibus, ac variis multiplicibusque vestimentis, ac nominibus distinguantur; nam, vt dicit S. Augustinus, *a* secundùm diuersitatem temporum Leges mutandæ sunt, sicut alia in iuuentute, alia in senectute facienda sunt. Sic (exempli gratiâ) vnus Benedictinorum dicitur Ordo, vnicaque Religio, etsi multiplices in ea factæ fuerint mutationes. Ea propter eadem hæc nostra, & Filiorum Prophetarum in antiqua Lege, censetur Religio; cuius author, vt causa exemplaris, meritoria & finalis (sicut & aliarum Religionum) est Christus. Sanctus autem ELIAS, vt executione, & tempore hanc vitæ rationem imitatus est prior: à quo ad posteriora secula, per obseruantiam Paupertatis, Castitatis & obedientiæ, cæterorumque monasticorum institutorum (sicut prolixè tradit Ioannes Patriarcha Hierosolymitanus, *b* & eruditè probant Thomas à Iesu Maria, *c* Lezana *d* Wastelius *e*) propagata fuit, inconcisa, continuatâ, non interruptâ serie successionis, prout expresè in suis Bullis, huic Ordini concessis, declarant Summi Pontifices Sixtus IV. Iulius III. Pius V. Gregorius XIII. Sixtus V. his verbis: *Sanctorum Prophetarum* ELIÆ, *Elisei, & aliorum Patrum, qui montem sanctum Carmeli, iuxta* ELIÆ *fontem inhabitarunt, successionem hæreditariam tenentes.* De quibus latiùs in antecedentibus.

a In Epistola ad Marcell. *Hereditaria, & continua illa successio reperitur in Ordine Carmelitano.*

b Lib. de instituto primer. Monach. cap. 3. 4. 5. & 9.

c De variis Regulis Carmelit. c. 1.

d Tom. 1. Annal. in Apparatu.

e Lib. 1. Vindic. sect. 5.

1163. Adde denique, quòd, quamuis mutatio fiat in fine, & in mediis, quando tamen mutatio sensim, ac paulatim fit, mutatio talis non cessetur tollere vnitatem corporis moralem: maximè si quoad substantiale vinculum permaneat inuariatum: etenim pro comperto est, tùm Philosophiæ decreto, tum legum ciuilium statutis, ad vnitatem communitatis cuiuslibet sufficere, non interpolatam, & interruptam successionem. Sic in rebus moralibus, quæ per successionem solùm habent vnitatem, earum saluatur vnitas cum mutatione quauis paulatim facta, si non sit interrupta series, aut successio amputata, vt in Regnis contingit, & Ciuitatibus in quibus diuersitas non dignoscitur, cum mutationibus variis: idem enim Hispaniæ Regnum ab initio, quod per varios casus ad nos perstitit, eademque Vrbs felicissima Roma: Imò corpus physicum idem censetur, etsi multipliciter per ætates mutetur, aut de albo flauum, & de calido frigidum fiat. Et ab vno fonte fluuius idem fluens, & scaturiens, per annorũ miriades, iã placido murmure, cursu iam rapido, nunc sinuosâ, nunc rectâ præterfluens vitâ, nũc à Scaturigine fugitiuus; sic eadem Ecclesia, domus, nauis censetur, etsi successiuè in locũ partium fractarũ, aut detritarũ aliæ apponantur. Ignis vnus dicitur, qui sine intermissione, substitutis lignorũ fomentis, alitur: Sic quoque Pomponius §. *si grege ff. de legat. dicit si grege legato aliqua pecora, viuo testatore, mortua essent, ing, eorum alia essent substituta, eumdem gregem videri, etsi diminutum ex eo pecus esset, & vel vnus bos supereſſet;*

Variis exemplis declaratur identitas Religionis Carmelitana olim & modò.

eum vendicari posse, quamuis grex desiisset esse: Sic & Alphenus *in L. proponebatur ff. de iudic.* asserit: *Legionem eamdem haberi, ex qua multi decessissent, quorum in locum alij suffecti sunt.* Ita etiam Religionis eiusdem, per successionem vnius ad alios, ab eadem manans origine, vnitas censetur eadem, non interrupta pro diuersitate temporum, commutationibus variis. Sicut contigit in Elietana, in qua mutatio, per additionem ad perfectionem facta, extensio, vel perfectionis eiusdem potiùs reputatur intensio, quæ rei identitatem non adimit, sed auget, vt constat in physicis, & moralibus; eadem quantitas extenditur, & calor idem intenditur; atque iidem morales actus intenduntur, & extenduntur. Eiusdem igitur Religionis est censenda vnitas Filiorum Prophetarum, Essenorum, & Carmelitarum; qui iam sunt, per successionem, & non interruptam seriem vnius ad alios; vt contigit in vnica Dei Ecclesia, etsi priùs extiterit hominum congregatio Hebræorum, & postmodum Christianorum; primò ex vi institutionis Religio nō Clericorum, & postea præcipua Religionis pars assumatur ad Ordines, vt notauit Suarez [a] Florenti enim semper æuo viuere, Diuinitatis character est: cætera quæcumque visuntur extra Deum, variari quis nescit nili & sui ignarus & rerum omnium imperitus. [b]

[a] Tom. 4. de Relig. lib. 2. c. 9.

[b] Muñioz in Propugn. Eliæ lib 2. tit. 2. c. 2. art. 4.

CAPVT XIII.

Cuius Instituti olim fuerit, & nunc sit hic Ordo? an contemplationi, & solitudini destinatus peculiariter? an etiam proximorum saluti vacans? an Eremiticus? an verò Cœnobiticus?

1166. AD illustrationem præcedentium conducet quoque istius pertractatio Quæsiti: cuius resolutio, quoad priorem partem, *Num Ordo hic sit contemplationi, & orationi specialiter consecratus?* Non obscurè id eruitur ex Regula Ordinis; nempè, primam, ac primariam partem Carmelitani Instituti, eique quasi essentialem, perpetuoque inhærentem, esse Orationis studium, continuam cum Deo conuersationem, atque intimam vnionem, cum interna, ac externa sensuum mortificatione. Etenim in ea nobis expressè præcipitur, vt *maneant singuli in cellulis suis, vel iuxta eas, die ac nocte in Lege Domini meditantes, & in orationibus vigilantes, nisi aliis iustis occasionibus occupentur.* Hic est finis primarius huius Ordinis, & spiritus traductus à S.P.N. Elia, qui in Carmelo, aliisque Eremis potissimùm morabatur

Primaria Carmelitani Instituti pars quæsit.

Digitized by Google

rabatur cum ſuis diſcipulis: quibus ex iugi illo orationis, contemplationis, diuinæque præſentiæ exercitio familiare erat: VIVIT DOMINVS IN CVIVS CONSPECTV STO. Ad hunc ſcopum Ordinis huius Aſcetæ ſemper collimare, primumque aſpicere debent: eumque aliis omnibus præferre, & ex eius præſcripto actus ſuos dirigere. In quo quidem primario fine, & Ordinis ſpiritu, nihil vnquàm hactenùs imminutum, aut mitigatum fuit. Et ne vnquàm temporum curſu extinguatur, in Cõſtitutionibus *par. 1. c. 14.* inculcatur, commendatur, & ordinatur: *Vt illud imprimis mentibus noſtris altiſſimè imprimatur, Orationem eſſe Religioſi animam, quâ deficiente hanc deficere, & vigente, vigere neceſſe eſt. Quod quidem in ſacro Ordine noſtro adeò verum exiſtit, vt primam, & potiſſimam Inſtituti noſtri partem in Oratione, & Contemplatione ſitam eſſe profiteamur) Volumus idcirco, vt præter iugem cum Deo internam occupationem, cui omnes pro viribus, & diuini Spiritus vi. ctione vacabunt, bis in die fiat ſimul ab omnibus oratio mentalis.*

1166. Iſti primariæ annexa eſt, ſemperque fuit altera, tamquàm ſecundaria, *Vacare ſaluti proximorum*: hinc in Regula dicitur: *Dominicis quoque diebus vel aliis, vbi opus fuerit, de cuſtodia Ordinis, & animarum ſalute tractetis.* Id quoque nos docent exempla priſcorum Patrum noſtrorum, qui ſolitudini, orationi, & internæ cum Deo conuerſationi, ſuoque profectui ſic intendebant, vt etiam per tempora, aliorum inſtructionem non prætermitterent, ſtatis diebus ad ſe accedentes inſtruendo, pro vt noſtri, & exteri colligunt ex illis 4. *Regum* 4. verbis: *Quamobrem vadis ad eum? Hodie nõ ſunt Calendæ neque Sabbathum*; iis enim diebus populi circa Carmelum ſiti ad *Semnion* ſeu Oratorium ibi à S. Propheta ELIA conſtructum, confluebant; vt à filiis Prophetarum inſtruerentur. Ita communiter Interpretes in illum locum: prout annotat Cornelius à Lapide *in caput 14. libri 3. Reg.* vbi iſta: *Sane tempore* ELIÆ *& Eliſei in Carmelo fuiſſe Oratorium, vel ſynagogam, ad quam feſtis diebus populus conueniret, tum orationis cauſâ, tum vt* ELIAM *& Eliſeum, & ſimiles concionatores audiret, ſatis ſignificatur libr. 4. Reg. cap. 4. idq; ibidem docent Lyranus, Abulenſis & alij.* Ad hoc propoſitum ſunt etiam, dicta ſuperiùs. [a]

Pars altera Carmelit. Ordinis eſt, vacare ſaluti animarum.

Id docemur exemplis priſcorum Patrum.

[a] Nu. 175. 360. & 361.

1167. In primordiis quoque Eccleſiæ Carmelicolæ ſtrenui fuêre, in prædicanda Chriſti fide Apoſtolorum coadiutores, ſicut patet ex ſupradictis: [b] & deinceps, licèt ſemper id primarium in hoc Ordine habitum fuerit, Deo in ſilentio vacare per continua Orationis, ac contemplationis exercitia: atque adeò cunctis fuerit commendatum, & conſeruatum, ac ſi id vnicum fuiſſet: ſemper tamen fuêre, qui verbis, & ſcriptis etiam, aliis prodeſſe (maximè exigente neceſſitate aliquâ) ſtuduerunt, de Eremo deſcendentes: quod in ſolitudine ſulce contemplationis, ſuauiter meſſuerant, excuſſis granis in tritura prædicationis, largiſſuè ſeminarunt.

[b] Par. 3. c. 14 n. 340. & ſeq.

1168. Quinimò & Moniales huius Ordinis partem illam à ſuo ſexu non omninò alienam arbitrate, hunc in finem, quod pro ſua conditione potue-

Etiam Moniales huius Ordinis singulari studio in salutem animarum cooperata sunt.

potuerunt, præstitêre. Etenim, vt prætermittam vetustiores (vt S. Synclèticam, cuius in Vitis Patrũ, pro vtilitate omnium præclara extant Apophthegmata: S. Angelam Bohemam: quæ pro instructione aliorum scripsit librum Reuelationum, & de SS. Eucharistiæ Sacramento) Seraphica Virgo Teresia, sicut diuino amore, ita & zelo salutis animarum æstuabat: vt eius gesta, & Scripta abundè testantur, & variis locis. Vitæ eius Scriptores referunt: Hic quippe eam coëgit ad tot labores, tot itinera, etsi detritâ valetudine, morborumque doloribus prostratam, in cœli, & aëris intemperie, tempore brumali, niuali, nec non per intensos æstatis calores; vt scilicet sedes religiosæ hinc indè (in quibus tot animæ salutem acquirerent) excitarentur. Hinc, sanctâ quâdam æmulatione, concionatores, & omnes animabus Deo afferendis intentos, cõsiderabat; vtpote quæ id ipsum exequi etiam opus per se optabat: ac sibi concedi capiebat, magnâ Regibus, ac Dynastis, & omnibus omninò hominibus voce inclamare, vt, relicto errore, veram salutis semitam ingrederentur, & Creatorem suum agnoscerent, etsi mille sibi propterea mortes essent subeundæ. Ita Ribera *in eius vita lib. 4. cap. 11.* Imò & Concionatoribus, Lectoribus, Scriptoribus piè dotes inuidebat, exoptans, si licuisset, Apostolicas posse functiones obire, vt vniuersarum animarum lucra contraheret. Magnifaciebat omnes, qui aliorum vacabant saluti: Concionatores præcipuè prosequebatur affectu: ægrotantes precibus iuuabat: illis morientibus multùm dolebat. Precibus, lacrymis, asperitatibus, pro animarum conuersione Deum sollicitabat: & ad id præstandum suas hortabatur. Quinimò illum in finem potissimè Reformationem, seu Congregationem Monialium instituit, vt illæ iugiter pro salute animarum, & Ecclesiæ propagatione precarentur. Æmulata etiam id fuit, prout potuit, Extatica Virgo B. Maria Magdalena de Pazzi: quæ referri audiens conuersionem Indorum per Patres Societatis IESV, præ gaudio, & desiderio cooperandi exultans, exclamabat: *O si, vt auicula, volare etiam mihi liceret, quo paruulos Indianos ad gremium, & vbera S. Matris Ecclesiæ adducere possim*: ac in illum finem etiam afflictiones, & pœnitentias Deo offerebat. Solebat quotidie preces multas Deo libare, pro salute peccatorum obtinenda: & manè tot animarum cõuersionem à Deo petebat, quot gressus ipso die factura erat.

Quæ quasi ad oculum demonstratur, gradatim ascendendo,

1160. Verùm ex quo sedibus suis exturbatus Ordo, & ex Originali suo loco, Carmelo, totáque Terrâ Sanctâ pulsus, translatus fuit in Europam, & ibi radicatus, ac multiplicatus, atque Summorum Pontificum authoritate, ad publicum Ecclesiæ famulatum, agríque Dominici culturam, specialiter deputatus, & inter quatuor Ordines Mendicantes annumeratus, tunc primæ, & primariæ illi Religionis huius parti explicatiùs annexa, & innexa fuit ista altera; vt, sicut olim Apostolorum coadiutores, ita nunc simus Episcoporum, & Pastorum cooperatores: idque ex obligatione; adeò vt iam Instituti ratio postulet, vt cum Theologia mystica (quæ

ca (quæ interim semper est *Ordinis* PARS OPTIMA) litterarum, scientiarumque studia impigrè coniungantur: ad quod etiam Superiores in conscientia obstringuntur.

Aymericus Patriarcha librum istũ è Græco in Latinum traduci curauit ante annos quingentos.

1170. Dixi, interim *optimam*, & *primariam* Instituti huius *partem* semper manere, Orationis, diuinæ præsentiæ &c. exercitia (quod sanè notandum; ne, vt habet commune adagium: *currus bouem trahat*, præpostero ordine, nos totos secundario applicemus, de primario haud multùm solliciti, qui profectò non leuis error foret. Nam licèt aliorum salutẽ procurandi onus nobis incumbat, ex Ecclesiæ dispositione, & decretis Pontificum: qui propterea Regulam primariam Ordinis, ablatis iis, & mutatis, quæ Eremitis solùm conueniebant, variis modis pro temporum, locorũ, personarum varietate modificauerint, vt vitæ actiuæ magis sit accommodata: nihil tamen prorsus, vt iam antè dicere cœpimus, mitigatum fuit de assiduo, per lectionem, orationem & meditationem, sacræ Legis studio, de secretiori contemplatione, solitudinis amore, operationis assiduitate, ad euitandas otij tentationes, de præcipuo silentij cultu, omnium rerum expropriatione, de spiritualibus exercitiis humilitatis, mansuetudinis, modestiæ, charitatis, pœnitentiæ, aliisque supererogationis operibus; quæ semper in Ordine nostro, veluti partes præcipuæ, essentiales, ac substantiales, fuerunt commendatissima: prout grauiter monemur sub finem Constitutionum nostrarum. Dicant igitur Concionatores: *Adhæreat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui* CARMELE, Et quicumque externis occupationibus distentus: *si oblitus fuero tui Carmele, obliuioni detur dextera mea.* Psal. 136. Opera enim nostra vitæ actiuæ, separata ab exercitiis vitæ contemplatiuæ, obliuioni tradentur coram Deo, nec mercedem habebunt, tamquàm media fini suo principali disproportionata, & teli iactus à Scopo aberrantes.

1171. Quoad alteram Quæsiti partem, *an Eremiticus, an verò Cœnobiticus olim fuerit*, etiam ex Regula Ordinis satis eruitur; tum ea, quæ data fuit anno 412. tum quæ circa annum Christi 1205. ex illa priore per Albertum compendiata, & tradita; nimirùm, Ordinem hunc, *Eremiticum-Cœnobiticum*, iure nuncupandum. Eremiticum quidem, quia in Carmelo institutus extitit, & ibi, ac in aliis Terræ Sanctæ Eremis vltra duo annorum millenaria continuatus extitit; etenim Eremitæ dicuntur, qui Eremos incolunt. Hinc in Regula Alberti dicitur: *Albertus Dei gratiâ* &c. *Brocardo & cæteris Eremitis, qui sub eius obedientia iuxta fontem* ELIÆ *in Monte Carmelo morantur.* Et infrà: *Loca autem habere poteritis in Eremo* &c. Cœnobiticum verò; quia sub obedientia vnius in communi conuiuebant, etsi in cellulis separatis &c. Arnoldus Bostius *in Speculo historiali lib. 2. cap. 9.* postquàm egisset de vario genere Monachorum, peculiariter inquirit, ad quod pertineat Ordo Carmeliticus? & determinat, quòd *Eremitæ-Cœnobitæ sint*, qui exemplo ELIÆ, abdicatis possessionibus, & facultatibus, terrenis

Ordo hic olim erat Eremiticus cœnobiticus nunc magis cœnobiticus.

terrenis, seruant vitam solitariam, in cellulis separatis, sub silentio magno, quotidie legem Domini meditantes, ac in orationibus vigilantes: qui, Apostolorum exemplo, proprietate abdicatâ, habent omnia communia, distribuenda per Superiorem singulis, prout cuique opus fuerit: & sub isto genere Monachorum comprehenduntur his diebus Fratres B. MARIÆ Virginis de Monte Carmelo. Ita ille.

a De Relig. tom. 4. tract. 9. li. 2. c. 1.

1172. Sic quoque Franciscus Suarez *a* scribens de Monachis antiquis ante SS. Basilij, & Antonij tempora tradit, eorum professionem *partim solitariam, partim cœnobiticam* fuisse: *solitariam* quidem; quia in locis à populo semotis degebant, & singuli in separata cella, seu spelunca græcè *mandra*: *Cœnobiticam* verò, quia aliquam inter se vnionem habebant, & vnum Prælatum, qui vocabatur *Archimandrita*, græcè, seu *Abba*, Syriacè id est *Pater*: Atque ita simul solitariam & cœnobiticam vitam agebant. Cuius vestigium nunc in Ordine Carthusiano conspicimus, & expressiùs in celebri Conuentu B. Virginis Mõtis Serrati Ordinis S. Benedicti, & aliis similibus. Ita Suarez. Propterea etiam in variis Bullis Pontificum dicitur: *Dilecto Filio Priori Generali & Fratribus Eremitarum Ordinis B.* MARIÆ *de Monte Carmeli.* Et olim, non solùm in Terra Sancta, sed etiam in Europa, passim Conuentus nostri construebantur in Eremis aut villis, seu locis à ciuitatibus vtcumq; remotis: imò primis annis à transmigratione in Europam omnia penè loca recepta fuêre in Eremis, aut suburbanis, prout refertur in Speculo Ordinis *libr. 9 capit. 3.* ex Gulielmo de Samuco *libro de perditione Monasteriorum Terræ Sanctæ*, his verbis: *Igitur qui ad Cyprum transfretauerant, mansionem huic Religioni congruam in Eremo Frontaine construxerũt. Qui verò ad Siciliam nauigauerant, habitationem huic Religioni commodam in suburbanis Messanæ erexerunt. Sed illi, qui apud Massiliam applicuerant, domum isti Religioni opportunam in eremo aquæstatarum, distanti per vnam leucam à Massilia, ædificauerunt.* Similiter in Anglia primitùs se receperunt in syluam de Holim, & apud Eylisfordiam. Hinc Lezana *tomo 4. Annalium ad annum Christi 1220. numer. 12.* scribit: *Antiquis temporibus nostri Patres in locis desertis, seu Eremis, prout commodiùs poterant, Cœnobia construebant*, & ad annum 1200. agẽs de Conuentu Melitensi, constructo in nemore opaco, arboribus conito: *Eo tempore*, inquit, *Carmelitæ locis suo Carmelo similibus potiri ambiebant.* Et etiam in Belgio nostro Mechliniæ, Atrebati, Ipris, Angiæ, & alibi extrà fundati fuêre primi Conuentus: deinde, ratione bellorum, translati intra ipsas vrbes.

Etiam antiquitùs plerique Monachi vitã Eremiticã-cœnobiticã agebant.

Superioribus seculis Cœnobia huius Ordinis magis in Eremis, aut villis construi solebant.

Licitum tamen, & vsitatum fuit, etiam intrà Vrbes habere monasteria.

1173. Licitum tamen semper fuit, loca etiam intra vrbes admittere; exemplo, priscorum Patrum nostrorum in veteri Lege, (qui, licèt in Eremis, & iuxta fluenta Iordanis in casulis morarentur, habebant tamen etiam in ciuitatibus mansiones suas) & etiam in Noua (propterea dicit S. Cyrillus *cap. 3.* quòd tempore dominationis & persecutionis Saracenicæ in Terra Sancta, per annos circiter quadringentos sexaginta, *dimissis mansionibus*,

Digitized by Google

nibus, quas habebant in vrbibus, & Villis, ad Carmelum, aliasque Eremos secesserint) Idcircò etiam in Europa, iam olim aliqua, & post transmigrationem, seu translationem Ordinis è Terra Sancta, variis in locis, etiam in vrbibus Conuentus fundati fuêre. At ab anno 1323. cùm in plerisque locis populus conquereretur, quòd, ob distantiam ab vrbibus, desideratum non præstaretur ab hoc Ordine ministerium (vti videre est superiùs *par. 3. cap.* 33. *a*) Conuentus Ordinis maiori ex parte intra ciuitates fundati fuêre, & plures dissiti ab Vrbibus translati intrà, aut iuxtà eas: Apostolicâ suffragante authoritate. *a* Nu. 520.

1174. Verumtamen, nunc quilibet nostrum cum veritate dicere potest: *Quoniam vidi iniquitatem, & contradictionem in ciuitate: die ac nocte circumdabit eam super muros eius iniquitas, & labor in medio eius, & iniustitia; & non defecit de plateis eius vsura, & dolus.* *b* Propter quæ vitanda S.P.N. Elias præelegerat solitudinem: *Ecce,* inquit, *elongaui fugiens, & mansi in solitudine.* Secutus præceptum Domini: *Abscondere in torrente Carith*: vndè postmodum, eiusdem inspiratione, se transtulit in Carmelum, vbi stabilem fixit mansionem, *sedens solitarius, & tacens, & leuans se suprà se,* ad Deum, cum eo, per orationem, & contemplationem, iugiter cõuersando. Hinc Venerabilis Pater Nicolaus Gallicus Prior Generalis Ordinis, Sancto & Eliano zelo succensus, magnopere improbans vrbium inhabitationem, ignitũ eloquiũ, & sagittas potentis acutas, carbonibus desolatoriis commiscendo, deplorat Ordinem ab Eremis ad vrbes, è solitudine ad turbas populares translatum, Cellæ, & solitariæ vitæ excellentiam, ac pericula in vrbium incolatu, eleganti, & acri stylo depingens in libro Ignea Sagitta nuncupato: *breui quidem, aureo tamen, elegantiâ, & Dei Spiritu pleno:* vt scribit Lezana *in Annalibus ad annum Christi* 1270. Vnde paucula hic delibasse, haud inutile Lectori fore confido. *b* Psal. 54.

V.P. Nicolaus Gallicus Generalis Ordinis acri stylo & ignito eloquio dissuasit trãsitum ex eremis ad vrbes.

1175. „ Ex Cap. I. Heu me, mater, quæ me genuisti, sanctissima „ Religio, de altitudine excellentis, & eminentis scientiæ Circumcisionis „ spiritualis olim meritò nuncupata. Heu me Mater, cur pro damno filiorum plangere dissimulas, cùm Propheta alienus signis euidentibus non „ desinat condolere? Certè mater, si planctus Prophetici verba ponderares, ab oculis ad maxillas erumpentia, descenderent flumina lacrymarum. An ignoras, quòd in statu pristino, propter deuotionis excellentiam, auro fuisti meritò comparata? Nam sicut aurum cæteris metallis existit pretiosius; ita & inter omnes Religiones, propter secretioris „ contemplationis securitatem ampliorem, extiteras præelecta. Nonne „ tunc temporis extitit color tuus superlatiuè optimus; quando candida „ per castitatis munditiam, atque rubicunda per puditicie verecundiam, „ sancta singulis apparebas; ita quòd vniuersi tuæ vetustatis miram pulchritudinem cuperẽt contemplari? Nonne Filij tui temporibus retroactis meritò vocabuntur lapides Sanctuarij, qui per constantiam solidi,

Scintillæ coruscantes ex Sagitta Ignea *V.P. Nicolai Gallici.*

Ordo hic quantâ olim sanctimoniâ splẽduerit in eremis.

„ per ſtabilitatis propoſitum quadrati, per pœnitentiæ aſperitatem decé-
„ ter, & virtutum varietate diuerſimodè colorati, ad cœleſtis ciuitatis le-
„ ruſalem glorioſum ædificium, per induſtriam ſummi artificis inclytè
„ parabantur? Heu me, dum hæc præterita recolo, præſentia conſidero,
„ futura pertimeſco, vel aurum hoc in plumbum nè ſubitò conuertatur.
„ Quia zelus domus tuę cõmedit me, hinc ſtatum conſiderans, mater mea
„ religioſiſſima, vehementis triſtitiæ impellor emittere ſuſpiria lacry-
„ moſa.

Ex cap. 2. Quis dabit capiti meo fontem lacrymarum, vt diu, no-
„ ctuque plorans, gemens, ac ſuſpirans, tuum contra eos excitem planta-
„ torem, qui te, extra ſolitudinis eradicantes fructifera, in terram ſalſugi-
„ nis, ac malitiæ inhabitantium in ea, miſerabiliter tranſplantarunt? Quis
„ me poterit conſolari, Mater dulciſſima? Quis eſt, qui ſe filium reputãs
„ Mater ſanctiſſima, ſuper te his diebus nequeat contriſtari? Recordare,
„ & ſuſpira, & ſuſpirans recordare, quàm digna, & quàm ſancta eras in
„ ſtatu priſtino, ac in oculis omnium mirabilis, & famoſa, dum Patres no-
„ ſtros, Eremitas ſanctiſſimos, in loco paſcuæ ſpiritualis optimè colloca-
„ tos, ſuper aquam refectionis mirabiliter educatos, nutritiuo non ceſ-
„ ſabas pabulo ſaginare.

„ Ex Cap. 3. Quamdiu in ſolitudine contemplationibus, orationibus
„ ac ſanctis operibus vobis-ipſis proficientes laudabiliter inſtitiſtis, odor
„ famæ Sanctitatis veſtræ per ciuitates, & caſtra, longè lateque in orbe
„ diffuſus, ſe pro certo odorantes vniuerſos & ſingulos mirabiliter con-
„ fortauit. Sed plures tunc temporis per odoris illius redolentiam benè
„ ædificatos ad Eremi ſolitudinem, vt pœnitentiam agerent, quaſi ſuaui-
„ tatis quodam funiculo attrahentes adunauit. Nunc verò inter ſeculares
„ ſeculariter conuerſantes vobis ſeu proximis vtique non proficitis.

„ Ex Cap. 5. Dicite, quæ, & qualis eſt iſta noua Religio, in Ciui-
„ tatibus adinuenta? imò confuſiùs reſpondete, qua ibidem occupatione
„ vtili exiſtitis occupati? certè pro vobis, qui de veritate erubeſcitis, ver-
„ ius reſpondebo: per plateas ciuitatum de manè vſque ad veſperam bi-
„ ni & bini diſcurrentes..... Non eſt hæc Religio munda, & immaculata
„ apud Deum & Patrẽ, in qua oportet quemlibet immaculatum ab hoc
„ ſeculo cuſtodiri. Audite ergo Erimitæ ab Eremo nuncupati, qui in cor-
„ de ciuitatis habitaculum elegiſtis. Audite, inquam, non quid ego, ſed
„ quid Propheta protulit: Vidi, inquit, iniquitatem & contradictionem
„ in ciuitate.

Ex Cap. 8. Nonne vanitas, quam, de die in diem vagando, diſcur-
„ rendo, videtis, auditis, dicitis, ac facitis veſtræ de nocte occurrit memo-
„ riæ? Certè cùm de vagationibus, atque diſcurſibus domum redieritis,
„ ibidem recitantur rumores, multiplicantur colloquia.

Ex

„ Ex Cap. 9. O quàm securè in cella custoditur nostræ, quam vo- *Cella, & solitudinis insignis cõmendatio.*
„ uimus, castitatis flosculus! Ecce in cellam vinariam à Rege Regum
„ introducti ordinatam in nobis consequimur charitatem. O quàm benè
„ appellatur cella vinaria! nam in ea Spiritus Sanctus veros cellitas, vino
„ deuotionis mirifico sobriè inebrians, suauis contemplationis glorioso
„ lectulo facit obdormire. Sed quid de cella referam, cùm sufficienter
„ nequeam commendare? Certè inter cellam & cœlum nullum scio me-
„ dium, & ideò de hac ad illud facillimè peruenitur. Ecce iam audistis a-
„ liquas prærogatiuas, respectu tamen omnium pauciſſimas, quas in cellis
„ manentes feliciter obtinemus. O quàm magna multitudo dulcedinis
„ tuæ, Domine, quam abscondisti timentibus te? In cella solitudinis, à
„ mundi vanitate feliciter absconditi, veras paradisi delicias obtinemus,
„ quæ hominem nostrum interiorem recreant & reficiunt. „ Hæc ille præclarus Pater Generalis, pro zelo stimulatus, & bono particulari Ordinis, ac Fratrum sibi commissorum, intendens.

1176. Attamen præferendum iudicium Ecclesiæ, à Spiritu S. dire- *Authoritate Ecclesiæ ab Eremis ad Vrbes trãslatus est Ordo.*
ctæ, cùm enim tempore fugæ, è Terra Sancta in Europam, controuersia esset in Ordine (qualis ferè initio nascẽtis Ecclesiæ inter Paulum & Barnabam *Act.* 15.) An conueniret, vt Ordo hic, ex sua Institutione & Regula specialiter dicatus solitudini, de alto contemplationis descenderet ad opera vitæ actiuæ; Innocentius Quartus litem diremit (prout *cap.* 10. explicatiùs retulimus) præhabitâ scilicet maturâ deliberatione, sanctissimoque consilio, decernendo, eum, pro salute animarum, applicandum publico Ecclesiæ ministerio, quod & successores eius probauêre. Atque ex tunc, vacare saluti proximorum, quod priùs fuerat charitatis, cœpit esse obligationis; nam ex vi status, & ordinatione Ecclesiæ, ad animarum salutem procurandam iam tenemur, cùm Ordines Mendicantes, in quantùm tales, instituti sint ad actiuam vitam spiritualem in proximos exercendã. Hunc in finem Innocentius ipse Regulam primitiuam in aliquot punctis, vitæ actiuæ non ita conformibus, nonnihil immutauit, & modificauit anno Christi 1247. prout suprà annotauimus.[a]

[a] Num 331 & 748.

1177. Cœterùm, amicabili nexu combinari inter se posse, nec con- *Contestatio & actio amicabili Societatis fœdere conuenire possunt.*
trariari, contemplationem & actionem, nos docent exempla plurimorũ Sanctorum nostrorum, etiam post incolatum vrbium, & oppidorum, S. Simonis Stock, S. Alberti, S. Andreæ Corsini, S. Petri Thomæ, aliorumque non paucorum: in quibus nec actio contemplationi impedimento fuit: nec contemplationis studium ab operibus charitatis externis, in salute animarum procuranda, reuocauit: at vtrumque suis temporibus exercuerunt.

Ne autem in arida mundanorum hominum terra exsiccetur vertex Carmeli, ast irriguo superioris, (scilicet contemplationis) ac inferioris

(nempe actionis) ditetur, imitandi dealbatores; qui, cùm calx exsiccata fuerit, rursam aquâ perfundunt: sic & nos, ne per occupationes externas exaresçamus, rigari debemus contemplationis imbre. Et sicut fabri ferrarij, dum frigesçit, & indurescit ferrum, rursus igni illud iniiciunt; ita satagendum nobis, si per opera externa intepuisse nos experiamur; per meditationem, ac diuinæ præsentiæ exercitium, *exardescat ignis* deuotionis, & recollectionis. Quod, quo pacto practicandum, traditur in Libello (veraciter hunc sibi titulum præferenti) *introductio in terram Carmeli*, non ita pridem edito per R.P. Michaelem, à S. Augustino, tum Prouinciæ nostræ Belgicæ Prouincialem: vbi postquàm *tractat. 2. cap. 5. & 6.* declaratum esset, Partem Instituti Carmelitici esse actiuam vitam, *cap. 7.* & sequentibus, modus traditur, actiuam, & contemplatiuam connectendi, per charitatis actus, fidem diuinæ præsentiæ, rectitudinem intentionis &c. Idipsum pulcherrimè edocetur à magno rerum spiritualium Magistro V. Fratre Ioanne à S. Samsone *in Speculo & flammis diuini amoris cap. 4.* vbi docet sequentia: Quomodo se gerere oporteat in actione & externa conuersatione: qualiter in actione externa intentio ad Deum haberi debeat: quo pacto possint amoris filij, sine præiudicio sui amoris, magni momenti negotia peragere, studere, se recreare &c. Quæ ibi in Proœmio paucis complexus est istis S. Bernardi Verbis: *Magna res est amor, si ad suum recurrat principium, si suæ origini redditur, si refusus suo fonti, semper ex eo sumat, vndè iugiter fluat.*

CAP.

Digitized by Google

CAPVT XIV.

Liber inscriptus: De Institutione primorum Monachorum in Lege veteri exortorum, & in noua perseuerantium *adstruitur suo Authori Ioanni Hierosolymitano Episcopo* XLIV. *& huic fidei sinceritas, ac vitæ probitas vindicatur: maculæq; nomini illius falsò aspersæ diluuntur.*

§. I. *Libri præfati antiquitas, & pretium.*

1178. INter præstantiora veterum Patrum monumenta meritò reputatur Liber ille Ioannis Ierosolymitani Patriarchæ, inscriptus: *De Institutione primorum Monachorum in Lege veteri exortorum, & in noua perseuerantium*: eò quòd in illo explicatissimè describatur, & oculis quasi obiiciatur illud arctioris, sublimioris(que) vitæ genus, quàm aut Lex diuina, aut humana præscribat, aut etiam multorum mortalium infirmitas patiatur: nimirùm, Religiosi seu Monastici Instituti origo, norma, successio, & antiquitas: quod angue peius oderunt, & omnibus machinis arietare nituntur hæretici, tam veteres, quàm recentiores, sicut præclarè demonstrat Cardinalis Bellarminus *in præfatione libri de Monachis*. [a] Est etiam antiquissimum, quod extat, & præclarissimum Ordinis nostri monumentum, à nostris, & exteris quàm plurimis magnoperè commendatum (eos refert Lezana *tom. 1. Annalium in Apparatu cap. 9.*) fuitque in Ordine per multa secula habitum, & obseruatum, instar Regulæ, Monasticæ conuersationis, prout perspectum habetur ex dictis *parte 1. in libro S. Cyrilli cap. 1. & ibi in Notis:* in Breuiloquio Bostij *particula 2.* Thoma Waldensi Wicleffistarũ malleo *in Doctrinali fidei libr. 3.* (qui est de Sacramentalibus) *titulo 9. cap. 89.* vbi contra Wicleff, impugnantem antiquitatem Monastices, inter alia hæc de Carmelitano Ordine, eiusque Regula scribit: *A Ioanne Patriarcha Hierosolymitano, primò Carmelita, Regulam viuendi, græcè scriptam, accepit, quàm plenior, post sub Alberto, itidem Patriarcha, formâ digestam inspexit.* Eadem tradunt cæteri historici nostri: quos inter singulari præconio efferendus Philippus

Liber de Institut. Monach. *præstantissimum Ordinis huius monumentum.*

[a] In tomo 1 Controuersiar.

Is per multa secula habitus, & seruatus fuit pro Regula Ordinis.

Digitized by Google

a Nu. 886. Philippus Ribotus (de quo nonnulla diximus *parte 6. cap. 4.* a) qui *in Speculo Ordinis, seu de Institutione, & particularibus gestis Carmelitarum libro 8. cap. 4.* cuius titulus est: *Quòd nulla, aut pauca Albertus in prædicta Regula inserit, quæ Ioannes priùs in Institutione huius Religionis non scripsit: sed quæ Ioannes in generali, suadendo scripserat, Albertus in speciali determinat Regula*: illud accuratè, & sigillatim demonstrat. Idipsum luculenter ostendit Wastelius *lib. 1. Vindiciarum* b vbi etiam declarat, Albertum in Regula non tantùm substantiam, sed & dictiones, seu verba ipsa eadem, ex Ioannis Libro illo reposuisse; ita vt Regula Alberti compendij rationem habeat istius à Ioanne. Quemadmodum ergo quidam dicunt: Dialecticam, & Rhetoricam solum differre, sicut manum contractam à se ipsa explicata, ita de libro Ioānis, & Regula Alberti philosophandum, cùm ea præcepta, quæ in illo solùm implicitè continebantur (etsi quantum ad historiam apertè loquatur) in Alberti Regula expressa sint. Ita Lezana c. Hæc apud domesticos pro comperto habentur de illo libro.

b Sect. 1. art. 4.

Regula moderna Carmelitarum cōpendiū est Libri istius.

c Tom. 4. Annal. ad an. Chr. 1205. n. 16.

1179. Adstipulantur etiam exteri infrà referendi: quibus accensendi Aubertus Miræus (vide hîc suprà *fol. 84. num. 158.*) & Hieronymus Platus *de bono Status Religiosi lib. 2. cap. 22.* scribens de Ordine Carmelitarum: *Ipso anno salutis 412. Ioannem Hierosolymitanum Patriarcham, qui ex hoc ipso Ordine antea fuerat, eiq; præfuerat, Regulam ei condidisse.* Similia habent Ioannes Grossius, Venerab. Ioannes Soreth Palæonydorus, Lucius, Petrus Canisius, Gregorius de Valentia, & alij, quamplurimi d (sed ne tedium generemus illis referēdis, supersedemus) asseruntque, Ioannem illum Patriarchā, Ordini Carmelitano Regulam tradidisse, aut istum librum Ioanni adscribunt. Videri poterit *caput nonum Apparatus ad Tomum primum Annalium Ordinis huius*, vbi peculiariter hoc idem pertractatur, & liber ille græcè scriptus fuisse declaratur. Nam *etsi liber historicus primo aspectu videatur, quatenùs de* ELIÆ *ortu, monachatu, gestis, locis, vbi commoratus fuerit, discipulis, translatione in paradisum, successione Elisæi in Monastica præfectura, baptismo tempore primitiuæ Ecclesiæ à posteris suscepto, patrocinio Deiparæ Virginis, & aliis huiusmodi, ex sacræ Scripturæ præsertim testimoniis differit; sub historiæ tamen cortice exhortatoria Regula est, omnia quæ ad vitæ monasticæ, ac Religiosæ perfectionē necessaria, vel vtilia esse possunt mirabiliter amplectens.* Ita idem Lezana *tom. 3.* Annalium. e Deinde subdit. f *Legatur attentè, non cursim, aut carpendi libidine, & ibi, cum claritate doctrinæ, ac sacrarum Scripturarum promptissima explanatione, spiritualia documenta, moralia instituta, regularia præcepta, mystica, & allegorica plurima reperientur, quæ animum ad pietatem, & Dei amorem efficaciter promoueant.*

d Apud Lezana tom. 1. Annal. in Appar. c. 9.

Græcè scriptus fuit liber præfatus.

Magna perfectionis doctrinam continet.

e Ad ann. Chr. 412. n. 5.

f Num. 6. sub finem.

Erronèe quidam in dubium reuocant eius antiquitatem.

1180. Et interim quoad eius antiquitatem, ex recentioribus pauci nonnulli exteri in dubium reuocare volunt, an istud venerabile & Ecclesiæ Dei (vt antè diximus) ac Carmelitano Ordini pretiosum Opusculum, à Ioanne Hierosolymitano illo Patriarcha sit, & non potiùs à posteriore aliquo

aliquo editum. At ij non nisi à longè, aut certè quasi per fenestram dumtaxat, introspicientes, domus penetralia non aspexêre (sicut intuentur domestici, qui ab incunabulis nouerunt) Librum, inquam, ipsum aut non viderunt, nisi citatum ab alijs, aut certè non nisi leuiter, & cursim, prout idem Wastelius dicto libro [a] egregiè demonstrat. Nullus enim attentè leget, qui non in eo aduertat, & miretur profundam, & eximiam S. Scripturæ intelligentiam, & promptam eiusdem explicationem moralem, atque allegoricam, ipsamque quodammodò subodoretur antiquitatem. Imo Lezana [b] de eo affert: *Nisi cæci simus, libri stylus manifestè demonstrat, peruetustum & antiquum valde ipsius authorem fuisse.* Quod mihi tam euidès videtur, sicut etiam quòd eius Author sit præfatus Ioannes Patriarcha, vt, post Sacras Litteras, & Traditiones, vix vila historia, aut res certior mihi habeatur: idque (præter antiquam, semperque continuatam in Ordine traditionem, & historicorum nostrorum, aliorumque plurimorum authoritatem) satis manifestè demonstrari posse arbitror hâc ratiocinatione.

[a] Sect. 1. art. 1. & sect. 3. art. 2.

[b] Tom. 1. Annal. in Appar. c. 9.

1181. Si liber ille non sit à Ioanne isto nostro, sed à posteriore quopiam; quæro ab aduersarijs, quo tempore illum eius fabricatorem vixisse, & illud opus, Ioannis nomine, suppositum fuisse existiment? Si à duobus, vel tribus solùm seculis id contigisse dicant, à veritate longè deuiasse euidenter conuincuntur. Etenim, gradatim ascendendo, indubitatum est illud extitisse ante annos trecentos, nam circa annum Christi 1370. præfatus Philippus Ribotus illud vnà cum alijs vetustis quibusdam Tractatibus inseruit Speculo Ordinis, seu libro: *De particularibus gestis Carmelitarum*, deinde typis edito Venetiis anno 1507. cuius exemplaria ante centum & quinquaginta annos (vt dixi) impressa, & Manu-scripta, suprà ducentos annos exarata, habemus. Sub idem tempus, & proximè post, Ioannes de Vineta, Ioannes Grossius, Thomas Waldensis, & alij non pauci, authoritate vtuntur istius libri *de Institutione primorum Monachorum.*

Quæ quasi ad oculum demonstratur gradatim ascendendo.

1182. Elucubratum quoque fuisse iam suprà quadringentos sexaginta annos, & præcessisse annum Domini millesimum ducentesimum, indubitatum habetur ex his, quæ scribit S. Cyrillus [c]: ipse enim in Orientalibus illis partibus Syriæ, sicut & Ioannes, annis multis conuersatus fuit: & rei veritatem, velut testis domesticus, & Generalis Ordinis præ cæteris nosse poterat. Nescio, quo pacto quispiam, librum istum legens, id, quod asserimus, in dubium reuocare possit.

[c] In libro, de processu, & variis Regul. Carmelit. cap. 1.

Consequenter, ex eodem ibidem, cæterisque Ordinis historicis liquet, etiam vetustius esse Aymerico Patriarchâ Antiocheno: qui circa annum Christi 1142. illud è Græco in Latinum idioma traduxit. Cùm igitur versio illa facta fuerit ante annos quingentos, manifestè sequitur, nõ *à recentiore compositum.*

Aymericus Patriarcha librum istũ de Græco in Latinũ traducì curauit ante ann quingentos.

1183. Quòd etiam longè superet Aymerici ætatem, inde concluditur,

tur, quòd ſicut dictum eſt, ipſe inſtar Regulæ fuerit in hoc Ordine: & quidem per annos ferè octingentos, videlicet ab anno 412. vſque ad datam à S. Alberto Patriarcha Hieroſolymitano aliam compendiotiorē, prout ſcribit ipſe S. Cyrillus, qui eodem tempore, & loco cum Alberto, paulò poſt Aymericum, ipſoque adhuc ſuperſtite, vixit in Syria, tunc quando iſte liber in Carmelo adhuc habebatur pro Regula, ante illam Alberti, quæ data fuit circa annum Domini 1205. ex illo libro Ioannis extracta.

1184. Hactenus dicta, de Libro iſto Ioannis, in Ordine olim habito pro Regula, & per Aymericum è Græco in Latinum traducta ante annos quingentos (vndè manifeſtâ ſequelâ infertur eum græcè ſcriptum, nec à recentiore quopiam fabricatum) adeò ſunt certa (prout, antè dixi) & indubitata, vt vix vlla hiſtoria humana firmiùs ſtet; quippe cùm contigerint eo loco, & tempore, vbi, & quando tunc viuebat S. Cyrillus, qui ea refert, ſanctitate, eruditione, Prophetico Spiritu, & miraculorū gloriâ valde illuſtris: de quo proinde ſuſpicari haud licet, in re tanti momenti deceptum, aut deceptorem fuiſſe. *Quâ fronte audeat quis talia de Sanctorum aliquo vel cogitare*, inquit Waſtelius. [a] Idem tradunt ſucceſſiuè cæteri hiſtorici Ordinis, vt ſub initium capitis diximus. Liber iſte S. Cyrilli, in quo illa commemorantur, primus eſt in hoc noſtro Opere. [b]

[a] Lib. 1. Vindic. ſect. 1. ar. 3.

[b] Hic ſuprà nu. 9. & ſeq. pag. 7. & ſeq.

Inſuper, anteceſſiſſe annum 799. & non eſſe fœtum (vt aliqui autumant) Ioannis iſtius Patriarchæ Ieroſolymitani, qui ſecundùm Trithemium, Onuphrium, Genebrardum, & alios, viuebat tempore Adriani Papæ primi, & Leonis Tertij, nec alicuius poſterioris, inde probatur; quia *capite* 47. per totum (vbi agitur de habitu huius Ordinis) veſtis ſuperior, id eſt pallium, ſeu cappa, deſcribitur coloris albi, cùm tamen ab anno Chriſti circiter 630. aut 640. (quando pallia alba à Saracenis fuerunt interdicta) vſque ad annum 1287. (quo reaſſumpta alba) veſtis Superior Ordinis huius fuerit pallium barratum, ſeu varij coloris: prout referunt S. Cyrillus *dicto libro cap.* 2. & alij Ordinis hiſtorici. Vt verò vis iſtius argumenti clariùs pateat; quæro ab iis, qui librum à recentiore aliquo ſcriptum exiſtimarunt, an id contigiſſe putent ante annum Chriſti 1287. (quo relictis barratis palliis reſumpta ſunt alba) an verò poſt? Quòd non poſt, clarum eſt ex iam dictis. Igitur ante annum 1287. Hinc infero, ab anno circiter ſalutis noſtræ 640. vſque ad præfatum 1287. Veſtis ſuperior (olim nuncupata pallium, ſeu chlamys, nunc verò dicta cappa) fuit barrata, ſeu varij coloris, ſcilicet ex partibus partim albis, partim nigris: eò quòd Saraceni vſum pallij albi Carmelitis non permitterent, prout iam antè variis in locis audiuimus. Porrò in præfato libro pallium huius Ordinis deſcribitur album; vndè rectè infertur, & concluditur, ſcriptus fuiſſe ante annum D. ſexcenteſimum quadrageſimum, quandò videlicet adhuc in vſu erant pallia alba & antequam Saraceni, Terram Sanctam occupantes, illa deponi iuſſiſſent. Atque ita ineluctabili (vt reor) dilemmate euincitur,

Etiam annum 796. ſuperat liber iſte.

tur,

tur, non modò à recentiore Scriptore non esse, sed superare etiam mille annos.

1185. Denique, nec illum Ioannem Patriarcham Hierosolymitanum, successorem Eliæ, sub Hormisda Papa circa annum Christi 514. (de quo Onuphrius, Genebrardus, Baronius, & alij) Librum istum, de quo agimus, elucubrasse (vt paucis aliquibus visum) probat authoritas eiusdem S. Cyrilli, & aliorum historicorum Ordinis, asserentium, eum conscriptum anno Christi 412. à Ioanne illo, qui claruit sub Imperatoribus Arcadio & Honorio: is autem est noster ille XLIV. *Maneat ergo, vt veritas inconcussa, libri istius authorem, Ioannem Hierosolymitanum,* (XLIV. scilicet) *prout probatum est, extitisse.* Ita Lezana *tomo 1. Annal. in Apparatu cap. 9.* vbi etiam, magnam grauiorum authorum in eamdem sententiam conspirantium turmam adducit. Atque ita istum (quasi sit à recentiore editus) & alios leuiores quosdam næuos, quibus illud præcipuum Ordinis nostri monimentum, & munimentum à nonnullis respersum erat, penitùs abstergit & nubila dissipat: quod iam antè præstiterat copiosissimè, & plenissimè Wastelius *lib. 1. Vindiciarum* per totum: vbi etiam alia plura antiquitatis indicia profert, ad quæ lectorem remittimus: tum ne actum agere videamur, tum ne hic prolixiores simus. Et hæc quidem, de re sibi nota, domestici, præfati, cæteræque: quos omnes sic cœcutisse, vt Regulam prædecessorum suorum, quæ, in compendium redacta, in hodiernum vsque diem obseruatur in Ordine, ignorauerint, ecquis dicere præsumat?

Cœlestinus author libri illius Ioan Patr. Hieros. an. D. 412.

Ita conuenit dixerat traditum domestici Scriptores, & exteri quàm plurimi.

1186. Ordinis huius Scriptoribus suffragantur, (sicut iam dicebamus ex Lezana) alij plurimi: trium, aut quatuor iudicia audiuisse sat erit: Ferdinandus Quirinus de Salazar *in Appendice ad Commentarium in Prouerbia*, seu in insigni, & erudito Tractatu pro Immaculata Conceptione Virginis Deiparæ *seculo quarto argumento 12. cap. 42.* de illo scribit: *Floruit etiam hoc seculo Ioannes Hierosolymitanus, & ipse etiam Marianæ immunitatis adstipulator in libro, de Institutione Monachorum cap. 32. vbi* ELIÆ *Nubeculam ad puritatem Virgineæ Conceptionis significandam transfert, idq; antiquissimâ seculorum persuasione confirmat.* Deinde refert, quosdam existimare, istum librum scriptum non fuisse à præfato Ioanne: ipse verò suam sic subiicit sententiam: *Sed absit, vt ego gloriam istam Carmelitanis Patribus inuideam, vt & dictum Ioannem inter suos Protopatres numerent, & tam nobile, tamq; antiquum pro immaculata Virginis conceptione testimonium inter suæ Religionis ditissimas gazas ostentent. Vidi certè, atque euolui non pauca antiquitatis monumenta, vt in hac controuersia aliquid certo definirem. Nihil tamen comperi, quod non suaderet, præmissum Ioannem Carmelitanum fuisse, & dictum de Institutione Monachorum librum ab ipso conscriptum: atque adeò hanc sententiam libentius amplector & grauissimo, antiquissimoq; Ordini, quæ sua sunt, lubens restituo.*

Ferdinandus Quirinus de Salazar peculiariter commendat librum istum.

1187. Salianus quoque peruoluens librum illum, & non in cortice (vt quidam) hærens, sed ad medullam penetrans, de eius fide neutiquam

dubitans, tantieum fecit, vt *tomo 4. Annalium suorum* pleraque, quæ habet de S. ELIA, indè desumpserit; vndè *ad annum mundi 3123.* hęc de illo scribit: *Quoniam verò hoc primùm loco se offert magnus* ELIAS *vir Propheta, potens opere, & sermone, atque inter huius sui Prophetas longè clarissimus, libet nonnulla de eo huic inserere narrationi, quæ circa an. Domini quadringentesimum, Arcadio & Honorio Imperatoribus, tradidit Ioannes Hierosolymitanus Antistes, Ordine quadragesimus quartus, vt est in eius opusculo, quod in Bibliotheca Veterũ Patrum relatum est, qui vel antiquiorum Scriptorum monumentis, vel Hebræorum traditionibus Hierosolymis edoctus ea scire potuit, quæ in illum libellum mandauit, cui titulum indidit*: DE INSTITVTIONE PRIMORVM MONACHORVM IN LEGE VETERI EXORTORVM, ET IN NOVA PERSEVERANTIVM (& aliquanto post) *Græcè ab authore editum, latinitate donare curauit ante annos omninò quingentos Aymericus Anticchenus Patriarcha.* Ibidem consequenter annotat, ipsum scripsisse librum illum, postquàm ex Carmelo esset translatus ad Cathedram Hierosolymitanam, succedens S. Cyrillo: quòdque sit concinnatus *partim ex Scripturis, partim ex traditione seniorum, quibuscum à puero vixerat, qui & ipsi à maioribus eadem per manus acceperant.* Ex illo etiam plura desumpsit, ac de eo hoc fert iudicium præclarus ille Minimorum Generalis Ægidius Camartus in libro *de rebus gestis* ELIÆ *Prophetæ, capite decimo, sectione secundâ*, cuius titulus est: *Quinam præcipuè Scriptores ab* ELIA *gesta commentarijs illustrarint.* Vbi, inter alia, de Ioanne, eiusque libro sic: *Qui autem omnium amplissimè, quos quidem ego legerim, res* ELIÆ *prosequitur, est Ioannes* XLIV. *Patriarcha Hierosolymitanus, qui Hieronymo coæuus fuit. Cuius opus,* DE INSTITVTIONE VETERVM MONACHORVM, *inscriptum, habes in Bibliotheca Patrum. Eam verò Institutionem, vnà cum commentarijs, in Regulam Carmelitani Ordinis, nuper Thomas à* IESV *Vicarius Generalis Fratrum Discalceatorum eiusdem Ordinis per Belgium, edidit Antuerpiæ.* Cumque deinde aliquos adduxisset, qui existimant, opus illud esse authoris alicuius recentioris, tandem ipse concludit: *Cuiuscumque tamen sit ille liber, multæ est eruditionis.* De eodem Carthagena *lib. 17.* [a] asserit: *Ioannẽ Hierosolymitanum* XLIV. *Episcopum tempore Arcadij, & Honorij Imperatorum, Institutis Carmelitarum antiquitatem, & primordia Græco idiomate conscripsisse, quod aliorum confirmat authoritatibus; librum, inquit, illum; tãquàm vero eius auctori, tribuendũ esse Ioanni* XLIV. *expressè fatentur, Vincentius in suo Speculo historiali, &c.* Et cum plures adhuc adduxisset, subiungit: *Hi omnes, diserris verbis, fatentur, auctorem istius libri fuisse Ioannem Quadragesimum quartum Hierosolymorum Episcopum ex Carmelitis assumptum, qui floruit Arcadio, & Honorio Imperatoribus.* Alia de eodem libro, ad propositum, videri poterunt ibidem, in eodem authore, & *in Commentario ad caput 24 Ecclesiastici* Ildephonsi de flores [b] vbi inter cætera, habet: *Grauissimos Scriptores illius libri Ioannem auctorem asserere*: quos ibi consequenter refert, & circa hoc scrupulos quosdam remouet.

Sabanus ex eo multa in suos Annales transtulit.

Camartus Generalis Minimorum eundem magnifecit.

[a] Tom. 3. l. 17 hom. 2. obiect. 7.

Carthagena eum peculiariter propugnat.

[b] Parte 3. sect 36. n. 1677.

§. II. Ex

§. II. Ex illo libro de Institutione primorum Monachorum antiqua institutio Ordinis Carmelitani manifestè euincitur.

1188. HInc etiam testimonium irrefragabile, & euidens, habemus, vetustæ Institutionis huius Ordinis, & argumentum validum, arrietans opiniones omnes contrarias Patriarchatui S. ELIÆ in Ordine Carmelitano, sigillatim ante propositas, & impugnatas. Et quidem quatuor primas, Ordinis primordia referentes, aut ad annum Domini 1286. aut ad tempora B. Alberti Patriarchę Ierosolymitani circa annum Christi 1205. aut ad æuum Aymerici Patriarchę Antiocheni, sub Alexandro Tertio, aut ad annum 796. tempore Leonis Tertij; cùm liber ille antiquitate superet annum 796. vti liquet ex iam dictis: & in eo exactè describatur habitus Ordinis, qui etiam nunc in vsu est, nimirùm pallium, seu chlamys coloris albi, & superhumerale, seu Scapulare (præcipua habitus huius Religionis pars) de quo, eiusque mystica significatione agitur *capite* 46. In eodem etiam nomenclatura indicatur, nimirùm, *Ordo Fratrum Beatiss. Virginis* MARIÆ *de Monte Carmelo*: Ita *capite* 43. per totum: vbi etiam huius tituli rationes assignantur. Quin & liber ipse est in substantia planè idem cum Regula, quæ modò in Ordine obseruatur, vt ex iam dictis habetur. Nonne inde legitimâ & necessariâ sequelâ infertur, quòd eo tempore, quo liber ille scriptus fuit, hoc est ante annum 796. Ordo hic extiterit? Ita, credo, sententiam feret quilibet, qui in statera recti iudicij rationem illam appenderit. Nisi quis dicat (seu verius nugetur) quempiam de Ordine Carmelitano, antequàm esset, omnia illa somniasse, aut prophetasse, de Habitu, Nomenclatura, & Regula futuris; deque illis futuris scripsisse, tamquàm tunc existentibus: quod ridiculum est cogitare. Lezana *in Apparatu ad tomum* 1. *Annalium cap.* 9. hoc argumentum premendo, pariter & libri præfati (quod que non à recentiore scriptus) & Ordinis huius antiquitatem sic efficaciter euincit, & quasi manu palpandum præbet: *Cùm Beatus Cyrillus, qui fermè Synchronus Aymerico fuit, aut aliquanto posterior, ante annum Christi* 1208. *huius libri à Ioanne Græcè editi, & ab Aymerico in Latinum conuersi mentionem fecerit, & Philippus Ribbotus, qui à trecentis fermè annis in viuis erat, eum in suo Speculo Ordinis retulerit, ac Ciminetus, Grossus, Vimeneta, Ioannes de Malinis, & alij relati, quorum aliqui ante* 200. *annos superstites erant, ipsum commemorati fuerint, quo iure dici potest ab aliquo recentiori scriptus? Numquid recentior, aut modernus auctor appellari potest, qui* 400. *annos superasse comprobatur? Aut in historiis Sacrarum Religionum tam vetusti Scriptores reperiuntur, aut, si inueniantur, moderni, aut recentiores nuncupari poterunt?* Ex quibus

Ex eo libro desumitur fortissimum argumentum pro antiquitate huius Ordinis.

bus pro comperto habetur, librum istum concinnatum saltem ante annos quadringentos, atque etiam quingentos, id est ante tempora Aymerici Patriarchæ Antiocheni. Tunc autem Carmelitæ nondùm erant (vt sentiunt illi, qui à recentiore fabricatum volunt, & Ordinem Carmelitarum supra Aymerici ætatem non producunt) *Quis ergo hic fuit* (scribit Lezana ibi consequenter *a*) *tam studiosus Carmelitarum, qui de ipsis, antequam essent, tam præclara præscius scripsit? si alicui ex nostris eius sui impostura hanc appingant; idem redit argumentum, quomodò erant Carmelitæ antequàm Carmelitæ (vt aduersarij putant) essent. Deinde, quis tam doctus, in Sacra pagina versatus, literis diuinis, & humanis eruditus, qualis author libri ostenditur, & simul tam artificiosè mendax, & tam solenniter impostor esse eo tempore potuit, quo nostri (vt verum dicamus) humiles, deuoti, & contemplatiui, Deo & rebus diuinis, non humanæ gloriæ addicti, prorsùs existimantur?* Vtinam ij, qui nouitatis arguunt librum illum, & Ordinem hunc sub Alberto, aut sub Aymerico originem habuisse autumarunt, hæc vel leuiter perpendissent!

a Nu. 20.

1189. Ex eodem etiam prostratæ iacent binæ aliæ, circa tempus institutionis huius Ordinis, opiniones: altera quidem, annum initialem Ordinis assignans 412. (quo liber ille scriptus fuit à Ioanne præfato, & traditus Capraſio, cæterisque Carmelicolis, vt seruaretur instar Regulæ) altera verò temporibus Apostolorum primam Ordinis institutionem adscribens; nam vel obiter legenti Librum, manifestum erit, Ioannem Ordinis huius nequaquam fuisse Authorem, & Institutorem, sed alumnum, historicum, ac quodammodo legislatorem: similiter, Ordinem hunc mirificè quidem floruisse in prædicando, & promulgando Euangelio, vnà cum Apostolis, in primitiua Ecclesia, sed non tunc incepisse, ast longè, antè, videlicet tempore Regis Achab, nongentis & triginta ferè annis ante Christi ortum: prout latiùs in antecedentibus declaratum est. Rationem hanc animaduertit, & ponderauit Hieronymus Platus *b* dum ex antiquitate istius Libri infert antiquitatem Ordinis huius; cùm enim dixisset (verbis suprà relatis) Ordinem hunc anno Christi 412. Regulam accepisse à Ioanne Patriarcha Hierosolymitano, qui anteà fuerat Carmelita, subiicit: *Ex quo apparet ipsum* (Carmelitarum Institutum) *vetustius esse* scilicet dicto Ioanne.

b De bono statu Religiosi lib. 2. c. 22.

§. III. Istius

§. III. Iſtius Ioannis defenſio ſuſcipitur.

1190. QVoad vitam, ſeu mores Authoris, oſtendimus *parte 3. cap. 22.* eum à nonnullis Summis Pontificibus, Hiſtoricis vetuſtis, ac in officiis Eccleſiaſticis *Sancti* titulo condecoratum fuiſſe: vtque talis, inſertus habetur vetuſtis kalendarijs Ordinis, & quibuſdam Martyrologiis, & quidem in Catalogo Sanctorum per Petrum Aquilinum Epiſcopum (*libro 11. cap. 8.*) inter Hieroſolymitanos Epiſcopos ſanctos numeratur decimus-octauus, & in Ioannis Molani (eo loco à Cardinali Baronio habiti, vt *in Præludiis ad Martyrologium Romanum capite 9.* de eo dixerit: *Tanti viri de Eccleſia Dei, & veritate Catholica optimè meriti, nec breuem ſi hedulam deperire æquanimiter patior*), in Martyrologio ſuo, ſeu additionibus ad Vſuardum, ex impreſſione Antuerpiæ anno 1583. ad diem 12. Ianuarij eum *Sanctum* nuncupat, & inter Sanctos commemorandum ibi adſcribit. Alios plures prætermittimus: videri poterunt dicta hîc ſuprà *numer. 9. 100. & 158.* & præcipuè *num. 411.*

Ioan. Hieroſolym. ſuperioribus ſeculis paſſim Sanctus *fuit nuncupatus.*

1191. Verùm è præſcripta multorum ſeculorum ſanctimoniæ opinione non ita pridem Scriptores quidam recentiores eum exturbare ſunt aggreſſi, tamquàm de Orig. niſmo ſuſpectum culpantes. Illius autem ſinceram fidem, & morum ſanctitatem, illuſtrant, & defendunt Thomas à IESV in erudito opere *de variis Regulu Carmelit. par. 1. c. 2.* Michael Munnoz *in Propugnaculo Eliæ lib. 2.* [a] atque alij, ſed pleniſſimè Waſtelius integro libro illo tertio Vindiciarum, & Lezana *tomo 2. Annalium ad annos* 391. & ſequentes ac *tomo 3. Annalium ad annum Chriſti* 415. vbi multos, valdeque celebres refert, qui eum *Beatum*, aut *Sanctum* nuncuparunt, donec Deſiderius Eraſmus (en primum iſtius in Ioannem calumniæ authorem) & poſt eum alij nonnulli, de eo aliter ſcribere cœperunt. *Quodq;* (aſſerit) *à quinto ſeculo, in quo clauſit diem extremum, vſque ad nouiſſimum, in quo Deſiderius Eraſmus, & Marianus Victorius, gloſſas, ſeu notas edentes ad opera D. Hieronymi, neque tamen ſuprà modum periti Eccleſiaſticarum rerum, primi nomen ipſius commaculârunt, ſemper vt Sanctus habitus fuerit.* Ita ibi Lezana. [b] Tandem ibidem, aliquanto [c] poſt, ex iſtis D. Cardinalis Baronij verbis: [*Etſi olim Sanctitatis titulus communior eſſe videretur, vt non ſolùm, (vt hodie) illis tribueretur Chriſtianis, qui vitâ functi in cœlo regnant cum Chriſto. ſed & quibuſcumq; laudabilioris vitæ fidelibus: datũ tamẽ aliquãdo homini hæretico nemo dicere iure poterit:*] hunc ſtatuit Syllogiſmum, *Ex quo tale pro Ioannne noſtro vindicando conficere poſſumus argumentũ, ni fallimur (vt logici aiunt) ad hominem, & efficaciſſimum. Titulus Sancti, vel Sanctitatis datus eſt Ioanni Hieroſolymitano, tùm viuenti, tùm vita functo, ab Anaſtaſio Papa, Sozimo Papa, S. Auguſtino, S. Paulino, Luciano Presbytero, Idacio Epiſcopo Lemecenſi, qui omnes ipſum cognoue-*

Recentiores nonnulli de Origeniſmo eum culpârunt.

[a] Tit. 2. c. 4. art. 4.

[b] Ad ann. D. 415. nu. 10.

[c] Num. 15.

Propugnatur eius integritas.

Digitized by Google

gnouerunt, imò à S. Gamaliele in cœlis cum Christo regnante (omittimus Martyrologia, Catalogos Sanctorum, & officia Ecclesiastica, ac innumeros posteriores) vt ea-stat ex adductis hoc tomo, & præcedenti. Ergo numquam fuit hæreticus. Vincat ergo veritas à nobis pro posse vindicata, dum aliud, vt diximus, sancta sedes Romana non decreuerit sentiendum. Idem argumentum prosequitur *ad annum Christi* 444.

Fuit insertus Kalendariis Sanctorum & de eo tamquam Sancto vel Beato officium celebrari, decretum.

1192. Singulari quoque ratione commemorandum, quòd non modò ab istis viris magnis *Sanctus* cognominatus sit, & insertus catalogis Sanctorum, sed & in variis Capitulis Generalibus decretum pro toto Ordine fuerit, vt singulis annis die duodecimo Ianuarij, de eodem Episcopo Ioanne Officium Ecclesiasticum fieret *ritu duplici*: ac mandatum quidem id primùm, fuit Paduæ annno 1532. deindè & Vincentiæ anno 1539. denique Romæ in Conuentu S. Martini in montibus, præside ipso Emm. D. Card. S. Carolo Borromæo Ordinis Protectore anno millesimo quingentesimo-sexagesimo quarto. Ita Wastelius *libro 3. Vindiciarum* sub finem. [a] Ibidem, ex vetustis MSS. Missalibus, & Breuiariis declarat, etiam vsu receptam fuisse illam ordinationem. Quod & confirmatur ex Kalendario Breuiarij dicto anno 1564. euulgati (insertum illud habet quoad sanctos Ordinis Carmelitani Segerus Pauli in Notis ad vitam B. Auertani) in quo *ad diem 12. Ianuarij* typis rubricatis ista leguntur: *Ioannis Episcopi Hierosolymitani, Ordinis nostri, Duplex.* Hinc meritò Wastelius ibidem infert, & concludit: *Hisce tam multis pro Ioanne Episcopo testimoniis, & præclaris, ac omninò inextricabilibus argumentis, manifestà esse, quàm perperam illi detractum sit à recentioribus nonnullis: quantumque obstringantur debito restitutionis læsæ famæ antiquissimi Patris, ac Doctoris in Ecclesia Dei, quidam nomine suo, alij defunctorum Magistrorum suorum.*

[a] Sect. vltimâ ar. 4.

Debito restitutionis obstringi videntur qui Ioannis famã maculârunt.

1193. Quòd verò, dum adhuc in viuis esset, à nonnullis taxatus fuerit de Origenismo, se ipse expurgauit peculiari libro, prout Trithemius *in libro de Scriptoribus Ecclesiasticis*, & alij ex Gennadio, sic referunt: *Ipse autem Ioannes studij sui rationem reddens, dicit se non fidem Origenis imitatum, sed ingenium. Scripsit enim ob hanc causam vel maximè opus notatu dignum contra obtrectatores sui studij.* Istis consonant ea, quæ Carthagena [b] ex Catalogo Scriptorum Britanniæ sic refert de eodem: *Eius inquam Ioannis, qui ob Origenis allegoricum dogma Hieronymi, atque Epiphanij in se concitauit scripta, quibus tumen ipse sui studij rationem reddens, respondit, se non Origenis fidem, sed ingenium esse imitatum, ediditq; librum contra sui studij obtrectatores, & de Institutione primorum Monachorum librum, allegoriis plenum, quem è græco translatum vidi.*

[b] Lib. 17. homil 2. obiect. 7.

Ioannes Origenis ingenium non fidem imitatus fuit.

Aliquando etiam inter Sanctos dissidium fuit, sed salua charitate.

1194. Nec mirum, nec nouum, quandoque etiam inter Sanctos quoddam interfuisse animorum dissidium, saluâ charitate. Exempla habemus in SS. Apostolis Paulo & Barnaba, de quibus *in Actibus Apostolorum cap. 15.* in SS. Augustino & Hieronymo, vndè plures inter eos literæ interceserunt actiones, saluâ tamen pace, & charitate, tam eximiæ sancti-

Digitized by Google

Sanctitatis viris congruente. Sic & S. Cyrillus Alexandrinus, haud benè informatus, nomen S. Ioannis Chrysostomi aliquando ex diptychis, seu tabulis, vbi Sanctorum nomina inscribebantur, aboleri iussit: at, meliùs informatus, litteris Isidori Peluſiotæ, & visione sibi factâ Deiparæ Virginis; non tantùm ipse, sed illius operâ etiam alij magnarum Sedium Antistites, in sacro Albo illud reposuerunt. [a] Cur autem seculo quarto, quo viuebant S. Hieronymus, S. Epiphanius, & Ioannes Ierosolymitanus, inter varios etiam Sanctos controuersiæ aliquæ fuerint, sic declarat Wastelius *lib. 3. Vindiciarum* [b] Difficultates,, inquit, „ ortæ sunt inter ipsos Do- „ mini Sacerdotes, & Monachos, in odium videlicet hæresis, omnium- „ que in doctrina nouitatum: quo in genere multum valebat, vel sola de „ nouitate suspicio, narratio quoque aliqua parte probabilis: fuit autem „ illud pugnæ Ecclesiæ Dei vtile, vt non cito nouæ hæreses in Orientali „ Ecclesia exurgerent. Quatenùs quoque viri sancti erant, mutuam non „ destruebant charitatem, sed eam in Domino ædificabant, tamersi in „ medio error aliquis fortè erat, Deo hoc permittente ob commune con- „ seruationis fidei bonum. Et ferè *Sanctorum* illud *bellum* fuit, ad defendē- „ dam Ecclesiam, nè in ipsam irreperent periculosissima Origenis dog- „ mata, sub specie perfectionis Spiritualis, maximè autem propter viri „ apud omnes Christianos summam auctoritatem.„

[a] Ita Nicephor. li. 4. cap. 18.

[b] Sect. 2. art. 1.

Olim conuentiones quasdam inter Præsules Sanctos cur Ecclesiæ vtiles?

Cæterùm, *de Origine semper fuit varia Doctorum opinio: quibusdam hæreticum asserentibus, aliis ipsi fraudem affirmantibus impositam.* Ita Trithemius *lib. de Scriptoribus Eccles.* Constat quidem eius scripta magnis quibusdam respersa fuisse erroribus: sed ab aliis falsa illa inserta fuisse non pauci arbitrantur.

1195. Præterea ad id quod à nonnullis contrà Ioannem obiicitur, eum de hæresi apud aliquos suspectum fuisse, bene respondet Michael Muñioz in Propugnaculo Eliæ [c] Quod circa annum Christi quadringentesimum, quando variarum hæresum pestis grassabatur, multi ex SS. Patribus, ob communicationem aliquam cum aliquo erroribus infecto, suspicionem de hæresi incurrerint: Quinimò ex eo solùm, quod quispiam vir sanctus laudaretur ab aliquo suspecto de hæresi, suspectus ipse redderetur. Id ex Cardinale Baronio, atque aliis, variis exemplis confirmat, in SS. Basilio, Gregorio Nazianzeno, Chrysostomo, Epiphanio & aliis. Qui propter illam suspicionem nullam passi sunt infamiam; quippe veritate compertâ sic toto Orbi satisfecerunt, suam innocentiam propalantes, vt glorioſum potiùs nomen sint consecuti. Quod de nostro Ioanne (Origenis ingenio, non fidei, seu erroribus insistenti, vt dictum est) pariter asserimus, & luculenter declarant præfati Muñioz, Carthagena, Wastelius, Lezana, & alij. Poterunt si placet, recentiores nonnulli perpendere iam dicta, &, quo iure licitum sit, Præsulem à præscripta duodecim seculorum opinione Sanctitatis (prout ex dictis liquet) velle exturbare, at-

[c] Lib. 2 tit. 2. c. 4. art. 4.

Digitized by Google

que hæreſeos crimine damnare? prout Waſtelius relatus, alijque monent.

1196. Concludimus hic cum, & ex præfato P. Ildephonſo de Flores, in florido Commentario *ad caput* 24. *Eccleſiaſtici* [a] vbi poſtquàm adduxiſſet elogia ſanctitatis, Ioanni data à S. Auguſtino, S. Sozimo, Idatio, & aliis, tandem ſubiungit: *Equidem, vt Sanctorum Canoniſmum ad Chriſti Vicarium pertinere agnoſco; hæc antiquorum, recentiorumq; teſtimonia pro Ioanne adſcribenda exiſtimaui, nè quiſpiam de Patriacha, à magnis viris, atque præſertim de Summo Pontifice, commendato, facilè præiudicaret.* Et cum Lezana *tomo* 3. *Annal.* [b] vbi cùm etiam plures retuliſſet, qui eum ſanctitatis præconio celebrant, infert: *Videri, illi negari non poſſe genus illud canonizationis antiquum ſatis in Eccleſia, quod vel Epiſcoporum conſenſu, vel Chriſtiani populi receptâ traditione fiebat, prout optimæ notæ Theologi, Waldenſis noſter, Cardinalis Bellarminus, & alij doctiſſimi ſuis Scriptis conſignarunt.* Deinde ſubdit: *Verumtamen modeſtiæ, humilitatis, & obedientiæ verſus S. Sedem Apoſt. limitibus tenti id non aſſerimus, & rei tantæ iudicium ipſius examini, & ſententiæ omninò relinquendum cenſemus (ſicut in cauſis Luciferi Calarritani, Ioannis Caſſiani, Fauſti Rhegienſis, & quorundam aliorum prudentiores efficiunt) contenti dumtaxat, ſecundùm hiſtoriæ leges, ea retuliſſe, quæ eandem ſanctam Sedem excitare poſſunt, vt, veluti communis mater læſæ famæ perantiqui Patris, & Doctoris, ac Eccleſiæ Ieroſolymorum Præſulis (prout ſperamus) conſulere dignetur. Interim nos neque Sanctum, neque Beatum, Canonizatum, aut beatificatum appellamus, aut appellandum cenſemus.* Sic quoque & nos hic dicta accipi deſideramus, ſub proteſtatione facta in initio operis: cuncta ſcilicet S. Romanæ Eccleſiæ iudicio, ac cenſuræ ſubmittendo.

[a] Par. 3. ſect. 36. n. 1689 & ſeq.

[b] Ad ann. 415. n. 10.

Humilis proteſtatio circa ante dicta.

§. IV. *Eiuſdem Ioannis Monachatus in Carmelo propugnatur.*

1197. ET hæc circa iſtum librum *de inſtitutione primorum Monachorum*, ac vitæ probitatem, fideique ſinceritatem Ioannis hic pro ratione compendij, dicta ſufficiant: qui plura deſiderat, adire poterit præfatos Waſtelium, Lezana, Thomam à Ieſu, Michaelem Munñoz, Carthagena, Matthiam à S. Ioanne, atque alios recentiores noſtros, è quibus (& quidem peculiariter ex ipſo Carthagena *libro* 17. *homiliarum homiliâ* 2.) vnũ, per vndecim quidem ſecula haud controuerſum inter ſcriptores, ſed demùm à recentioribus nonnullis in dubium reuocari cœptum, videlicet eiuſdem Ioannis Monachiſmus in Carmelo, paucis hic demonſtrabitur. Et quidem *Monachum fuiſſe diſertis verbis tradit D. Hieronymus in epiſtola ad Theophilum.* Ita Carthagena [c] qui etiam variorum Scriptorum authoritatibus, & communi traditione Ordinis huius, probat, eum Carmelitam fuiſſe:

Monachiſmus Ioãnis in Carmelo illuſtratur.

[c] Lib. 17. homil. 2. ad obiect. 7.

Digitized by Google

se: quod & historicorum omnium Ordinis huius, atque aliorum plurimorum Scriptis confirmatur: præcipuos aliquod adferemus. Primus meritò hic audiendus vetustus Ordinis Pater & Scriptor S. Cyrillus in Opusculo, seu libro, *de processu, & variis Regulis huius Ordinis cap.* 1. (hic suprà *parte* 1. *num.* 9. *pag.* 7.) vbi id quàm expressissimè asserit: *Fuit autem tempore Arcadij, & Honorij Imperatorum in Monte Carmeli Pater dictorum Religiosorum vir miræ virtutis & perfectionis, Ioannes nomine, ... Qui tandem, propter eius Sanctitatem, in Pontificem Hierosolymitanæ Ecclesiæ sublimatus. . . . . Ioannes ergo cernens, quòd propter occupationem susceptæ officij non posset vlteriùs iugem in Monte Carmeli residentiam trahere,* &c. Isti (merito doctrinæ, & famæ sanctitatis) proximus adstat, de Ioannis Monachismo in Carmelo, sententiam dicturus Thomas Waldensis, *in Doctrinali fidei tomo* 3. *titulo* 9. *cap.* 89. (relatus sub initium capitis huius, & alibi) ita scribens de Carmelitano Ordine: *à Ioanne Patriarcha Hierosolymitano, primò Carmelitæ, Regulam viuendi græcè scriptam accepit.* Et ne quis dubitet, an de alio quopiam posteriore id sit intelligendum, subiungit, hoc contigisse *tempore Arcadij, & Honorij Imperatorum* (videlicet anno Domini 412.) Ioannes Grossius *in tractatu de Sanctis Ordinis Carmelitani* (habetur *in Speculo Ordinis*, Venetiis excuso anno 1507. *folio* 103. sub initium) Hunc Ioannem inter Sanctos, seu Beatos Ordinis recensens, sic cõmemorat: *S. Ioannes Patriarcha vel Episcopus Hierosolymitanus Heremita Montis Carmeli*: ibidem proximè subiungit: *Fuit* XLIV, Episcopus *post S. Iacobũ*: is autem est Ioannes de quo hic agimus. Deo eodẽ latiùs scribit Ioannes Palæonydorus *in historia Camelitana lib.* 2. *cap.* 6. cuius titulus est: *Quòd circa Honorij & Archadij Imperatorum tempora Ioannes* XLIV. *Patriarcha Hierosolymorum, & alij vtriusq; sexus Carmelitici Ordinis sanctissimè viuentes claruerunt.* Vbi inter cætera sic ad propositum. *Tempore Honorij & Archadij Imperatorum circa annos Domini* CCCC. *fuit quidam nominatissimus Montis Carmeli Eremita, sanctæ, Religiosæq; vitæ, nomine Ioannes. Hic iuuenili ætate videns quàm rarè sunt veræ amicitiæ, fallaces amores, omniaq; esse caduca & transitoria, pecuniam, mundum quoque adeò contempsit, vt Eremum Montis Carmeli peteret.* Et post alia de eodem: *Ioannes, Cyrillo defuncto, ad Patriarchatum Hierosolymitanum est assumptus.* Ibi consequenter adfert de illo Scriptorum aliquot elogia, & tradit, eum scripsisse librum *de Institutione primorum Monachorum*: sub cuius disciplina, & institutione Carmelitæ seculis multis vixerunt. Arnoldum Bostium, celebrem Ordinis huius historicum, ferè similia scribentem videre licèt hic suprà *in Breuiloquio tripartito parte* 3. *capit.* 1. [a]

Historicorum omnium Ordinis huius comprobatur authoritatibus.

[a] Nu. 100. & 101.

1198. In testimonij societatem huc aduocare liceret turbam exterorum, è quibus plures sunt hoc capite citati: quos inter id disertè satis indicant Iacobus Salianus, Ferdinandus Quirinus, & Hieronymus Platus verbis hic antè relatis: & Ioannes Molanus, in suo illo, ad Vsuardi Martyrologium, Auctario, die 12. Ianuarij, eum commemorans (inter Sanctos,

Plurimorũ aliorum calculo cõfirmatur.

&os, seu Beatos) disertè nuncupat: *Ioannem Episcopum Hierosolymitanæ Ecclesiæ, Ordinis Carmeli professorem.* Ita ibi. Quibus omnibus suffragatur constans, & perpetua traditio in Ordine Carmelitano historicorum omnium eiusdem huius Religionis (vt iam dicebamus) calamis stabilita.

Istis accedit authoritas Officii Ecclesiastici approbati.

1199. Denique maioris etiam authoritatis pondus iam dictis apponimus, Officium scilicet Canonicum à Sede Apostolica sæpiùs approbatum pro festo S. Cyrilli Alexandrini ad diem 28. Ianuarij (vnde quædam dedimus *parte 3. cap. 22.*) vbi de S. Cyrillo legitur, quòd *adolescens ad Ioannem Episcopum Ierosolymitanum, vt Christianæ vitæ perfectione imbueretur, se contulerit: cuius consuetudine in Carmelum Montem secedens, ibi cum aliquot piis hominibus illic degentibus cœlestem vitam in terris aliquamdiu egit.* Quibus Carmeli incolatus & Ioanni, & (eius exemplo) S. Cyrillo, patenter adscribitur. Id solùm, credo, cuilibet pio Catholico satis esse debet, vt assentiatur monachismo Ioannis in Carmelo. Alia circa hoc videri poterunt in Annalibus Ordinis *tomo 2. ad annum salutis 351.* vbi multorum authoritatibus probatur Monachismus fuisse *ad annum* autem 371. *numer. 10.* eiusdem in Carmelo incolatus, & Monachatus sic adstruitur: *Comprobant intentum Ordinis Kalendaria, non tantùm neoterica, sed etiam vetusta.* Et infrà: *Accinit ad propositum copiosissimus Scriptorum chorus, qui vno veluti ore hunc Ioannem Carmelitam, vel Carmelitis accensendum putant:* vbi isti referantur consequenter indicat: & deinde: *De nostris autem auctoribus, quamuis superfluus labor videatur eos recensere; quia pro perpetua, & constanti traditione, hoc apud illos semper fuit, nihilominus vel compendio dumtaxat aliqui vetustiores referendi, ex quibus plures tantæ authoritatis sunt, vt non nisi à turbatæ mentis hominibus reprobari queant. Hi sunt B. Cyrillus Cõstantinopolitanus:... Ioãnes de Malinis à 300. fermè annis Ioannes de Cimineto circa idem tẽpus. Philippus Ribotus eiusdem æui.... Ioãnes de Vineta.... Reuerendissimus Ioannes Grossius Ordinis Generalis circa annum 1389. Alius Reuerendissimus Pater, inter Beatos à pluribus numeratus, Ioannes Soreth..... Thomas Waldensis,* &c.

Denique, Authorem libri *de institutione primorum Monachorum* (quem Ioannem istum fuisse demonstratum manet §. 1. *huius capitis*) Carmelitam, seu alumnum Elianæ Carmelitanæ Religionis fuisse manifestè satis (vt inficiari queat nemo) ipse indicat *capite* 1. his verbis: *De ipso fundatore, & primis eius discipulis, cæterisq; huius Religionis priscis professoribus, succinctè edisseremus, sicut hæc omnia antiqui huius nostræ conuersationis sectatores ante nos intellexerunt; & nobis tam in veteri, quàm in noua Lege doctrinis, & exemplis philosophati sunt: vt per hæc discas, quantâ Sanctorum præcipuorum authoritate hæc nostræ vitæ Religio confirmetur.* Vbi notanda illa: *huius nostræ conuersationis sectatores*, & *hæc nostræ vitæ Religio.* In consequentibus tractans de S. Elia, eiusque discipulis filiis Prophetarum, quandoque repetit *Prisci nostræ Religionis professores.* Et ea quæ in eo libro tradit, se ab antiquioribus huius Religionis sectatoribus, consortibus suis, quasi per manus accepisse, asserit. Sic *capite*

39. in

39. in Wastelio (in Bibliotheca autem Patrum 32.) agens de *Nubecula*, in Carmelo S. ELIÆ monstrata, ait: *Traditum tenemus* (scilicet à S. ELIÆ posteris & priscis huius Religionis professoribus) *Deum sub figurata visione revelasse tunc* ELIÆ *quatuor magna mysteria.* Quæ ibi consequenter explanat. Id antiquitatis scrutator, inter præcipuos meritò reponendus, Iacobus Salianus in *Annalibus veteris Testamenti ad annum mundi* 3123. *ante Christum* 930. rectè animaduertit, dum de *Ioanne Ierosolymitano Antistite, ordine quadragesimo-quarto* & illo libro ab eo scripto circa annum Domini quadringentesimum, Arcadio & Honorio Imperatoribus, asserit: *Eum ille librum conscripsit, cùm post diuturnam vitæ religiosæ cum Fratribus Montis Carmeli professionem* (*Hierosolymis, post S. Cyrillum, factus Pontifex*) *ad alias euocatus curas, non potuit eos vltra domesticis exemplis, verbisq; instituere: rogatus à Fratribus, maximeq; à Capraſio, quem ille Præpositum Religiosorum suo loco relinquebat, ad eorum consolationem, certioremq; institutionem, edidit librum, in quem non pauca, partim ex Scriptura mandauit litteris, partim ex traditione seniorum, quibuscum à puero vixerat; qui & ipsi à maioribus eadem per manus acceperant.* Nil clariùs ad intentum dici posset.

1200. Hæc si non ignorassent recentiores quidam (dum vnus post alium, & ex alio, scribit, vnumque, circa hoc, ducem errantem (pace eius dixerim) cæteri sequentes, atque ita in foueam erroris consequenter incidentes) non tam rigidam, reor, in totum Carmelitanum Ordinem tulissent sententiam, vt Monachismum Ioannis in Carmelo tamquam fabellam, reiicerent: quæ sine ipsius S. Cyrilli, Ioannis Soreth, Thomæ Waldensis, & aliorum istorum omnium præfatorum, iniuria, dici non posse videntur. Ast eatenùs ij qui primi ista scripserũt excusari possunt, quòd Ordinis huius monumenta, & antiquas historias, non viderint. Et hinc cõfirmatur (quod alibi insinuauimus) viros etiam præstantissimos minùs oculatos, & quandoque magis ignaros in domo aliena, quàm sint vel mediocriter docti, & non ita sapientes in propria: quodque de alterius Ordinis, aut familiæ rebus scribere volentes, si errare nolint, domesticos consulere debeant, prout etiam aliquoties in anterioribus monuimus.

Digitized by Google

APPENDIX
QVA TRADITÆ IN ANTERIORIBVS HISTORIÆ CARMELITANÆ FVNDAMENTA FIRMIVS STABILIVNTVR.

Motiuum ad hanc Appendicē.

1201. *Post vltimam ferè ductam lineam in octaua, & postremam delineatæ Carmelitanæ Vineæ tabellam, dùm absoluisse putamus, & gaudemus, à variis rogati fuimus, vt quædam asserta circa Monachatum, & vota in veteri Lege, in antecedentibus hinc inde declarata*[a] *luculentioribus testimoniis, & rationibus stabiliamus, ac quorumdam circa ea scrupulos remoueamus. Id cùm ad totius Monasticæ antiquitatem clariùs perspiciendam, atque adeò ad eius commendationem conferre non parum videatur, istorum precibus, & instantiæ morem duximus gerendum, peculiariter tria nostra effata, ceu fundamentalia, non quidem singula seorsim, ast (vt compendiosiori viâ incedamus) quasi simul, eâdemq; operâ cõprobantes, & dein eis opposita retundentes. Excusatos autem nos habeat Lectoris beneuolentia, si quandoq; hic per eamdem lineam serram reciprocare videamur, dum quædam suprà allata repetuntur; id enim (vt sparsim dicta hîc simul collecta, & in compendium redacta, atque ita vno ceu intuitu oculis obiecta, quid sentiendum sit circa illas assertiones euidentiùs iudicetur) necessarium videbatur.*

[a] Par. 2. c. 1. 2. 3. & 7. par. 3. ca. 1. par. 8. c 6.

CA-

Digitized by Google

CAPVT I.

Prima Carmelitanæ historiæ fundamenta authoritatibus Patrum, & Doctorum firmantur.

1202. ASserta tria apud nostros scriptores, aliosque quamplurimos vt certa supponuntur,& tamquàm Carmelitanæ historiæ fundamenta habentur: I. *S. Prophetam* ELIAM *Monachum fuisse Legis veteris, & Monachorum Antesignanum, ac Carmeliticæ Religionis Fundatorem.* II. *Monachismum verum fuisse in Lege veteri, eius tamen imperfectioni proportionatum,& qui à Christo perfectionis complementum acceperit.* III. *Ipsum S. Prophetam seruasse castitatem, paupertatem ac obedientiam, & quidem cum aliquali voto.* Ea sunt,quæ rursus solidis Scriptorum grauiorum, ac omni exceptione maiorum fulciri testimoniis expetuntur. Decem selegimus, qui (sicut olim Romæ Decemuiri) sententias circa præfata dicant,etsi non singuli de omnibus,sed quidam de aliquibus tantùm,alij de cunctis simul. Sunt autem illi: S. HIERONYMVS celeberrimus Ecclesiæ Doctor, S. ISIDORVS vir eruditissimus,non minùs sanctitate, quàm doctrinâ insignis. Ita Trithemius *libro de scriptoribus Ecclesiasticis*: ipseque TRITHEMIVS, de historica antiquitate optimè meritus: GILBERTVS GENEBRARDVS Chronographus inter celeberrimos iure reponendus (vterque sacri Instituti Benedictini) DOMINICVS SOTO Ordinis Prædicatorum præstans Theologus: DOMINICVS GRAVINA eiusdem sacræ Religionis nobilis Scriptor: IVDOCVS CHLICHTOVEVS, ab insigni eruditione notus: ÆGIDIVS CAMARTVS Ordinis Minimorum Generalis, præcellentis doctrinę famâ clarus: IOANNES DE CARTHAGENA Seraphici Ordinis Minorum homiliographus percelebris: COELESTINVS A MONTE MARSANO, Capucinus eruditè scribens. Istos igitur per ordinem audiamus.

1203. Primus meritò hîc prodit, circa veteris Legis Monachatum, & Virginitatem, sententiam dicturus, S. HIERONYMVS, qui *de Institutione Monachi ad Paulinum*, cum variis exemplis demonstrasset, quod *habeat vnumquodq; propositum Principes suos*, vtique præstantissimos in suo genere, quos imitari oportet, nempe Philosophi Aristotelem,& Platonem (vtique Philosophos) Oratores Demosthenem, & Ciceronem (similiter in Oratoria facultate præcellentes) atque ita in aliis: tandem deueniens ad Monachos. *S. Hieronymus adstruit* S. Eliam, *& discipulos eius* Monachos. Monachos.

chorum Principes & Virgines.

nachos(qualis ipse erat) *Nos autem*, inquit, *habeamus propositi nostri Principes, Paulos, Antonios ..... Et vt ad Scripturarum authoritatem redeam, noster Princeps* ELIAS. Vide *parte* 2. *cap.* 1. vbi etiam alia ex eodem. Sed quid de Castitate, & Virginitate? *In Epistola ad Eustochium de custodia Virginitatis* sic declarat id quod sentit: *Vacuus erat Orbis: & vt de typicis taceam sola erat benedictio liberorum.* Et aliquantò infrà: *Paulatim verò increscente segete, messor immissus est Virgo* ELIAS, *Eliseus Virgo, Virgines multi Filij Prophetarum.* Vbi notandum, *Virgines multi.* Itaque ex mente S. Hieronymi ELIAS Monachus fuit, & Monachorum Princeps. Vnde etiam habetur Monachatus in Lege veteri: qui subsistere non potuit absque obseruantia Paupertatis, Castitatis & Obedientiæ. Paupertatem idem S. Doctor indicat *in epistola ad Paulinum* scribens ELIÆ posteros *tam pauperes fuisse, vt polentâ & herbis agrestibus victitarent, in eremis casulas edificantes*, simulque conuiuentes: vndè de Obedientia innuitur: de Castitate iam audiuimus. Hinc disertè eos *Monachos in veteri Testamento* nuncupat.

Occasionaliter porro hîc animaduertendum ex dictis, S. Hieronymũ Monachum fuisse (quod extra controuersiam est) at cuius Instituti? Eliani, saltem quoad imitationem, sectatorem fuisse, & Essenatus cultorẽ tradunt passim historici nostri, & peculiariter Annales Ordinis huius *a*. Et satis innuere videtur, dum S. ELIAM & Eliseum sui Instituti Principes nuncupat: *Noster Princeps* ELIAS, *noster Eliseus, nostri Duces Filij Prophetarũ.* Eadem est ratio de S. Isidoro (de quo mox) prout etiam suprà indicauimus *b*. Et quidem de S. Hieronymo confirmant quoque ea quæ diximus *par.* 3. *c.* 21.

a Tom. 2. ad an. D. 342.

b Par. 3. c. 29. n. 475.

1204. S. ISIDORVS *lib.* 2. *de Offic. Eccles. cap.* 15. de Monachorum Authoribus ferè eadem scribit: *Vnde ad Monachos studium defluxerit paupertatis, vel quis huius conuersationis extiterit Author, cuius isti habitum imitantur, videamus.* Mox hos Monasticæ conuersationis Duces primos statuit: *Huius Princeps* ELIAS *& discipulus eius Eliseus fuerunt.* *c* Et *cap.* 17. de Virginitatis Authoribus sic resoluit: „ Nunc autem quæ sit sacræ Virginitatis integri- „ tas, vel à quo tam sancti propositi sumpsit exordium, breuiter intima- „ bo. Quantùm enim pertinet ad vetus Testamentum ELIAS, & Hiere- „ mias, & Daniel Castitatis, & continentiæ bonum primi constituisse di- „ gnoscuntur: quantùm verò ad nouum, virorum Virginum caput est „ CHRISTVS, feminarum Virginum caput est MARIA. „ Vbi notanda illa sacræ Virginitatis integritas: diximus autem *par.* 2. *cap.* 7. per sacratam Virginitatem, Videri designari votum Castitatis, quod hominem Deo consecrat. Simili etiam loquendi modo alij vtuntur ELIAM nuncupantes *Virginem sacrum.* Istis etiam disertè adstruitur à S. Isidoro primatus Virginitatis in Lege veteri ELIÆ &c. in noua autem Christo, & Sanctissimæ eius Matri.

S Isidorus asserit S. Eliam *Authorẽ Monasticæ cõuersationis & sacratæ Virginitatis.*

c Vide supra n. 167.

1205. III. ABBAS TRITHEMIVS librum scripsit integrum de ortu & laudibus Ordinis Carmelitani: in quo *cap.* 2. circa sententias controuersas

uetsas ista : ELIAS *Prophetæ Domini eximius rectè & catholicè Fundator Carmelitanæ Religionis dicitur*: quod triplici ratione declarat, quam *par.2.cap.1.* perstrinximus. Ibidem, & sequenti capite, ostendit, in veteri Lege posteros S. Prophetæ ELIÆ, in Monte Carmelo commorantes, Monachos fuisse. In cuius confirmationem adfert etiam tum Monacharum, suo modo, celebrem fuisse in Gallia-Belgica inter Gentiles, cuius Professores antiquitas *Druides* appellauit. Videri poterunt quæ de eis dicta sunt *parte 3.* Eodem capite specialiter de *Castitate* & votis sic scribit: ELIAS *Virgo, mente, & corpore, nullius corporei coitus macula inuenitur fuisse permixtus; sed tantâ puritate corã Deo, & hominibus emicuit, vt mortem iam per annos bis mille quadringentos triginta differre meruerit. Fratres autem Carmelitæ, sancti Principis exemplo instructi, ad perpetuam se Castitatem voto Religionis obligant.*

Trithemius S. Eliam nuncupat Fundatorẽ Ordinis Carmelit.

a Nu.161. Et Virginẽ cuius exẽplo Carmelitæ castitatis võtum emittunt.

1206. IV. GILBERTVS GENEBRARDVS quid senserit circa Institutionem, & successionem huius Ordinis retulimus quoque in præcedentibus, nimirùm eius *originem reperendam à Prophetis* ELIA & *Eliseo*. Ita scribit ad annum Christi 1172. corrigens Polydorum aliter sentientem. Vide eius testimonium integrum hic suprà *par.* 8. *cap.* 3. Ad annum autem mũdi 3272. disertè asserit *Institutum istud Propheticum manasse ad posteros, & cõtinuatum fuisse per Essenos*: quos SS. ELIÆ & *Elisei* successores, & veri nominis Monachos extitisse, habetur ex eadem *part.* 3 *cap.* 4. vbi etiam ipsius Genebrardi verba reperiuntur. Illud de iugi persistentia posterorum ELIÆ in Carmelo confirmatur etiam ex eis, quæ habet ad annum mundi 3270. *Ei* (ELIÆ) *post mortem Synagoga siue Sacellum in Carmelo Monte, vulgato ipsius habitaculo, dicatum est, in quo vigebat Oraculum, de quo Sueton. in Vesp. cap.* 5. De illo Sacello ELIÆ dicato videri poterunt dicta *par.* 3. *cap.* 16 De votis autem Religiosis ista scribit: RELIGIOSORVM VITA ET VOTA, ET INSTITVTA VARIA. *Filij Prophetarum in Bethel, in Hiericho &c.* 4. *Reg.* 2. 4. 5. 6. 9. ELIAS *vir pilosus, zonâ pelliceâ accinctus, & Eliseus hanc vitam illustrarunt* 3. *Reg.* & 4.

Gilbertus Genebrardus quid circa præfata scribat?

1207. V. DOMINICVS SOTO *b* tractans de voto Virginitatis à B. Virgine MARIA emisso, eius occasione ista scribit: *Prolato satis humano genere procul dubio semper fuit Virginitas matrimonio præstantior.* Quod multis Prophetarum exemplis comprobat, eorum scilicet, de quibus S. Paulus *c Circuierunt in melotis, & in pellibus caprinis, in solitudinibus errantes, in montibus & speluncis, & in cauernis terræ.* Quæ de SS. ELIA, Eliseo & Filiis Prophetarum dicta intelliguntur vt ex S. Thoma, & aliis, ostendimus suprà *parte* 8. *cap.* 6. Deinde refert. *Ante Christi aduentum Essenorum Collegium in deserto Iudææ, more nostrorum Anachoretarum, sanctissimam degnisse vitam, ab vxoribus prorsùs, & omni fœmineo conspectu semotissimum: quorum institutum secutus est Ioannes Baptista: vnde quamuis nullam aliam habuisset B. Virgo reuelationem, exemplum in sua gente haberet Virginitatis colendæ.* Ex istis (alibi quidam etiam à nobis adductis, & hîc repetitis: quia maximè, ad propositum) confirmatur id quod *par.* 3. *cap.* 11. asserimus, S. Ioannem Baptistam in deserto inter

b In 4. Sent. dist. 30. q. 2. art...

c Ad Hebr. 11.

Dominici Soto Suffragium expenditur.

posteros S. Prophetæ ELIÆ vixisse & vnum ex eis fuisse: ac propterea Monachum, & in Lege veteri Monachorum Principem extitisse, atque ita (vt ibi ex Cardinale Baronio diximus) per ipsum *Monasticam vitam altissimis in Ecclesia esse defixam radicibus, Euangelicâ attestatione* dum scilicet de eo scribitur: *Puer crescebat &c. & erat in deserto.* Hinc vlterius, & magis ad præsens propositum: Cùm Ioannes venerit, & vixerit in Spiritu ELIÆ & vterque *in desertis* vixerit: atque à Patribus istis pares prædicentur: Si in Lege noua per Ioannem *Monastica vita altissimis in Ecclesia defixa fuerit radicibus;* ita quidem, vt dictus Cardinalis *stultiæ & iniquitatis* arguat eos, qui Monasticam vitam à Ioãne exercitatam negant. Idipsum pari iure asserere licet de S. Propheta ELIA, videlicet Monasticam vitam per eum initiatam sub veteri Lege similiter *altissimis tunc defixam radicibus*, ipsumque veteris Legis verum fuisse Monachum. Attendendum est ad Dominici Soto verba *Exemplum in sua gente haberet*: ne quispiam stomachetur in eo, qui tradunt, quòd S. Propheta ELIAS in Virginitate seruanda exemplum fuerit Virgini Deiparæ, tamquàm tempore eam antecedens: quæ tamen causalitate (velut causa exemplaris præcognita in typo Nubeculæ) eumdem præcesserit, eique exemplum fuerit. Sed de hoc mox sermo redibit.

Dominici Gravina votum auctor.

1208. VI. DOMINICVS GRAVINA in libro cui titulus VOX TVRTVRIS, *parte 2. cap. 15. & 26.* tractans de *vinea Carmelitarum*, demonstrat, eam fuisse deriuatam à magno Propheta ELIA tamquàm à fructuoso palmite: *quem*, inquit, *primum colendæ Virginitatis Auctorem Patres & Doctores appellant, Obedientiæ & Paupertatis prototypum:* additque ipsum *Principem Monachorum:* eiusque discipulos, & posteros ingiter in Monachatu permansisse: atque ita (vt *cap. 26.* ait) *non ad momentum spiritum permansurum reliquit* ELIAS, *sed ad posteros transmisit continuâ successione, non sopitum in quocumque euentu.* Liceat istis subnectere etiam alterius ex eodem *sacro Instituto Prædicatorum*, verba paucula, cuncta fere hic dicta, & dicenda compendio stringentia. *a* ELIAS *tempore Legis scriptæ cœpit practicare eminentiorem perfectionem Euangelicam. Vota fecit Castitatis, & voluntariæ Paupertatis, &* (vt ait S. Hieronymus) *primus vexillum erexit vitæ Monasticæ: Nubecula* (figurâ Deiparæ) *prænuntiante Prophetæ isti Virginitatem futuram fœcundam, & parituram Deum. Ista eum induxit, vt Virginitatem voueret: & is fructus fuit quasi anticipatiuè exempli Virginis Sanctæ:* quemadmodùm iustificatio hominum eo tempore effectus fuit meritorum IESV CHRISTI. Possentne concinniùs, & breuiùs præcipua controuersiæ hic nostræ puncta exprimi, & dirimi?

a Vincentius Baron. to. 2. homiliarũ, seu sermonũ, serm. de S. Theresia fol. 341. & 342.

Iudocus Clichtoueus sententiam dicit.

VII. IVDOCVS CLICHTOVÆVS *in sermone, seu homilia*, cuius initiũ est, *Quum dixerint vobis filij vestri* (vnde quædam excerpta reperies *parte 2. cap. 3.*) scribens de origine Ordinis Carmelitani, à magno Propheta ELIA, asserit: quòd *Virginitatis perpetuæ seruandæ votum, atque propositum, ab* ELIA, *primo eius institutore, ortum habuit.* Alia ad propositum ex eodem videri poterunt dicto loco.

1209. VIII. ÆGI-

Digitized by Google

1209. VIII. ÆGIDIVS CAMARTVS Ordinis Minimorum Generalis, qui singulari doctrinâ præstans operosiùs res ELIÆ prosequutus fuit *cap. 5. sect. 10.* de ELIA, & discipulis eius, ac collegiis per ipsum institutis, deque Carmelitani Ordinis origine sic scribit: *Celebres discipulorum scholas reliquit Propheta in Carmelo, Bethel, Iericho,* &c. istamq; esse ait originē & successionem Ordinis Beatissimæ Virginis MARIÆ de Monte Carmelo, de quo ibi consequenter ista valdè notabilia subiicit: *Huius verò felicissimæ Societatis, quæ per* ELIAM *in hisce Palestinæ partibus inuehenda erat, Salomon videtur prophetico spiritu nescio quid delibasse. Comparans enim caput sponsæ, quæ est Ecclesia, Carmelo monti.* Caput tuum, *inquit,* VT CARMELVS [a] *Capillorum quoque meminit, eosq; cum Galaad comparauit, dicens: Capilli tui sicut greges caprarum, quæ ascenderunt de monte Galaad. Accipiamus ibi Carmelum pro ipsa origine, seu potiùs radice, vndè tot Sanctitatis surculi germinarunt. Ibi enim* ELIAS [b] *videtur incœpisse Ordinis sui statum. Plantasti ad radices eius.* [c] *Et impleuit terram, operuit montes vmbra eius, & arbusta eius Cedros Dei, extendit palmites suos vsque ad mare, & vsque ad flumen propagines eius. Tot enim discipulos veluti propagines in ipso Carmeli capite coegit* ELIAS, *vt eorum virtutis odor nō solùm vicinos montes peruaserit, sed præterea ad Cedros vsque Dei, qui in Libano sunt, sese extenderunt, Galaad autem, vt suprà vidimus, caput est, & principium Libani. Et hoc est, quod mystice additur in Canticis: Capillos sponsæ similes capreis, quæ ascenderunt de Galaad; Sanctorum enim virorum examina, quæ instar capillorum ex vno capite deriuantur, postea sese ad Galaad vsque extenderunt tamquàm si humeris inuolitarēt comæ. Et postremo tot discipulorum collegia à nostro* ELIA *instituta montes, deserta, viros omnes obtinuerunt à mari, cui adhæret Carmelus, ad flumen vsque Æthiopiæ ad quod vsque mons Galaad protenditur.* Per illa confirmatur id quod *par. 2. cap. 1.* [d] dictum est ex Ruperto. *Capite* autem *6 sect. 8.* disertè adstruit, tria præfata asserta simul haud multis, ast maximè substantialibus verbis, relatis *par. 2. cap. 3.* nimirum, ELIAM *id habere præeminentiæ suprà cæteros Prophetas: quòd non solum virginitatem excoluerit, sed & præterea author fuerit, cur plurimi discipulorum ei se penitus addixerint:* & propterea, *quotquot de monasticis rebus scripserunt, asseruerunt* ELIAM *omnium Monachorum parentem fuisse, qui tria essentialia Religionis vota primus opere adimpleuit.* Vix clarioribus, & paucioribus dictionibus ea omnia comprehendi possent. Ibidem obiiciens, etiam Samuelem instituisse Collegia Prophetarum: respondet, istos non fuisse adstrictos legibus cœlibatus: ELIAS *verò,* inquit, *continentiæ statum, & sibi, & suis indixit.* Ista confirmantur S. Hieronymi verbis suprà relatis, *Virgines multi Filij Prophetarum.* Ea hîc succinctè tradita pet Camartū Carmelitani Ordinis primordia.

Ægidius Camartus Ordinis Carmelit. originem, propagationem, & iugem successionem succinctè describit.

[a] Cant. 7.
[b] Cant. 4.
[c] Psal. 79.
[d] Nu. 172.

Elias in quo reliquos Prophetas antecellat.

1210. IX. Inter Scriptores, qui ex professo Carmelitanam historiam pertractarunt, est celebris ille homiliographus Seraphici Ordinis Minorum Ioannes de Carthagena, qui *libro 17. homiliarum* per totum in aliquot homiliis præclarè pertractat controuersas quæstiones: inde quæ-

dam dedimus *par.2.cap.3.& 7.* atque alibi. Paucula duntaxat alia hîc pro intento adferemus ex *homilia* 1. vbi inter alia sic: ELIAM *& Eliseum religiosæ vitæ principia dedisse grauissimi auctores contestantur.* Et infrà: *Meritò veteres Doctores sanctum Patrem* ELIAM *appellarunt totius vitæ Monasticæ Patrem, vniuersorum Ordinum exordium, omnis Religionis vexilliferum, ac Cœnobiticæ disciplinæ antesignanum.* Id cùm authoritatibus Patrum comprobasset, subiungit: *Veritas hæc patebit si essentialia Religionum, vota Obedientiam, Castitatem, & Paupertatem esse in mentem reuocauerimus.* Quod ibi consequenter declarat: in *homilia autem* 2. per totum insistens soluendis obiectionibus luculentissimè iterum probat ELIÆ Monachatum, & Patriarchatum in Ordinem Carmelitanum. Ibi *in obiectione septima*, sub finem, specialiter tractat de votis Monasticis in veteri Lege: quæ cùm authoritatibus comprobasset, hanc subijcit rationem, quam etiam indicauimus suprà *b* *Tandem*, inquit, ELIAM *eiusq; successores tam Paupertatis votum, quàm reliqua substantialia Religionis emisisse, vel illa vna ratio neruosè satis suadet, quod si* ELIAS, *eiusque Successores Monachorum institutum amplectentes, Deo se consecrarunt, Castitatem, Paupertatem, & Obedientiam colentes; certè cùm prædicti Patres non ignari essent, fore Deo gratissimum, longeque magis meritorium, propositum suum voto firmare: (hoc enim, vt suprà præmisimus, in veteri Lege notum, compertumq; fuit) & præterea cùm apertè scirent, plurimùm valere hanc votorum emissionem, ad voluntatem nostram, quæ lubrica, ac in malum propensa est, in bono firmandam, & in officio continendam: non est dubium, quin hoc votorum adminiculo ad prædictos fines iuuarentur. Accedit ad hæc, illius societatis viros, selectos ex grege Iudaico, sapientia, & acumine ingenij, cæteram plebem longè superasse, quibus ignorantia tantæ rei cõtingere non poterat, & multo minùs* ELIÆ *& Eliseo vitæ Monasticæ Ducibus, qui ex frequenti cùm Deo colloquio, & lectione Scripturarum, diuitias, & vberrimos thesauros, qui in votis Monasticis latebant facilè cognoscere potuerunt: quare existimo Scripturæ, & rationi valdè consentaneum esse, viros illos, diuino lumine ductos, institutum Monasticum tribus votis firmasse, maximè cùm* ELIAS *speciali Dei reuelatione monasticæ professioni initium dederit, vt testantur S. Isidorus lib.2. de diuinis Officijs cap.15. Sozomenus lib.1. Ecclesiast. hist. cap.12. & Nicephorus lib.8.c.39.* Vix clariùs, aut solidiùs quid desiderari hîc posset pro adstruendis Monachatu, & votis Monasticis in Lege veteri.

a Nu. 213. & 247.

Ioannes de Carthagena luculenter probat S. Eliam totius Monasticæ Authorem, & Carmelit. Ordinis Institutorē.

b Par.8.ca. 6.

1211. X. Alius denique ex sacra Franciscana familia est P. COELESTINVS A MONTE MARSANO in libro cui titulus est: *Clauis Dauid*, eiusdem S.P. ELIÆ Monachatum, & vota authoritatibus multorum ostendit *observatione* 79. (vnde adduximus quædam *par.2.cap.3.* *c*) Peculiariter autem notanda videntur ista, de votiua castitate illius: *Ipse etenim primus omnium mortalium, votiuâ se castitate insigniuit, & ad illius exemplum (si typus aliquis proponi possit summo prototypo) Sanctissima Deipara, cunctarum fœminarum prima Virginitatis voto sese adstrinxit*, modo scilicet hîc paulo post declarando.

c Nu. 214.

Cœlestinus Capucinus paucis multa perstringit.

Audui-

Audiuimus nunc sigillatim sententias diribitorum selectorum: si placèt parti aduersæ, nunc vota colligere, & supputare liceret, vt pro quibus stet pluralitas, dignoscatur: quod tamen lectori discreto permittimus.

CAPVT II.

Præstantiores è Societate IESV *Scriptores adducuntur.*

1212. PRO firmiori veritatis elucidatione, ac stabilimine, consultum erit, etiam alios huc aduocare: & quidem è Societate IESV eruditione præstantium fœcundissima matre primus merito comparet Eminentissimus Cardinalis Bellarminus: is *libro de Monachis cap.* 5. (cuius titulus est, *De origine Religionum*) ex S. Hieronymo ELIAM & Filios Prophetarum *Monachos in veteri Testamento*, &, *Monachorum Principes, ac Duces* nuncupat. Verba eius adduximus *par.* 1. *cap.* 1. Et *eodem libro cap.* 39. Eremiticam vitam *sanctam, perfectam, & Deo gratam esse* sic probat. „ Primo testimonio „ Scripturæ, quæ vehementèr laudat ELIAM & IOANNEM, qui Eremita- „ rum Principes fuerunt, siue solitudinem, siue asperitatem vitæ consi- „ deres; nam de Ioanne dicitur *Matth.* 11. *Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne:* ELIAS autem quantus fuerit, vel ex eo patet, quod „ in laudibus IOANNIS Angelus posuerit futurum illum similem ELIÆ, „ *Ipse*, inquit, *prædet in Spiritu & virtute* ELIÆ *Luc.* 1. porrò Elias vt plu- „ rimum versabatur in Monte Carmelo, & pilis induebatur, præcinctus „ zonâ pelliceâ, vt dicitur 4. Reg. 1. similiter Ioannes vixit in deserto ab „ infantia ad finem vsque vitæ, & pilis camelorum induebatur præcin- „ ctus zonâ pelliceâ, victusque eius erant locustæ, & mel siluestre, vt dici- „ tur *Luc.* 1. & *Matth.* 3. Quocirca veteres Patres ELIAM & Ioannem E- „ remitas & Principes Eremitarum faciunt: „ quos consequenter refert. Itaque ex mente Bellarmini SS. ELIAS & Ioannes Baptista Monachi & Eremitæ, & vtrorumque Principes extitêre, hic in noua, ille in veteri Lege. Quòd autem & qualiter, tria vota Monastica emiserint (præter ea quæ iam variis locis ad hoc intentum allata sunt) peculiariter declarabitur *cap.* 9.

Card. Bellarmin. S. ELIAM *Monachorum & Eremitarum Principem appellat.*

1213. II. Nunc qualiter nostris assertis assentiat Franciscus Suarez, eiusdem Societatis, suique seculi iubar illustre, videamus. Imprimis quòd S. ELIAS Eremiticam, & Monasticam vitam exercuerit, ex ipso vidimus *par.* 1. *cap.* 1. Et quòd idem fuerit Fundator Carmelitanæ Religionis ex eodem confirmauimus etiam *par.* 2. *cap.* 2. sub initium. Vnde hæc

Tom. 4. de Relig. tra 9. lib. 2. c.10.

paucula verba, benè notanda, repetimus: *Est autem valde recepta, & satis antiqua traditio, Religionem hanc à tempore Prophetarum, & signatim ab* ELIÆ *Institutione, suam ducere originem, & quasi hæreditariam successionem in Monte Carmelo, à quo nomen etiam accepit: quam traditionem vt veram suscipimus.* Illud autem ibi consequenter probat testimoniis Summorum Pontificum relatis *par.2.cap.2. & 3.* & infrà: *Certum est* ELIAM *vitam Eremiticam coluisse: &*

Franciscus Suárez scribit S. Eliam, principium dedisse statui perfectissimorũ Monachorum.

Tractatu.9. lib. 1.cap.2. eiusdem in veteri Lege, & S. Ioannem Baptistam in noua Lege, Religiosæ & solitariæ vitæ Duces statuit. *Antiqui*, inquit, *& perfectissimi Monachi hanc vitam* (Religiosam solitariam) *professi sunt: imò & hac ratione* IOANNES BAPTISTA, *eorum Princeps & Dux in Lege gratiæ appellari solet, & ante illum in Lege veteri* ELIAS *censetur huic statui principiũ dedisse.* Si *perfectissimorum Monachorum statui principium dederit* ELIAS, dubitare quis potest, perfectissimum Monachum ipsum fuisse? At quid circa quæstionẽ de Virginitate in veteri Lege ab ELIA seruata? Virginitatem in Lege veteri in vsu fuisse docet *tomo primo in 3. partem, quæstione 28. art.4. disput.6. sect.1.* vbi inter alia, hæc habet. *Dicendum verò vlteriùs est, in Lege veteri nullum fuisse præceptum, quod omnes, ac singulos obligaret ad generandum filios, quodúe castitatem prohiberet.*

Quid de Virginitate in veteri Lege sentiat.

Id ibi consequenter probans, asserit, propositum Virginitatis non tantùm bonum fuisse, sed meliùs (matrimonio scilicet) quod sic declarat: *Confirmatur hæc veritas; quia multi viri sanctissimi in illa Lege Virginitatem, vt meliorem coluerunt, vt de* IEREMIA, ELIA, *& alijs testatur Ignatius epistolâ ad Philadelphenses, & de* ELIA *Ambrosius.* Consequenter *sectione 3.* pertractat: *Vtrum B. Virgo in seruanda, & vouenda Virginitate prima fuerit?* respondet: *Quæstio intelligi potest, vel de ordine temporis, vel de dignitate, & perfectione Castitatis.* Quod ad ordinem temporis attinet, asserit, inter alia: non admodùm ad Deiparæ laudes pertinere: quòd ipsa fuerit tempore prima in vouenda castitate. *Quòd enim*, inquit, *ipsa perfectum Virginitatis votum emiserit, ad perfectionem eius pertinet: quòd verò antè ipsam nullus hoc fecerit, ad eius commendationem non admodùm refert.* Aliquanto post explicat mentem Patrum, asserentium, B. Virginem Deiparam fuisse primiceriam Virginitatis: (vide *par.8.c.6.*)

1214. Ibi consequenter egregiè declarat in quo consistat maior dignitas, eminentia, & perfectio voti Virginitatis, vt propterea *Virginitatis* primiceria dicatur. *Quod ad dignitatem, & perfectionem attinet, dicendum est, absque vlla dubitatione, in Virginitatis perfectione inter omnes puras creaturas Deiparam primatum tenuisse. Hæc conclusio constat ex communi doctrina Patrum, & ex omnibus dictis. Ratione verò declaratur: quia Virginitas* MARIÆ, *quoad propositũ, & animum, fuit tantò efficacior, & vehementior, quantò ex maiori charitate, & gratiâ præcedebat: quoad immobilitatem, habuit hoc propositum perfecto voto confirmatum: quoad intentionẽ, ex perfectissimo Dei & puritatis amore hoc fecit: quoad executionem verò, tam perfectè illud seruauit, vt omni prorsus motu contrario, aut repugnante caruerit: imò alios etiam ad castitatem prouocauerit, vt suprà ex sanctis*

Dignitas & eminentia voti Virginitatis in Deipara, præ cunctis alijs: in quo sita.

Patribus

Patribus diximus. Deinde caruit omni contrario quod Virginitatis perfectionem posset minuere: nam & ipsum coniugium, quod in aliis ad Virginitatem tollendam ordinari solet, in illa fuit ad eius custodiam testimonium, & honorem, institutum. Habuit deinde comitantes omnes virtutes, temperantiam, humilitatem, & alias, quæ illius perfectionem possent augere. Fuit denique eius Virginitas propter altissimum finem à Deo ordinata. Nam & ad Filij generationem ordinata est (quòd est admiratione dignissimum) & ad consecrandum Deo thalamum, ex quo factus homo nasceretur, quo nihil potest perfectius, ac excellentius intelligi. Ad intentum nostrum dicimus: Quamuis Suarez dicto loco magis propendeat pro sententia illa: Quòd B. Virgo prima tempore fuerit in voto Virginitatis, fatetur tamen id esse *incertum*, & dumtaxat *credibile*, *fortasse ita esse: verisimile existimari: nec vllas ferè ad eam firmandam adduci posse rationes, at solùm coniecturam.* Si ita, ergo ex eius mente altera est saltem probabilis: Et licèt hic Doctor censeret *tamquàm certum* (quod non facit) B. Virginem MARIAM fuisse primam tempore in vouenda Virginitate, id equidem non pugnare cum iis, quæ tradunt Scriptores Carmelitani, patescet ex dicendis *cap.* 5. vbi declarabimus, qualia fuerint vota S. ELIÆ, & aliorum in veteri Lege: & qualiter Virgo Deipara, cum suo sponso Ioseph, oretenus Virginitatem emittens, exemplum sic faciendi toti Ecclesiæ præbuerit prima.

1215. III. IACOBVS SALIANVS, qui non immeritò à nonnullis nūcupatur, Annalistarum veteris Testamenti princeps, *tomo* 4. *Annalium suorum ad annum mundi* 3123. & sequentes, tractans de ELIA, potissimùm vtitur iis, & in sua transfert (sicut annotauimus in antecedentibus) quæ scribuntur in libro Ioannis Ierosolymitani *de Institutione primorum Monachorum*, atque ita illa approbat: in eo autem clarissimè traditur Origo Monachatus, & obseruantiæ trium virtutum Monasticarum, Paupertatis, Castitatis & Obedientiæ à S. Propheta ELIA. Idē *ad annum mundi* 3139. agens de triumphali raptu eiusdem S. Prophetæ, in ipsius elogio, inter cætera scribit: *Prophetarum, & Religiosorum in Carmelo, totaque Chananitide, manipulos, sui æmulos, atque imitatores, instituit, ad cœlestem vitam, mundo ignotam, ac contemptam, traducendam adduxit.* Vide illud latiùs relatum *par.* 2. *cap.* 3. & 8. Quæro, quænam sit illa *cœlestis vita mundo ignota*, quam S. Propheta ELIAS instituit, aliisque tradidit? nisi Religiosa, in Paupertate, Castitate & Obedientia: prout idem ipse confirmat *ad annum mundi* 3204. vbi hæc de Eliseo: *Hic est, qui ad vnam Prophetæ vocalem, & pallij iniectionem, ad Dei famulatum incaluit: & patri, matriq; valedicens omnia, in prolusionem Euangelicæ paupertatis, abdicauit à se, atque contempsit. Hic est, qui Religiosæ paupertatis thesauro diues, &c. innumerabilium Religiosorum parens, atque propagator.* Prætereà, ad dictum *annum mundi* 3139. *numer.* 14. refert concionem ELIÆ ante raptum suum, valedicentis discipulis suis, eosque hortantis ad *studium voluntariæ paupertatis, illibatæ continentiæ, & obedientiæ sponte susceptæ: quod*, inquit, *per Messiam mirabilia accipiet incrementa.* Igitur iam ante erat illud inchoatum,

Salianus asserit S. ELIAM Religiosorum manipulos ad cœlestē vitam mūdo ignotam, instituisse.

Eliseum appellat innumerabilium Religiosorum Parentem & Propagatorem.

choatum, quodenim *crescit* prius debet esse natum, seu plantatum.

1216 IV. GASPAR SANCHEZ, eiusdem Societatis IESV singulare decus; quippe, & pietate, & eruditione pariter conspicuus, explanans caput decimum-septimum libri tertij Regum (vndè paucula adduximus *par. 2. cap. 2.* sub initium) cùm egisset de Collegiis, seu Cœnobiis à Propheta ELIA institutis, & Ordine Prophetico Carmelitano ab eo inchoato, rationes id persuadentes adferens, scribit in hunc modum: *Quod vt credam facit non solum illius Ordinis, sed & omnium pene gentium constans, & perpetua traditio. Et quidem si ab hac mea cogitatione nihil starct praeter traditionem, omni memoriâ superiorem, satis putaretur habere praesidij: quia communis conspiratio que consensio, nullo interrupta tempore, eam habet authoritatem, quàm nulla, nisi magna fides, conuellere, aut infirmare posset. Quæ de re nos pluribus in nostro libello de aduentu S. Iacobi in Hispaniam tract. 2. Sed praeter traditionem, quæ (vt diximus) constans existimatur, atque perpetua, sunt alia, multa, quæ ad hanc cogitationem plurimum afferunt momenti. Doctorum nimirum, non tantùm ex illa Religiosa familia, quorum ingens numerus, sed externorum (quos longum esset numerare) grauis auctoritas, & tã veteres quàm recentes historiæ, & Sacri Ordinis antiqua monumẽta. Accedit ad hæc à Pontificum iudicio grauissimum pondus, qui sacrum hunc Ordinem ab* ELIÆ *disciplina atque Instituto exordium habuisse testantur.* (Illorum Pontificum testimonia relata sunt *par. 2. cap. 2. & 3.*) *Hæc*, inquit, *mihi grauissima sunt.* Prosequitur deinde. *Neque desunt alia, neque pauca, neque lenia, quæ si Carmelitanæ causæ vindicem agerem, libens adducerem, à quibus in præsentia abstineo; ne ab interpretis munere* (*quod longas digressiones non admittit*) *defeciisse videar.*

Gaspar Sãchez ex cõstanti, & perpetua traditione, ac authoritate Pontificum, statuit S. Eliam Carmelitam Ordinis Authorem.

1217. V. Alius quoque notissimus in S. Scripturam Interpres CORNELIVS A LAPIDE in illa *capitis 18 lib. 3. Reg.* verba: ELIAS *autem ascẽdit in verticem Carmeli*, similia scribit; tradit enim, tùm à S. Propheta illo inchoatam in Carmelo Congregationem, seu Ordinem Religiosorum: quorum exindè successionem hæreditariam probat authoritate septem Summorum Pontificum: asserítque ibidem, *Iure istos omnes Monachos vocari.* Vide quæ ex eõ retulimus *par. 2. cap. 3.* vbi etiam ex eodem de cœlibatu, & Virginitate ac vita religiosa Elisei.

Cornelius à lapide ferè eadem scribit.

1218. VI. ILDEPHONSVS DE FLORES præfatis illustribus Authoribus merito est accensendus, & iure hic audiendus; eò quòd non obiter, sed ex professo, hoc argumentum pertractauerit *in Commentario ad caput 24. Ecclesiastici*, stylo florido, & amœno ser bens de Christo, eiusque Matre Deipara, & Sponsa Ecclesia Catholica, sacrisque in ea Religionibus. Ibi *par. 3. in tractatu ascetico, sectione 36* peculiariter tractans de Ordine Carmelitano, Eliano; Pontificum, & Patrum testimoniis comprobat, sanctissimum Prophetam ELIAM, Monachorum Principem extitisse, & Ordinem ab eo in Carmelo initiatum principium fuisse cæterorum Monachorum. *Etenim*, inquit, *cùm videam hanc nobilissimam familiam à temporibus*

Ildephonsus de Flores peculiariter demonstrat Ordinem Carmelit. à S. Elia institutum, & iugi successione continuatum, ac propagatũ.

Digitized by Google

bus Prophetarum, & signatim à Sanctissimi ELIÆ *institutione suam trahere originem, & quasi hæreditariam successionem; idq; septem Pontificum Sixti IV. Ioannis XXII. Iulij III. Pij V. Gregorij XIII. Sixti V. & Clementis VIII. authoritate roboratum animaduertam. . . . . Cùm videam tot eosq; nobilissimos Scriptores & è nostra* IESVITARVM *familia quamplures, vetustissimam hanc traditionem suscipere,* NEFAS DVXI, *nonnihil huic sacræ Carmelitarum familiæ de sua vetustate detrahere.* Deinde adfert authoritates Patrum adstruentium *Monastici propositi Principem esse* ELIAM. Declarat quoque, & firmat variis argumentis, quod hæreditariâ successione Ordo à suo protoparente ELIA per diuersas graduũ mutationes, & incrementa ad præsentem statum peruenerit. *Sed verò continuam illam ab* ELIA *Successionem per hanc graduum diuersitatem ductam haud grauabor ex antiquis monumentis demonstrare, non tam vt Carmelitis gratificer (etsi id velim) quàm vt veritati ipsi consulam.* Id cùm primùm certificasset Pontificum authoritate, subdit: *Et quidem vel vnum ita scripsisse Pontificem sufficeret, nedùm tot tamque doctissimos vt nemo prorsùs de veritate ambigeret. Sed quantò id meritò affirmarint, operæ pretium erit iudicare.* Transit deinde ad alia probationum fulcimenta. Agit quoque de Deiparæ exaltatione in hoc Ordine temporibus ELIÆ: atque de Carmelitarum pietate vetusta, & eximia in sanctam Deiparæ Conceptionem: cuius mundissimæ expressam imaginem fuisse nubeculam S. ELIÆ in Carmelo oranti apparentem declarat ibi consequenter, & in antecedentibus *par. 2. sect. 18. & 21.* [a] Sed de his satis dictum est à nobis in anterioribus.

[a] Nu. 492 & seq. ac n. 577.

1219. Sunt & alij illustres Scriptores ex eadem Societate IESV, qui iam dictis adstipulantur, nostrisque (de veteris Legis Monachatu, & S. ELIÆ in Ordinem Carmelitanum Patriarchatu) assertis patrocinantur, vt Nicolaus Serarius *in cap. 6. lib. 4. Regum* (dum Scribit: *Prophetarum istorum Institutum, loci illius Religionem ad posteros manasse, dum tot Monachi circa Iordanem postmodùm habitarent*) *in cap. 17. lib. 3. Reg.* Tirinus *in cap. 17. libri 3. Regum* (ijsdem ferè verbis quibus Gaspar Sanchez; & Cornelius à Lapide) Franciscus Poiræus *de triplici corona Deiparæ* [b], Paulus Schetner *in Promontorio malæ Spei* relatus, *parte 2. c. cap. 4.* & Ferdinandus Quirinus de Salazar, Petrus Ojeda, adducti suprà, [d] Adrianus Lyræus in Trisagio Mariano [e] explicantes mysterium Nubeculæ (de qua 3. *Regum cap. 18.* & sæpiùs hîc suprà) ac consequenter, tradentes Ordinem hunc ab ELIA, ad honorem sacerrimæ Virginis, institutum, ac iugiter confirmatum. Et, ante istos omnes, Author de re monastica benè meritus Adrianus Adrianius in libro *de origine, & propagine Monasticæ vitæ ab annis mille ante Christi ortum ad hæc tempora*, in quo declarat SS. ELIAM & *Elisæum* Filiosque Prophetarum, fuisse Monachos, & Principes, ac Duces Monachorum, *cap. 2.* cuius titulus est De *Sanctis Essenis*, hæc de illis: *Meliores Iudæorum discipuli SS.* ELIÆ, & *Elisæi Esseni nuncupati.* Ibidè ostendit, eos ante Christum aliquot annorũ centuriis perduraſſe in magna vitæ perfectione. De ijsdem latè agit ex

Plures alij à Societate IESV *idem adstruunt.*

[b] Tract. 1. c. 12. §. 7.

[c] Cap. 3. sub fin.

[d] Nu. 239. & 700.

[e] Lib. 1. sono 35. & lib. 2. modo 31.

Esseni centuriis aliquot annorum ante Christi ortum.

Digitized by Google

a Nu.283. Iosepho, Philone, Eusebio Cæsariensi, & aliis. Quædam ex eo videri poterunt *parte 2. cap. 4. a.* Aliorum Ordinum Religiosorum, Augustiniani, Cisterciensis, Carthusiani, Authores aliquot, nec non Ioannem Molanum, & alios S. Proph. ELIAM expresse nuncupantium *Originem, Institutorem, Fundatorem, Patriarcham Religionis Carmelitanæ*, adduximus *par. 2. cap. 2. & 3.* atque alibi.

CAPVT III.

Carmelitani Ordinis historici in societatem testimonij aduocantur.

1220. SVbindè in anterioribus monuimus, in historiis & rebus facti eos potissimùm consulendos, qui illa peculiariter tractauerunt, & quibus præ cæteris ea nota esse solent: ij sunt domestici circa res & gesta suæ familiæ. Cum igitur vniuersi Scriptores Carmelitani vetustiores & recentiores concorditer tradant, Monasticum Institutum, & Carmeliticum Ordinem, atque obseruantiam, & professionem substantialium virtutum Monasticarum, Castitatis, Paupertatis, & Obedientiæ à S. Propheta ELIA vt primo authore profluxisse absdubiè isti peculiariter hîc audiendi sunt. Ex cunctis solummodò sex proferemus. Primum locum hîc sibi vendicabit, iure antiquitatis, IOANNES Antistes HIEROSOLYMITANVS XLIV. post S. Iacobum, qui in libro *de Institutione primorum Monachorum* (de quo disseruimus *parte octaua cap. 14.*) anno 412. explicatissimè tradit quod *Propheta Dei* ELIAS *Monachorum Princeps primus extiterit à quo sancta primæua Institutio exordium sumpsit.* Ita *cap. 1.* Consequenter specialiter tractat de eiusdem contemptu rerum terrenarum, seu Paupertate, abnegatione propriè voluntatis (siue Obedientia) & Castitate, ac silentio, & solitudine, qualiterque discipulos congregauerit, eosque in obseruantia monastica instituerit: & quomodò illi, haud interruptâ successione, iugiter perstiterint in Lege veteri, vsque ad Christum: sub finem specialiter, & sigillatim describit eorumdem habitum exteriorem. Plura hîc non exhibemus; cùm sparsim toto opere authoritate eius vsi fuerimus. Peculiariter tamen b recolenda, quæ adduximus *par. 2. cap. 2. & 5.* & *par. 8. cap. 14.*

Ioan. Ierosol. *diserte & luculenter adstruit Monachatum S. Eliæ, in veteri Lege.*

b Nu. 169. 185. & 229.

S. Cyrillus Constantinop. *idem adstruit.*

1221. II. Ordine temporis subsequitur S. CYRILLVS CONSTANTINOPOLITANVS (cuius quædam elogia dedimus initio huius operis *numer. 1.*) Is in suo illo libro *de variis Regulis & processu huius Ordinis* (hic suprà) quid aliud scribit, quam eiusdem Ordinis Fundatorem fuisse S. Prophe-

tam

tam ELIAM? cuius vitæ exemplum suis posteris, huius Religionis professoribus, instar Regulæ fuit, tum in Lege veteri, tum in noua vsque ad annum Christi 412. quando à præfato Ioanne scriptus fuit liber ille, exindè habitus in Ordine, per annos circiter octingentos, pro Regula (prout in anterioribus abundè est declaratum) in qua expressissimè vt iam vidimus S. ELIAS nuncupatur Monachus, & Dux omnium Monachorum, huiusque Religionis Fundator: qui primus hominum Paupertatem, Castitatem, & Obedientiam seruauit, seruandamque suis exemplo, & verbo tradidit.

1222. III. Istis adstet, pro sententia hic dicenda, THOMAS WALDENSIS, eruditionis famâ notus, qui *in Doctrinali antiquitatum fidei Ecclesiæ Catholicæ tomo* 3. (qui est de Sacramentalibus) rescribens *ad contumelias Witcleff de nouitate Religionum* inter alia *cap.* 89. hæc adfert de Monachatu, & Virginitate in Lege Veteri. *Addit* (Witcleff) *nouitates Ordinum, vt odia ingerat*; Hæreticus enim ille Religiosos Ordines dicebat *Sectam nouam, in multis friuolam, & Legi Christi contrariam.* Respondet Waldensis. *Hoc modo Paulus ipse Epicureis, & Stoicis philosophis, nuntiator nouorum dæmoniorum dicebatur esse, quia* IESVM, *& eius resurrectionem annuntiabat eis.* Deinde ex S. Patribus demonstrat; quod *hæc nouitas non sit nouella vanitas: sed res antiquæ Religionis*, fundatæ in Christo à quo perfectionis complementum accepit. Vide dicta *parte* 2. *cap.* 1. *sub finem*, & *parte* 8. *cap.* 6. etiam sub finem. Thomas VValdēsis luculenter etiam suffragatur.

Deindè peculiariter antiquitatem Monastici Instituti confirmat ex vetustate Religionis Carmelitanæ (quam etiam specialiter impetebat hæreticus ille) cumque adduxisset authoritatem Armachani relatam hîc suprà *a* ex vetustis, & fide dignis historicis asserentis, quod à tempore SS. Prophetarum ELIÆ & *Elisei* solitariam, & Eremiticam vitam agentes iugiter in Monte Carmelo successerint, & habitauerint, ac Apostolorum cooperatores in dilatanda fide fuerint, atque Ecclesiam, seu Oratorium construxerint in dicto Carmelo ad honorem Dominæ nostræ; tandem rationem Institutionis, & successionis huius Ordinis repetendo, sic paucis complectitur: *A Prophetis* ELIA *& Eliseo prius incœpit: post Saluatoris aduentum cum Apostolis in Euangelio felicitissimè laborauit, à Ioanne Patriarcha Hierosolymitano, primò Carmelita, Regulam viuendi græcè Scriptam accepit, quam pleniore, post sub Alberto, itidem Patriarcha, formâ, digestam, inspexit. Hic Ioannes quantum reor* 44. *à sancto Iacobo, tempore quo Ciricius post Damasum Romæ rexit, Hierosolymis ipse sedit, & refecit Ecclesias, vt habetur libro* 11. *Ecclesiasticæ historiæ cap.* 18. *Qui item tempore Archadij & Honorij Imperatorum ad Capratium Monachum Montis Carmeli de peculiaribus gestis Carmelitarum (quod hactenus translatum in latinum habetur volumen) descripsit, in quo, secundum veritatem historiæ, ingentem conformitatem inuenit* ELIÆ *Prophetæ Virgini sacræ* MARIÆ. *Quia virgo primus* ELIAS *inter mares, Virgo prima inter fœminas..... quam con-*

a Num 91.

templatus est idcirco procul ELIAS 3. Reg. 18, Deinde explicat mysterium nubeculæ (de qua egimus par. 2. cap. 5.) visæ ab ELIA è mari ascendentis quasi vestigium hominis, & eidem præfigurantis sanctissimam Virginem Deiparam, & tempus quo nascitura erat: Tum consequenter declarat, quomodò ELIAS, & cœtus Filiorum Prophetarum discipulorum eius primi Castitatem perpetuam vouerint: *Nemo autem vnquam ad hanc ascendit circumcisionis scientiam priusquam* ELIAS, *& puer eius, scilicet cœtus Filiorum Prophetarum discipulorum eius, ascendit. Ipsi namq; primi virorum seipsos Domino per Virginitatem perpetuam sponte dedicantes, castrauerunt prorsùs venereis voluptatibus suas mentes, & propterea appellati Carmelitæ, quod non modo interpretatum est, scientes circumcisionem: quia hoc quod circumcisio indicat sciuerunt adimplere perfectè.* Et aliquantò infrà declarat, ELIAM primum inter viros Virginem perpetuum, & B. MARIAM primam inter fœminas: *Nam sicut* ELIAS *primus præputium impudicitiæ sciuit à carne sua, & mente prorsus circumcidere, dum primus inter homines studuit Virginitatem perpetuam sponte inchoare, ita postea Beata Dei Genitrix præputium impudicitiæ sciuit, exemplo* ELIÆ, *à se penitus circumcidere, dum quasi vestigium hominis illius elegit prima fœminarum propter Deum in perpetua Virginitate viuere.* Itaque B. Virgo MARIA præuisa in nubecula, tamquàm idea, seu exemplar, mouit ELIAM, & eius discipulos, ad sui imitationem, in perpetua Virginitate: ipsa autem istos, tamquàm tempore præcedentes, sequuta fuit, modo infrà declarando. [a] Sic & ex S. Isidoro audiuimus S. ELIAM *primum fuisse Virginem* (scilicet sacratum per votum) in Lege veteri, & Sanctissimam VIRGINEM DEIPARAM *primam in noua.* TOMO PRIMO, *libro* 3. [b] probat, *Monachorum, Religiosorumq; Conuentus, Institutores, & Antesignanos habuisse* ELIAM, *Elisæum, Filiosq; Prophetarum.* Ibi consequenter declarat, qualiter ELIAS primò vocauerit, & instituerit *Elisæum*, ac deinde alios plures, qui in tantùm multiplicati fuerunt, vt Carmeli spatiosum desertum eis non sufficeret: ac proindè in aliis eremis, montibus, & suburbiis propagatos, regulares tractasse obseruantias: atque hanc Religionem propheticam continuò manasse, vsque ad aduentum Christi. Eodem *tomo primo* [c] contra Witcleff, sugillantem in Religiosis habitum singularem, à populari distinctum adfert exemplum Religiosorum in Lege veteri: *Principium* inquit, *huius conuersationis, quantum reor sumere debemus ex his sanctis viris, à quibus subscripta lege Religio peculiaris ortum habebat, scilicet* ELIA, *& postero eius* IOANNE BAPTISTA [d] *quorum vterque, teste Scripturâ, veste vsus est notabiliter segregatâ à veste seculari.* Quod ibidem manifestè probat ex *capite primo libri quarti Regum.* Capite sequenti pro eiusdem confirmatione adfert authoritatem Ioannis Cassiani, asserentis ELIAM & *Elisæum*, Monachorum fundatores, simili habitu incessisse (sicut Religiosi in Lege noua) *Hoc enim habitu*, inquit, *illos ambulasse, qui in veteri Testamento professionis huius fundauêre primordia,* ELIAM *scilicet & Elisæum diuinarum Scripturarum authoritate monstratur.* Scilicet ex dicto loco libri quarti.

Virgo Deipara qualiter S. Eliæ fuerit exemplum Virginitatis, & è conuerso ipse illi.

[a] Cap. seq.

[b] Art. 1 c. 4. sub medium.

De multiplicatione Ordinis Prophetici.

[c] Lib. 3. c. 2. & 17.

Quòd, & qualiter S. Ioan. Bapt. fuerit ex posteris S. ELIÆ [d] *Vide p. 3. c. 11.*

S. Elias *vestes fuit vestitu à cæteris distincto.*

quarti Regum: vbi ELIAS à Rege Ochozia agnitus refertur ex habitu; vtpotè *longè diuerso ab habitu populari.* Ita Waldensis, ex cuius proindè sententia, habemus hæc tria: primum à S. Propheta ELIA Monasticæ conuersationis normam, & habitum promanasse originaliter, Secundum ipsum, & eius discipulos perpetuam ex voto seruasse Castitatem: quod etiam indicat verbum *castrauerunt.* Tertium Posteros alios, monasticè conuersantes, vsque ad Christum iugiter perstitisse: quodque vnus ex illis (ELIÆ posteris) fuerit IOANNES BAPTISTA. Declarat etiam *illo tom. 1.* [a] Carmelicolas in Ecclesiæ primordiis fuisse coadiutores Apostolorum, in disseminanda fide, & in Carmelo Oratorium, seu Ecclesiam constituisse ad honorem Virginis Deiparæ. Sed de istis est dictum satis in antecedentibus. Liberalius ista ex Waldensi adduximus, eò quòd illius authoritas permagni facienda sit; tum quod eius opera à deputatis Cardinalibus examinata, & à Summo Pontifice Martino Quinto, nedùm laudata, sed & approbata fuerint; tum quod ipse argumentum istud, de vera Religione Monastica à S. Propheta ELIA initiata, & iugiter continuata, non obiter, sed ex professo, contra præfatum hæresiarcham Witcleff pertractauerit. Tum quòd neutiquàm verisimile videri possit, Authorem illum grauem, in materia Religionis, leuia, & non satis fundata, adduxisse, quæ ab isto hæresiarcha facilè, exsufflari potuissent.

[a] Lib. 4. art. 2. c. 27. sub finem.

1223. IV. Ex aliis historicis nostris medij temporis meritò selegimus ARNOLDVM BOSTIVM (qui, qualis fuerit habes sub initium huius operis) Is quàm apertissimè declarat *in Breuiloquio Tripartito* hîc suprà [b] S. Prophetam ELIAM fuisse Institutorem Ordinis Prophetici Carmelitani, Monachum, & Monachorum Principem: qui primus Paupertatem, Castitatem, & Obedientiam seruandas assumpsit, & suis tradidit. Eadem sparsim in libro de Patronatu Mariæ eleganter pertractat: vnde quædam dedimus *par. 2. cap. 5. & cap. 8. sequenti* alia quædam reperies. In *Speculo suo historiali*, per nouem libros, luculento stylo tradit, Ordinis originem esse à S. Propheta ELIA, & ab eo hæreditariam, non interruptam successionem texit per tempora Legis veteris, & nouæ, ad suam vsque ætatem.

[b] Nu. 75. & seq.

Tres alij (ex multis) Monastici Instituti per S. Eliam substantialiter inchoati propugnatores.

1224. V. Quatuor vetustioribus duos dumtaxat adiungemus recentiores, qui intimiùs Carmelitanæ historiæ adyta penetrarunt, interiora operosiùs indagarunt, obscura clariùs illustrarunt, dubia solidiùs reserarũt, & controuersias peculiariùs trutinarunt: Alter est Venerabilis P. IOANNES BAPTISTA DE LEZANA: qui (præter alios Theologicos, Iuridicos, Asceticos, & Quæstionum Regularium) quatuor Scripsit Annalium Ordinis huius tomos Romæ probatos, & typis editos; in quorum primo, sub initium, *in Apparatu*, pluribus Sanctorum Patrum, & Scriptorum authoritatibus comprobat. ELIAM, *Eliseum*, ac Elios Prophetarum, Monachos, & Monachorum Principes, appellandos. Et specialiter, ac signatim, Carmelitani Ordinis eundem ELIAM primum Patriarcham, & Fundatorem

extitisse: ipsum eiusque discipulos Paupertatem, Castitatem, & Obedientiam seruasse, idque ex aliquali voto, ac contrarijs satisfacit. Inde quædam dabimus c. 8. *sequenti.*

1225. VI. Alter est V. P. PETRVS WASTELIVS, qui *libro* 1. *Vindiciarum* eadem neruosè probat *sectione quinta* per plures articulos, & quidem ART. 2. docet ELIAM, *Thesbyten apud veteres dictum, fuisse veri nominis Monachum.* ART. 3. demonstrat: *etiam ex Scriptura* ELIAM *Thesbyten Monachorum esse Institutorem.* ART. 7. Adstruit *Professionem inueniri consiliorum Euangelicorum, superantem Legem, ante Christi Domini aduentum in carne.* ART. 8. Declarat *quòd prædicatio Euangelij vitam Monasticam formarit, non autem conceperit; incipitq; agere de appellatione Essenorum.* ART. 14. Manifestum reddit *Modernos Carmelitas genuinos filios SS. Prophetarum* ELIÆ & *Elisei.* Eadem studiosè subacta sunt calamis aliorum non paucorum historicorum huius Ordinis: at opus non est plurium testimoniorum accumulationi insistere, cum præfata, pro fide facienda, abundè sufficere videantur.

Ex iam dictis liquet, quàm à veritate longè absit illa assertio, quod, *opinio admittens verum, & perfectum Monachatum in Lege veteri, aduersetur Religioni vniuersæ Carmelitanæ obseruantiæ.* cùm è contrà, concorditer eius historici S. Prophetam ELIAM sui Instituti agnoscant authorem, in obseruantia Paupertatis, Castitatis, atque Obedientiæ: primumq; exemplar, ac principium Monachorum, verumque Monachum, non tamquàm in typo, sed in ipsa realitate. Christum autem, eius caulàm exẽplarem, finalem, & meritoriam venerantur, per quem & Religiosorum Institutum, perfectionem, & mirabilia incrementa accepit.

CAPVT IV.

Monachatus & vota S. ELIÆ, *ac discipulorum eius, stabiliuntur in fundamentis doctrinæ S. Thomæ.*

226. HActenùs denos (cum nonnullis adiunctis socijs) & bis senos (atque etiam alios quosdam ijsdem suffragantes) Patres, Theologos, Chronographos, Historicos audiuimus, sententias dicentes circa Monachatum veteris Legis. Nunc demum restat „ Specialiter S. Thomæ Doctoris Angelici auctoritas, vtpote quæ tanti ponderis in Eccle„ sia Dei est, vt ad ipsam tamquàm ad Lydium lapidem Theologica cũ„ cta probari debeant, accuratiùs hac in re consulenda. Ipse ergo 2. 2. *quæst.*

Ex mente S. Thomæ Eliseus fuit Religiosus.

Digitized by Google

„ *quæst.*187. *art.*2. dum quæreret vtrùm *Religiosis liceat secularia negotia tra-*
„ *ctare*, sub distinctione respondens concludit *in solut. ad* 3. dicendo. *Adire*
„ *palatia propter pias causas competit Religiosis; vnde dicitur* 4. *Reg.*4. *quod Eliseus*
„ *dixit ad mulierem: Numquid habes negotium, & vis vt loquar Regi, vel Principi*
„ *militiæ?* Quo loco ex eo probat, licere Religiosis adire palatia, quia Eli-
„ seus id facere promittebat. Si autem Eliseus ex S. Thomæ mente Re-
„ ligiosus vel quodam modo non esset, prorsus futile erat ipsius argumē-
„ tum; poterat enim illi quilibet objicere: Quorsum, S. Doctor, exem-
„ plum adhibes Elisei, qui Religiosus non fuit? Vt ergo S. Thomæ au- *Sicut & Elias.*
„ ctoritatem, prout decet, sartam tectam teneamus; oportet dicere, eum
„ sentire, Eliseum verè Religiosum, vel quadamtenùs fuisse. Idem argu-
„ mentum desumitur ex *eadem quæst.*187. *art.*6. vbi dum quæreret, *Vtrum*
„ *liceat Religiosis vilioribus vestibus vti, quàm cæteri*, respondet affirmatiuè, id-
„ que probat in argumento. *Sed contra*; sic: *Sed contrà est quod ad Hebr.*11.
„ *Apostolus dicit: Circuierunt in melotis, & pellibus caprinis, Glossa, vt* ELIAS *& a-*
„ *lij, &c.* Probat ergo licere Religiosis vti vilioribus vestibus, quia E-
„ LIAS & alij sic fecerunt; quod argumentum etiam insulsum esset, nisi
„ dicamus existimasse ELIAM fuisse verum veteris Legis, prout tunc po-
„ terat Religiosum. „ Ita Lezana *tomo* 1. *Annal. in Apparatu ad cap.*4. *nu-*
mer. 13. vbi etiam alia quædam ex eodem S. Doctore adfert ad intentū:
& quidem 2.2. *quæst.*184. *art.*8. ex; & cum Ioanne Chrysostomo ELIAM
Monachum appellat; Monachismi verò essentia sine obseruantia Casti-
tatis, Paupertatis, & Obedientiæ non subsistit. Porrò quòd alibi indicare
videatur, Christum Dominum fuisse primum auctorem Religiosi status,
seu Consiliorum Euangelij; „ Hæc & similia (inquit Lezana ibidem) so-
„ lùm suadent, iuxta dicta in superioribus, Christum fuisse primum exē-
„ plar, & finem Monastici status in quocumque tempore, imò & primū
„ efficientem cum suis discipulis perfectionis, excellentiæ, & prærogati-
„ uarum ipsius, prout in Euangelica Lege splendescit. „ Iuxta dicta *par.*
2. *cap.*1. sub finem.

1227. Ex eiusdem etiam D. Thomę doctrina eruitur S. ELIÆ & *Eli-* *Ex doctrina*
sei, ac Filiorum Prophetarum votum circa obseruantiam Castitatis, Pau- *S. Thomæ*
pertatis & Obedientiæ. Etenim 2.2. *quæst.*186. *art.*6. *ad* 2. asserit: „ *Non* *inferuntur*
„ *aliter homo potest totam vitam suam Deo exhibere, nisi per voti obligationem.* *vota in Le-*
„ Quia, vt benè Suarez 3. *tom. de Relig. lib.*2. *cap.*3. *num.*2. inquit: *Cum hoc sit* *ge veteri.*
„ *de re valde difficili, & de se non necessaria, sed voluntaria, nisi aliquo morali vin-*
„ *culo firmata sit, facile fluctuabit.* Vnde vt ait idem Suarez *dicto tom.*3. *lib.*8.
„ *cap.*2. *numer.*14. *ex iisdem locis, & verbis quibus Christus Dominus paupertatem*
„ *consuluit, votum hoc etiam consuluisse colligendum est. Quia si paupertatem consu-*
„ *uit, ergò & perpetuitatem eius, ergo & immobilitatem, seu firmitatem, propter*
„ *quam votum adhibetur.* „ Si ergo hi Sancti Prophetæ totam vitam suam
Deo exhibuerint in obseruantia Obedientiæ, Paupertatis, & Castitatis,

vt di-

„ vt diximus, id fuit ex aliquali voto. „ Sic idem Lezana dicto *cap.* 4. vbi etiam ex Suarez [a] probat, Ioannem Baptistam voto emisso Virginitatem obseruasse, quia scilicet *vitam cœlibem, ac solitariam perpetuò agere decreuit:* Quæ ratio eamdem vim habet in nostris Prophetis. ELIAM enim (eadem est ratio de discipulis) *perpetuam coluisse Virginitatem communis est veterum Patrum constansq; sententia* inquit Sanchez *in cap.* 17. *libri* 3. *Reg.* idque satis liquet ex dictis *par.* 2. *cap.* 7. *par.* 8. *cap.* 6. & alibi. Lezana ibidem [b] *vrgentissima*, inquit, *ac moraliter euidenti ratione* (quam suprà attigimus [c]) atque ex Patribus, & Theologis luculenter demonstrat Monachismum & vota veteris Legis. Vbi ex Waldensi, & Abulensi rectè notat Filiorum Prophetarum (eadem est ratio de Essenis) quosdã tria illa substantialia vota obseruasse, nonnullos verò dumtaxat vnum, aut alterum, seu aliquos solummodo Religiosi status ritus (etenim aliqui fuerunt vxorati) & hi posteriores non veri nominis Religiosi seu Monachi erant, sed *quasi Religiosi*, ferè sicut nunc sunt Religiosorum Ordinum Tertiarij: prout *par.* 3. *cap.* 9. sub finem animaduertimus.

[a] To. 2. in 3. parte disp. 24. sect. 6.

[b] Cap. 4. num. 11.

[c] N. 1112. & 1210.

1228. Sed & eiusdem Sancti Doctoris fundamentis alia etiam nostra superstruamus. peculiariter quoad Virginatem S. ELIÆ & discipulorum eius Filiorum Prophetarum. *Parte* 1. *quæst.* 65 *art.* 3. hanc statuit assertionem: *Quantò aliqua causa est superior, tantò ad plura se extendit in causando; & 3. contra gentes cap.* 24. idem paulò aliter: *Quantò aliquid inuenitur melius, tantò ad remotiora bonitatem suam diffundit.* Et paulò post: *In quantum vnumquodq; bonitatem diffundit in alia, fit altior causa.* Quod item docet. *Quodlibeto* 3. *quæst.* 3. *art.* 6. *& quæst.* 3. *de Potent. art* 3. Sed quæ superior, maiorue Virginitatis, & Castimoniæ exemplaris causa, quàm Christus, & Deipara, poterit inueniri? si nulla; ad eiusmodi ergo causæ pertinet excellentiam, non ad posteriores solùm Virgines, sed anteriores suam bonitatem diffundere. Nam, vt idem D. Thom. *par.* 3. *quæst.* 62. *art.* 6, docet: *Non est necesse vt causa causatum præcedat tempore, nihil prohibet id quod est posterius tempore antequàm sit mouere* &c. Quare vt omnibus superior sit exemplaris causa, non ad posteriores solũ, sed ad anteriores debet suam bonitatem diffundere. Ea propter *Agnum sine macula, amicti stolis albis, in signum puritatis, sine macula, ante thronum Dei, cum mulieribus non coinquinati, Virgines sequuntur quocumq; ierit. Quæ innumerabilis erat multitudo ex omnibus gentibus, & tribubus & populis & linguis:* quorũ etsi multi, tempore priores, Agnũ sequebantur tamen omnes vt causam exẽplarem: Spectat etenim ad excellentiã adeò sublimis exẽplaris ad remotiora bonitatem suam diffundere. Et per consequens in laudem MARIÆ emergit, non posteriores tantùm, sed & anteriores Virgines ad eius normam voto, puritatem intendisse. Nam sicut Christus, etiam secundùm humanitatem, primogenitus commendatur, vt habetur in Concilio Sardicensi, *in epistola ad omnes fideles*, quia prioritate dignitatis primus extitit, iuxta expositionem S. Hieronymi *in c.* 1. epist.

Ex fundamentis S. Thomæ eruitur causalitas causæ exẽplaris in V. Deipara respectu legis veteris.

epist. ad Coloss. *Primogenitum non tempore, sed honore*: & Anselmus inibi: *Primatum habens in collegio Sanctorum*: ita primogenita ante omnem creaturã Deipara effertur prioritate dignitatis. Nam quemadmodum Christus, Dux noster est primus prædestinatus, per naturam, & ob supremam suam dignitatem, Rex, Parens & Author: sic & suo modo MARIA propter suam dignitatem, omnium Virginum Regina, & castimoniæ, ac puritatis exemplar reliquis prima prædestinata per gratiam: vt scilicet esset cunctis hominibus exemplar Castitatis, & voti Virginitatis. Hæc autem dignitatis, & causalitatis prioritas in Virginitatis voto in Deiparę cedit laudem, non prioritas temporis, quæ perfectionem non ponit in obseruantia Virginitatis ex voto. Quid enim adimit de perfectione, voto, Virginitati, fidei, charitati, spei, religioni MARIÆ, quod ante ipsam fideles extiterint Religiosi, & ex voto casti, atque Virgines? Et quam non arguit excellentiam in voto Virginitatis MARIÆ, quòd adeò efficax eius fuerit exemplum, vt prioribus calcaria admouerit, vt concito gradu pergerent in eius sequelam? Ista & alia latius prosequitur Michael Muñoz in *Propugnaculo* ELIÆ *lib.2.tit.2.a*

B.V. Maria primatum habet Virginitatis pra cunctis hominibus & qua ratione.

a Cap.3.n.2.

1229. Ex cunctis quæ hactenùs audiuimus extrà controuersiam esse debere videtur, S. Prophetam ELIAM Monachum fuisse in obseruantia votiuæ castitatis, atque etiam aliorum consiliorum Monasticæ perfectionis: quod & hâc ratione firmatur: S. Propheta ELIAS diuino instinctu, & expresso mandato vitam à turbis hominum abstractam, Monasticam, & Eremiticam instituit, (vt *par.2.cap.5.* demonstratum habetur) & propterea à Patribus veraciter Monachus in veteri Lege, & Monachorum Princeps, Dux, Author, & qui Instituti Monastici primordia fundauit, nuncupatur. *b* Itaque ELIAS *abijt & fecit iuxta verbum Domini, & sedit in torrente Carith.* Renuntiauit diuisibilibus omnibus *iuxta verbum Domini*: Deus autem non puerilem ab eo viro perfecto renuntiationem exegit, non reuocabilẽ, sed perfectam, ac irreuocabilem, & firmã; quæ per solam professionem potest præstari: nam, vt est apud Iurisconsultos, nemo potest sibi legem imponere, à qua non sibi recedere liceat. Vt ergo esset irreuocabilis renuntiatio perfecta, pacto debebat, & promissione fieri in manu Dei, petentis à viro, perfectionis auido, renuntiationem perfectam. Iuxtà quod Domini verbum, renuntiauit omnibus irreuocabiliter; & profectò professione. *Et sedit*: sessio enim permanentem indicat viuendi rationem, quam ex professione præstitit ELIAS, & discipulos docuit, vt citatus Hierosolymitanus Antistes scribit Ioannes: *Congregauit* ELIAS *Filios Prophetarũ & in voluntaria Paupertate, Obedientia, & Castitate, eos viuere instituit; & secundùm formam à Deo ei traditam, habuit suæ Monasticæ vitæ primos discipulos & imitatores veros.* Vt merito Alcazar *in cap.11. Apocal. versu 3.* scribat: *Non Virginalis solùm pudicitiæ, sed vitæ etiam religiosæ fuit* ELIAS *Parens, atque Author cœlestis illius vitæ.* Alia ad intentum videri poterunt in eodem

b Vide par. 2.c.1.

Ratione fundatâ in authoritate, stabilitur Monachatus, & vota in Lege veteri.

Propugnaculo Eliæ per dictum Michaelem Munnioz.

[a] Lib. 2. tit. 1. c. 2. art. 4.

[b] Wastel. Ex Vindic. sect. 5. art. 3. §. 4.

1230. Nec minùs solidè, ac luculenter istâ pertractant Lezana & Wastelius locis iam antè citatis, & quidem hic [b] sic præclarè ad intentum: „ *Enimuero* non frustrà dictum fuisse videtur à Christo Luc. 4. *In diebus* Eliæ *in Israel*: quandò, vt interpretatur Ambrosius in Commentario, *Spiritus faiebat illi*; vt profectò alicuius notabilis rei calculus, siue æra fieri debeat à *diebus* Eliæ; tanquàm quibus tempora & vsus signaten in populo Dei mutata sunt. „ Et infrà: „ Magnum, inquam, quiddam *dies* Eliæ secum per Dei gratiam adferunt: & ipsa quæ in tempore tantæ rerum innouationis mirabiles hi viri Elias & *Elisæus* introduxerunt, necesse est vt Legem, & consuetum populi vsum longè superent, illustranda nihilominùs, ac perficienda per vitam Apostolicam in aduentu Christi. Equidem detegit se noua proles, neque ex Lege orta, neque legem habens solam legem, sed legem ipsam perfectione longè superans, neque ipsum institutum in vno vel altero virorum, vel in vno loco; sed in collegiis, illisque positis in diuersis locis, præcipuè autem in montibus; vt vel ipsâ suâ celsitudine montes eminentiam quoque testarentur vitæ. „ Et longè post: „ Ex his, secundùm Venerabilium Patrum authoritatem, ac Sanctarum Scripturarum clarâ lucem, imò vel ex noui instituti prophetici ratione, facilè est aduertere, quod sancti illius vitæ institutores Elias & *Elisæus* non abostiùm aliquid conceperint, sed omninò permanens, quodque propagari vellent etiam ad secula futura. Nempè permanentiam dicit noua veluti æra temporum, siue *dies* Eliæ. In consequentibus autem ostendit, fuisse in S. Elia & eius discipulis, ac posteris professionem consiliorum Monastici Instituti: & illa erat *Lex Legem ipsam perfectione longè superans.*

Quo sensu S. Elias *legem habuerit legē ipsam (Mosaicam) perfectione superans.*

CAP.

Digitized by Google

CAPVT V.

Declaratur qualia fuerint vota S. Prophetæ ELIÆ *& aliorum in Lege veteri, S. Ioannis Baptistæ & Sacerrimæ Virginis Deiparæ in noua.*

1231. PRo intelligentia pleniore dictorum, & faciliori, ac firmiori cõcordia disceptantium, non parùm conferet istius quæsiti, à paucis peculiariter ventilati, pertractatio. Plerique scribentes de votis S. Prophetæ ELIÆ, & aliorum in veteri Lege, supponere videntur, ea fuisse explicita, vt passim nunc fiunt. Idque confirmatur ex Essenorum, in veteri Lege Monachorum, ELIÆ & *Elisei* posterorum (vt ex suprà dictis constat) iuramento: quod cèu nunc professio monastica, oretenùs, & explicitè, vt habetur ex Iosephi testimonio parte 3. c. 3. relato, etenim ille tradit tyrones inter Essenos per integrum annum probari solitos, eo autem elapso *magnis execrationibus adiurabantur*, & *Sacramentis ea ritibus obligabantur*. Quibus sanè diserte satis explicita professio indicari videtur. An verò in veteri Lege (quin & in Noua primis aliquot seculis) Professio scripto facta fuerit non vsquequaque constat: videntur enim illi ritus, execrationes, & Sacramenta verbis, non scriptis facta fuisse. Sic & S. Dionysius Areopagita in Ecclesiastica Hierarchia, cap. 6. agens de Monachis primitiuæ Ecclesiæ Christianæ scribit, Sacerdotem, mysticâ inuocatione absolutâ, Tyronem, seu Nouitium ad se accedentem interrogasse; primum an *renuntiet diuisibilibus omnibus* &c. *Vbi verò ista omnia intentè promiserit, consignans cum cruce signo Sacerdos tondet*. Ex quibus apparet tunc præter interrogationem Sacerdotis, & Nouitij responsionem promissionemque, nihil aliud adhibitum.

Vota monastica in veteri Lege an explicita?

Tantùm eo retenùs non scripto olim vota fieri solita verisimilius.

1232. Alij verò (vt problematicè hoc punctum pertractemus) censent olim in veteri Lege Professionis tacitæ vsum dumtaxat, & vota monastica mentalia aut implicita fuisse in actu aliquo æquiualente; sicut olim in plerisque, & adhuc modo in nonnullis Ordinibus Religiosis, Castitatis, & Paupertatis virtualiter, & æquiualenter in voto Obedientiæ includuntur, dum dicitur in formula professionis: *Promitto stabilitatem meam, & conuersionem morum meorum, Obedientiam secundùm Regulam S. Benedicti*, &c. Idem in variis aliis Religionibus practicatur, non factâ mentione Castitatis aut Paupertatis. Sicque in Regula nostra primitus statuebatur;

Si tantùm implicita olim fuerint vota in actu aliquo æquival. equidem vera erant vota.

Obedientiam promittat quilibet aliorum: Eratque olim hæc formula professionis: *Ego N. facio professionem meam, & promitto Obedientiam Deo, B.V.* MARIÆ *de Monte Carmelo, & R.P. Priori Generali &c. secundum Regulam huius Ordinis, vsque ad mortem.* Vbi sub Obedientia etiam bina ista alia inclusa intelligeantur.

Sicuti hoc tempore, vota Castitatis, & Paupertatis in variis Religioni fiunt.

1233. Quòd autem, & cur in variis Ordinibus Paupertatis, & Castitatis expressio non fiat in formula Professionis, peculiariter declarat Benedictus Haeftenus *in Disquisitionibus Monasticis, lib. 4. tractat. 6. disq. 6.* in hæc verba: „ Cùm ad Religiosi status substantiam non minùs pertineant „ vota *Paupertatis*, & *Castitatis* quàm Obedientiæ, mirati merito quis- „ quàm posset, cur illa non similiter exprimantur. „ Et aliquanto post: „ „ de suo Ordine Petrus Dorlandus ait: Nos Carthusienses, sed & Clu- „ niacenses, & Camaldulenses, & Cistercienses, & Canonici Regulares, „ nec *Paupertatis*, nec *Castitatis* votum palam emittimus. „ Et deinde: „ „ Sed nec Præmonstratenses in sua Professione *Castitatis* & *Paupertatis* „ meminerunt, prout est videre apud Servatium Lairnelz *tomo 2. Cate-* „ *chismi Novitiorum*. Et circa hæc interiectis aliis: „ Sed, inquit, „ inquiren- „ dum modo, cur plerique Ordines duorum horum votorum in mona- „ sticæ professionis formula mentionem non faciant? Respondet Boërius, „ profitentem monachatum, siue stabilitatem Ordinis, per consequens „ etiam *Continentiam* & *paupertatem* promittere, nam, vt Innocentius III. „ ait: *Abdicatio proprietatis, sicut & custodia castitatis adeò annexa est Re-* „ *gulæ Monachali, vt contrà eam nec Summus Pontifex possit licentiam indulgere. Si-* „ *mili modo*, inquit Boërius *Ordinandi Clerici cùm sacros recipiunt Ordines con-* „ *tinentiam tacitè profitentur*: Quibus adde, Honorium III. definiuisse, eũ, „ qui vltrà annum *habitum monachalem in Monasterio detulerit, ad tenentiam* „ *proprij, & continentiam, ac alias Regulares obseruantias teneri. Vouentur ergo hæc* „ *implicitè*. „ Et illud, *de voto continentiæ ab Ordinandi*, & eiusdem ac aliarum Regularium obseruantiarum ab eo qui vltrà annum habitum monachalem in Monasterio detulerit, implicitè emisso (quia isti statui sunt annexa) intentum nostrum illustrat, & roborat; quod nempè olim vota antiquorum sub Lege veteri implicitè fierent, dum susciperetur status Prophetalis, seu Monasticus, aut præstituto tempore in eo perstitisset quispiam; vt sic veraciter voti obligatio esse ad ista censeretur.

Porrò vota sic implicitè facta, esse verè vota, & sufficere, vt Religiosum, & Monachum constituant, ecquis in dubium reuocare ausit? ne consequenter admittere cogatur, plerique vetustiores Religiosos, etiam plures modernos, adhuc sic vouentes, defecisse ab essentia veræ Religionis, & Monachismi: quod temerarium est vel cogitare.

a. Q. 108. art. 4.

1234. Quis autem fuerit in veteri Lege actus æquivalens consiliis, seu tribus votis Monasticis, declarat celebris Doctor Bartholomæus Medina in prima secundæ *a* vbi cùm nonnulla dixisset de perfectione veteris

teris Legis subiungit: *Sed ex hoc non inferat Theologus, quòd viri iusti, & sancti in antiquæ Legis statu non haberent ex instinctu Spiritus sancti consilia à Deo tum Virginitatis, tum obedientiæ, atque etiam paupertatis, quæ & animo lubenti, & forti amplectebantur.* Similem quoque instinctum Dei dicendi sunt habuisse, & ratione illius Religiosi fuisse, etiam in Lege noua S. Paulus Eremita, atque alij de quibus agit Franciscus Suarez *tom. 4. de Religione* [a] vbi docet istos *fuisse Religiosos apud Deum altiori ratione, specialiter approbata peculiari Spiritus S. instinctu: vt videtur significasse D. Thomas 2. 2. quæst. 188. art. 8. Vide dicere possumus in eis fuisse statum Religiosum quasi eminenter, per abundantiam gratiæ, confirmantis illos quasi immobiliter in tali viuendi modo.*

Actus voto æquiualens quis fuerit olim

[a] Lib. 1. tra. 9. ca. 2. n. 12.

Eadem est ratio de Monachis in veteri Testamento: quorum vota fieri potuisse implicitè, seu in actu æquiualente sic paucis declarat Michael Munnioz *Propugnaculo* ELIÆ approbato *lib. 2. in titulo 1.* [b] vbi cùm vota Religiosa Apostolorum, etsi ea in Scriptura non exprimantur, demonstrasset ex eorum perpetua obseruantia, concludens subiungit: *Et si obseruantia perpetua Apostolorum, ipsorum iudicat religiosa vota: cur non Elietarij eadem obseruantia, perpetua demonstrabit vota? Non quidem expressa, aut solemnitate præscriptâ emissa, sed implicitè, & æquiualenter; quatenùs ea professio ex propria intentione, & generali omnium sensu, & consensu, ita erat Religioso statui connexa, vt simul intelligeretur, cum statu susceptæ; vt velò impositio, professio quandoq; fuit Sanctimonialium: & gestatio habitus, professio tacita eatum in illo vocatur.* Consequenter adfert verba mox adducenda Thomæ Waldensis, de Dei *instinctu immobilitante, voto æquiualente*, ac tandem concludit: *Et modo tacita professio, quæ exercitijs professorum, & habitus gestatione, cùm requisitis à Concilio Tridentino, perficitur, Religiosum constituit statum. Vt habet Nauarrus to. 4. de Regularibus.* De isto autem Dei instinctu, qui voto æquivalens erat, præclarè tractat Thomas Waldensis *in Doctrinali fidei tomo primo libro 3.* [c] vbi ostendit, in quo consistat essentia Religionis: *Religio Christi*, inquit, *perfecta, est specialis, & stricta regula charitatis, voti solemnis emissione professa, vel æquiualenter.* Quid autem sit *æquiualenter* ibidem superiùs sic declarat: *Quid autem dicitur esse illud quod æquiualet voto? dico quod est diuinus instinctus immobilitans affectum tendentem in Deum.* Et *talis professor fuit* ELIAS: *talis etiam erat* IOANNES BAPTISTA: *qui quamuis non vouebant vocaliter aliquam regulam charitatis, habebant tamen instinctum Dei immobilitantem eorum affectus conuersos in Deum. Et ille æquiualet voto; quia tota ratio est in non mobilitante affectum, ex se pronum peruerti. Talem etiam instinctum habebat Christus, ex speciali illapsu Deitatis, vnitæ loco voti, sicut & claram visionem loco fidei, & immediatam intuitionem loco spei.* Animaduertendum hîc, quòd sicut bruta omnia animalia per naturalem instinctum agunt, ita & rationales creaturæ Spiritus sancti ductum habent, quo (si velint sequi) ad suum perueniat finem. Instinctus autem immobilitans idem est, quod votum internum, ex Spiritus sancti motione conceptum.

[b] Cap. 2. art. 5. n. 17.

[c] Art. 2. ca. 17.

Quæ fuerint vota S. Eliæ & S. Ioan. Baptistæ.

1234. De eiusmodi autem voto quod corde celebratur idem Waldensis dicto *lib.3. cap.2.* ista tradit ex Patribus: *Quisquis in corde suo continentiam Deo vouerit, & nubere voluerit, damnationem habebit; quia primam fidē irritam fecit.* Et paulò infrà: *Intellige etiam hic vnum aliud, quòd votum obligat in corde celebratum, etsi non sit ore prolatum. Sic enim dicit hic Augustinus: Quisquis Deo seipsum castrauerit, & in corde suo continentiam vouerit..... Et iterum: Qui statuit in corde suo firmus..... Et tale votum appellat Gregorius votum in proposito, libro pastoralium parte 3. cap. 28.* Et infrà: *cap. 22.* specialiter tractans de voto à B. Virgine, & S. Ioſepho emiſſo: *Decretum Ecclesiæ docet, istud votum Virginis fuisse non solùm promissum: sed priùs corde, ac demùm ore professum: imò ab vtroq; coniuge Ioseph & MARIA initum, affectu concordi,* Verba Decreti, ex S. Augustino sunt ista: *Beata MARIA proposuit, se obseruaturam votum virginitatis in corde, sed ipsum non expressit ore, subiecit se diuinæ dispositioni, dum proposuit, se perseueraturam Virginem, nisi Deus aliter reuelaret.* Et infrà: *Postea verò filium genuit, quem corde conceperat: virginitatisq; votum simul cum viro labiis expressit, & vterq; in virginitate permansit.* Denique subiicit: *Vbi patet tam MARIAM quàm Ioseph, sanctam continentiam etiam ore tenus fuisse professos: secundùm quam formam postea inoleuit in primitiua Ecclesia continentiam debere voueri.* Hinc ortum habuit consuetudo, in primitiua Ecclesia obseruata, quod Virgines cupientes se Deo consecrare, *promitterent in nomine MARIÆ Castitatem seruare*, vt ex D. Athanasio, Epiphanio, Abulensi, Waldensi, & Canisio tradit Petrus Morales, commentans in caput primum Matthæi [a] circa illa verba: *Cùm esset desponsata Mater* IESV MARIA IOSEPH: scribit: *Virgo, & Ioseph Castitatis votum simul emiserunt, ex communi consensu, & voluntate. Hoc videtur expressum in capitulo* BEATA MARIA *27. quæst. 2. Quod Virgo corde conceperat simul cum viro labiis expressit, & vterque in Virginitate permansit.* Aliorū authoritatibus idem confirmat declarans, factam fuisse diuinitùs inspirationem vtrique de altero, scilicet Virgini, & Ioſepho, quod vellet vterque in Virginitate manere.

B.V. Maria & S. Ioseph primi oretenus concordi affectu Virginitatem vouerunt.

In primitiua Ecclesia Virgines castitatē promittebant in nomine Mariæ.

[a] Lib. 2. tra. 6. n. 12.

Et quidem ipsam Virginitatis votum emisisse ante Angelicam salutationem passim docent Patres, & Doctores ex illis verbis: *Quomodò fiet istud quoniam virum non cognosco?* Quibus verbis Virgo sanctissima significat, impedimentum se habere quo minùs filium concipere, & parere posset: impedimentum illud non aliud esse potuit quàm votum continentiæ iam emissum. Illa enim verba: *Virum non cognosco,* non significant nam actu non cognosco, sed, non licet mihi cognoscere: alioquin ineptissima interrogatio fuisset, cùm posset statim responderi: etsi nunc virum non cognoscis, tamen paulò post cognosces. Itaque sicut dicimus, in quadragesima, ego non vescor carnibus, id est, non licèt mihi hoc tempore carnibus vesci: sic B. Virgo dixit: *Virum non cognosco,* id est prohibeor virum cognoscere: cur autem prohiberetur nulla ratio potest reddi nisi votum. Ita Cardinalis Bellarminus *tomo 1. Controuers. libro de Monachis cap. 22.* vbi consequenter adducit.

Digitized by Google

adducit S. Gregorium Nyssenum, S. Augustinum, S. Anselmum S. Bernardum, & alios, disertis verbis idipsum adstruentes. Quibus adiungimus Doctorem Angelicum *in 3. par. quæst. 28. artic. 2.* vbi ad propositum sic inter cætera: *Perfectionis opera magis sunt laudabilia si ex voto celebrentur. Virginitas autem in Matre Dei præcipuè debuit pollere, vt ex supradictis rationibus patet, & ideo conueniens fuit, vt Virginitas eius ex voto Deo esset consecrata.* Et in responsione ad primum in fine: *Absolutè vouit antequam ab Angelo annuntiaretur.* Quòd autem *accepto sponso simul cum eo votum Virginitatis emiserit* ibidem tradit: & *in Responsione ad 3.* repetit: *Post desponsationem, ex communi voluntate, simul cum sponso suo votum Virginitatis emisit.* En hîc iam omnem difficultatis nodum solutum, & disputationis occasionem amotam, vt, cum authoribus, contrariæ opinionis, in eamdem coëamus sententiam.

Quando B.V. Maria Virginitatē vouerit.

Itaque S. Propheta ELIAS, sicut & S. IOANNES BAPTISTA vouerunt Castitatem, Paupertatem, & Obedientiam, etiam perpetuam, scilicet per istum *instinctum Dei immobiliter antem, voto æquivalentem*: & hâc ratione dicuntur, & sunt Monachi, ac Monachorum Principes, hic in Lege noua, ille in veteri. At B. Virgo MARIA, cum priùs etiam solo corde id præstitisset, deindè tamen etiam voce, & oretenùs, concorditer cum S. Iosepho id fecit. Ecce differentiam inter ELIAM, & Deiparam MARIAM: quæ hinc rectè dicitur *erexisse vexillum Virginitatis*, & *primiceria, speculum, dux, Regina Virginum*; quia prima fuit, quæ Virginitatem oretenùs, & quasi solemniter vouit, & aliis vouendam præmonstrauit. Vt proindè merito illi approprientur illa *psalmi 44.* verba: *Astitit Regina à dextris tuis*: Et infrà: *Adducentur Regi Virgines post eam &c. adducentur in templum Regis.*

Discrimen inter vota SS. Eliæ & Ioan. Bap. ac Virg. Mariæ.

Quâ ratione hæc dicatur Regina Virginum.

1235. Ex iam dictis sit præsentis dubij hæc resolutio: Vtrumuis probabiliter sustineri potest, quoad vota S. Prophetæ ELIÆ, & posterorum ius Monachorum veteris Legis: nempe, fuisse expressa, & oretenùs facta, vti nunc fiunt in plerisque Ordinibus: atque is videtur sensus plerorumque qui de Votis Monasticis sub Lege veteri scribunt. Quòd autem sic facta non fuerint nemo euincet. Si quis obiectet, id in sacris litteris non exprimi: Quæro, vbi magis disertè adstruuntur, oretenùs, & explicitè facta SS. Apostolorum, S. Pauli Eremitæ, S. Antonij, & aliorum Monachorum vetustiorum, in primordiis Ecclesiæ? Quod si quis verisimilius existimet ea fuisse dumtaxàt mentalia, aut in actu aliquo alio æquiualente, equidem sic sufficiunt (sicut iam vidimus) vt Monachum constituant. Vt vt sit, vota aliqualia fuisse in veteri Lege, etiã castitatis, pro cõperto sit: ex iis quæ hîc disseruimus & dictis *par. 2. cap. 7. & par. 8 cap. 6.* Nec per id quidpiam præiudicatur honori SS. Virginis Deiparæ: quæ ob singularissimas suæ Virginitatis prærogatiuas (de quibus sub finem capitis antecedentis) est *primiceria* ac *Regina Virginum*, atque absolutè *prima* in vouenda castitate: *prima*, inquam, *causalitate* causæ exemplaris, respectu veteris Legis, tum etiam *tempore* respectu Legis Euangelicæ, *prima etiam tempore*

tempore in voto oretenùs facto respectu omnium sub Euangelica Lege pro vt ex hactenùs dictis habetur. Diximus illud Virginis benedictæ Deiparæ & S. Ioſephi votum ſimul oretenùs factum fuiſſe *quaſi ſolemne*, non quidem à ſolemnitate accidentali, quæ poſtmodum ab Eccleſia eſt inſtituta, ſed ſolemnitate potiùs ſubſtantiali, quia primum fuit ſub Lege Euangelica, & exemplar cæteris.

a Par. 6. c. 9. n. 985.

1238. Quantùm ad Paupertatem, an non (ſicut ſuprà monebamus *a*) ſatis eam atteſtantur tabulum, præſepè, pulli columbarum? nec non veſtitus humilis ex materia coloris natiui, non tincti? vt mox videbimus. Paupertatem verò amplexata fuit non ex neceſſitate, ſed voluntate. Etenim vt Euſebius Emiſſenus veteſtus Pater *homilia de natiuitate Virginis* tradit: *Manifeſtum*, ait, *eſt Beatiſſimam Virginem* MARIAM *nobiliſſimam hæredem parentibus ſuis in hæreditatem ſucceſſiſſe; ſiquidem nec fratres habuit, nec habuiſſe legitur.* Parentes autem ex Regali Dauidicâ progenie habuit locupletes, quibus erant pecora, pecora & domus plures. De paſcuis quidem, & pecoribus S. Hieronymus in hiſtoria *de ortu Deiparæ* iſta ſcribit: *Ioachim ad paſtores, qui cum pecudibus erant, in paſcuis ſuis ſeceſſit.* Domicilium habuerunt in Nazareth, in qua Angelica contigit Annuntiatio: *Quando Angelus à Deo mittebatur ad eam, erat in domo parentum*, inquit S. Ildephonſus *ſerm. 5. de Aſſumptione.* Aliam etiam habuiſſe Ieroſolymis emitur ex S. Damaſceno *lib. 4. de fide cap. 15.* Cui ſuccurrunt Ioannes Zeuerius Vera *in Itinerario Ieroſolymitano cap. 9.* Vitriacus *cap. 53.* atque alij, aſſerentes, trumque Deiparæ parentem ibi objiſſe, adeoque in honorem S. Annæ ibi templum erectum. Quibus ſuffragantur ea quæ adduximus *par. 3. ca. 12.* Etiam de aliis quibuſdam eorum domicilijs ambi, ſcribunt alij. Cùm igitur bonis abundauerint parentes Deiparæ, vnde MARIÆ egeſtas contigit tam ſubitò? exiſtimamus eam poſt mortem parentum, pleraque bona mobilia diſtribuiſſe inter pauperes, immobilia verò ceſſiſſe alicui vel aliquibus ex proximis conſanguineis, retentis dumtaxat ſibi neceſſarijs. Vt autem in hac rerum omnium abdicatione perfectiſſimum omnibus exemplar ſe præberet, Deo votum Paupertatis emiſit. Etenim ſi *Beati pauperes Spiritu*, iuxtà Chriſti Domini effatum, & ideò ipſe ſæpè verbo, atque etiam exemplo omnimodam renuntiationem ſuaſit, ſine dubio Virgo Deipara, Beatiſſima ab omnibus prædicanda, per rerum omnium abdicationem perfectiſſimè ſe Deo dicauit. Sed de hoc videri plura poterunt apud S. Antoninum *c* & Salazar *tomo poſteriore in Cantica*: & hoc ipſamet reuelare dignata fuit S. Birgittæ, prout *lib. 1. reuelationum cap. 10.* legitur: *A principio*, inquit, Virgo Mater, *vouì in corde meo, ſi eſſet Deo acceptabile, obſeruare Virginitatem, nihil vnquam poſſidere in mundo.* Propterea Dominicus Soto in Quartum Sententiarum *d* tractans de iudiciaria poteſtate, promiſſa pauperibus ſpiritu, merito ſcribit: *In hoc iudicantium ordine, omnes profeſſione pau-*

Paupertatē voluntariā amplexa fuit B. V. Maria.

Parentes habuit locupletes.

b Nu. 326. & ſeq.

Eorum bonis ſe abdicauit.

An etiam votū Paupertatis fecerit?

c Par. 4. tit. 15. c. 2. nu. 1.

d Diſtinct. 47. q. 1. ar. 4.

ne pauperes vtriusq; sexus includantur, in quo Sacratißma Virgo principatum obtinebit.

1239. Inter cæteras quoque virtutes, in eminentissimo gradu (post Christum) in ea resplenduit Obedientia promptissima, & exactissima: quam præstitit Deo in obseruantia præceptorum legalium (etiam in iis ad quæ nō obligabatur) ac deinde Legis Euangelicæ, & potissimum dum dixit: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundùm verbum tuum.* (Eo solo verbo FIAT, diuinæ voluntati integerrimè se submittendo, plus meruisse quàm vniuersi Sancti simul omnibus suis actibus, scribit S. Bernardinus Senensis.) Parentibus quoque domi, & Sacerdotibus in templo commorans: Ioseph sponso, tamquàm vero marito, obsequia domestica ei præstando, etsi eo dignitate multo præstantior. Denique iussis Imperatoris Augusti idololatræ, quibus neutiquàm subiecta erat: & quidem in tempore, & aliis circumstantiis, quibus iter illud in Bethleem quàm maximè erat importunum.

De Obedientia Virginis Mariæ.

[a] Serm. 15. de festiuit. B.V. MARIÆ.

Et sicut castitatis, ac paupertatis, ita quoque & Obedientiæ votum, ex Spiritus S. instinctu emisisse adstruunt bonæ notæ authores: Idque etiam hac ratione suadetur: Virgo Deipara sua opera exequebatur perfectiori quo poterat modo, ergo ex voto. Confirmatur, quia Apostoli tria Religionis vota substantialia Deo nuncuparunt, vt tradunt S. Hieronymus *libro* 1. *contra Iouinianum*, in illud Petri: *Ecce nos reliquimus omnia*, & passim alij. Videri poterit Hieronymus Platus *de bono statu Religiosi libro* 2. *cap.* 20. Quod potiori ratione dicēdum de ipsa Virgine Deipara, perfectiori modo operanti quàm Apostoli: ergo per obedientiæ votum, quod perfectius, & acceptius Deo reddit opus.

Quid de voto Obedientiæ?

1240. Nec tantùm trium substantialium votorum Religiosorum emissione, sed & aliarum Monasticarum obseruantiarum exercitatione, se exemplar præbuit: prout constat ex Ioanne Bachone in opusculo suo hic suprà *par.* 1. *num* 37. & sequentibus. Et quidem de silentio (in cunctis ferè Religionibus commendatissimo) agens S. Bernardus [b] quàm eius virtutis diuina hæc Virgo fuerit amantissima, & verborum parcissima, verba eius paucissima velut numerans: *In omni*, inquit, *textu quatuor Euangeliorum non nisi quater* MARIA *loquens auditur.* Vide suprà *numer.* 48. Solitudinem (in qua IESVS ad cor loquitur animæ) sic amabat hæc Virginum Virgo, vt meritissimum hoc illi encomium assignarit S. Ambrosius [c] *Sola in penetralibus, quam nemo virorum videret, solus Angelus reperiret.* Ad propositum de ea dictum est suprà *numer.* 40. quòd loca solitaria amaret, & visitaret. Si non vereremur prolixiores hîc videri quàm par est, singularia adferre liceret de eiusdem Sacratissimæ Virginis studio Orationis, meditationis, mortificationis (sine quibus Religio omnis arida est) cæterisque virtutibus, in Monastica conuersatione requisitis: ast supersedebimus, cùm de illa id quod Diuus Bonauentura dignum memoratu refert, quòd *cælestis Virgo*

Virgo Dei Mater etiā aliarū Monast. obseruantiarum exercitatrix fuit.

[b] Serm. in Verba Apocalyps. *Signū magnum.*

[c] Lib. in Lucam.

pia fœmina (Elisabetham fuisse credit) *sic affata fit: Dico tibi, filia quòd nullam gratiam, donum, vel virtutem à Deo habui sine magno labore, continua oratione, ardenti desiderio, profunda deuotione, & multis lacrymis & multa afflictione..... exceptâ Sanctificationis gratiâ, quâ sanctificata fui in vtero matris. Et addidit, pro firmo scias, quod nulla gratia in animam descendit, nisi per orationem & corporis afflictionem.*

1241. Sed quidpiam hic addendum de eiusdem religioso vestitu, de quo peculiariter tractat Lezana in libro inscripto MARIA PATRONA [a] ex multis vetustis & recentioribus Scriptoribus demonstrans, fuisse natiui coloris, inferiùs quidem pulli, grisei, seu subnigri, & superiùs albi. Id imprimis habetur ex antiquo, & graui Historico Nicephoro *lib.2. cap.23.* scribente in hæc verba: *Vestimentis (quæ ipsa gestauit) coloris natiui contenta fuit.* Ea etiam authoritate vtitur Cardinalis Baronius *tomo 1. Annal. ad annum Christi* 48. Atque alij „ Natiuos porrò colores album, & subnigrum, „ aut pullum esse, eò quòd pecorum, ex velleribus, sine aliqua arte de„ sumpti sint, omnibus pro comperto est. Accedit, quòd pullus, seu sub„ niger summè modestus sit, & Virginali pudicitiæ maximè congruens, „ ac in vsu Virginum, & Christianorum antiquis temporibus, vt Annales „ nostri ostendunt. Candidus verò candidissimum, & purissimum Virgi„ nis animum nonne indicaret? Vnde eiusdem vela candida fuisse ex „ eo, quod Atrebati seruatur, elicit Ferreolus Locrius [b] Hinc plures eius„ dem Imagines album pallium præ se ferentes in Ecclesia conspicuæ „ sunt. Ita ibi Lezana. „ Circa hæc etiam quædam attigimus *par.7. cap.* 10. Et sanè antiquitùs Virginum Religiosarum vestis inferiùs, pulli, seu fusci coloris, superiùs albi fuisse, satis indicat, S. Athanasius, sic loquens cũ quadam Virgine [c] *Indumentum tuum fuscum sit, non tinctum sed natiui coloris, aut saltem album amiculum fimbriis careat.* En lector *fuscum indumentum* pro interno habitu, & *album amiculum* pro externo.

[a] Cap 9. num. 17.

Vestes B. Virginis erant coloris natiui.

[b] In Maria Augusta lib. 5. c. 25.

[c] In lib. de Virgin. seu medit. ad Virg. Relig. ingredientem.

1242. Denique hanc Virginem Virginum etiam vitam communem cum alijs Virginibus, Deo sacratis, egisse Ierosolymis (eo nempe tempore quo ibi degebat, nam etiam Epheſi cum S. Ioanne Euangelista aliquamdiu mansisse putatur) idque in collegio, cui vt Præfecta, & Magistra præerat, tradunt plures celebres Scriptores, relati, & citati à Lezana *tomo 2. Annalium Carmelitanorum ad annum Christi* 42. Ex ijs sunt S. Isidorus relatus hic suprà *cap.4. Fœminarum Virginum caput est* MARIA, *ipsa earum auctrix, inde agmina puellarum sanctarum, inde sectatrices perpetuæ continentiæ pullulauerunt.* Clariùs ad intentum Dionysius Carthusianus [d] *Quotidie quoque, seu tempore opportuno, edocuit felicissimum illud Collegium centum viginti Virginum, eius obsequio, ac regimini deputatarũ.* Ferè eadem scribunt Philippus Bergomensis, Eisengrenius, Gulielmus Spira, & Ioannes de Carthagena (ibi apud Lezana.) Quibus succurrit præfatus Petrus Morales *in Matthæum lib.1. tract.11.* vbi hæc: *Fuit etiam, & perpetuò erit sanctissima Virgo mirabile exemplum*

Vitam cõmunem cũ aliis Virginibus egisse Dei Matrẽ adstruitur.

[d] In 1. Sẽt. dist.16. qu. 2.

Digitized by Google

exemplum omnibus Religionem profitentibus, sed præcipuè Monialibus, quarum sanè Maria Magistra fuit, nam vt docet S. Thomas 3. par. quæst. 28. ar. 4. etiam obseruatio consiliorum aliquo modo cœpit in Virgine. Laurentius quoque Chrysogonus in mundo Mariano [a] ex Petro Spinello, & alijs refert, ac approbat, Deiparam Virginem Virginibus in Collegio Magistram, & Præfectam præfuisse. Alij idem recipientes nominantur dicto loco Annalium: vbi etiam quædam (ex Diptycis Marianis) in contrarium soluuntur. Istis quoque fauent ea, quæ ex Cardinali Baronio adduximus *par. 6. cap. 9.* [b] adstruente, ex testificatione S. Ignatij Martyris, temporibus Apostolorum Collegia Virginum extitisse: quod sanè persuadet ratio hæc ibi ex eodē: *Quòd si ab Ecclesiæ primordiis fuerint Asceteria Virorum* (vt ipse variis locis demonstrat, & ex supràdictis habetur) *multò magis sanè sacrarum Virginum erant* (Asceteria, scilicet seu Collegia) *quas timor, facilis lapsus, & Virgineus pudor magis includi debere suadent.* Similia etiam *tom. 1. ad an. Christi 57.* Iscribit: *statim*, inquit, *seminantibus Apostolis sanctarum Virginum, & viduarum collegia, quæ nos Monasteria dicimus, esse cœperunt.*

[a] Par. 1. discurs. 22. nu. 137. & 138.

[b] Nu. 986.

1243. Præterea, statim atque diuinus Spiritus in Apostolos visibili formâ descendit, religiosus status per eos propagatus fuit, & practicatus qui inter cæteros etiam fideles instituerunt, vt *essent illis omnia communia* [c] Hinc Cassianus *collat. 18. cap. 5.* ait, *Cœnobitarum disciplina à tempore Apostilicæ prædicationis sumpsit exordium.* Et quidem habitacula, seu Monasteria & virorum, & mulierum Religiosarum ad inuicem separata, quam plurima fuisse à principio Ecclesiæ Christianæ ostendit Spinellus *cap. 37. numer. 18.* Nihil ergo mirùm, quòd Virgo Deipara, quæ Virginitatis vexillum extulit, religiosæ etiam vitæ exemplar extiterit Hierosolymis, & tamquàm bonorum morum Magistra plures alias Virgines instrueret; cum Apostolorum, & Euangelistarum Magistra ipsa fuerit. Quare non videtur à veritate alienum, affirmare in exordio Euangelicæ prædicationis, Hierosolymis præcipuè, complures in vnum Virgines, vt vitam religiosam simul profiterentur, & Deiparam adhuc in terris superstitem, non solùm vt Dei Matrem habuisse, sed vt morum Magistram, quæ eas in via perfectionis instrueret, & informaret. Si enim puellula in Templo degens cæteras Virgunculas exēplo, & verbo in via virtutis dirigebat, potiori iure post Christi ascensum in cœlum, plures Virgines ad omnia pietatis & virtutum opera instruxisse dicendum est. Quid quòd in veteri Testamento Virgines Deo consecratæ collegialiter vixerint, quæ clausæ in templo educabantur? Id ex dictis *par. 6. cap. 9.* habetur. Ergo opus erat in Lege Euangelica, vt Virgines etiam in vnum locum cogerētur, & Virginitatis consilium, à Domino traditum, & sufficienter ab Apostolis promulgatum, sub Deiparæ disciplina, & Magisterio perfectissimè custodirent. Quod iam olim in Maria, sorore Moysis, adumbratum fuit, quæ, aliarum fœminarū Coriphæa, tympanum assumens, aliis præibat, præcinens: *Cantemus Domino, glo-*

[c] Act. 4. *A principio prædicationis Apostolicæ fuerunt Asseteria virorum Religiosorū, ergo potiori ratione etiā Virginum sacrarum.*

riosè enim magnificatus est &c. Exod. 15. Post Christi ergò in cœlos ascensum, confractis Dæmonum viribus, & in passionibus Christi mari sanguineo submersis hostibus, melior alia MARIA in tympano, quod Virginitatem adumbrat, *Apoc. 14.* iuxta Spinellum *cap. 32.* alijs comitata Virginibus, nouum canticum præcinit, videlicet castitatis votum edocet verbo & exemplo. Ex cuius tyrocinio S. Martha religionem instructa, eamdem religionis professionem in Gallia propagauit, & auxit. Illaque de Martha cõfirmantur ex dictis ijsdem *par. 6. cap. 9. num.* 988. Quibus accinit Baptista Mantuanus *lib. 7. Fastorum* seu *de sacris diebus*, vbi hæc de Martha:

Postquam sparsa fides, & propagata tetendit
Latius errantes ramos, collegit in vnum
Virgineos secum cœtus, flauitq; pudore
Grande Cynaceum, quo se, sociasq; recluſit.

1244. Si quis quærat, cuius instituti fuerint eiuscemodi Collegia, seu Monasteria sacrarum Virginum in primitiua Ecclesia? Respondendum, videri eiusdem disciplinæ cum Essenis, posteris SS. Prophetarum ELIÆ & *Elisei*, vt in *dicto tomo 2. Annalium Ordinis huius* vàrijs locis declaratur. Videri etiam poterunt ad intentum relata à nobis hic suprà *par. 6. c. 9.* & quidem de ipsa Virgine superbenedicta MARIA eruitur ex ipsius vestibus iam ante descriptis, eiusdem sanè coloris, vt olim, & modo in vsu sunt in Ordine Carmelitano, natiui scilicet coloris pulli, & albi. Si enim quispiam gestans vestes in Ordine S. Augustini, S. Benedicti, S. Norberti, alterius ue vsitatas, hoc ipso eiusdem Ordinis alumnus intelligatur; cur non idipsum hîc locum habere existimare licet? Hactenùs dicta si fortè cuipiam, historiarum minùs gnaro, noua, & mira videantur, eum rogatum volumus, vt saltem ea tanti æstimet, quantùm allatæ authoritates, & rationes valent.

Sed quorsum hæc tam prolixè? an non extra propositum? neutiquam, vt nempe confirmetur id quod ex Waldensi, & alijs audiuimus, formàm vouendi oretenùs castitatem (& consequenter paupertatem, atque obedientiam) præmonstratam in ipsa Virgine Deipara, habenda idcirco, & colenda, tamquàm aliquatenùs vniuersæ Monasticæ professionis Fundatrice, & prima Auctrice. quę proinde erga omnes Religiosos materna planè gerat viscera.

Vnde (peculiariter hic ad propositum) consectarium est, Carmelitas Scriptores, ista tradentes, & (modo iam explicato) adstruentes votum aliquale Castitatis in Lege veteri non modo non obscurare (vt authoribus paucis visum fuit) sed magis illustrare honorem superbenedictæ Virginis Deiparæ MARIÆ, sic in omnibus Ordinibus Religiosis primàtum habentis.

C. A.

Digitized by Google

CAPVT VI.

Satisfit nonnullorum obiectionibus contrà hactenus dicta.

1345. IMprimis,& potissimùm quidam opponunt: Quod tamquàm specialis prærogatiua, & dignitas sit Ecclesiæ Euangelicæ, antè ipsam non fuisse votum Castitatis,nec statum Religionis. Et quia,cùm tota Lex veteris figura fuerit Legis Euangelicæ(etenim *Omnia in figura contingebant illis a & nihil ad perfectum adduxit Lex b*) contra rationem videtur, ponere in illa aliquam rationem veræ Religionis, & non solùm figuram eius. ELIÆ ergo institutum non Religio,sed figura Religionis fuit.

a 1.Cor. 10.
b Ad Hebr.c.7.

Istis egregiè satisfacit P. Lezána *in Apparatu ad tomum primum Annalium cap.4. num.* 22. vbi inter alia: „ Dicimus,quemadmodum ad specia- „ lem dignitatem Legis Euangelicæ non spectat,quòd ante ipsam non „ fuerit vt in Lege veteri vera Sacramenta, vera sacrificia, ceremoniæ „ verusque cultus Dei quoad essentiam,& substantiam ipsorum, sed so- „ lùm, quòd antè illam non fuerint perfecta,& consummata; multò mi- „ nus ad eamdem Euangelicæ Legis dignitatem spectabit, quòd ante ip- „ sam non fuerit aliquale exercitium votorum, etiam Castitatis, aliqua- „ lisque Religionis instar status, proportionatè quidem ad veteris Legis „ imperfectionem, ac imbecillitatem, vt dictum est: sed solùm quòd ea „ omnia non fuerint nedùm perfecta, & consummata,sed neque ijs pri- „ uilegijs ornata,quibus decorantur in Lege Euangelica. Imò potiùs vi- „ detur colligi contrarium,ab æqualitate, vt dicitur,proportionis. Cùm „ enim illa Lex imperfecta fuerit ; & velut inchoatio Euangelicæ,vide- „ tur etiam necessariò postulasse modum aliquem imperfectum , & in- „ choatum Religionis, perficiendum, & decorandum in Lege Euangeli- „ ca. Et sanè nulla assignabilis est ratio, quare in hominibus perfectis il- „ lius status fuerint excellentissima, & perfectissima dona, & charismata „ prophetiæ, miraculorum,martyrij, & similium, non autem aliqualis „ Religionis, etiam imperfectæ,aut quasi: hoc solum reseruatum est Le- „ gi Euangelicæ, & non alia, præsertim cùm Martyrem esse perfectius „ quid videatur,quàm Religiosum esse, iuxta illud : *Maiorem charitatem „ nemo habet, vt animam suam ponat* &c. „ Hæc ibi Lezana, quæ & alijs rationibus,& Patrum, ac Doctorum authoritatibus confirmat. Declarat etiam ibi, qualiter Religiosus, seu Monasticus status, & vota Religionis,

Si in Lege veteri fuerint vera sacrificia & Dei cultus, cur non & Monachatus cum aliquali voto?

Excellentissima charismata, & dona prophetia, ac miraculorum, imò & martyrium in Lege veteri, non præindicant perfectioni Legis Euangelicæ; ergo nec status Religiosus

priùs in Lege veteri, proportionata eius infantiæ, inchoata, & perfectibilia, tempore Legis gratiæ consummata fuerint per Christum, eiusque discipulos: de quo latiùs suprà. *a*

a Nu. 180.

Varia & essentialiter perfecta virtutes fuere in Lege veteri.

Ad istud: Quod in veteri Lege *omnia in figura contingebant* &c. haud multum dissimile responsum dat: „ Quemadmodum „ (*inquit, numer.* 23.) „ Obedientia Isaac, Castitas Ioseph, Patientia Iob, & aliæ virtutes „ in antiquis Patribus repertæ, quamuis veram rationem, & essentialem „ virtutem participauerint, figura tamen fuerunt similium virtutum, quæ „ in Christo Domino erant: ob eminentiam, & maiorem perfectionem, „ quæ in ipso effulserunt. Sic pariter, quamuis ratio Religiosi veluti status „ in veteri Lege vtcumque reperta illius primordialē quasi quidditatem „ induerit, figura tamen potest dici Religionis, seu Monachismi Legis „ Euangelicæ, ob prærogatiuas, & excellentias assignatas, quasque ex „ Christi, & Apostolorum institutione, & exemplo participat, vt dictum est. „

Potuit igitur esse quidditativa ratio status Religiosi, seu Monachismi.

Dicimus igitur, veri luminis, & Solis iustitiæ (qui Christus est) Luciferum præambulum extitisse magnum Prophetam ELIAM, eumque Monasticum, & Religiosum statum, antea, ab origine mundi, sub meris vmbris, & figuris latentem, primùm præmonstrasse, atque, Numinis instinctu, vitæ Eremiticæ, & Monasticæ Antesignanum, & primum Authorem extitisse, ac ipsum, eiusque discipulos Filios Prophetarum, veri nominis Monachos veteris Legis fuisse (quod in præcedentibus sufficienter probatum est.) Itaque S. ELIAS Christum in Monastica disciplina præcessit quidem tempore, at non causalitate: & id spectat ad dignitatem, atque excellentiam Christi, vt scilicet *de plenitudine eius omnes acciperemus*, non tantùm in noua, sed & in veteri Lege. Sicque fatemur, ad Euangelicam Legem spectare, statum perfectorum Religiosorum: nimirùm, sicut antiqui Patres saluati sunt merito Christi, sic & in veteri Lege Monachatus habuit causam meritoriam, finalem, & exemplarem ipsum Christum (qui eundem deinde etiam ad maiorem perfectionem sustulit) S. verò Propheta ELIAS Monachatum instituendo, dumtaxat fuit causa efficiens, & secundaria: prima tamen, & exemplaris respectu ceterorum omnium hominum, & Fundatorum Monasticæ conuersationis: prout habetur ex dictis *par.* 3. *c.* 20. Quædā etiā reperiet Lector *par.* 8. *c.* 6. sub finem.

Sicut antiquorum Patrum meritum fundabatur in Christo, ita & Monachismus in veteri Lege.

Obiectio 2.

1246. Secundò obijcitur: in Scripturis sacris mentionem expressam non esse castitatis ab ELIA seruatæ, nec Monachatus, vel Religiosi status. Sed argumentum illud retundimus, & ex eo asserta nostra firmari arbitramur. Vbi in quatuor Euangelijs, aliaúe Scriptura disertè asseruntur castitas, eiusque votum in S. Ioanne Baptista (quem Patres Monachum, & Monachorum Principem in noua Lege appellant) nec non in Apostolis, postquàm à Christo vocati fuerunt? ea tamen vt indubitata admittuntur. Portò loca sacræ Scripturæ pro Paupertate, Castitate & obedientia,

Digitized by Google

dientia ab Apostolis practicatis ea sunt: *Ecce nos reliquimus omnia. Sunt Eunuchi, qui seipsos castrauerunt. Qui vult venire post me, abneget semetipsum*: è quibus Patres, & interpretes tria ista statuunt, etiam voto firmata ab eis. At planè similia pro Paupertate, Castitate, & Obedientia ELIÆ, *Elisei* ac Filiorum Prophetarum adducta sunt à nobis *par.* 8. *cap.* 6 desinant itaque nos vrgere, qui nolunt pariter impugnare vota S. Ioannis Baptistæ, & Apostolorum. Quale autem fuerit votum S. ELIÆ, & S. Ioannis Baptistæ, concinnè explicatum habes hic suprà ex Thoma Waldensi, istis verbis: *Quid autem dicitur esse illud, quod æquiualet voto? dico, quòd est diuinus instinctus, immobilitans affectum tendentem in Deum. Et talis professor fuit* ELIAS, *talis etiam erat* IOANNES BAPTISTA. Si eiusmodi votum sufficiat in S. IOANNE BAPTISTA, vt Monachus, & Monachorum Princeps in Lege noua fuerit, cur non in ELIA?

1248. Tertiò specialiter contra Castitatem, eiusque votum in Lege Veteri adfertur à nonnullis: Quòd *In Lege veteri Status Virginitatis probrosus: reprehensione digni, qui tunc seruare vellent Virginitatem: Lege prohibebatur Cœlibatus antiquorum: Virginitas tempore Legis probrosa, deserta: Virginitas in Lege res maledicti: illisq; temporibus Virgines abominabiles.* Etiam, sunt, qui censuerunt, in Lege veteri extitisse præceptum diuinum, de non seruanda Castitate, sed de propagando, per matrimonium, genere humano. Verùm de oppositò constat satis ex dictis *par.* 8. *cap.* 6. & ex ijs quæ hactenus audiuimus ex S. Hieronymo, Dominico Soto, Francisco Suarez, asserentibus, in Lege veteri non solùm aliquos, sed *multos Virgines* fuisse. Istis opportunè adiungimus, pro confirmatione, quædam ex alio Societatis IESV percelebri doctore Vasquez, qui peculiariter argumentum istud illustrauit, & veritatem indagauit, ac manifestauit, scribens *in tertiam partem D. Thomæ, tomo 2. disputatione 124. capite 3.* cuius titulus est iste: *Apud Iudæos Virginitas in magno honore habita est.* Id ibi sic declarat: *Ostendimus hactenùs Virginitatem in antiqua Lege veteram non fuisse, neque præceptum matrimonium*, & paulò infrà: *Nunc verò in confirmationem eiusdem demonstremus, Virginitatem non tantùm sine ignominia, & infamiæ nota, sed etiam in magno honore apud Iudæos fuisse*: quod probat exemplis ELIÆ, ELISEI, DANIELIS, trium puerorum, S. IOANNIS BAPTISTÆ: & deinde confirmat ex illis *Sapientiæ 3. verbis: Quoniam felix est sterilis*, &c. & *Isaiæ 56. Hæc dicit Dominus eunuchis*, &c. Quæ à nobis explicata sunt superiùs *par* 8. *cap.* 6. vbi ex illis collegimus votum Castitatis in Lege veteri, sicut ex illis similibus Matthæi 19. *Sunt eunuchi qui seipsos castrauerunt propter regnum cælorum* Patres & Doctores inferunt votum. Castitatis à Christo commendatum. Magno autem in honore fuisse apud Hebræos Virginitatem, confirmant quoq; quæ superiùs *a* adduximus de Essenis: de quibus proinde asserit Cardinalis Baronius: *b Magni præij fuisse apud Hebræos Virginitatem, & paulo post, Laudabantur in hac parte apud eos Esseni, qui ducentes vitam sine vxore perpetuæ se continentiæ manci-*

Obiectio 3.

Virginitas in Lege vet. nec probrosa nec prohibita.

a Par. 3. c. 3. & 4.

b In Apparatu ad Annal. n. 58.

Digitized by Google

mancipabant: Idem *tom. 1. ad an. Chr. 11.* Scribit: *Æque apud omnes Virginalis vitæ maximè omnium esse habitam rationem: quandoquidem (quod pluribus docet Hieronymus scribens contra Iouinianum) apud Græcos & Barbaros pariter, apud omnes tam poëticis quàm historicis litterarum monumentis, semper ante omnia reperitur Virginitas commendata.* Igitur longè abest, eam fuisse *probrosam, abominabilem*, &c.

Obiectio 4.

1248. Quartò, contra hoc, quod Carmelitani Ordinis scriptores tradunt, S. Prophetam ELIAM eiusque discipulos, & posteros seruasse, & vouisse Castitatem, ad honorem, & imitationem Virginis Deiparæ, tamquàm causæ exemplatis, & aliquo modo finalis, ac meritoriæ, & ipsa vicissim certo modo habuerit exemplum Virginitatis seruandæ in ELIA, tãquàm tempore ipsam antecedente, Vrget quispiam: *vt causa exemplaris sit, debet exemplo causare illud cuius proponitur in exemplum: quapropter necessariò præexistere debet, etsi non tempore, tamen cognitione, quia ideò dicit S. Thomas, Non est necesse, vt causa causatum præcedat tempore: nihil prohibet id quod est posterius tempore, antequàm sit, mouere. Ergo necessarium saltem est, vt præexisteret Virginitatis, & voti* MARIÆ *cognitio in illis, quos ad Virginitatem & votum mouebat.* consequenter infert, credibile non videri eos qui in Lege veteri Virginitatem seruauerunt, cognitionem expressam habuisse Virginitatis MARIÆ Matris Dei futuræ.

Causa exemplaris potest esse tempore anterior suo effectu.

Verùm hinc occasio opportuna nobis offertur, rursùs, & latiùs declarandi pulcherrimum & potissimum nostrum argumentum (quod in antecedentibus aliquoties tactum fuit) Etenim cur parùm credibile videtur S. Prophetam ELIAM, *Elisæum*, & alios in Lege veteri, cognitionem aliquam habuisse Virginitatis perpetuæ in illa puella, quæ Deum erat paritura; cuin aliorum plurimorum mysteriorum cognitionem isti & alij habuerint per diuinam reuelationem? Et si S. Propheta Isaias præsciuerit *Virginem concepturam, & parituram filium*; cur id magni illius Prophetarum luminis ELIÆ intellectui absconditum esset? Quis Catholicus Doctor in dubium reuocet Prophetis futura plurima tamquàm præsentia præmonstrata fuisse? Id aliquando declaratum fuit S. Anselmo lectitanti libros Prophetarum, & recogitanti qualiter Deus eorum mentes illustrauerit, vt tam longè temporaliter diffita conspicarentur; etenim subitò cella eius nocturno tempore tanto resplenduit lumine, vt ibi conclusus inter quatuor parietes, clarè & intuitiuè contemplaretur quæcumque in Monasterio agerentur: vidit hunc campanas pulsantem, istum festinanter è lecto se propipientem, & ad Ecclesiam properantem, illum candelas accendentem, alium in suo stramineo lecto torpentem, seseque versantem. Haud multùm dissimile referunt S. Gregorius *libro 2. Dialogorum* [a] de S. Benedicto, tamquàm in radioso lumine totum mundum collectum conspicante, & S. Bonauentura [b] de S. Francisco, & eius Religiosis, quibus apparentes currus flammeus, & globus igneus sic eorum intellectus illumina-

S. Elias eiusq; discipuli notitiã habuere Virginitatis perpetuæ ipsius Deiparæ.

Quomodo Prophetæ futura vel absentia videant.

[a] Lib. 2. Dialog. c. 35.

[b] In vita S. Francisci.

Digitized by Google

illuminauit, vt quid singuli agerent, aut mente versarent, clarè perspicerent. Sic quoque asserimus, magni Prophetæ ELIÆ mentem diuinitùs illustratam fuisse, dum è mari ascendentem conspexit nubeculam, vt in illa Virginem Deiparam in eaque maternalem fœcunditatem mirabili modo sociadam Virginali puritati, clarè prægnoscceret: atque eius amore succensus, se ac Ordinem Propheticum, ipsi dicaret, Hadrianus Lyræus *in Trisagio Mariano lib. 1. sono 36.* ex Eusebio Cæsarienſi *libro 2. Eccles. historiæ cap. 17. asserit inter Essenos, quos Alexandriæ S. Marcus reperit, Mariam nondum natam cognitam & singulari veneratione cultam fuisse.* Essenes istri posteri S. ELIÆ ab eo per traditionem id acceperant: prout etiam isti in Gallia, Druides nuncupati, quorum suprà [a] mentionem fecimus. De ijsdem etiam scribit Lyræus *ibidem* (ex Nicolao Naucelio,) *in Parerbasi de mirabili natiuitat. Christi cap. 11.*) Quod *eorum doctrinâ imbutus Comes Carnutensis, nomine Priseus, statuam erexerit Virginis Matris puerum in sinu gestantis, eidemq; Virgini paritura templum consecrauerit longè ante Christi aduentum.*

Essenes & Druides venerati sunt Virginem Deiparam natã.

[a] Nu. 264. & 700.

1249. Quæ magis credibilia reddentur, si recolimus, etiam Balaã, & Sibyllas, atque alios Gentilium, notitiam quandam habuisse de Messia & Virgine paritura.

Et quidem quoad fatidicas Sibyllas, Persica prænuntiat:

Virgine Matre satus, pullo residebit asello.
Ille Deus casta nascetur Virgine magnus.

Delphica sic cecinit

— Qui Virgineâ conceptus ab aluo
Prodibit sine cantactu mariis, omnia vincit
Hoc naturæ opera. At faciet qui cuncta gubernat.

Samia idem adstruit:

Hunc poterunt clarum viuorum tangere Regem,
Humano queni Virgo sinu inuiolata fouebit.

Sibyllarum oracula de Virgine Deumparitura.

Cumana sic diuinat:

——— Castam pro Matre puellam
Diliget: hæc alias formâ præcesserit omnes.

Erythræa idem firmat:

Virgine Matre satus.

Cimmeria sic vaticinatur:

Militiæ æternæ Regem sacra Virgo cibabit.
Lacte suo.

Et lib. 8. Oraculorum sic demum prædicitur:

——— Puer inde creatus
Virgineo partu. Mira est mortalibus hæc res:
Sed res nulla Deo Patri, Natoq; stupenda.

Hæc igitur Sibyllarum oracula; quæ tanti apud Etnicos habita sunt, graphicè depingunt Virginem MARIAM. Veteres ergo Theologi Euseb. Arnob.

Arnob. Lactantius, Auguſt. lib. 18. de ciuit. Dei cap. 13. imò & recentiores, vt Canis. & alij, quoties in Ethnicos certamen ineunt, ab his Sybillinis oraculis arma depromunt: & merito; cur enim intemeratæ MARIÆ Virginitati non aſſentiantur, quam ipſorum fatidicæ Sybillæ ſemper Virginem, ac Matrem decantant?

Inter Chaldæi & Ægyptij præcognouerũt Virginem parituram.

Inter Ethnicos itidem Ægyptij ſuperſtitione, & impietate primi, Virginem cõcepturam, ac parituram quibuſdam ceremonijs viſi ſunt adumbraſſe, teſte Epiph. in vita Ieremiæ Prophetæ, & Dorotheo in Synopſi. Hi igitur vaticinio de conceptu, & partu MARIÆ ſine vllo Virginitatis præiudicio tantum detulerunt, vt apud ipſos mos peruetuſtus increuerit, Virginem quandam in lecto cubantem, & infantem in præſepio iacentem collocare, vt hoc ſolemni ritu Marianam Virginitatem in conceptu, & partu conteſtarentur. Demum ſi Ethnicorum Aſtronomi præſtantiores conſulantur, quorum primi Chaldæi & Ægyptij numerari ſolent, noſtræ Catholicæ fauent veritati, dum dicunt cum Albumazare, in prima facie ſigni Virginis oriturum in terra Virginem mundam, puellam immaculatam, corpore decoram, vultu venuſtam, habitu modeſtam, crine prolixam, in Iudæa nutrientem puerulum. Quod teſtimonium affertur à Dionyſ. Carthuſ. lib. 1. de laudibus Virg. artic. 30. & à Petro Canisio lib. 2. de Deipara c. 7. qui ſe vidiſſe teſtatur illud in vetuſto quodam opere Albumazaris lib. 6. in introductorio maiori.

Vega in Theolog. Mar. Paläſt. 19. certam. 2.

1250. Si Virginem parituram præcognouerint Gentiles idololatræ, id ignoraſſe cenſendus eſt ſanctiſſimus ille diuini honoris zelotes ELIAS? aſt præſciuiſſe, & imitatum fuiſſe diſerte adſtruit S. Methodius Epiſcopus Tyri (etiam dicitur Epiſcopus Patarenſis) *in homilia de Simeone & Anna*, ſeu de feſto Purificationis, ſic affatur Virginem Deiparam: *Puritatis etiam tuæ* ELIAS *Propheta præſcius, atque imitator in Spiritu, quum eſſet, vitæ illius igniferæ ſibi coronam colligauit.* Idem dicit de S. Eliſeo. Vide dicta a Nu. 231. *par. 2. cap. 5.* a Iſtis planè concordant ea quæ ibidem retulimus ex vetuſto Patre Ioanne Ieroſolymitano, libro *de inſtitutione primorum Monachorum*, in quo *cap. 39.* & ſequentibus, declarat myſteria S. Prophetæ ELIÆ reuelata in typo Nubeculæ (de qua 3. *Regum* 18.) videlicet, naſciturum infantulam, è qua Deus humanam naturam aſſumeret & tamen ipſa Virgo permaneret. Itaque ELIAS *priùs ſciuit præputium impudicitiæ à ſua carne, & mente prorſus circũcidere, dum primus inter homines ſtuduit Deo Virginitatẽ perpetuam ſponte inchoare*, ſcilicet ad honorem iſtius infantulæ, quæ, poſt ELIAM, prima fœminarum eligeret in Virginitate perpetua vincere. Alia ex eodem, ad hoc intentum, adduximus parte 8. ca. 6. Idipſum ſic tradit Thomas Waldenſis *tomo tertio de Sacramentalibus* b expreſsè aſſerens, ſanctiſſimam Virginem, in Virginitatis perpetuæ voto ELIÆ, tempore anteriori, ſucceſſiſſe: *Quæ*, inquit, *prima Virgo fœmina Prophetæ, in Virginitatis perpetuæ voto, ſucceſſit.* Alia ex eodem iam ante adduximus.

b Tit. 9. c. 84. n. 9.

1251. An-

1251. Arnoldus Bostius suprà *in Breui-loquio Tripartito parte 2. cap. 3.* scribit: *Conformitatem primitiarum spontaneæ Virginitatis inter huius Ordinis Fidatorem, & Dei Genitricem olim prophetatam, postea adimpletam*: & libro *de Patronatu* MARIÆ *cap. 1.* agens de Ordinis huius institutione, ita ad propositum: *Pater eorum* (Carmelitarum) ELIAS *nongentis ante id tempus annis in se, & viris sequacibus Virgineam vitam primus inchoauit, ipsa Virginum Decus & lilium Castitatis, ad instar* ELIÆ *Virginum fœminei sexus primicerius, simul & vexillifera.* Et *cap. 2.* inter alia hæc de eodem S. Propheta ELIA scribit: *Prophetico iam spiritu Redemptorem mundi nasciturum conspicabatur de purissima Virgine omnium gratiarum plenitudine virtutum, donorum, fructuum, beatitudinum ac meritorum omnium multiplicitate ornanda.* Et infrà: *Et ad exemplum eius, quasi ad sigilli spiritualis imaginem Elisæum, Michæam Morasthiten, Abdiam, Ionam, ac cæteros, quos aduocauerat (quorum virtutibus tamquam quibusdam stellis canonicè micant historiæ) secum tamquam Mariæ præcursores, Contemplationem Virginitatis edocebat.* Ita quoque tradunt alij historici nostri, sed præ cæteris accuratè Lezana *tomo 1. Annalium ad annum mundi 4042. ante Christum 11.* vbi declarat, qualiter Virginitas Deiparæ Virginis causa fuerit exemplaris Prophetæ ELIÆ: & huius Virginitas tempore præcesserit. Hinc quoque Superiùs, ex Dominico Soto audiuimus, quamuis nullam habuisset B. Virgo reuelationem Virginitatis colendæ, exemplum in sua gente haberet (temporis videlicet prioritate) in Prophetis, & Essenis. Hoc quoque sensu P. Cœlestinus Capucinus, suprà relatus, scitè dixit ELIAM *primum omnium mortalium voluisse Castitate insigniuisse, & sic tamquam typum antecessisse Virginem Deiparam summum prototypum.*

S. Elias *Virginem pariturum præcognouit & ei suum Ordinem dicauit.*

Virginitas Deiparæ fuit causa exemplaris ipsi Eliæ, *& eius discipulis tempore anterioribus.*

1252. En hic summam, seu punctum primarium controuersiæ, cuius gratiâ tam multa scripserunt Authores illi, Ordinemque Carmelitanum ad rescribendum vrgent. Scriptores nostri vetustiores & recentiores SS. Virgini attribuunt prioritatem causalitatis (vt iam dictum, & latiùs explicatum est *par. 1. ca. 5.*) respectu Virginitatis, & voti eiusdem: sic, vt ipsa sit causa exemplaris, & quodammodò etiam meritoria, & finalis, Castitatis & Virginitatis in ELIA, & per hunc in *Eliseo*: atque per illos in Filijs Prophetarum: ipsis autem SS. ELIÆ, & *Eliseo*, cæteriſque Legis veteris Virginibus, dumtaxat tribuunt prioritatem temporis: & eatenùs volunt, ipsam esse priorem causalitate causæ exemplaris, & finalis: & hoc sensu Pontifices asserunt, ipsam *produxisse, edidisse* Ordinem hunc. Et nequeuis locutio metaphorica est. Quis enim Philosophorum neget, causam exemplarem, & finalem rectè, & propriè dici causas? Alij oppositæ sententiæ contra, isti Virgini Deiparæ attribuunt solummodò ipsam temporis prioritatem in cultu Virginitatis perfectæ, eiusdemque voti, negant verò prioritatem causalitatis, & hac ratione ipsam (quia tempore prior) *Virginum primiceriam* esse contendunt: vtra autem opinio plus honoris conciliet Deiparæ pulchrâ similitudine declarat Wastolius *lib. 1. Iudiciar. sect.*

5. art. 4. vbi explicans illa S. Hieronymi verba relata cap. 4. *Messor immissus est Virgo* ELIAS, ita scribit: *Messorem enim Virginum ibi per pulcherrimam metaphoram facit S.* ELIAM, *licèt non nisi in ordine ad Christum, & Virginem Matrem desumptâ videlicet figurâ ab agricolarum more, tempore messûs. Nempe famuli, messores, & reliqua cum eis pars familiæ à principio messûs avidè anhelant ad inductionem vltimæ postremæ totius messûs suæ, quod videlicet consuetum aliquo tunc excipi soleant à domino, & hero.* Eamdem comparationem ibidem prosequitur. Deinde infert: *Beatus, inquam, Hieronymus totam consummationem, summamq; perfectionem castimoniæ, seu Virginitatis* ELIÆ *Filiorum, ac Prophetarum dedicauit Christo, tamquàm vero vitæ illius præmio, exemplari, ac causæ meritoriæ, omnium denique virtutum consummatori: In Virgine quoque* MARIA, *tamquàm causa etiam exemplari, Virginitatisq; veræ post Christum consummatrice, per virtutis Virgineæ excellentiam, & cum fœcunditate Virginitatem.* Et alijs, ad propositum, interiectis, adductisque S. Methodij, *in homilia de Simeone, & Anna* verbis, suprà relatis aperte hic Virginem interpellantis: *Puritatis etiam tuæ* ELIAS *cum præscius esset.* &c. subiungit: „ Quod enim instituto suo Propheticus Or-„ do intenderit etiam in Virginem MARIAM Virginum Principem, te-„ stis est vel ipsa ædicula, quam ELIAS in Carmeli monte erexit VIR-„ GINI PARITVRÆ, nomenque ipsum FRATRVM BEATÆ MARIÆ VIR-„ GINIS tamquàm inde natum. *Tandemq; concludit:* Quamobrem non de-„ buerat Theologus, tam magno suo apparatu molidum facere Auctori „ nostro, imo magis & toti Ordini Carmelitarum, quasi in eo, quod di-„ cunt, Deiparam MARIAM ad exemplum S. ELIÆ mulierum primam „ vouisse castitatem Virginalem, aliquid derogatum velint honori aut „ priuilegijs eiusdem Beatissimæ Virginis. Quod enim Carmelitanus Or-„ do S. ELIÆ hic exemplum dicit, idem re ipsâ est ac si dicat, intuitu „ Virginitatis futuræ Deiparæ Institutum suum istud ELIAM inchoasse „ significatæ per nubeculam ascendentem in Monte Carmelum de ama-„ ro mari, ipsam autem Virginem MARIAM, vti figuratam per eamdē nu-„ beculam, idem mysterium in se ipsa adimpleuisse. Qui profectò honor „ quòd eius intuitu institutus fuerit propheticus ille Ordo, maior omnium „ iudicio est, quàm si pro Virgineo voto, seu primate eius contendere fa-„ cias ipsa dumtaxat tempora. „ Quæ quidem verba, etiam ex parte superiùs adducta, quia perspicuè intentū declarant, repetenda videbātur. Illa autem ibidem confirmat verbis istis Summorum Pontificum in suis Bullis de B. Virgine MARIA, respectu huius Ordinis disertè asserentibus: *Edidit, seu produxit Sacrum Ordinem* B. MARIÆ *de Monte Carmeli,* modo scilicet explicato eodem *cap. 5. par. 2.*

Bulla sumitur Vitaliej circa illa verba: Messor immissus est Virgo Elias.

Quo sensu B. Virgo Maria Virginitatē voluisse dicatur exēplo Eliæ.

Vide suprà nu. 207. in fine.

Quia scilicet is tempore præcessit.

Perpendat, & in statera æqui iudicij appendat iam Lector vtriusque opinionis fundamenta pro honore Mariano.

Ad alia nonnulla, quæ contra Monachatum & vota Religiosa obijciuntur, responsum est suprà *par. 8. cap. 6.*

1253 Quintò.

Digitized by Google

1253. Quintò obijcitur, Patres Deiparam nuncupant, *Virginitatis primiceriam, primipilam: Magistram, Principem; Reginam Virginum: Virginitatis exemplum*: quæque *Virginitatis vexillum extulerit*: ergo alij ante ipsam Virginitatem non seruarunt, aut certè non vouerunt. Sed respondemus ex, & cum Suarez: *dici posse primam, quæ proposita est, tamquàm dux & exemplar huiusmodi voti*: vbi addit: *Et hunc existimo esse sensum sanctorum Patrum.* Etenim, vt ibidem asserit, *etsi ad perfectionem eius pertineat, quòd perfectum votum Virginitatis emiserit: quòd verò ante ipsam nullus hoc fecerit ad eius cõmendationem non admodùm facit.* Hoc enim, vt rectè Wastelius verbis paulò antè relatis, annotat, aliud non est, *quàm si pro Virgineo voto, seu primate eius, contendere facias ipsa duntaxat tempora.* Obiectio 5.

Virgo Deipara est primiceria & primipila Virginitatis.

Itaque, quod Patres & Doctores Deiparæ primatum Virginitatis scribant, asserantque, quòd *sola sine exemplo placuerit Domino Iesu Christo*, & similia, non tam intelligenda sunt de ordine temporis, quàm dignitatis, eminentiæ, & perfectionis. In quo autem ea consistant, præclarè expositum habemus ex Suarez hic suprà, Lezana dicto *tomo 1. Annalium in Aparatu cap. 4. num. 19.* adfert, *Etiam alias prærogatiuas specialis voti* MARIÆ, *nec* ELIÆ, *nec Eliseo, nec alijs competentes; ratione quarum meritò Virginitatis dux, primiceria, exemplum dicitur.* Ibidem animaduertit: paucissimos inter Patres esse, qui *tempore primam* in voti emissione eam asserant, sed plerosque dicere, *primam inter fœminas*, aut *primam in Lege noua*, qui autem simpliciter *primiceriam* nuncupant: intelligendi sunt prout iam antè declarauimus. Interim quòd etiam absolutè prima dici possit, quæ Virginitatis votum fecit (oretenus scilicet) mox audiemus.

Non ratione temporis, sed dignitatis, ac ob alias rationes.

1254. Addimus ex Bernardo *Homilia 2. super Missus est*, qua ipse Virginitatem MARIÆ quam maximè extollit, tamquàm summum priuilegium. „ Vt longè glorioſior fiat & Virginitas ex fecunditate, & ex Virginitate fecũditas, ac mutuis sese radijs illustrare hęc duo sydera videãtur. „ Et „ Sermone 4. de Assumptione: „ Sic de eodem: „ Vnum est „ in quo nec primam similem visa est, nec habere sequentem, gaudia matris habens cum Virginitatis honore; MARIÆ priuilegium est, non datur alteri. „ Et in alio sermone: „ Signum magnum: Sola hæc est „ beata Deipara in qua Virginitas & Maternitas obuiauerunt sibi: in ea „ factum est, quod factum non fuerat, nec fiet in æternum.

CAPVT VII.

Refelluntur alia nonnulla.

Obiectio 1.

1255. SCriptor quidam nuperus, vt Carmelitanæ historiæ fundamenta infirmet, Ioannis Trithemij Abbatis, ex illustrissimo, & religiosissimo Instituto Benedictino, Librum *de origine & laudibus Carmelitarum*, tamquàm suppositititum arguit, & de eo aliquoties reiterat: *Liber de laudibus Carmelitarum non est Trithemij.* Et cùm hactenus is vt legitimus Trithemij fœtus semper habitus fuerit, ipse perperam ex vnius dumtaxat authoritate (contra torrentem cæterorum) de eo hanc tulit sententiam: *falsò ab aliquo Carmelitarum Studioso homine existimari posse affictum Trithemio.*

1256. At multis hic opus non est probationibus, vbi ipsummet Trithemium testem habemus veritatis irrefragabilem; disertis etenim verbis ipse *in libro de Scriptoribus Ecclesiasticis*, typis edito Parisiis anno Domini MDXII. *fol.* CCX. ista de se scribit. *Ioannes Abbas monasterij S. Martini Episcopi in Spanheim, Ordinis diui Patris Benedicti &c. Quamuis non sim dignus, quòd nomen meum cum Scriptoribus Ecclesiasticis poneretur, propter ingenij paupertatem, tamen amicis vrgentibus compulsus sum, in fine huius Catalogi, mearum quoque lucubrationum titulos, & exordia ponere, exemplo diuorum Patrum Hieronymi, Gennadij, &c. Scripsi ergo præter hoc opus, etiam subiecta.* Vbi inter alia recenset *Laudes Ordinis Carmel. lib. II*, & etiam initium primi libri hoc apponit: *Precibus & instantia.* Ioannes etiam Drusius ipsius Trithemij discipulus, & ex eo, ac duobus alijs, Antonius Possevinus, Verbo *Ioannes Trithemius* in Catalogo operum ipsius Trithemij, ferè sub initium, ista habent: *Laudes Ordinis Carmelitarum, libros duos*, &c. Vnde in principio operum eius spiritualium, studio P. Ioannis Busæi è Societate Iesv in vnum Volumen redactorum, & typis editorum Moguntiæ anno MDC. in Relatione de vita & scriptis Trithemij, cum designatione annorum, quibus ea elucubrata fuêre, illa leguntur: *Hæc in lucem monumenta protulit Trithemius*, & infrà sub an. 1494. *De Ordinis Carmelitarum exordio, & progressu libros duos.* Nil clarius hîc desiderari potest, ad reuincendum illud Auctoris placitum, & detergendam Carmelitano Ordini appictam maculam, de suppositititio isto Trithemij libro.

Trithemius duos scripsit libros de Ordine Carmelitano.

a Possevin in Appar.

Id male à quopiam in dubium reuocatum fuit.

Obiectio 2.

1257. Eadem suppositionis nota ab eodem inuritur libro *de Institutione primorum Monachorum* à Ioanne Antistite Ierosolymitano XLIV. cõposito, de quo: *quosdam* ELIÆ *Monachatum & vota admittentes esse errore deceptos*

ceptos libri Ioannis Hierosolym. qui eius non est: Sed ex dictis suprà à S. Cyrillo *cap. 1. & seq.* ac ibi *in notis* & *par. 8. cap. 14.* luculenter apparet, eum esse elucubratum à Ioanne, & in Ordine instar Regulæ habitum per octingentos annos: quibus hæc addo ex Wastelij *libro 1. Vindiciarum sect. 3. artic. 2.* (vbi cum verba retulisset cuiusdam Commentatoris, contra dictum librum vrgentis authoritatem grauissimorum hominum, scilicet Baronij, & Bellarmini) *Respondeo,* inquit, *magna cum iniuria fieri, vt à Commentatore illo præcipua pars odij sic conijciatur in humeros virorum tantopere meritorum de vniuersa Ecclesia Dei.... Et verò quod ad ipsum Dn. Cardinalem Bellarminum spectat, tria habentur certa.* Vnum eorum est: *Quòd ipse suis oculis librum Ioannis non viderit, siue legerit. Argumento est, quòd vel ipsum titulum inscribit de Institutione Monachi; quod nomen est non nostri, sed Hieronymiano epistolæ ad Paulinū.* Vbi post alia tandem concludit: *Atque ita nihil est præsentiarum, quare vrgeatur authoritas Dn. Bellarmini.* Et *articulo 4. §. 2.* de D. Baronio, quòd similiter non tantùm nō viderit, sed nec vspiam eius mentionem faciat: *Etenim Dn. Cæsar Baronius, quem pro vmbra sua primum adfert, vt sæpius dixi, & inculcaui, atque vrgere non desinam, nec MVQVIDEM dixit de illo libro, adeoq; editionem petunt Fratres Carmelitæ, & tomum, & annum, & numerum, & versum, vbi talia ipse dixerit; prouocāt, inquam, ad vniuersos ipsius tomos, & vel ad vnam vsque ipsius schedulam,* vbi scilicet, mentio est eius libri; nam etsi plura scribat de ipso Ioanne, nusquam tamen meminit istius libri. Porrò quæ Baronius reprehendit in Ioanne quiuis legerit, eum monitum, & rogatum velim, vt, ceu æquus iudex, iudicium suum suspendat, donec viderit, & ponderauerit ea quæ de ipso sunt dicta in anterioribus *par. 3. cap. 22.* & *parte 8. cap. 14. §. 2.* nec non quæ mox ex S. Augustino, S. Innocentio, & B. Zozimo adducemus. At cur nec ipse nec Bellarminus librum istum viderint, nisi fortè ab, & in alijs citatum? Quia scilicet tum temporis typis nondùm editus erat nisi ante annos centum & quinquaginta in Speculo Ordinis Carmelitani: cuius paucissima extant exemplaria, demùm vero editus fuit in Bibliotheca Patrum & postea inter opera P. Thomæ à Iesv, P. Wastelij, & tomo 3. Annalium.

1258. Nonnemo etiam vrget ignorantiam sacræ Scripturæ in istius libri Authore idque ex duplici capite, vnum quidem est. Quòd in eo Ionas dicatur fuisse filius mulieris Sareptanæ, quem S. Elias à mortuis suscitauerat: alterum, Quòd dicatur, Ionas à Deo missus ad prædicandam restitutionem terminorum Israel per Roboam, post prædicationem in Niniue. Verùm quantùm ad prius, ab ea sententia alienus non est S. Hieronymus, omnium calculo in Scripturis sacris versatissimus, *prologo in Ionam* ita scribens: *Ionam sanctum Hebræi affirmant filium fuisse mulieris viduæ Sareptanæ, quem* Elias *Propheta mortuum suscitauit.* Id expressè tradunt alij plures, relati à Lezana *a tomo 1. Annalium* scilicet S. Epiphanius, S. Isidorus, Dorotheus, Rupertus, Haymo, Carthusianus in Ionam, & alij. Quinimò,

Ionas Prophet. an filius Vidua Sareptanæ.

a Ad ann. mundi 3127. ante Chr. 926. n. 12.

Digitized by Google

mò, scribit Lyranus, quòd, *secundum omnes Doctores Hebraicos, & Latinos, iste Ionas fuerit filius mulieris viduæ, quem suscitauit* ELIAS. Ita ille: *Nec refert*, inquit Lezana, *quòd hæc sententia communiter à modernis reijciatur; tùm quia Ionas Hebræus fuerit, non Sidonius, aut Sareptanus; tùm quia alias nimis longæuus esset, quando prophetauit. Non enim propter hæc antiquorum Patrum traditio deserenda est; cùm potuerit, ex patre Hebræus, & ex matre Sidonius, aut Sarephtanus esse, & prophetare valde senex, vt suo loco dicetur.*

Prophetia eius de restitutione terminorũ Israel.

1259. Quoad alterum, extra omne dubium est, factam istam prædictionem per Ionã, de restitutione terminorum Israel ex istis *libri 4. Regum cap. 14.* verbis, *Ipse restituit terminos Israel ab introitu Emath vsque ad mare solitudinis, iuxta sermonem Domini Dei Israel, quem locutus est per seruum suum Ionam, filium Amathi, Prophetam.* Supposito autem (sed non concesso) quòd in aliqua circumstantia, putà chronologiæ ratione, ibi erratum esset, an propterea liber iste apocryphus: eiusue author ignarus Scripturarum foret censendus? Sic sanè multa, aut ferè omnia Patrum, & Historicorum opera simili censuræ subiacerent. Sub initium enim huius operis *a* & iterum postea *b* occasionaliter ostendimus, quòd nil magis sit frequens, quã discrepantia inter eos quoad Chronologiam, aliquasue circumstantias, circa eamdem historiæ substantiam. Canonicarum autem Scripturarum dumtaxat ea est prærogatiua, in eis cuncta sint vera, & certa. Ad istam obiectionem iam ante responderat Lezana eodem tomo Annalium *c*.

a Nu. 12. sub fin.
b Nu. 835.
c Ad ann. mũdi 3205.

1260. Cæterùm, quo loco habendus Liber iste, quodque magnæ eruditionis sit, constat ex Authoribus alijs *par. 8. cap. 14.* adductis, & quidem peculiariter Saliano: *cuius authoritas, magni apud omnes & roboris ob diligentissimam rerum inuestigationem, & felicissimam veri à falsis discretionem.* Vide dicta loco citato *d* & in ipso Saliano *tomo 4. ad an. mundi 3123. ante Christũ 930. nu. 6.* & seq. Nec minoris est vtilitatis, & authoritatis, ad retundendos insultus Hæreticorum, statum Monasticum, eiusque antiquitatem oppugnantium, & veluti antiquissimum, æquè ac validissimum munimentum nouatoribus illis opponendum; quòd in illo explicatissimè describantur Author, norma, habitus, & successio Monachatus, in antiqua Lege instituti, & in nõua perfectionis complementum adepti, & propagati: quo præsidio (si liber ille suspectus habeatur) destituitur Ecclesia, pariter & eleganti illo Immaculatæ Conceptionis Deiparæ argumento, inde desumpto ratione cuius Petrus Ojeda, & Ferdinandus de Salazar Societatis IESV illustres Scriptores, alibi relati, Ordini Carmelitano gratulantur. Deniquè negationi Authorum pauciſſimorum contrariæ opinionis assertionem opponimus Saliani, Suarez, Angeli de Paz, Hieronymi Plati, Ioannis de Carthagena, Petri Canisij, Gregorij de Valentia, Augustini Tornielli aliorumque plurimorum, qui illum librum Ioanne adscribunt vèl illum eius nomine referunt. *e*

d Par. 8. c. 14.

e Apud Lezanam to. 1. Annal. in Appar. c. 9.

Obiectio 3.

1261. Est, qui à præfato libro ad eiusdem transit authorem, illum variarum

riarum hæresum erroribus commaculatum, aliorumque criminum reum statuens; recentiorum quorumdam authoritate (quos inter primus, vt *par.8.cap.14.* vidimus, censetur Desiderius Erasmus) Ioannem de Origenismo suspectum habentium: sed ea in re (eorum pace dictum sit) ab ipsis erratum, luculenter demonstrat Wastelius *libro 3. Vindiciarum* ferè per totum, & idem Lezana *tomo 3. Annalium ad ann. Chr. 415, & 444* Breuius autem Ioannes de Carthagena *lib. 17 homiliarum* [a] Thoma à Iesu de variis Regulis Carmelitarum [b] Michael Munñoz *in Propugnaculo* Eliæ [c], & alij. sed petimus si aliquis, quicumque is sit, alium boni nominis infamet, ideone alij idipsum secura conscientia ipsi detrahere possunt, & primis alias iniurias superaddere? Atque à minori ad maius, si quispiam à seculis multis defunctus, à Summis Pontificibus, Historicis, inque Officijs Ecclesiasticis Sanctvs nominetur, & vt talis Martyrologijs inseratur (vide dicta parte 8. cap. ■.) licitum-ne est, tali errorem hæresis, & alia crimina appingere? ac è possessione sanctitatis aut bonæ famæ exturbare? Iudicare poterit Theologus.

[a] Hom. 2. obiect. 7.
[b] Par. 1. c. 2.
[c] Lib. 2. tit. 2. c. 4. art. 4.

1262. An fortè S. Augustinum de Origenismo, alijsúe hæresibus suspectum quis dicere præsumeret? Nemo id vel cogitauerit. Ipse tamen S. Doctor cum ipso Ioanne in vnitate eiusdem fidei se conuenire disertissimè testatur *lib. 2. contra litteras Petiliani*, vbi hæc de Ioanne nostro: *Cathedra tibi quid fecit Ecclesiæ Romanæ; in qua Petrus sedit, & in qua hodie Anastasius sedet? vel Ecclesia Hierosolymitana; in qua Iacobus sedit, & in qua hodie Ioannes sedet: quibus nos in Catholica vnitate connectimur, & à quibus vos nefario furore separastis?* Hæc Augustinus. Nimirùm hoc etiam ex S. Augustini mente nihil aliud est, quàm quòd *Anastasij* ac *Ioannis* Episcopatus ordo vsque adeò per vniuersum orbem velut radiauerit, vt tantam splendoris claritatem negare non deberent, nec quidem Africæ hæretici Donatistæ. Ecquid clarius, & grauius testimonium desiderari potest? si tamen maius desideretur aliquid; (vt in ore trium testium, omni exceptione maiorum, firmiter stet hoc verbum de vitæ probitate & fidei sinceritate in Ioanne) supremũ nempe duorum Christi Vicariorum, addimus. Primum est S. Anastasij (qui proximus S. Syricij successor fuit) in epistola ad ipsummet Ioannem: „ Probatæ quidem affectionis est hoc, vt laudabiliter de Sacerdote Sa„ cerdos loquaris. Pro tanto igitur præconio, quod in merita mea effusis„ simè contulisti, vt amori tuo gratias ago, ita splendorem tuæ sanctitatis, „ & eas quas in Domino habes virtutes subindè quodammodò paruita„ tis nostræ fauorabilis sermo prosequitur. Tam eminenter vir omnium „ præstantissime, laudum tuarum fulges nitore conspicuus, vt par esse „ meritis sermo non possit. Porrò autem tanto titulorum tuorum rapior „ incitamento, vt quòd etiam impetrare nequeo, audere non desinam. „ Iam hoc de laudibus est tuis, quod me tantùm de cœlesti animi istius „ serenitate laudasti. Tui enim Episcopatus ordo perspicuus, per vniuer-

Testimonia SS Augustini, Innocentij, Zozimi pro innocentia Ioannis.

„ ſum orbem velut radians, etiam ad nos ſplendoris ſui detulit claritā-
„ tem. „ Claritatem intellige tantam, vt eam obſcurare non potuerint intentatæ illi olim calumniæ. Vt quoque ſcias id ex animo Pontificem ſcribere, & virū religioſiſſimum non loqui ad perſonā hominis, ſignificat ſe Ioannis nomen, licèt lorgiſſimè abſentis, ſolitum eſſe apud ſuos non cū minima laude commemorare: *Vt amori tuo*, inquit, *gratias ago, ita ſplendorem tuæ ſanctitatis, & eas, quas in Domino habes virtutes, ſubindè quodammodò paruitatis noſtræ fauorabilis ſermo proſequitur.* Nam quod dicit *ſubindè*, idem eſt quod *identidem; ſiue crebrò cum interuallo.* Sed iſta tacere, decuiſſet Sanctiſſimum Chriſti Vicarium, ac fidei Catholicæ Antiſtitem, ſi vera eſſe, aut fuiſſe, credidiſſet aliquando, aut credere debuiſſet, Origenis, alteriuſue erroribus maculatum eſſe. Et ſanè an illuſtriora encomia à Pontifice Summo de homine ſuperſtite reſonare poſſunt? Sed de his plura videri poterunt apud Waſtelium *lib. 3. Vindiciarum ſect. 4.* [a] Et hæc de viuente. Proximè autem poſt mortem noſtri Epiſcopi Ioannis probitatis illius & teſtis alius Romanus Pontifex B. Zozimus in epiſtola anno CCCCXVII. ſecundo ab eius obitu, ad S. Aurelium Epiſcopum Carthaginenſem, alioſque Africæ Patres, in qua (vt Pontificia verba alibi expreſſa repetere liceat) conformiter receptis litteris Praylij, Epiſcopi, ait: *Ecce epiſtolam Hieroſolymitani Epiſcopi Praylij, qui in loco quondam* SANCTI IOANNIS *Epiſcopus eſt ordinatus.* Si forte nec iſta ſufficiant, vt deinceps à variarum hæreſum erroribus aliorumque criminum accuſatione immunis pronuntietur, videri poterit dictus *liber 3. vindiciarum* Waſtelij; Animaduertendum tamen, circa præfata B. Zozimi verba nomen Sancti olim fuiſſe magis latè patens & minùs rigoroſè accipi ſolitum, quàm modò: numquàm tamen homini hæretico, aut de hæreſi ſuſpecto fuiſſe attributum, adſtruit Cardinalis Baronius verbis ſuprà relatis. [b]

[a] Art 2. §. 5.

Sancti nomen, etſi olim minùs ſtrictum, numquam tamen attributum fuit hæretico. Ex Baronio hîc ſuprà p. 8. c. 14. §. 2.

[b] Nu. 1191. pag. 679.

1263. Quàm longè à vero abſit iſtius nuperi Scriptoris alia propoſitio, quòd Carmelitæ originem ducant ab Aymerico, ſufficienter declaratum eſt *par. 8. cap. 3.* & etiam in anterioribus, poriſſimùm *in libro S. Cyrilli c. 4.* atque *in Notis ibidem.*

Alij quidā ſcrupuli remouentur.

Confundunt etiam aliqui illum Enoch qui in Paradiſum tranſlatus eſt cum alio de Amathim nuncupato, qui claruit temporibus Apoſtolorum: meminerunt in ſuis Bullis relatis *par. 3. cap. 2. &* 3. Iulius II. & Gregorius XIII. De iſto autem Enoch de Amathim ſcribunt hiſtorici noſtri, & aliqua de eo dicta ſunt à nobis *par. 3. cap. 14.* Sunt & qui negant in Lege veteri apud viros Religioſos vſum fuiſſe ſpecialis veſtis à vulgari diſtinctæ: at oppoſitum manifeſtè euincitur ex *capite primo libri 4. Regum*, vbi ELIAS ab Ochozia agnitus refertur ex habitu, prout rectè notat Waldenſis infrà referendus, vt mirum ſit id in dubium reuocari.

Obiectio 4.

1264. Opponitur denique, quòd ſententia admittens verum, & perfectum Monachatum in Lege veteri Euangelicæ Legis præſtantiam minuat.

Digitized by Google

nuat & labefactet, cùm ei non plus perfectionis deferatur quàm veteri Sinagogæ: iniuriam, & quidem maximam, irroget reliquis omnibus Religionibus noui Testamenti; cùm Camelitana Religio multò antiquiorem originem sibi arroget in suo Instituto, tribus votis substantialibus perfectissimè instituto. Status etiam Clericalis iniuriam patiatur & Apostolicus, cùm Monachatus Carmelitanus præferatur ipsi tempore longissimo, scilicet nongentorum annorum in ELIA. Et respondendum primo: ab auctore istarum obiectionum supponi falsum; nam non contendit Religio Carmelitana, statum Monachalem in obseruãtia trium votorum substantialium æquè perfectum fuisse in veteri Lege ac in Euangelica. Dicimus enim Monasticum statum perfectionis complementum in Lege noua accepisse à Christo; à quo etiã, tamquàm causa exemplari, finali, & meritoria dimanauit omnis perfectio Monachatus in Lege veteri, prout sæpiùs iam ante diximus.

Quoad Monachismum in Lege veteri, existimamus, eum extra controuersiam esse debere, per ea quæ producta sunt *par. 2. cap. 1.* & hic paulo ante *cap. 6.* vbi etiam ad rationes quasdam in contrarium, specie tenùs dumtaxat vrgentes, respondimus. Ad istud verò: *Quòd sententia admittens verum Monachatum in Lege veteri, iniuriam irroget, & quidem maximam, omnibus Religionibus noui Testamenti, nec non statui clericali; quia sic Carmelitana Religio antiquiorem haberet originem, & tempore præcederet*: mirum si à Theologo eiusmodi assertum prodeat. An iniuria irrogatur Sacris Ordinibus Prædicatorum, & Minorum, si dicantur illis priores Ordines S. Augustini, S. Benedicti, Cistercienses, Præmonstratenses, Carthusienses? aut Societati, IESV aliquid honoris decedit, si dicatur, quòd eam præcedant tempore alij Ordines? Nequaquàm; cùm singulis sua asseratur antiquitas. (Vide dicta *par. 8. cap. 5.* sub finem) Aut Episcopalis, Sacerdotalis, Monastici status dignitati aliquid decedit, quòd Matrimonialis asseratur longè prior tempore? Quinimò alijs Scriptoribus videtur, ad maiorem omnium Ordinũ commendationem magnoperè facere; quòd etiam in Lege Veteri Monachatus extiterit, à celeberrimo Propheta ELIA, Dei iussu inchoatus, prout declaratum est *parte 2. cap. 5.* per eius posteros iugiter continuatus à Christo perfectus, & eleuatus, ab Apostolis, virisque Apostolicis exercitatus, & propagatus, ac deinde (quia valde multiplicatus) in varias, & distinctas, Congregationes ordinatus modo *par. 3. cap. 20.* declarato; hinc enim Ordines omnes (sicut & Monachatus) possident antquitatem, tantoperè hæreticis exosam, & ab eis acriter impugnatam.

Refelluntur.

Quando cuilibet Ordini fuus asseritur antiquitas, nulli alteri fit iniuria.

Ex antiquitate Monachismi in veteri Lege initiati Ordines Omnes magis cõmendantur.

Digitized by Google

CAPVT VIII.

Remouentur alij quidam scrupuli.

Obiectio 1.

1265. ALiquę adhuc superfunt obiectiones dissoluendæ circa Patriarchatum S.P. ELIÆ in Ordine Carmelitano, aliaque nõnulla. Itaque (præter ea de quibus *par.8.cap. 6.* & sequent.) OBIICITVR PRIMO à quopiam, S. Teresiam Carmeli Restauratricem, non agnouisse S. ELIAM pro Patriarcha, seu fundatore sui Ordinis, sed S. Albertum. In hoc vtroque, videlicet S. Albertum Authorem esse Ordinis huius, aut S. Teresiam eum pro tali habuisse, ne vmbra quidem veri est. Quantum ad priùs, euidens cuilibet erit inspicienti Vitam S. Alberti (apud Surium, Ribadeneira, & alios, ad diem 7. Augusti) ipsum B. Virgini & Ordini Carmelitano (vtique tunc existenti) fuisse promissum antequam natum: natus est autem Drepani in Sicilia circa annum Christi 1250. (prout refertur *in Annalibus Ordinis*) postquam Ordo, qui iam ante tantopere floruerat in Terra Sancta, inde persecutionibus Saracenorum exturbatus, per totã etiam Europam multiplicatus esset, & à SS. Pontificibus Alexandro III. an. 1180. & Innocentio III. an. 1199. (prout diximus suprà [a]) approbatus, Regula quoque donatus ab Alberto Patriarcha Hierosolymitano, confirmata ab Honorio III. an. 1226. & Innocentio IV. anno 1247. Quoad S. Teresiam, ea nec verbo, nec scripto, simile quidpiam vel innuisse vmquã, ostendi potest. Cui igitur fundamento opinionem nouam istam, de Carmelitani Ordinis exordio per S. Albertum, Author ille superstruit S. Teresiæ? Quia ipsa eum peculiariter coluerit, & ab illo multas acceperit reuelationes de rebus futuris circa suam Religionem: eiusque festum sacrâ communione honorari instituerit. At quæro, si quis ex Ordine S. Dominici peculiariori studio colat Angelicum Doctorem S. Thomam Aquinatem, aut ex PP. Minoritis S. Bonauenturam, vel è Societate IESV teneriori deuotionis affectu afficiatur B. Aloysio; an propterea censendi illi, quasi istos Sanctos habeant suæ Religionis Authores? Quis nesciat, fideles varijs rationibus, & affectibus motos, Sanctis quibusdam specialiter afficiì? sic S. Teresia tenerrimè coluit S. Ioseph um, eiusque cultum suo exemplo, & scriptis quam maximè promouit: Sic nostra extatica Virgo B. Maria Magdalena de Pazzi peculiariter deprædicauit gloriam B. Aloysij de Gonzaga. Vtraque etiam in patronum peculiarem habuit prædictum nostrum S. Albertum, cuius festum inter præcipua Ordinis solenizatur die 7. Augusti cum Octaua, ob eximiam eius sanctitatem (quâ promeruit

[a] Par. 8. c. 2. n. 1094.

Commentũ nouum, de Ordine Carmelitano per S. Albertum instituto refellitur.

Digitized by Google

ruit mox ab obitu canonizari ab Angelis) & propter continuata per Orbem Christianum miracula, in depellendis morbis per aquam, eius sacris Reliquiis benedictam, sicut retulimus suprà. Et hæc ratio est, cur Teresia ipsum, vnà cum aliis, in peculiarem patronum habuerit, ac in festo eius sacram communionem faciendam indixerit. Quòd si de alio Alberto intelligi dicatur, Patriarcha scilicet Ierosolymitano: S. Teresia ab illo reuelationes istas non accepit, nec in eius festo (in Ordine haud solemni, & non à multo tempore celebrari concesso) communionem fieri decreuit. Cæterùm ad ipsum haud posse referri originem Ordinis, ex dictis *par. 8. c. 2.* manifestum est, atque ita argumentum illud inane.

1266. Sed cur S. Teresia pro solemnitate S. Alberti, & non S. P. ELIÆ sacram Communionem præscripsit? Vel mediocriter versatus in historia Carmelitana rationem dabit. Animaduertendum enim, quòd licèt ab antiquissimis temporibus dicata fuerint templa, & altaria S. Prophetæ ELIÆ & eius festum celebratum, etiam à populo cum inhibitione operum seruilium inter Græcos (vt habetur *ex notis Cardinalis Baronij in Martyrologio Rom. ad diem 20. Iulij*, & ex dictis hic suprà, *a*) fueritque semper in Ordine Carmelitano habitus, & honoratus, vt Institutor, Pater, & Patriarcha: attamen in Ecclesia Latina, etsi coleretur varijs in locis, non tamen vniuersaliter, nec ita solemniter, donec à Summis Pontificibus, & à Sacra Rituum Congregatione solemnitas illa festi, & officij ipsius, prout nunc obseruatur in Ordine Carmelitano, permissa, & approbata fuerit, aliquantò post obitum S. Teresiæ, videlicet anno 1584, à Gregorio XIII. per Bullam: *Vt Breuiarii* (videlicet Lezana *tomo 1. Annalium ad annum mundi 3139*) & anno 1589. à Sixto V. per Bullam; *Eximium quod* & postea iteratis vicibus à dicta Sacra Congregatione (Lezana ibidem) non mirum igitur, eam non præscripsisse Communionem pro solemnitate, quę non erat.

a Nu. 258. & n. 361.

1267 Quòd autem ipsa agnouerit, Ordinis sui Authorem, & Institutorem non S. Albertum, sed S. ELIAM, cum suis discipulis *Eliseo*, & Filijs Prophetarum, nimis manifestum est eius opera legenti: vndè paucula hęc exhibemus. In libro fundationum *cap. 26.* de se ipsa testatur: *Contigit, cùm videlicet Malagone Veastum peteremus, febri æstuarem, & tot simul malis oppressa essem, vt viæ, quâ eundum erat, longinquitatem considerans, meque ita constitutam cernens,* PATRIS NOSTRI ELIÆ *Iesabelem fugientis recordarer.* Et mox à febre, & omnibus morbis, qui extremi erant, vti scribit, liberata fuit. Eodem libro *cap. 27.* agens de Monasterio *B. Virginis ab auxilio*, distante tribus milliaribus à Villa-noua. *Monasterium autem hoc*, inquit, *intra siluarum est abdita, & in solitudine satis deuota.* Et infrà: *Florida primorum Ordinis nostri Patrum tempora hac in imagine videre videbar:* Et aliquanto post: *Aditus porrò illius subterraneus est, velut per cauernam, qua speciem referebat eius; in qua* PATER NOSTER ELIAS *delituerat.* Deinde *cap. 29.* describens fundationem

S. Teresiæ Authorem Ordinis sui agnoscit S. Eliam.

Eum Patrem suum appellat.

Conuentus Sorienſis, ſimiliter S. ELISEVM PATREM nuncupat: *Die quâ feſtum* S. PATRIS NOSTRI ELISEI *recolebatur, ſacrum ibi celebratum eſt.*

1268. Hinc quandoque ſuas excitat ad imitationem antiquorum iſtorum Prophetarum, à quibus Ordo hic originem habet: *eoſq;* huius Ordinis *Fundatores, & eorum,* ſe ſuaſq; *ſtirpem, & propaginem* nũcupat. Ita præfato libro *c.* 13. exhortans ad moderationẽ in ædificiis, ob oculos ponit exemplum iſtorum: *Vos obſecro, chariſſimæ, & vos Patres; vt in domibus magnis, & pretioſis, ſemper omnem, quàm poteſtis, moderationem adhibeatis. Verſentur nobis ante oculos veri noſtri Fundatores, qui ſunt ſancti illi Patres, à quibus deſcendimus, quos per hanc paupertatis, & humilitatis viam ad Dei fruitionem peruenisſe nouimus:* Nempe S. ELIAS in Oreb, in Carith, ac denique in ſpelunca Carmeli, & S. *Eliſeus*, ac Filij Ptophetarum, etiam in Carmelo & propè fluenta Iordanis, ædificantes caſulas, & herbis agreſtibus ac polentâ victitantes in magna pauperrate. Iterum *cap.* 28. ad perfectionis ſtudium exſtimulans: *Veſtros in ſtirpem & propaginem, è qua deſcendimus, ſanctorum, inquam, illorum Prophetarum oculos ſemper conjicite.* Quod ipſa in ſe præmonſtrauit, ceu *vera ſui Patris* ELIÆ *filia repleta luminibus, quæ ille poſſidet*, vt de ea teſtatur magnus ille in Hiſpania Epiſcopus Ioannes de Palafox *in notis ad litteras & monita S. Tereſiæ* [a] vbi (ad propoſitum) *in Præfatione* [b] ait: *Ordinis Carmelitani Religioſos omnes eſſe obſtrictos zeloſiſſimo, & ſanctiſſimo* PATRI ELIÆ (videlicet tamquàm filij) *quem imitari debeant in zelo, auſteritatibus, perfectaq; abdicatione omnium rerum mundanarum.* In eodem quoque *libro fundationum capite.* 25. S. Tereſia narrans vocationem Venerabilis Beatricis à Matre Dei (quæ prima fuit Nouitia in Conuentu Hiſpalenſi) refert, qualiter ei apparuerit venerandus ſenex ſed viuidus & vegetus, Carmelitani Ordinis veſtibus indutus; cuius oblonga barba filamentis argenteis conſtare videbatur. Rogata poſtmodùm à ſuis Confeſſarijs Beatrix, quis ille fuerit? Reſpondit S. P. ELIAM. Ita P. Franciſcus à S. MARIA *in hiſtoria Prophetica.* Occaſione illius, hîc commemorandum occurrit aliud ſimile, quod refert idem Author [c] ſcribens de Venerabili Catharina de Cordona (de cuius admiranda vita, & incredibili vitæ auſteritate teſtimonium perhibet S. Tereſia in eodem *libro fundationum cap.* 27.) quòd nempè illi apparuerit Chriſtus, extendens habitum Carmeliticum, & monens, vt eum aſſumeret: quòdque deinde ei ſe videndum exhibuerit S. ELIAS, indutus ea veſte, quàm Chriſtus præmonſtrauerat, ſuccinctus zonâ pelliceâ. Id ipſa aſſeruit his verbis *In carne, & oſſibus, vidi* NOSTRVM PATREM ELIAM *in iſto loco*: quem deſignabat. Memorabilis quoque eſt viſio, ſeu apparitio facta Venerabili Matri Annæ à S. Bartholomæo (ſociæ S. Tereſiæ) relata *cap.* 24. *Vitæ ipſius*, ab ea ſuorum Superiorum mandato conſcriptæ, quòd nimirùm, tempore cuiuſdam Congregationis, ſeu Capituli Ordinis, in nube ſplendida viderit S. ELIAM *Patrem ſuum*, extendentem pallium ſuum ſuprà Conuentum Valiſoleti, in quo celebrabatur Capitulum: cuius ſucceſſus, & exitus, mirabilis

Eius, & aliorũ Prophetarum imitationẽ hortatur.

[a] Ad monitum 8.
[b] Ad R.P. Iacobũ à Præſentatione Generalem Diſcalceatorum in Hiſpania.

S. Elias apparet in habitu Carmelit.

[c] Lib 3. c. 38. n 8.
[d] Lib. 4. c. 11.

Aliæ apparitiones S. Eliæ, in ſimili veſte.

Digitized by Google

rabilis fuit, vt ibidem declaratur. Ipsa quoque S. Teresia dicto *capite* 25. eiusdem libri refert, Matrem S. Annæ (*Emerentianam*, inquit, *eam vocari existimo*) solitam excurrere ad sanctos Montis Carmeli incolas (Historiam illam de Emerentiana descriptam plenius reperies *par.* 3. *cap.* 10.) An non etiam inde habetur, S. Teresiam credidisse, Ordinem hunc extitisse ante Christi natiuitatem & consequenter eius Authorem non esse S. Albertū, aliumúc sub nouo testamento? Ex quibus omnibus Patriarchatus S. P. Eliæ in hoc Ordine magis stabilitur: atque ita telum in nos emissum, in ipsos regreditur aduersarios.

1269. Est & qui in merita ac virtutes ipsius S. Eliæ impingit, statuens Eliam, licèt meritis magnum, longè inferiorem tamen Apostolis, ac primis Religionum Fundatoribus Antonio, Benedicto, Basilio, Dominico, Francisco, &c. eum insuper arguit indiscreti zeli, & tamquàm meticulosum &c. Sed (vt tela immissa auertamus solummodò, non remittamus) reminiscendum proponimus, quòd Christus reprehenderit Apostolos inter se differentes, *quis eorum videretur esse maior?* [a] & rememoranda adducimus paucula verba deuoti Thomæ à Kempis in aureo suo Opusculo *de Imitatione Christi lib.* 3. *cap.* 58. ita scribentis: *Noli etiam inquirere, vel disputare, de meritis Sanctorum, quis alio Sanctior, aut quis maior fuerit in regno cœlorum. Talia generant sæpè lites, & contentiones inutiles.* Scimus quidem, præfatos & alios Sanctos Religionum Fundatores, meritis, & gloriâ sublimes valdè, & eos Apostolis compares, vel suppares reputamus. Arbitramur tamen, haud asserendum, S. Prophetam Eliam *illis longè inferiorem*; etenim istorum Sanctorum laus haud crescet ex huius iniuria, nec eorum magnitudo ex alterius humilitate, vnde, vt illi commendentur, nō debet iste vituperari.

S. Elias *haud rectè dicitur; meritis longè inferior Fundatoribus Religionum.*

[a] Luc. 22.

1270. Porrò eius merita eximia esse, conuincunt satis omnia, quæ dicta sunt totâ *parte secunda*. Et sanè, cur parùm credibile, illum saltem comparem, & non *longè inferiorem* fore Religionum Fundatoribus? cùm pleriq; illorum, in formando suo Instituto, ipsum, vt prototypon, ac exemplar, prospexerint (vti constat ex dictis *par.* 3. *cap.* 20. & diserte de S. Antonio asseritur à S. Athanasio, verbis relatis *par.* 2. *cap.* 1. sub initium.) *Exemplar autem debet esse perfectius, aut æqualis perfectionis, cum exemplato*, vt docet S. Thomas [b] estque ipse Elias (vt ex dictis eâdem *par.* 2. *cap.* 1. habetur) primus, & Princeps Monachorum: *Primum autem in vnoquoq; genere est mensura cæterorum.* [c] Et sanè, cæteris Religionum Fundatoribus ipsum haud *multo inferiorem*, facilè cuilibet persuadebunt magnifica encomia, quibus non modò à SS. Patribus, sed & in sacris Litteris, tùm veteris, tùm nouæ Legis, celebratur. Et quidem zelum eius, prodigia, quæ operatus fuit, & glorioſum triumphum pandunt libri tertius & quartus Regum, per varia capita. In Ecclesiastico *cap.* 48. his verbis commendatur: *Surrexit* Elias *Propheta quasi ignis, & verbum ipsius quasi facula ardebat*: & paulò post:

Cùm eumpleriq; istorum prospexerint vt sui instituti prototypon.

[b] Qu. 8. de veritate art. 8.

[c] Arist. 10. Metaph. tex. 2. *Magnifica encomia S. Eliæ in sacris litteris.*

post: *Verbo Domini continuit cœlum: & deiecit de cœlo ignem ter.* Et infrà: *Qui receptus es in turbine ignis, in curru equorum igneorum.* Vt proindè meritò ibidem dicatur: *Quis potest similiter sic gloriari tibi?* Alia in ipso contextu videri poterunt. Ecquid de mortali homine excellentius dici posset? *Libro 1. Machabæorum cap. 2.* in exemplum proponitur eius zelus: qui ipsum dignum reddidit inauditò hactenùs aborigine mundi, & stupendo in cœlum raptu. Videri quoque possunt, quæ de eo scribit Propheta Malachias *cap. 4.* Similiter in variis libris noui Testamenti laudes eius resonant: & quidem à quatuor Euangelistis, Archangelo Gabriele, atque ab ipso Christo, (vt mox audiemus) magnificatur. In Canonica S. Iacobi in exemplum cunctis proponitur eius oratio: quâ cœlum imbribus clausit, & aperuit. In Apocalypsi *capit.* 11. ipse & Enoch vocantur *duæ olivæ, & duo candelabra in conspectu Domini.* Præterea Patres & interpretes nõ pauci ELIAM, & Enoch non modo æquiparant Apostolis, sed tales esse disertè adstruũt: *Enoch & ELIAS,* scribit S. Ambrosius [a] *futuri sunt vltimo tempore Apostoli.* Iisdem verbis id adstruit Cornelius à Lapide [b] ELIAS *autem & Enoch erunt Apostoli Christi.* Sic & alij loquuntur. Itaque, nec Apostolis, nec Religionum Fundatoribus in meritis dici possunt *longè inferiores.*

[a] In ca. 4. Epistolæ ad Corint.
[b] In ca. 11. Apocal.

1271. Ast maximè ponderandũ, Ioannem Baptistã à Christo assimilari ELIÆ. Vnde Patres inferũt, istorũ inter se paritatem, & in vitæ ratione & in merito. *Ipse,* ait Dominus, [c] *est* ELIAS & rursus, [d] *dico autẽ vobis* ELIAS *iam venit.* Et Angelus Gabriel ad Zachariam [e] *Præibit ante illum in spiritu, & virtute* ELIÆ. Verba illa ponderans S. Augustinus *in libro quæstionum veteris, & noui Testamenti,* ait: *Parem ergo Ioannem* ELIÆ *ostendit. Et Dominus dicit, nemo maior inter natos mulierum Ioanne Baptista. Non dicit omnibus maior, sed nemo illo maior est: hoc est, æqualem habet, maiorem non habet:* ELIAS *ergo par illi est.* S. Patri Augustino eiusdem alumnum adiungimus Ioannem Gillemanum Canonicum Regularem: qui à binis seculis eruditione claruit in Rubea Valle, in Brabantia, haud longè à Bruxella: is in suo *Agiologio, seu Martyrologio ad diem 29. Augusti* sic Sanctissimum Ioannem Baptistam commemorat: *Quarto Kalendas septembris, Decollatio sancti Ioannis Baptistæ, Domini nostri* IESV CHRISTI, (*in spiritu & virtute* ELIÆ,) *præcursoris. Hic vitam Eremiticam, ab* ELIA *Propheta institutam, adhuc puer assumpsit, vestium hispiditate, victus parcitate, conuersationis similitudine, pariq; mentis rigore* ELIAM *semper exprimens, adeò, vt Iudæi eum esse* ELIAM *personâ opinarentur. Quapropter in Sebaste, oppido Palæstinæ, à suis discipulis inter corpora Sanctorum Elisei & Abdiæ Prophetarum Discipulorum* ELIÆ, *tamquam eorum condiscipulus, & eiusdem Religionis obseruantissimus alumnus humatus est.* Iisdem etiam confirmantur asserta in anterioribus de inchoato per S. ELIAM Monastico Instituto & quòd inter posteros S. ELIÆ vixerit ipse Ioannes Baptista. Haud multùm dissimilibus (à præfatis S. Augustini) verbis ELIÆ & Ioannis Baptistæ æqualitatem indicant S. Hieronymus, & cum eo S. Thomas [f] ELIAS *ergo Ioannes*

SS. Elias, & Ioannes Bapt. inter se equiparantur.

[c] Matth. 11.
[d] Matt. 17. Marci 9.
[e] Lucæ 1.

[f] In catena, super c. 11. Matthæi.

nes

nes dicitur, quòd, iuxta aliud testimonium Euangelij, venerit in spiritu, & virtute ELIÆ, & eandem Spiritus Sancti, vel gratiam habuerit, vel mensuram: sed & vitæ austeritas, rigorq; mentis ELIÆ, & Ioannis, pares sunt. Istis consonant ea quæ scribit Petrus Damianus a *Quanti autem meriti* ELIAS *fuerit hinc citò colligitur: ad Zachariam namq; de Ioannis promissione Angelus dicit: Ipse præcedet ante illum in spiritu & virtute* ELIÆ. *De eodem quoque Ioanne Dominus testatur, dicens: inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista. Si ergo inter homines maior Ioanne Baptista nemo surrexit, quis maior* ELIA, *qui vnam virtutem, & vnum cum Ioanne Spiritum habuit?* Paucioribus verbis æqualitatem illam exprimit Petrus Chrysologus b *Ioannes ergo* ELIÆ *venit in spiritu, & in eius virtute graditur, qui totum victu, vestitu, honore, castitate, abstinentiâ & omnibus* ELIAM *virtutibus repræsentat:* propterea Iudæi Ioannem interrogabant: ELIAS ES TV?

a Serm. 2. de S. Vitali.

b Serm. 88. de S. Ioanne Bapt.

1272. • Similia plura Patrum testimonia, & in ELIAM elogia adferre luberet, si non præstitutos limites breuitatis transgredi videremur. Vetustioribus tamen istis, binos saltem recentiores subiunxisse, ne ægrè ferat Lector: alter est Salianus, qui peculiariter ELIÆ gesta, & merita examinauit, ac illustrauit c *in Annalibus veteris Testamenti*, in quibus sic inter alia: *Tam singulari elogio commendaturus Ioannem, vt inter natos mulierum maior Ioanne Baptista non surrexisse diceretur: Illi tamen par* ELIAS *fuit, in cuius spiritu, & virtute, Archangelo Gabriele teste, Ioannes venit in mundum.* Alia ex eodem videri poterunt *par. 2. cap. 8.* Alter est Ægidius Camartus Generalis Minimorum, in libro *de rebus* ELIÆ *capite 6. sect. 8.* vbi hanc instituit quæstionem. *An* ELIAS *reliquos veteris Testamenti Prophetas superauerit?* & ait: *Quærimus ergò, an rectè concludere possimus, ex iis quæ Scriptura tradit de* ELIA, *ipsum eos omnes superasse. Et quidem affirmatiuè respondendum censeo. Talis enim est omnium Patrum, quos quidem videre mihi concessum est, communis sententia.* Et aliquanto post: *Illis autem vetustissimis Ecclesiæ Patribus consentiunt recentiores, qui de eadem materia disputauerunt.* Ibi consequenter assertum suum authoritatibus, & rationibus firmat.

c Ad ann. mundi 3124.

An S. Elias *alios veteris Test. Prophetas superauerit.*

1273. Præterea, eximia ELIÆ Sanctitas ex eo manifesta redditur, quòd in pluribus assimiletur Christo, & Virgini Deiparæ, (vt habetur ex dictis *parte 2. cap. 4.*) tamquàm perfectissimus typus suis prototypis. Quinimò ELIAS *in rebus maximis, & præcipuis, Christum, quasi illius expressa fuisset imago, repræsentauit:* (ait idem Camartus dicto loco: vbi hanc rationem latè declarat) & propterea ipse Christus à nonnullis ELIAS putabatur.

S. Elias *etiam Christo & B. Virgini in multis assimilatur.*

1274. Denique, perpendendum limus cuilibet, quanta nunc sint sancti P. ELIÆ merita, cùm hactenùs fuerit, & adhuc sit in statu merendi, vt tradunt Abulensis & alij plures graues Authores: d idque P. Viegas, commentans *caput 11. Apocalypsis* pariter de ELIA, & consorte eius Enoch, probat his rationibus: „ Non est consentaneum sacris Lite„ris, aliquem hominem qui nondum obierit, ponere extra statum me-

d Apud Lezana to. 1. Annal. ad an. mundi 3139. n. 13.

S. Eliã *adhuc esse in statu merendi declaratus.*

„ rendi: deinde, quia non congruit Diuinæ bonitati, & liberalitati, hos „ duos seruos suos illustrissimos in hac mortali vita vsquè in finem mundi „ detinere, priuareque, per tam longum tempus, visione beatificâ, quâ, se„ cundùm naturalem cursum, & legem ordinariam, multis iam antè se„ culis potirentur: idque nullo ipsorum lucro, quin omnium maximo de„ trimento, subtractâ nimirum eis merendi facultate. Sanè indignum „ planè videtur diuinâ munificentiâ; quippe qui soleat dona sua nouis „ cumulare beneficiis, iacturamque suo nomine factam multo ampliori„ bus lucris compensare.„ Insuper id sic concludit: „ Quod iuxta sa„ cram Scripturam, vniuersæque Ecclesiæ doctrinam, iuxta quam omnes „ viatores, qui adhuc à Domino peregrinantur, & ex fide viuunt, sunt in „ statu merendi. „ Et ad obiectionem: „ quòd sic eorum merita om„ nium Sanctorum, imò & Glorioſissimæ Virginis Deiparæ excederent, „ respondens: „ Ea enim, inquit: „ est gratiæ Virginis magnitudo; vt „ nullus omninò ad eam possit pertingere. Cùm enim Deus præuidisset, „ quanta futura essent ENOCH & ELIÆ merita multò maiora esse voluit „ merita Virginis, tantæque intensionis, ad quantam præuidebat eorum „ gratiam non peruenturam. Quòd verò ad cæteros Sanctos attinet, nõ „ multùm de eorum primatu contenderem, nihil enim absurdi consequi „ video, si quis dicat, Enoch & ELIAM, vtpote extraordinarios quosdam „ Heroes, superaturos magnitudine gratiæ reliquos omnes Sanctos, ex„ ceptâ Virgine, idque tantùm propter diuturnitatem temporis, quo ex„ dispensatione, viuunt. „

[a] Cap. 38. & 39.

Istis consonant ea, quæ scribit Fernandus Caldera, Ordinis Minimorum *in Theologia mystica* [a] circa illa verba: „ Præcedet ante illum (Ioan„ annes) in spiritu & virtute ELIÆ: „ vbi ait: „ spiritum ELIÆ non „ fuisse nisi zelum honoris & gloriæ Dei: virtutem autem eius fuisse O„ rationem: quâ cœlum continuit, & prodigia patrauit: „ Deinde subijcit verba Doctoris Henriquez: *Ingenti quotidie meritorum cumulo crescunt* ENOCH & ELIAS *in Paradiso*: quod duodecim Doctorum calculo confirmat.

1274. Hactenus de S. ELIÆ meritis longiùs sermo noster excurrit, non sanè ea intentione, vt ipsum cæteris Sanctis præferamus: sed, vt eius gloriã nõnihil à præfato Authore depressam, reparemus, quod vt pleniùs fecerimus, priusquàm transgrediamur ad alia; ex præfato Camarto [b] succinctam vitæ ipsius rationem, & prærogatiuas, compendio damus: „ ELIAS „ Thesbites inter veteris Instrumenti Prophetas vitæ sanctimoniâ, inui„ ti animi fortitudine, virginalis pudicitiæ castimoniâ, laborum toleran„ tiâ, dicendi libertate, maceratione corporis, paupertatis amore, solitariæ „ vitæ institutis, discipulorum multitudine ac celebritate, indefesso oran„ di studio atque orationis efficaciâ, diuinæ gloriæ zelo, miraculorum splendore

[b] In præfat. de Elia.

Epitome excellentiarum S. Eliæ.

splendore, rerum gestarum copiâ: postremò, exitu mirabili, longeque mirabiliori regressu, excelluit. ,,

1275. Nunc maculas eidem sancto Prophetæ appictas abstergamus, videlicet. I. nimium zelū, & rigorem; eò quòd, in populi rebellis, & ingrati vltionem, supplicia deposcerit. II. Quòd ab eo exiguus animarum fructus sit depromptus. III. Quòd tamquàm pusillanimis à Reginæ potentia profugus oberrarit. [a] E conuerso nos existimamus, ab istis tribus eum singulariter commendandum. Etenim zelum illius extollit sacer Textus: ELIAS, *dum zelat zelum Legis, receptus est in cælum*: & confirmant ingentia prodigia, quòd verbo Domini continuerit cœlum, & ignem è cœlo eduxerit: quodque Dei zelo, quasi facula, arderet, eiusque ardenti cordi corresponderit Deus, ipsum de mundo sustollendo in flammeo curru. Vnde S. Augustinus (aut quicumque istius operis author sit) *tomo 3. lib. 2. de mirabilibus sacræ Scripturæ*: scribit *Conueniebat ergo, vt* Elias; *quoniam Diuini amoris zelus ignito in animo suo, flagrâsset ardore; & per ignem miranda signa multa faceret, & per currum igneum, ab omnibus commutatum, Dominus ad sublimiorem statum eueheret.* Animarum verò fructus an non is magnus, quòd zelo zelatus pro Domino Deo exercituum tantâ in Deum fide, & fiduciâ aggressus Prophetas Baal, & Lucorum, eos è medio sustulerit, idololatriam propulsauerit, & veri Dei cultum restituerit? Præterea, fructus vberrimus, manens in æternum, sunt, *Lecti Prophetarum, & Religiosorum manipuli per eum instituti, ac ad cœlestem vitam, mundo ignotam traducendâ adducti, iugiterque continuati*, vt loquitur Salianus suprà relatus.

Commendatur eiusdem ignitus zelus, & animarum fructus vberrimus.

1276. Fugam non arripuisse ex pusillanimitate, conuincit, quòd aliàs cum Regibus, & tribus quinquagenariis eorumque militibus tam intrepidè se gesserit, vt propterea S. Thomas *quæst. 12. de veritate* [a] de eo scribit: [a] *Quòd eminentia* ELIÆ *præcipuè in hoc attenditur, quòd à morte immunis cõseruatus fuit: etiam multis aliis Prophetis eminentior fuit quoad audaciam, & magnitudinem signorum.* Causam timoris & fugæ hanc Theodoretus [b] adfert: *Ne miraculi magnitudo eius spiritum nimis attolleret, concessit gratia naturæ, vt timorem susciperet.* Quod confirmat S. Eucherius: *In miraculis monstrabatur* ELIAS, *in infirmitatibus seruabatur.* Hoc ipsum prolixè, & præclarè (vt solet) pertractat Abulensis *in caput 19. libri 3. Regum quæstione 3.* vbi inter alia sic: ,, Quòd autem nunc ELIAS timeret, qui non timuerat coram facie Regis Achab, non proueniebat ex magnitudine, vel pusillanimitate ,, cordis eius, sed ex motu Dei; quia quandò Deus mouebat ipsum, confidebat nimis, plùs quàm homo confidere posset: cùm autem Deus nõ ,, mouebat eum ad confidendum, timebat, sicut quilibet alius homo timeret, & cadebat in eum omnis timor, qui caderet in constantem virũ. ,, Simile enim est de Moyse, & alijs Prophetis, & viris sanctis: quia interdum Deus mouebat eos, & operabantur grandia; interdum verò relinquebat eos sibi-ipsis, & timebant sicut cæteri homines: ,, Quod latiùs ibi

[a] Art. 14. ad 4.

[b] In 3. Regum 19.

Causa timoris & fugæ S. Eliæ.

declarat,& cauſam, cur Deus viros ſanctos ſinat quandoque timore moueri,aſſignat;vt eos ſeruet in humilitate, atque ad ſeipſos redeuntes, cognoſcant,ſe infirmos eſſe,niſi Deus eos confortauerit. Aliam hanc innuit Cornelius à Lapide, dum tractat de fuga ELIÆ: [a] ELIAS,inquit,*repræſentat hic infirmitatem Chriſti patientis in horto.* Si pauor, & mœror in Chriſto fuerint ſine reprehenſione (aliter ſentire impium foret) cur timor carpitur in ELIA? an non etiam ipſe Chriſtus verbo, & exemplo quandoque prudenter fugiendum,nos inſtruxit? Et certè, fugam iſtam Deo haud diſplicuiſſe,confirmatur, quòd in ea ab Angelo viſitatus, & cibatus fuerit: atque mox in Monte Oreb mirabili viſione à Deo honoratus.

[a] In lib.3. Reg.c.19.

Repræſentauit tum Chriſtum in horto patientem.

1277. Quòd ELIAS rigorem, Chriſtus magis manſuetudinem præ ſe tulerit; reminiſcendum ELIAM vixiſſe in Lege veteri (quæ erat Lex rigoris) erantque idololatræ, & homines duræ ceruicis. Chriſtus autem nouam inuexit Legem,gratiæ ſcilicet. Cæterùm,dum occaſio fuit, etiam ipſe Chriſtus rigorem clementiæ commiſcens,oſtendit, quòd *zelus domus Patris ſui comederet eum;* vt, cùm flagellis eiiceret ementes, & vendentes è templo. Nonne & his temporibus ſacra Inquiſitio, ex ordinatione Eccleſiæ, rigidiſſimè procedit contra blaſphemos, hæreticos, & ſuſpectos de hæreſi? Hæreticis autem deteſtabiliores erant illi prophetæ Baal, & Lucorum, populum à veri Dei cultu auertentes, & ad idololatriam pertrahentes. Ea propter laudabilem, hæroicum, magnique zeli actum exercuit S. Propheta ELIAS, dum,Dei ſpiritu plenus,eos omnes (quos cœlitùs deuicerat) curauit occidi: ſic exemplum ſtatuens Eccleſiæ,huiuſmodi homines,tamquàm peſtes,nè alios inficiant,è medio poſſe tolli.

Cur Chriſtus *magis manſuetudinem*, Elias *rigorẽ præ ſe tulerint.*

1278. Quoad iſtud,quod circa Virginitatem S. ELIÆ, & poſterorum eius redarguitur,eam non fuiſſe ſtrictè dictam, ſeu Theologicam, ſed ſolùm communem: Replicamus ex S. Thomæ doctrina [b] ad Virginitatem Theologicam requiri & ſufficere ſequentia: *Primum, neceſſaria eſt integritas corporis phyſica,ſicut ea,quæ ineſt in corpore infantili, ita vt nullo vnquàm tempore læſionem paſſa ſit ſponteam, quæ enim vi & coactione fit, cum limitationibus à D. Thoma adhibitis* [c] *nihil obſtat. Deinde, ad Virginitatem Theologicam exigitur electio libera, & conſtans, permanendi toto vitæ tempore cum illa integritate phyſica, ab omni prorſus libidine licitâ,vel illicitâ animum auocando. Præterea,neceſſarium eſt, vt Virgo nullâ culpâ graui ſe attaminauerit in re veneréa. Inſuper,vt numquam apud ſe ſtatuerit matrimonium contrahere conſummatum.* Quæro, quodnam iſtorum dẽfuerit ELIÆ,*Eliſeo, Danieli* &c. & vnde, aut è quo ex Patribus illud hauriatur? vt S. ELIÆ denegetur Virginitas ſtrictè dicta, & Theologica? Nullus aſſignari poteſt. Perperam igitur,ab aliquo, ipſi,& aliis honor ille detrahitur. Patres enim Virginitatem ELIÆ tantoperè efferunt, vt aſſerant, ob eam ipſum dignum redditum tam glorioſo triumpho (*ideo curru raptus in cœlum,* ait S. Ambroſius.[d] Recoli poterunt dicta *par.2.cap.7.* & *par.8.cap.6.*) Quod equidem haud dicerent ſi in ve-

[b] 1.2. qu. 64.& 2.2. q.152. & q.155.

[c] In 4.diſt. 14.q.1.art. 5. & diſt. 38,q.1.art. 5.

[d] Lib.1.de Virgin.

ræ

ræ Virginitatis strictéque dictæ ratione defeciſſet. Et hæc quidem pro S. ELIA ſic dicta ſufficiant. De Virginitate, cæteriſque virtutibus, & excellentiis eius, qui plura ſcire cupit, reperiet in authoribus nominatis *parte 2. capite vltimo* ſub finem: & quidem P. Dorotheus à S. Renato *in Commentario theologico, hiſtorico, & morali* tribus libris complexus eſt iſta I. mirabilem eius vitam & prodigioſa opera. II. triumphalem in Paradiſum aſcenſum, & ſtatum in quo ibi degit. III. futuram eius & Enoch reditum, antequàm veniat dies Domini magnus & horribilis, prædicationem eorum contra Antichriſtum, martyrium, ac glorioſam reſurrectionem, & aſcenſionem in cœlum.

1279. Denique, eſt cui diſplicet, & ideo arguit, quòd Authores noſtri aliqui nuncupauerint Virginem Deiparam Ordinis huius Sororem, & quòd ipſa aliquando addicta, ac familiaris fuerit, Carmelicolis, ipſumque Carmelum viſitauerit: nec non quòd eius aui eiſdem fuerint deuoti. Quoad iſtud poſterius *part. 3. cap. 10* ex probatiſſimis Authoribus perſtrinximus hiſtoriam de S. Emerentiana, SS. Virginis Deiparæ auia, Filios Prophetarum in Carmelo viſitante & ab eiſdem notabili reuelatione inſtructa. Ad prius itaque reſpondemus, Sororem & Fratres eſſe correlatiua; ſi enim Summi Eccleſiæ Præſules (conceſſis etiam, in illum finem, Indulgentijs? *a*) ipſaque Cœlorum Regina, Ordinis huius profeſſores inſigniri voluerit titulo *Fratrum B. Virginis* MARIÆ *de Monte Carmelo*, & quid inconueniens, eam Sororem nuncupari? Et ſi teſtante Apoſtolo, *ad Hebræos 2.* Chriſtus *non confunditur, Fratres eos* (qui in ſe credunt) *vocare, dicens, Nuntiabo nomen tuum Fratribus meis*: quid incongrui Carmelitas, peculiariter addictos cultui SS. Virginis Deiparę eius vocari Fratres, & è contrà ipſam dici Sororem? Nonne & Deus nobis omnibus talem dedit charitatem, vt *filij Dei nominemur, & ſimus*, *b* ipſumque *Patrem noſtrum* dicimus? Hinc Theophilus Raynaudus in libro *de* SCAPVLARI *Partheno-Carmelitico*, ſub finem, in Parenesi gratulans Ordini Carmelitano, de titulo SPECIALIVM DEIPARÆ FILIORVM, circa eum hæc expendit: *Pro magno habet Cœtus Religioſus, nomen præferre ſeruorum* B. MARIÆ. *At quàm nobilius eſt, filium ſpeciali titulo, & Fratrem denominari?* Et paulò infrà: *Sicut magnum ſanè eſt, & à Diuo Chryſoſtomo Summè exornatum, dici ſeruum Dei: & tamen non modò longè dulcius eſt dici Dei Filium, ſed longè nobilius ac dulcius.* Ibidem ſubdit adhortatoria hæc verba, Carmelitis ſanè frequenter mente ruminanda, & opere practicanda: *Conſequitur verò adeò ſublimem titulum, in Matre & Sorore, nexus quidam obligationis: ad curandum, nè Filij ſint Matri, aut Sorori Fratres dedecori: & vt ſuppetat, vnde tantum gradum ſuſtineant.*

Nullum inconueniens, Religioſos Ordinis Carmelitæ, nuncupare Fratres B. V. Mariæ.

a Vid. nu. 528. 692. 694. & hic ſtatim.

b 1. Ioan. 3.

Quoad familiaritatem Carmelicolarum cum B. Virgine: quodque ipſa Carmelum aliquando adierit: an non omninò verisimile videbitur, ipſam cum parentibus, aliiſque ſuis ſodalibus, *Carmelum*, Sanctorum virorum habitatione, miraculorum ibi patratorum gloriâ antiquâ

ELIÆ Ædę, seu Oratorio, *Semnion* dicto, atque Oraculo de quibus actū est *par. 3. cap. 16.*) ac frequenti S. SCRIPTVRÆ commendatione celebrem, distantem à Nazareth tribus duntaxat milliaribus, quandoque visitasse? Nonne verò Catholicis sufficere deberet, pro eius asserti veritate de familiaritate Virginis Deiparæ adhuc in vita existentis cum Filiis Prophetarum in Carmelo, id quod habetur in officio Ecclesiastico, à Sacra Congregatione Rituū iteratis vicibus recognito, subscribentibus Eminentissimis Cardinalibus Bellarmino, & Torres, nimirum ad diem 16. Iulij festo solemnissimo Ordinis, nuncupato *Commemoratio solemnis B. Virginis* MARIÆ, in quo *ad Matutinum lect. 4. & 5.* de SS. Prophetarum ELIÆ ac *Elisei* posteris, & sectatoribus, ista canuntur: „ Peculiari quodam affectu „ Beatissimam Virginem (cuius colloquiis, ac familiaritate feliciter frui „ potuêre) adeò venerari cœperunt, vt primi omnium in eo montis Car„ meli loco, vbi ELIAS olim ascendentem nubeculam, Virginis typo insi„ gnem, conspexerat, eidem purissimæ Virgini sacellum construxerint. „ Ad nouum ergo Sacellum sæpè quotidie conuenientes, ritibus piis, pre„ cationibus, ac laudibus beatissimam Virginem, velut singularem Ordi„ nis tutelam, colebant. Quam ob rem Fratres Beatæ MARIÆ de Monte „ Carmelo passim ab omnibus appellari cœperunt, eumque titulum Sū„ mi Pontifices, non modò confirmarunt sed & indulgentias peculiares, „ ijs qui eo titulo, vel Ordinem, vel Fratres singulos nuncuparent, con„ cessêre. „

Officij ab Ecclesia approbati authoritate ostenditur Carmelitas B. Virginis, adhuc in vita existētis, colloquio vsos fuisse.

1280. In prędictorum confirmationem binos ex historicis nostris ea concorditer tradentibus paucos quoque exteros plurib⁹ omissis) adiungimus; è domesticis quidem percelebrem Baptistam Mantuanum *in Apologia pro sui Ordinis defensione ad Sigismundum Gonzagam Cardinalem*, sub finem: „ Est aliud memoratu dignissimum, quod, ad vniuersalem pietatis „ profectum, cupio cunctis esse notissimum, idque perquàm paucis expli„ care conabor. Nazareth, oppidum magis illustre, quàm opulentum, „ vnde Virgo MARIA genùs traxit, non longè distat à Monte Carmelo: „ quo factum est, sicut accepimus ab antiquis, vt Patres nostri Filij Pro„ phetarum, ELIÆ successores, cum Ioachim & Anna MARIÆ parenti„ bus, sicut vicini solent, conuersarentur. „ Et infrà: Quoniam Mons Car„ melus erat sanctitatis nomine diffamatissimus, accedebant illuc frequen„ ter, cùm vacabant, ex vicinis locis, Religionis amatores, viri, ac mulieres, „ & præsertim cum Matre Virgo paruula, & iam adulta. „ Alter est Ar„ noldus Bostius, in libro de Patronatu B. Virginis MARIÆ capite 1. „ „ cuius titulus est: Quòd prægloriosa Virgo MARIA, dum in humanis a„ geret, Carmelitas affectu piissimo, sicut mater filios, sæpenumerò visita„ uit, eos familiariori nomine Fratres suos compellando. „ In quo inter „ alia sic: „ Ex Diui Hieronymi libris notum est, semper amandam Dei „ Genitricem Virginem, omni suauitate plenissimam, in sancta ciuitate Nazareth

Etiam ipsa quandoque visitauit Carmelum vicinum ciuitati suæ Nazareth.

Digitized by Google

„ Nazareth (quæ, iuxta interpretationem nominis, flos est Galilæus) natam, & alitam extitisse, maioriq́ue vitæ suæ tempore fuisse conuersatam: mellifluum autem montem Carmelum (locum insignem, & verè sanctum fœcundum Sanctorum, multis diuinis miraculis illustrem) à Nazareth distare solis tribus milliaribus vnius horæ: „ subdiq́; „ Huius prædeuotos incolas, sibi in virtutum operatione similimos, in sua vicinia tam proximè constitutos, in situ videlicet montis illo, vbi magnus, dignusq́ue Deo Sacerdos, & Vates ELIAS (quem clara volumina Regum, insigne memorant virtutum culmen) pronus orans, viderat nubeculam, quasi vestigium hominis, de mari in Carmelum ascendere, hanc, de qua loquimur, præfigurantem, ob veterem loci sanctitatem, quæ frequenter trahit deuotos animos) & semper continuatam, à Patris ELIÆ tempore, Religionem, sæpenumerò visitauit Virgo mundissima. Alia plura ibi ad intentum congerit.

Nazareth à Carmelo distat tantùm tribus milliaribus.

1281. Istis consonant ea quæ Abbas Trithemius *Libro de ortu & laudibus Ordinis Carmelitani cap.* 1. scribit: *Noli turbari, noli irasci, noli frendere dentibus, nemo Reginam cœli prohibere potest, quò minùs Carmelitas suos Fratres appellet, & Filios. Non friuola loquor, non falsa, cùm Summi Pontifices Romani, Petri Successores, Carmelitas non aliter appellare consueuerint, quàm* FRATRES DEI GENITRICIS. Et in libro *de Imagine miraculosa in Vrticeto cap.* 10. agens de S. Anna, & confraternitate antiqua, ad eius honorem erecta, occasionaliter ista inserit. „ Mons etenim Carmelus à temporibus ELIÆ, & „ *Elisei* Prophetarum, vsque in aduentum Domini, sanctis & iustis semper „ claruit eremitis, Deo, secundùm Pharisaicam traditionem, inculpatè famulantibus: ad quos, pro consilio, & informatione doctrinæ salutaris, „ ad iustitiam, & sacratioris vitæ institutionē, non modò præscripti Salvatoris nostri secundùm carnem parentes, verùm etiam alij, quiq́; de „ vniuersa Iudæa viri boni & iusti, frequenter, & crebro leguntur habuisse recursum. [a] Post passionem verò Domini nostri Iesu Christi fratres „ Eremitæ, qui ELIÆ *Eliseiq́;* imitatione in Monte Carmelo habitabant, „ cum primis, post Apostolos, orthodoxam fidem susceperunt, & primi „ omnium basilicam in ipso Monte Carmelo, sub memoria, & honore „ Beatiss. Dei Genitricis, semper intactæ Virginis MARIÆ construxerunt. „ Adstipulatur Ioannes de Carthagena *libro* 17. *Homilia* 3. vbi referens rationes, ob quas hic Ordo singularem B. MARIÆ Virginis amorem, & patrocinium promeruerit, cum diffusè egisset de ista Ecclesia, seu Sacello in Carmelo constructo, hæc de familiaritate Virginis Deiparæ cum Carmeli Eremitis habet: „ Cùm Nazareth (vt Authores suprà adducti affirmant) tribus milliaribus tantùm distaret ab ELIÆ fonte, siue „ Carmeli vertice; quid mirum, si Sanctissima Virgo Eremitas Carmeli, „ cuius sanctitas, & Religio totam Palæstinam, & Alexandriam illustrauerat, non sæpè adiret, eosq́ue suis colloquijs, & necessitudine foueret: „

Carmelus à tempore S. P. Eliæ cultus & à fidelibus visitatus.

[a] Vide par. 3. c. 16. num. 161.

Istis

Istis adiungimus è Societate Iesv Marianum scriptorem Adrianum Lyræum *in Trisagio Mariano libro 1. sono 35.* scribentem quòd S. Propheta Elias in Carmelo orationi incumbens septimâ vice Nubeculam conspicatus, intellexerit septimâ ætate nascituram Virginem, quæ Saluatorem progigneret: quodque in istius Virginis venerationem ædiculam, seu oratorium *Semion* (seu *Semnion*) nuncupatum ædificauerit, ad quam Filij Prophetarum, ipsius discipuli, & successores conuenire solerent, *vsque dum ipsa veniens ad suum Carmeli domicilium, se ijs amore atque auxilio præsentissimam exhiberet.* Notabile etiam id est, quod Franciscus de Soto *a* etiam è Societate Iesv, curiosè ex *Adrichomij theatro Terræ Sanctæ* obseruat, ex Nazareth, domicilio Virginis Deiparæ, fontem scaturientem fluere versus Carmelum, vndè radices eius rigantur, tamquàm Nazareth ipsa Carmelum fœcundaret, nimirum suum Ordinem Virgo Maria: cuius *caput vt Carmelus b* & *datus ei decor Carmeli c* dicitur: vt supra à Ioanne Bachone *d* & ibi in notis explicatum habemus.

a In concione habita in Beatific. S. Teresiæ.
b Cantic. 7.
c Isaiæ 35.
d Num. 58. 59. 71. & 72.

CAPVT. IX.

Conclusio ex hactenùs dictis.

1282. Ea, quæ hactenùs disseruimus in hac appendice, quiuis expenderit, admittet, arbitramur, illas nostras assertiones, de Monachatu S. Eliæ, & votis sub Lege veteri; maximè quòd ea doctrina, ceu sana (nec enim aliter admitteretur) Romæ approbata, & typis promulgata fuerit *in Propugnaculo* Eliæ per Michaelem Munñoz, & *in quatuor voluminibus Annalium* V.P. Ioannis Bapt. de Lezana, viri tùm eruditionis, tùm pietatis opinione præstantis. Istis addimus sacræ, & supremæ Inquisitionis in Hispania Decretum, quo, post magnam grauissimorum Theologorum consultationem, & re maturissimè in iudicio contradictorio examinata, in Vrbe Matrito, die nonâ mensis Decembris anni 1639. Illustrissimo Domino Archiepiscopo, Inquisitore Generali, vnà cum Dominis Regij concilij Sanctæ Generalis Inquisitionis: inter alias, istæ propositiones quatuor approbantur, & imprimi permittuntur. Prima, *que en la Ley escrita huuò voto de castidad, y Virginidad perpetua.* Secunda, *que en la Ley escrita huuò voto de obediencia perpetua.* Tertia, *que en la Ley escrita huuò voto de pobreza voluntaria.* Quarta, *que en la Ley escrita huuò verdadero Monachato y Religion.* Quæ latinè sic sonant I. *Quòd in Lege Scripta, fuit votum Castitatis & Virginitatis perpetuæ.* II. *Quòd in Lege scripta fuit votum Obedientiæ perpetuæ.* III. *Quòd in lege Scripta fuit votum Paupertatis voluntariæ.* IV. *Quòd in Lege Scripta fuit*

S. Inquisitionis suprema in Hispania Decretum.

verus

Digitized by Google

verum Monachatus & Religio. Decretum istud integrum & Hispanicè (prout de mandato eiusdem Sacræ Inquisitionis Matriti impressum fuit) & Latinè redditum, extat initio *historiæ Carmelitani Ordinis* per P. Philippum à SS. Trinitate, atque *annalibus Ordinis huius tomo 1. libro 1. cap. 4.* sub finem præfatæ quatuor propositiones referuntur, & explicantur. Additur tamen in eo Decreto, prædictas propositiones sic accipiendas, *dummodò declararetur, non fuisse Monachatum in Lege Scripta tum solemnitate, & perfectione, & cum potestate claustri, sicut in Lege gratiæ; Quia Christus in tota sua perfectione Author, & Institutor fuit Redemptor noster* CHRISTVS IESVS, *& alius in Lege Scripta, fuit causa exemplaris, & meritoria.*

1283. Deinde (vt in simili ex, & cum Gaspare Sanchez *in tractatu de aduentu S. Iacobi in Hispaniam*, loquamur) *Iam non tam probatam singulorum, quòd hactenùs feci, quàm publicam fidem appellabo, Pontificum videlicet, qui publicam habent fidem, & pro Ecclesia quodammodò loquuntur, & Breuiariorum, quibus significatur populorum & gentium consensus, & communis opinio.* Istis pondus superaddimus ex Martyrologijs, *quæ etiam contra Hæreticorum pestilentissimas & fluctuantes doctrinas mirum in modum nos stabiliunt & muniant*, vt scribit Ioannes Molanus; [a] in ijs enim S.P. ELIAS nuncupatur *Carmelitanæ Religionis Patriarcha, & Institutor* [b] & quidem peculiariter in ipso ad Vsuardi Martyrologium auctario, per dictum Ioannem Molanum [c] tanti apud D. Cardinalem Baronium habitum, vt nec breuem eius schedulam deperire æquanimiter pateretur, sicut alibi memoranimus. Itaque Authorum relatorum *cap. 1. 2. 3. & 4.* nec non Sacræ & supremæ Inquisitionis in Hispania sententias, ac variorum Martyrologiorum traditionem claudat, ceu sigillum, authoritas Summorum Pontificum, & Eminentiss. Cardinalium Sacræ Congregationis Rituum, nuncupantium modernos Carmelitas, *successores, posteros, hæredes & Prophetarum* ELIÆ *& Eliseï & cæterorum antiquorum Patrum, qui Montem Carmelum inhabitarunt, ac propè fluenta Iordanis casulas ædificabant, herbisq; agrestibus victitabant, Monastici Instituti Duces.* Ita diserte verbis loquuntur Bullæ, & habetur in variis Officijs Ecclesiasticis, de quibus *par. 2. cap. 2. & 3.* Ijs adiungendum Officium de S. Dionysio Papa die 19. *Ianuarij lectione 4.* sub initium. E quibus omnibus habetur, S. ELIAM, *S. Eliseum*, & alios Prophetarum fuisse *Monachos* (vtpote *eorum Duces*) & *Fundatores Carmelitani Ordinis* (nempè *hereditariam successionem ab eis tenentis.*) Vnde vlteriùs, necessariâ sequelâ infertur, eos seruasse Paupertatem, Castitatem, & Obedientiam, cum ea ad Monachatum requirantur: Idque ex SS. Patribus, & dictis *par. 2. cap. 7. & par. 8. cap. 6.* atque ex cunctis ferè in hoc tractatu distepratis perspicuum satis sit. Tantorumne testimoniorum moles non premit? Præterea tum minùs credendum Carmelitis Scriptoribus, res sui Ordinis pertractantibus, quàm cæterorum Ordinum Religiosorum, aut etiam aliorum quorumuis suæ patriæ seu nationis eventus commemorantibus historicis? An fortè omnes

[a] In tractatu de Martyrol. c. 18. Vide par. 2. ca. 3 nu. 204.

[b] Ad 15. Kalend. Iulij.

[c] N. 1190.

mnes Ordinis huius domestici & historici referentes suam originem ad S. P. Eliam, & abeo deducentes hæreditariam successionem pontificijs diplomatibus assertam, & tot grauium Scriptorum authoritatibus confirmatam, in rebus suæ familiæ tam sunt ignari, & cæci? Authores autem pauci externi in alienis domo sapientes & perspicaciores? Sed de istis *par. 2. cap. 3.* sub finem, & alibi quædam diximus.

1284. Pro illorum tamen stabilimine alia quædam huc adduxisse operepretium fuerit: idque ex ijs, quæ docet, & varijs iuribus, ac authoritatibus probat Antonius Quintadueñas è Societate Iesv in libro cui titulus: *singularia Theologiæ Moralis ad 7. Ecclesiæ Sacramenta*: ibi *tractatu 2. singulari 12.* hanc statuit, & multipliciter firmat assertionem. „ Ea, quæ scripta inueniuntur in libris Baptismi, & Confirmationis, plenam fidem, „ & probationem faciunt in vtroque foro circa ætatem pro matrimonio „ contrahendo, Ordinibus suscipiendis, professione in Religione emittenda: „ pro liberatione à cura animarum pro ieiuniorum obseruatione: pro notitia Parochiæ; pro priuilegijs, iuribus, donationibus, legatis, naturalitate, patria, domicilio, muneribus, nec non alijs occurrentibus circa inuestigationem cognationis spiritualis Patrinorum, & similium, quæ vel „ aliunde non possunt probari, vel non ita sufficienter: & necessaria omnino est horum probatio tùm ad sodandas conscientias, tùm ad lites diri„ mendas, ac ad plura alia. „ Sic tenent Mascardus [a] Gonzales [b] Rebuffus [c] atque alijs (quos ibi dictus author citat) magna cohors. Eadem est ratio librorum in quibus annotantur dies obitus, & sepulturæ defunctorum. Quinimò etiam plenè probant libri censuales Ecclesiæ vel Monasterij contra Censuarios & Emphyteutas in eis descriptos. *Tractatus* autem 7. *singulari* 15. istam ponit conclusionem: „ Testimonium vnius „ Historiographi, aut Scriptoris, testantis aliquem sanctum, huius vel illius Diœcesis esse Naturalem, sufficiens omninò est, vt illi fides adhi„ beatur, ad hoc vt in ea Diœcesi de S. illo Missa, & Officium, iuxta Hi„ spaniæ priuilegium, celebrentur; dummodo authoritate, aut ratione, op„ positum non conuincatur, aut manifestè constet, vel eius fides, aut veri„ tas vel authoritas non sint prudenter suspectæ, vt docent Bartolus [d] „ Alexander [e] Iason &c. Præterea iuxta varios textus Iuris & Glos„ sas, [f] libellus, aut memoriale illud in quo parentes suorum filiorum „ Natiuitatem, illiusque tempus, locum, ætatem, nomen, & alia scri„ bunt; plenè probant. „ Deinde: „ In rebus probatu difficilibus præ„ sumptiones, vel coniecturæ sufficiunt vt illis assentiamur. Sic filiatio alicuius ex his sufficienter probatur. „ Id quoque diuersis Iuribus & authoritatibus stabilitur. Pleniorem autem fidem faciunt Breuiaria (præsertim quæ Ecclesiæ authoritate recognita, & probata sunt) libri quoque, & monimenta antiqua. *Demùm* „ Tanti apud Ecclesiam v„ nius testis omni acceptione maioris habetur authoritas, vt singulari S.

Notabilis doctrina, vnde inferuntur alia.

[a] De probat. concluſ. 1147. n. 12.
[b] Ad Regul. 8. Cancel. gl. 9.
[c] De pacif. poſſ. 217.
[d] In l. 2. Cod. quorum Bonorum.
[e] Conſil. 91. vol. 5.
[f] Adducit dictus Author.

An-

„ Antonij Abbatis testimonio S. Paulus primus Eremita, S. Eulogij Mar-
„ tyris tot Martyres Cordubenses, S. Ioannis Damasceni, Barlaam, & Io-
„ saphat, sanctorum cultu honorati sint à Fidelibus.

1285. Ex istis omnibus, ad propositum nostrum, infertur, & à fortiori concluditur, fidem morali certitudine adhibendam Carmelitanæ historiæ assertis circa Monasticum Institutum in veteri Lege per S. ELIAM Prophetam inchoatum & exindè iugiter continuatum, ac propagatum; cùm ea fundentur in Pontificijs Diplomatibus, Martyrologijs, Breuiarijs approbatis, receptaque sint ab authoribus præstantissimis (vt vidimus) ac concorditer tradantur à Scriptoribus Carmelitanis, nempè (prætermissis recentioribus, huius, & superioris seculi) ab annis circiter ducentis Arnoldo Bostio, Ioanne Palæonydoro, Ioanne Gerbrando, Petro Bruno, Balduino Leersio: &, ante istos, Wicleffistarum malleo Thoma Waldensi, nec non Thoma Scropo; ante annos fermè trecentos, per Bernardum Olerium, Ioannem Grossium, Philippum Ribotum, Ioannem Hildesheimensem: & annis abhinc circiter quadringentis à Gulielmo de Samuco (seu Sanuico) Siberto de Beka, atq; vno seculo ante istos per S. Cyrillum Constantinopol. ac denique suprà annos mille ducentos per Ioannem Antistitem Ierosolymitanam, in libro de quo sæpiùs suprà: qui omnes, ceteriq; Carmelitani Scriptores, hoc argumentum attingentes, Monasticæ & Eremiticæ vitæ (in Castitatis, Paupertatis & Obedientiæ obseruantia) Authorem, ac Carmelitani Ordinis fundatorem, agnoscunt S. ELIAM. Quibus omnibus suffragantur varia vetusta monumenta in Superioribus producta. Ista, inquam, tam multis, & solidis superstructa fundamentis, ecquis vacillare dixerit? a

Asserta præcipua Carmelitanæ historiæ solidis superstrui fundamentis, ostenditur.

a Vid p. 8. c. 5. n. 1110. pag. 625.

Præterea, si in rebus probatu difficilibus coniecturæ sufficiant, vt illis assentiamur, & si in casibus nullius aut leuis præiudicij plenè efficiat probationem vel vnicus testis. Hic verò agatur de ijs, quæ mille, quinimò & bina millenaria annorum superant (de Monachismo & obseruantijs Monasticis in veteri Lege annis 900. ante Christi ortum) & ideo probatu difficiliora sunt, b ac interim ea à tot vetustis Scriptoribus tradantur, atque à recentioribus approbentur, & adstipulentur, non modò coniecturę haud leues, sed indicia certa: nec tantùm nullum cuiquam præiudicium, quinimò emolumentum magnum inde obueniat Ecclesiæ Dei, atque vniuerso Monastico Instituto, nempe antiquitas; cur non vt vera, ac plenè probata censeantur?

b Vide pro istis par. 8. cap. 11.

1286. Si tamen cuipiam hactenùs à nobis adducta ad assentiendũ, in veteri Lege fuisse Monachismum, non sufficiant; & propterea, veritatis eruendæ gratiâ, verbo, aut scripto, ea impugnare velit, is saltem meminerit veritatem amicam esse charitati: *Charitas autem benigna est, non irritatur.* c Arietur, & inuestigetur veritas, sed non lædatur charitas: quæ vt inuiolata perstet, supplicamus, temperari saltem ab assertorum nostrorum cen-

c 1. Cor. 13.

Veritas & Charitas amicæ sunt

suris rigidioribus, vnde suboriri possint contentiones: quæ dedecent Christianos, & peculiariter Religiosos; Religiones enim omnes ad vnum, eumdemque finem tendunt; atque in Christo Rege Pacifico, & eius Sanctissima Genitrice MARIA, tamquàm exemplaribus perfectissimis, & magno Patre-familias, ac communi Matre & Nutrice, vnitæ sunt; ea propter, etiam omnes inter se charitatis glutino compingi deberent. In tota Saluatoris nostri Lege hoc constat, nihil esse aliud, vel grauius præceptum, vel crebrius commendatum, quàm mutuam coniunctionem in fraterna charitate. Eam arctissimam velle apertè indicauit, cùm in vltimo illo quasi suæ voluntatis testamento precatus est à Patre, vt *sui omnes electi ita essent inter se vnum, sicut ipse cum Patre vnum esset.* Nihil enim maius, nihilue significantius dicere potuit. Aureis illis temporibus in Ecclesiæ primordijs quandò credentium erat cor vnum & anima vna, maximus extitit Dei cultus, & animarum fructus: quando scilicet teste Tertulliano [a] in ore Gentilium multum erat: *Vide vt se diligant, vt alter pro altero mori sint parati;* cuius tum communis charitatis, ac beneficentiæ non solùm exemplum, sed vis quoque apparuit in S. Pachomio, exinde ad Christianam Religionem capessendam permoto. E contra verò diuisiones, partialitates, & dissentiones, Ecclesiam destruunt, Dæmoni arma, vt eam impugnet, præbent, hæreticos in sua perfidia obduratiores reddit, & fidelibus scandalo sunt, vt Religiosos parumpendant, ac contemnant: *Possibile non est,* inquit S. Basilius, *Ecclesiam in altum crescere vinculis non colligatam pacis ac charitatis. Quia facti sumus velut aranea non coniuncti inter nos, sed singuli per se diuisi.* Dum igitur inquiritur veritas, semper comitetur charitas. Atque ita *Iustitia & Pax osculabuntur.* [b] Sed hæc obiter.

[a] In Apol. cap. 39.

[b] Psal. 84.

CAP.

CAPVT X.

Anacephalæosis, summatim perstringens antecedentia, & inter sententias binas oppositas mediam statuens.

1287. NVnc demum, exemplo Aduocatorum in litibus,& Oratorum in epilogis, seu perorationibus, quasi per anacephalæosim, ea quæ diffusè per plura hic disseruimus, summatim comprehensa oculis subijcimus. Authores quidam tueri voluerunt, S. Proph: ELIAM non fuisse Monachum, nec Monachatum extitisse in veteri Lege, quodque eum asserere,iniurioſum sit Legi Euangelicæ, cęterisque Ordinibus religiosis. Item acriter,& quàm diffusè infectati sunt vota Monastica,& peculiariter Castitatis in eodem S.Propheta,eiusque discipulis, & posteris. Estque hic præcipuus eorum scopus, & scopulus: atque motiuum primarium ad alia, quòd illis videretur id præiudicare honori Virginis Virginũ Deiparæ:quam statuunt primam tempore in Virginitatis voto. *Sententiæ duæ oppositæ.*

E contra Scriptores Carmelitani, tamquàm certum, & extrà controsiam esse volunt,S.Prophetam ELIAM, eiusque posteros verè Monachos fuisse in veteri Testamento,& seruasse,etiam ex aliquali voto, perpetuam Castitatem,cum Paupertate,& Obedientia; ac consequenter, tum fuisse verum Monachatum; cum id tam disertis verbis adstruant Patres,& Doctores; relati hic *cap.*1.2.& 3. & superiùs *par.*2.*cap.*1. nec non *par.*3.*cap.*1. Et quidem peculiariter quoad Castitatem, constat ex dictis eadem *parte* 2.*cap.*7. & *parte* 8.*cap.*6. ac potissimùm in hac appendice productis. Atque hoc non iniurioſum, sed glorioſum Legi Euangelicæ (quæ isti statum perfectionis complementum tribuit) nec etiam cæteris Ordinibus, exinde antiquitatis honorem possidentibus.

1288. Et quoniam omninò decens est, Christianos charitatis vinculo vniri: hîc nexum viemus,quo & isti, & nos cum illis,ineluctabiliter (vti confidimus) constringemur,tum in mutuo amore, & concordi sententia (idipsum dicentes & sapientes)tum in desiderio,voto,& zelo zeliq; effectu propagnandi, & propagãdi honoris superbenedictę Virginis Deiparæ MARIÆ. Is nempe est: Quòd S. Propheta ELIAS,, eiusque posteri (quos inter supereminet S. Ioannes Baptista) *habuerint Dei instinctum immobilitantem eorum affectus, conuersus in Deum,* vt scilicet perpetuam seruarent Castitatem,cum voluntaria Paupertate, & Obedientia integra, eiusce modi *Concordia inter eos.*

cemodi enim *Dei instinctum immobilitantem* æquiualere voto, habetur ex dictis. [a] Quòd autem id sufficiat ad verum Monachatum, conuincitur in S. Ioanne Baptista, qui non nisi eiusmodi *Dei instinctum immobilitantem* habuit, vt etiam ex relatis liquet. Interim ipsum veri nominis Monachum & Monachorum Principem in Lege noua extitisse, qui Catholicus est, haud sine temeritatis nota negare poterit. Hæc etiam confirmantur ex dictis eodem *cap.* 4. de votis implicitis.

[a] Cap. 5.

1289. Itaque ELIAS, visâ Nubeculâ de qua 3. *Regum* 18. per *Dei instinctum immobilitantem* primus hominum ad perpetuam, Castitatem, intuitu, & ad honorem Virginis Deum-paritura se adstrinxit, & suos ad idem induxit (illud autem in maiorem Virginis Deiparæ commendationem & honorem cedere, quis abnegeat.) Atque ita ipse ELIAS exemplum fuit (vt tempore præcedens) Virgini Deiparæ: quæ *tamquàm vestigium hominis* (ELIÆ) & exemplo eius *præputium impudicitiæ à se penitùs circumcidit: dum prima fœminarum, propter Deum in perpetua Virginitate viuere elegit* per similem *Dei instinctum immobilitantem*, scilicet proponendo, se obseruaturam votum Virginitatis in corde (Ita ex Waldensi suprà: & conformiter scribunt cæteri Authores Carmelitani) Postmodùm verò ipsa purissima Virgo votum, quod priùs solo corde conceperat, & immobiliter *statuerat*, etiam cum suo sponso Ioseph oretenùs fuit professa. Atque ita ea ipsa quæ nondùm nota, in typo Nubeculæ ELIÆ fuerat ad Virginitatem perpetuam capessendam, & promittendam, causa exemplaris, ac etiam aliqualiter finalis (& vicissim ipsi ELIAS, tamquàm rempore antecedens, quodammodò exemplum) nunc cum S. Ioseph sit primiceria omnium Virginum, & exemplar solemnis professionis Monasticæ, etiam oretenùs faciendæ. Id tradunt S. Augustinus, & ex eo Decretum Ecclesiæ, atque cũ illis idem Waldensis suprà [b] & post eos alij.

[b] Cap. 5.

1290. Sicque nunc intentum habent Carmelitani Authores, dum S.P. ELIAS, & Monachus, & Virgo per votum (seu *Dei institutum immobilitantem, votoq; æquiualentem*) & quadamtenùs exemplum fuerit Virginis Deiparæ. Intentum etiam suum sic obtinẽt Authores pauci isti alij, assertis nostris contrariantes, dum admittimus, ipsam Virginem Deiparam, non tantùm ob singularissimas prærogatiuas suæ Virginitatis (à Doctore Francisco Suarez & Lezana præclarè descriptas [c]) sed & verè, strictèque loquendo, fuisse absolutè omnium primam in vouenda Virginitate: nimirum, respectu Testamenti veteris, vt causa exemplaris prægognita, & sic mouens; respectu noui, tamquàm causa exemplaris præexistens, & quæ prima inter omnes homines vnà cum S. Ioseph oretenùs Virginitatem suam Deo vouit, & professa fuit: quam deinceps Virgines, & Religiosi omnes imitati sunt & imitantur.

Virgo Deipara quo sensu sit primaria voto Virginitatis.

[c] Hic suprà c. 2. 5. & 6.

Occasionaliter, nec, vti confidimus, inutiliter, vlteriùs inferimus quòd, hac ratione, haud impropriâ, at stricta satis locutione, Virgo Deipara dici

dici possit & sit Fundatrix Monasticæ professionis, quæ oretenus fit. Hinc Religiosi planè omnes gaudere, & gloriari meritò possunt: quòd expressum vitæ suæ exemplar (olim in Lege veteri relucens in magno Propheta ELIA, Monastici Instituti sub ea Lege Principe) in nouo Testamento effulserit in Christo, vt perfectionis Monasticæ cõplemento, & in ipsa Virgine Deipara. Plura hic ad propositum videri poterũt superiùs *pa. 2. nu. 37.* & sequentibus (vbi perfectissimum vitæ Monasticæ exemplum statuitur in ipsa Virgine Deipara: *parte etiam 6. cap. 9.* sed potissimùm hic *capite quinto.* Etenim cum similitudo morum amorem conciliet, atque in B. Virgine tam euidenter religiosa formula eluxerit, quis possit dubitare, quin Religiosos omnes, tùm singulos tum vniuersos ipsasque eorum familias ceu mater, nutrix & tutrix, amore præcipuo, & singulari cura complectatur? Atque hoc etiam manifestius, erit si multorum Ordinum initia inspiciamus, quæ ex huius Sanctissimæ Virginis pietate & charitate fluxisse, & accreuisse constat. Et quidem de Ordine Carmelitano, peculiariter Mariano, manifestum est ex dictis toto ferè hoc opere sparsim, & potissimùm *par. 5.* atque ex mox dicendis, in operis huius coronide. De Sacris Ordinibus Carthusiensi, Cisterciensi, Seruitarum, Dominicano, Franciscano, Oliuetano, Hieronymiano, ac Societate IESV declarat Hieronymus Platus *de bono status Religiosi.* [a] Idipsum etiam dici potest de Ordinibus S. Augustini, S. Benedicti, Præmonstratensi, Minimorum, atque alijs, de quibus sigillatim id ostendit Ildephonsus de Flores *in Commentario ad cap. 24. Ecclesiastici:* in quo *parte 3. sectione 34. & sequentibus* de omnibus religiosis familijs tractans, declarat, qualiter in singulis B. Virgo Deipara fuerit exaltata. Hæc igitur eatenùs dicta sint, tum vt Religiosi omnes magis animentur ipsam Virginem Sanctissimam vt matrem & tamquàm suæ professionis prototypon, & expressum exemplar intueri, venerari & imitari; tum & deinceps non acculentur Ordinis Carmelitani Scriptores tamquã iniurioſi ipsi Virgini Deiparæ Mariæ; dum S. P. ELIÆ Virginalem Castitatem votiuam propugnant; cùm è cõtra plus ipsi Deiparæ tribuant, quàm isti Authores prætendant: nempe, non modò eam absolutè constituant primiceriam Virginum, & quæ Virginitatis vexillum extulerit, primaque fuerit, quæ oretenùs Virginalem castitatem Deo vouerit, sed & certo modo Fundatricem voluntariam vniuersi Monastici status, omniumque Ordinum Religiosorum in Lege Euangelica. Et sic binas istas sententias, specie tenus inter se pugnantes, in concordiam conuenisse arbitramur.

Non improprie dici potest fundatrix Monasticæ Professionis.

Ordinum omnium Religiosorũ est nutrix & tutrix.

[a] Lib. 1. cap. 34.

CORO-

Digitized by Google

CORONIS PARÆNETICA,

QVA MVLTIPLICIA PATRONÆ ET PATRIARCHÆ BENEFICIA, AC CORRELATIVA CLIENTVM DEVOTIO COMMEMORANTVR.

§. I. *Patrocinium Generale.*

1291. Ccasione dictorum non inutiliter, nec extra propositum, indicanda videntur hic quædam (præter ea, de quibus *parte* 5.) cœlestis protectionis certa indicia in fauorem huius Ordinis, vt in aduersis, & contradictionibus alumni eius bono sint animo, ac potentis suæ Patronæ, & zelantis Patris, patrocinijs confidant. Opportunè præmittimus pauca ex Baptista Mantuano, quondam Priore Generali huius Ordinis *in Apologia* ad Cardinalem Sigismundum de Gonzaga: *Accidit hoc in nobis admiratione dignum, & protectionis Diuinæ manifestum indicium, quòd scilicet, more nascentis Ecclesiæ, ex persecutionibus incrementum sumpsimus, & dum extirpamur, propagati sumus.* Et infrà: *Post violentam depræda-*

In tribulatione Carmeli Vinea *dilatata fuit*

tionem, post tumultuosam nostrorum non expulsionem solùm, verùm etiam occisionem, post tantam barbaricis furoris inundationem, & bellorum incendia tam crudelia, reuiximus, & quasi

Digitized by Google

quasi ex transplantatione magis aucti fumus: factumq́; videtur in nobis, quod in psalmo dicitur: Et pertransierunt de gente in gentem, & de regno in populum alterum. Non reliquit hominem nocere eis.

1292. Præfertimsis autem vetustioribus, Anno Christi 1216. (sunt qui adscribunt 1216.) cùm, suadente Radulpho Ierosolymitano Patriarcha, Regula Ordinis, tum non ita pridem ab Alberto ex alia fusiore contracta, & Ecclesiæ latinæ moribus conformata, confirmanda præsentaretur Summo Pontifici Honorio Tertio: id ne fieret, obnitebantur Ordinis huius quidam æmuli, designati quidem ab ipso Pontifice Ordinis patroni, & interim aduersariorum partes gerentes: quibus propterea subitaneâ morte sublatis, & Honorio Pontifici apparente, ac iubente Sanctissimâ Virgine Deiparâ, mox ipse se exhibuit Regulæ benignum confirmatorem, ac defensorem; vt propterea memoria ipsius semper nobis in benedictione futura sit. Ita Lezana *in Annalibus ad annos Christi 1216. & 1226.* vbi casus ille refertur. Bzouius autem de eo agit *ad an. 1217.* Ex Palæonydoro succinctè exhibuimus suprà *in Notis ad Breuiloquium Bostij.* Aliquid etiam circa hoc dictum est *in Chronologia vitæ S. Simonis Stock*, & in eius rei memoriam, ac grati animi demonstrationem, primò institutum fuisse festum Solemnis Commemorationis diximus *par. 5. cap. 2.*

Multiplicia Patronatus Mariani testimonia.

Aliquanto post, nempe ann. 1237. cùm exitium immineret toti Terræ Sanctæ, ac consequenter etiam Ordini huic in ea fundato, ac potissimùm propagato; familiæ sibi dicatæ curam gerente eâdem benignissimâ Matre, ipsaque Priori Generali apparente, ac monente, Ordo solemniter trãslatus fuit in Europam. Historiam dedimus suprà *par. 3. c. 31.* & paucis attingit Bostius in Breuiloquio Tripartito sub finem.

Moxque iterum in Europa, cum ibi Ordo translatus, multiplicaretur, eiusdem fauore à persecutionibus, & oppressionibus liberatus fuit, atque peculiarioris tutelæ maternalisque amoris signo singulari, Sacro SCAPVLARI, dotatus, & protectus fuit: de quibus satis in antecedentibus. *a*

a Par. 3. ca. 33. initio & p. 5. per totam fere.

1293. Etiam *parte 3. cap. 33.* perstrinximus multiplicem maternalis affectus exhibitionem, cœlitùs præfitum patrocinium sub Summo Pontifice Ioanne XXII. & tempore S. Petri Thomæ circa annum Christi 1351. atque iterum haud multo tempore post, in Anglia in defensionem Antiquitatis, & tituli Mariani huic Ordini attributo. Ibidem *cap. 36. b* & *cap. 37. c* vidimus, qualiter oppugnata Priuilegia sacri SCAPVLARIS, & eâ occasione examinata à Sacra Congregatione Cardinalium, & Doctoribus Salmanticensibus, exindè clariùs resplenduerint, vt non modò plebs numerosa, plebisque Primores SCAPVLARI Partheno-Carmelitico amicti incedere gestirent, sed etiam Reges Philippus II. Hispaniæ, & Sebastianus Lusitaniæ (de quibus *par. 3. cap. 36. d* & Gregorius XIV. de quo in Annalibus, seu Chronicis Carmelitarum Discalceatorum *tom. 2. lib. 8. c. 39.* refertur, quòd etiam Pontifex existens, ob deuotionem erga S. SCAPV-

b Nu. 569.
c Nu. 586.
d Nu. 570.

LARE abstinentiam à carnibus ferijs quartis religiosè obseruauerit. Alios aliquot istorum successores, qui insigniti hoc habitu fuerunt, memorant Theophilus Raynaudus relatus ibi suprà, & alij Scriptores tractantes de S. SCAPVLARI. Id quoque à non multis retrò annis experimento didicimus; cum enim Theologus quidam Parisiensis acri stylo summoque conatu eadem Priuilegia obscurare, &, si potuisset, eliminare satageret, multorum excitauit studia in eorum propugnationem, atque ita illa sunt reddita illustriora: deuotio, quam è medio sublatam ille volebat, haud quaquàm minuta, sed adaucta apparet; dum non modò populus Christianus passim, sed & magni quoq; Principes, ac Reges, etiam hisce temporibus piâ gestatione sacrum hunc habitum celebriorem reddant: & quidem de Sanctissimo D. Alexandro Septimo, & aliis videri poterunt dicta *par. 3. eodem c. 37.* [b] Cœleste etiam præsidium non defuisse persuadent satis euentus miri, qui in varijs Christiani Orbis regionibus, superioribus annis contigerunt, dum Scapularia igni iniecta inusta permanserunt, & incendia extinxerunt, atque à præsentissima morte, à scloporum ictibus, strangulatione inferenda, præseruarunt. Casus eiusce modi commemorantur passim ab historicis, præsertim qui de S. SCAPVLARI Carmelitico tractãt, quos inter meritò præcipuus habetur P. Theoph. Raynaudus: aliquos etiam solemniter per Ordinarios, præmissis informationibus approbatos retulimus illa *par. 3. c. 36. ac 37. & p. 4. c. 7.*

[a] Nu. 615.

Priuilegia S. Scapularis agitata magis celebrantur.

[b] Nu. 591. & 615.

1294. Contigit quoque aliud non ita pridem, ab ipsis qui interfuerunt exceptum, merito hîc commemorandum (quia specialis patrocinij cœlestis nota:) quod tantopere in admirationem rapuit, V. P. Ioannem Baptistam de Lezana, vt quandoque assereret, Quòd licèt in sacris litteris nil de Diuini Numinis prouidentia haberetur, eam se hoc euentu euidenter satis percepisse, & indubitanter credere: atque, si atheus fuisset, eius consideratione ad fidem conuertendum: est autem casus iste. Cùm Sacra Congregatio Rituum recognoscenda suscepisset Officia propria Breuiarij Carmelitani, grauis fuit mota difficultas ratione Officij S. Petri Thomæ; quòd ea, quæ ibi in Lectionibus secundi nocturni referuntur, tamquàm gesta ipsius Beati Petri Thomæ, falsa esse censerentur, & à P. Waddingo præcellenti Ordinis Minorum Chronographo, & dictæ Cõgregationis Consultore, attribuerentur suo Petro Theutonico: idque tãquam indubitatum haberi volebat ex ipsismet Pontificijs Bullis originalibus in Vaticano, in quarum prima legebatur: *Venerabili Fratri Petro Theutonico Ordinis Minorum Episcopo Pactensi & Lipparensi*, &c. in reliquis autem consequenter habebatur dumtaxat: *Venerabili Fratri Petro Episcopo Pactensi, Archiepiscopo Cretensi* &c. Deniq; *Patriarchæ Constantinop.* que omnia ipsi Petro Theutonico competere haud dubitabat Waddingus. Nostris igitur Patribus improperabatur, quòd alterius Ordinis Sanctum, & gesta suo arrogassent. Ad hæc perplexi erant Reuerendiss. Pater Generalis

Euentus valde memorabilis

ralis Theodorus Stratius, & alij primarij Ordinis Patres; eò quòd non nisi vita illius per Philippum Mazerium; ac traditio, & variorum Scriptorum, S. Petrum Thomam Carmelitano Ordini adscribentium, authoritas, pro nobis starent, quas per Pontificias Bullas conuellebat Waddingus. Animabat nostros Ven. Pater Lezana, qui etsi instrumenta, quibus rei veritas euidenter demonstrari posset, non haberet, nec vndè possent haberi sciret, confidens diuinæ prouidentiæ, & S. Petri meritis, ab illis manifestionem veritatis expectandam putabat. Tunc indictis ieiunio, & precibus, ac cantatâ Missâ solemni de S. Petro Thoma, atque obtentâ facultate, lustrandi Archiuum Vaticanum, deputati fuêre ipse R. P. Lezana P. Iacobus Wemmers Antuerpiensis (postmodum ordinatus Episcopus Cairi seu Mempheos & Legatus Apostolicus per Ægyptum) eiusque Frater P. Petrus Wemmers, & P. Ioannes Thuaudus primarius Prouinciæ Aquitaniæ Reformator. Isti pariter ingressi Vaticanum, visis tam multis, & magnis voluminum, charactere antiquo, & lectu difficili scriptorum, cumulis, tempusque breue esse concessum, ferè animos desponebant: vrgebat tamen Lezana, cui, post aliquantam disquisitionem, in manus occurrit Bulla in qua videre videbatur illa scripta verba *Ordinis Fratrum Beatæ* MARIÆ *de Monte Carmeli*; aduocat socios, legitur non sine difficultate, relegitur: eratque ipsa Originalis Bulla Innocentij Sexti, quâ post obitum Petri Theutonici Episcopi Pactensis, & Liparensis, ad illam dignitatem assumebatur noster Petrus Thomas: & ab ea cæterarum explicatio dependebat. Istius Bullæ extracto, exhibito Sacræ Congregationi, & P. Waddingo, Sanctus Petrus Thomas Ordini nostro vindicatus mansit, ipseque Ordo ab vsurpatione alieni expurgatus. Causa erroris fuerat Waddingo, quòd ei ista Bulla inaduertenter præterlapsa fuerit, & consequenter prouectionem ad Episcopatum Coronensem, Archiepiscopatum Cretensem, Patriarchatum Alexandrinum, & varias Legationes S. Petri Thomæ, attribuerat suo Petro Theutonico: (qui tamen tum obierat) Euidenti itaque veritate patefactâ, Vitam, quam paratam habebat, tamquàm Petri Theutonici, ipse edidit sub nomine Petri Thomæ: vbi in prologo ad Lectorem sic candidè rem perstringit. „ In limine fortasse hærebis, & inquires, cur alienis me „ ingeram rebus, aut exterorum vitas suscipiam describendas. Non vna „ neque inanis fuit causa, virum hunc æque doctum, & sanctum celebran„ di. Ea potissima, quòd dum beneficio assensu Sanctiss. Dom. D. Vrbani „ VIII. archiui Vaticani monumenta percurrerem, vt quæ instituto de„ seruirent Minorum, vniuersa colligerem, inciderem in Petrum Theu„ tonicum Franciscanum, Episcopum Pactensem, cui immediatè successit „ Petrus Thomas, atque interlabente Bulla promotionis huius ad eam„ dem Ecclesiam, ego reliqua quæ ad hunc spectabant monumenta, trā„ scripserim, deceptus Petri nominis (quò solùm in Bullis erat) similitu„ dine. Accepi deinde ab Eminentissimis DD. Cardinalibus, Sacrorum

Lucas VVadingus cur ediderit vitam S. Petri Thomæ.

„ Rituum Congregationi Præfectis officia propria Ordinis Carmelita-
„ rum recognoscenda, adhibitis etiam doctissimis Collegis, eiusdem Sa-
„ cræ Congregationis Consultoribus Reuerendiss. P. Fortunato Scaccho
„ Pontificio Sacrario, & R. P. Terentio Alciato Societatis Iesv Aposto-
„ licæ Pœnitentiariæ Basilicæ Vaticanæ Præpositis: inter quæ, dum etiam
„ S. Petri Thomæ acta diligentius examinarentur, errorem deprehendi,
„ & quæ priùs Petro Theutonico tribuebam, libens in Petrum Tho-
„ mam transtuleram. Ne itaque à me impensus labor, & ipsa deperirent
„ monumenta, in gratiam sanctissimi Sodalitij, quod summoperè vene-
„ ror, decreui vitam referre, & Vaticanas memorias in lucem proferre. „
Hæc Waddingus. Bullæ autem istius (Ordini huic certè prætiosæ super aurum & topazion) transsumptum exhibent idem P. Waddingus, & P. Godefridus Henschenius, singuli ad vitam B. Petri Thomæ, inter litteras Apostolicas: estque numero secunda. Eamdem integram habet Lezana
a Ad ann. Chr. 1354. n. 5. insertam *tomo* 4. *Annalium*, a vbi de prætacto casu subnectit. „ Non vi-
„ derat P. Lucas Waddingus Innocentij Sexti Bullam, quâ noster Bea-
„ tus Petrus Thomas, ob mortem quondam Petri Theutonici Minoritæ,
„ Episcopi Pactensis & Lipparensis eisdem Episcopatibus decoratus fuit:
„ & propterea quamplures alias Nunciaturas, Legationes, & dignitates ei-
Diuinæ prouidentiæ singularis effectus. „ dem Beato Petro Thomæ, vt in sequentibus videbimus, concessas, suo
„ illi Petro Theutonico attribuebat: donec specialissimâ, & mihi euiden-
„ tissimâ Dei prouidentia, ac singularissimâ, eiusdem Beati Petri intercessione, à nobis ab ipso postulatâ, & ab eo impetratâ; ..... actum est, vt
„ eadem Bulla, nobis solicitantibus, in Registris Vaticanis, loco relato su-
„ perius, reperta sit, magno cum gaudio Religionis nostræ. Quæ dixe-
„ rim, quia ex eo tempore maximam deuotionem erga eũdem Beatum
„ Petrum Thomam habere cœpi, ac eum intercessorem, in grauissimis
„ necessitatibus, in quibus ad ipsum per orationẽ recurri, expertus sum.
„ Ipsiusque meritis & intercessione Dei gratiam, ad eius voluntatem ad-
„ implendam, salutem animæ meæ & vitam æternam consecuturum
„ spero. „

Prolixiores hîc fuimus, tum quia res noua & singularis, diffusiorem sermonem meritò requirere videbatur, tum ad tam illustris Sancti (cuius magnifica gesta seculis aliquot parùm nota fuerunt) manifestanda merita: eius hic vide effigiem & ante Poëtam audi.

P. Val. à S. Ant. Carm.

Scanderit an fuso THOMASIVS *astra cruore,*
An vitam placido liquerit ille modo,
Liu est, & certant vario munimine plures:
Si res arbitrio sit dirimenda meo,
Mortuus igne *fuit. Sed amabilis arserat* ignis:
O vtinam fibras, vrat & ille meas!

Inspice

Inspice cor, cernes MARIANI *nominis ignes:*
Isto non poterat non in amore mori.



S. PETRVS THOMASIVS *Ordinis Carmelit. Patriarcha Constantinopolitanus, ac Legatus Apostolicus, et Deiparæ Virginis eximius amator.*

1292. Vt autem aliquid peculiariter de Congregatione PP. Discalceatorum dicamus, memorabile id est, quod S. M. Teresia, quorumdam factione detenta in carcere, scribit in litteris ad V. P. Ioannem de Iesu Rocâ *B. V. Maria cum S. Ioseph S. Te-*

Digitized by Google

vexam in carcere magnopere consolatur.

Rocâ an. 1579. die 25. Martij in hæc verba ex Hispanico in Latinum tra-ducta: *Tandem, fili mi, congaudeto cum ceteris Religiosis Fratribus tuis: dicam quòd vos magnopere debeat consolari, eâ tamen conditione ne cui id communices nisi P. Mariano. Religiosæ cuidam huius Conuentus in Vigilia Patris S Ioſephi in oratione occupatæ apparuerunt ipse & Virgo benedicta, pro Reformatione grauiter impetita, & periclitante Supplicantes Domino: & certificarunt, me intra viginti dies liberandam è carcere, atque obstacula Reformationis breui remouenda. Eapropter lætari debemus; nam ex hodierno die Reformatio magnos faciet progressus.* Hæc ibi. Ioannes de Palafox [a] *in annotatione circa istam epistolam,* asserit, ipsam fuisse cui apparitio ista contigit. Ibidem declarat veritatem sponsionis mox adimpletæ, etenim aliquanto post, *eâ ipsâ die, quâ decretabatur in terris, Reformationem illam suppriniendam, etiam sancitum fuit in cœlis, eam subleuandam adusque in cœlum. Edicta enim huius mundi nullius sunt roboris, si eis contraria statuat Deus in suo Tribunali omnipotentiæ.* Ita ille. Animaduersione autem dignissimum est, quòd eo ipso anno, die 15. Iulij, prima Congregationis Prouincia erigenda decreta fuerit, & sequenti anno per Breue Apostolicũ confirmata, atque post septem annos, multiplicatis valde Conuentibus ij in plures fuêre dispertiti Prouincias, atque illis, authoritate Apostolicâ præfectus Vicarius Generalis: ex istis, & alijs relatis *par. 7. cap. 7.* manifestum est, quàm verum fuerit istud S. Teresiæ effatum (à clementissima cœlorum Regina, & S. Ioseph o tunc ei promissum) *Ex hodierno die Reformatio magnos faciet progressus.* Atque (ad propositum) quòd Reformatio illa Teresiana, & Congregatio PP. Discalceatorum, quam homines, & dæmones supprimere moliebantur, patrocinio & fauore potentissimæ Virginis MARIÆ, eiusque sponsi S. Ioseph i, tam subitò per vniuersum orbem Christianum fuerit propagata.

[a] In notis ad literis S. Teresiæ.

Mundi & Cœli decreta opposita circa Congregationẽ Discalceatorum.

1296. Alia non pauca Mariana beneficia in Ordinem hunc effusa ordinatè declarantur à Lezana in libro inscripto, MARIA PATRONA, *seu de singulari SS. Virginis* MARIÆ *patronatu & patrocinio in sibi deuotos, specialiter in Carmelitici Ordinis Fratres, & sodales:* atque etiam in libro *De ortu, & progressu, ac viris illustribus Ordinis gloriosissimæ Dei Genitricis, semperq; Virginis* MARIÆ *de Monte Carmelo.* Per R. P. Paulum ab omnibus sanctis, Carmelitam Discalceatum, ex varijs Authoribus concinnato, sub finem, in *Funiculo triplici viginti-quatuor præcipuorum Beneficiorum Nodu, Deiparæ Virgini Carmelitas suos obligans, ad festum Commemorationis solemnis 16. Iulij, vel Dominicâ subsequente, gratitudinis ergo instituendum & celebrandum* è pluribus, atque grauioribus authoribus contexto. Ab eodem etiam prodierunt Germanico idiomate *Thesaurus Partheno-Carmeliticus,* & *Compendium Historicum Miraculorum Deiparæ Virginis de Monte Carmelo:* vbi non pauca, hactenùs non edita, beneficia singularia, & prodigia admiranda, per S. SCAPVLARE hoc nostro seculo patrata manifestantur.

§. 2. Corre-

Digitized by Google

§. II. Correlatiui maternalis, & filialis affectus, singularium personarum exempla, ab institutione Ordinis vsque in præsens.

1297. PRæfata maternalis in Filios affectus testimonia generalia sunt, totum concernentia Ordinem, aut specialia particularibus præstita personis ecquis enumeret? Summatim quædam perstrinximus *par. 5. cap. 2. nec non parte 6.* varijs locis, vbi de Sanctis, Beatis aut eximiæ virtutis opinione præcellentibus in hoc Ordine. Ista autem tamquàm *sagittæ potentis acutæ*, corda præcipuorum Ordinis huius alumnorum sic vulnerarunt, & accenderunt, vt mutui, filialisque amoris igne suauiter ardentes, vicissim benignissimæ Matri se totos deuouerint: ita vt hos inter & illam lucta quædam amoris intercessisse videatur: vnde quandoque etiam prodierunt carbones desolatorij, desolantes, deuastantes, consumentes Ordini immissas, aut præparatas aduersitates, ipsosque Ordinis æmulos vltricibus pœnis plectentes. Vt autè & nos, & posteri, priorũ insistamus exemplis, atq; super-liberalissimæ Matris in nos amori amore vtcumque respondere, & in aduersis, ad protectionis eius vmbraculum confugere meminerimus, ac prouocemur; pro operis huius coronide tabellam appendemus, in qua ordinatè ab ipsa Ordinis prima origine adusque in præsens, Patrum nostrorum correlatiua deuotio, & pietas filialis repræsentetur.

1298. Anno ante Christum natum 926. S.P. ELIAS Puritatis Marianæ præscius, atque imitator in spiritu, anhela trahens in longinquum suspiria, totumque se transfundens in amorem istius Virginis, Ordinem Propheticum ei dicauit. S. Methodius, Arnoldus Bostius, & alij relati suprà *par. 2. cap. 5.* S.P. Elias.

1299. Aliquantò post eiusdem successor S. ELISEVS à sapiente Magistro his sacris initiatus, ad exemplum illius, quasi ad sigilli spiritualis imaginem, eamdem Deiparam, tamquàm iam existentem, quæ tamen nondum existebat, præfigurans annulum suæ fidei eidem delegauit. Idem S. Methodius, Bostius & alij dicto loco. S. Eliseus.

1300. Etiam S. ELIÆ cæteros posteros, seu successores in identitate Instituti, scilicet FILIOS PROPHETARVM, & alios, per traditionem continuatam, vsque ad Christi ortum instructos fuisse de quatuor mysterijs S. ELIÆ, de Virgine paritura in typo Nubeculæ reuelatis, (de quibus etiam ibi suprà *b*) disertè adstruit Ioannes Ierosolymitanus libro *de Institutione primorum Monachorum* (*cap. 29.* iuxta Wastelij partitionem, sed in Bibliotheca Filij Prophetarum. *b* Par. 2. c. 5.

theca Patrum *cap.*32.) Ab istis hausisse,& præcognouisse Druides, Virginem pariturâm, eamque honorasse, quidam adstruunt, relati suprà.[a]

[a] Nu.700.

1301. Filij Prophetarum Carmeli Eremitæ anno 77. ante Dominicam natiuitatem in Carmelo Emerentianæ, Deiparæ Virginis auiæ, sanctam progeniem prænuntiant. Ita S.Cyrillus, Petrus Dorlandus, Ioannes Palæonydorus, Gulielmus Pepin,& alij relati in Annalibus Ordinis & hic suprà.[b] S.Agabus Propheta, atque alij eius consortes ipsam Dei Genitricem Carmelum subeuntem, cum suis parentibus, seu sodalibus venerati sunt,& eius colloquijs ac familiaritate feliciter frui potuêre. Id in anterioribus luculentiùs demonstratum manet & refertur in officio, Ecclesiæ authoritate approbato in Breuiario Carmelitano *ad diem 16. Iulij ad matutinum lectione* 4. vbi consequenter agitur de primo Sacello in Carmelo purissimę Virgini dicato in primordijs Ecclesiæ: de quo plura *parte* 3. *cap.*13.& 16. atque alibi.

[b] Par.3.c. 10.

Carmelicolæ *aliquâto ante & post Christi ortum.*

1302. Sub annum D. 40. S.Elpidivs Carmeli Therapeuta à S. Iacobo destinatus in Hispaniam Toleti & alibi, Oratoria, Ecclesias, seu sacras Ædes Deiparæ dicauit.[c]

[c] Tom.2. Annal. Ordinis ad ann. Chr.47.& 106.

1303. Anno Christi 142. S. Telesphorvs *Papa* ex Anachoreta, Propheticique Ordinis cultore, Valentini hæresiarchæ, dogmatizantis Christum non ex Maria Virgine vt cæteri homines, natum, sed dumtaxat per eam, ceu canalem transfluisse, atque ita illam Dei Matrem non esse, errores damnauit,& ex Christi Ouili eam profligauit.

1304. Circa annum Verbi incarnati 265. S. Dionysivs ex Eliani Instituti sectatore similiter Sancti Petri dignissimus successor, mediam strauit viam, quâ confutarentur contrariæ hæreses, Sabellij oppugnantis Christi diuinitatem,& Mariæ Dei-maternitatem, ac Nestorij, asserentis Christum duplici constare personâ, & Mariam haud esse Dei Matrem adstruentis, Paulum quoque Samosatenum, Hæresiarcham, Christum hominem dumtaxat, non Deum verum, & consequenter eius Genitricem haud Dei-matrem, prædicantem condemnauit. Lectiones Officij Ecclesiastici Ecclesiæ authoritate approbati in Breuiario Carmelitano ad diem 19. Ianuarij,& Annales Ordinis.

S Dionysius Papa.

1305. De S.Cyrillo, ex Carmelicola, Alexandrino Patriarcha, circa an. D. 430. Sacerrimæ Virginis Deiparæ cultore,& honoris eius propugnatore eximio, Maternitatem eius contra Nestorium strenuissimè defendente sermo fuit in antecedentibus.

S Cyrillus Alexandr.

Post Oecumenicum Concilium Ephesinum (dissipatis tenebris idolatriæ,& hæresum Sabellij, Pauli Samosateni, ac Nestorij) exorta est: est maior lux deuotionis per Orbem Christianum ergà benedictam Dei Matrem, eiusque dies natalitius Carmelitici Instituti viro solitario reuelatur: ac deinceps festiuitate solemniter recolendus decernitur. Vberiùs id habetur *par.*3.[d]

[d] Cap.24.

1306. De

Digitized by Google

1306. De SANCTO IOANNE DAMASCENO anno (colono Monasterij Lauræ S. Sabæ in Syria ex Carmelitica propagine) Dei Genitricis amatore insigni circa annum D. 728. ante illius imaginem manum excisam suo loco restitui promerente scribunt Gononus in Chronico SS. Virginis *a* & Annales Ordinis, *b* in quibus ostenditur fuisse Sectator Eliani Instituti (Vide etiam dicta *par.3.cap.29. c*) prout similiter eodem *tomo 3. Annal. ad an. Chr. 649.* declaratur de S. ILDEPHONSO HISPALENSI Toletano Episcopo: quem quidem plures adscribunt sacro Canonicorum Regularium Instituto, nonnulli verò Benedictinæ familiæ illustrissimæ vendicare volunt: Alt eum antiquius Institutum, Elianum scilicet, professum fuisse, sicuti & S. Isidorum Hispalensem, eius Magistrum, de quo suprà *d* omninò verisimile reddunt ea quæ dicto loco Annalium adferuntur: & propterea (suam cuique Ordini probabilitatem relinquentes) eius pro Virginis Dei Matris honore, zelum, ac correlatiuum huius in ipsum dilectionis testimonium, hic referre liceat cum alijs. Is igitur sub annum 601. (vt habet Benedictus Gononus, in *dicto Chronico SS. Virginis*, & præfati Annales Carmelitani) *hæreticos quosdam, natione Gothos, per Hispanias teterrimè vagantes, & de Virginitate* B. MARIÆ *Virginis temerè sentientes, sermonibus, & libris diuersis viriliter confutauit.* (Ita quoque *in Chronico Luitprandi ad ann.* D. 657. refertur) Nec suo deuotissimo Capellano defuit Virgo munificentissima; nam in pignus mutui amoris vestem pretiosam, planetam seu casulam donauit: quo insignis eius sanctitas per vniuersum Orbem sublimatur. Similia alijs quibusdam sanctis præstita commemorauimus *parte 5.* sub finem.

a ad an. D. 728.
b To. 3. ad an. 728.
c Nu. 475.
S. Ioan. Damascenus.
d Par. 3. c. 29. n. 475.
S. Ildephonsus.

1307. De die Natali B. Virginis MARIÆ manifestato cuidam solitario, Eliani Instituti, dictum est suprà *e* & quod ante annos octingentos Festa Natiuitatis, Annuntiationis, Purificationis, & Assumptionis eiusdem solemniter celebrata fuerint in Carmelitano Ordine, ac à Pontifice Romano Leone Papâ Quarto (qui defuncto Sergio successit anno 847.) Indulgētijs septem annorum, & totidem quadragenarum, ac ab eius proximè successoribus remissione tertiæ partis peccatorum condecorata attestantur Pontificia Diplomata, de quibus satis suprà varijs locis *f*

e Nu 451. *Festa B. V. Mariæ ante annos 800. solemnia in Ord. Carm.*
f Nu. 194.

1308. Eiusdem Conceptionis purissimæ festum à multis seculis in hoc Ordine celeberrimum extitisse testantur vetusti Scriptores, & Ordinis Annales prout vidimus suprà. *g*

g Par. 3. c. 24.

Nec prætermittendum, quòd non tantùm suprà annos bis mille & quinque secula in hoc Ordine fuerit traditio de Immaculata Virginis Deigaræ Conceptione) de qua *par.2.cap.5.* sub finem & *par.5.cap.2.*) sed & eiusdem alumni purissimæ Conceptionis strenui semper fuerint propugnatores, ac complures eam Scriptis suis vendicare pro viribus laborauerint; etenim (vt omittamus ex vetustioribus S. Cyrillum Alexandrinū, & Ioannem Hierosolymitanum, quos Lezana adducit in suo Apologetico, de

Carmelit. defensores strenui Cōceptionis immac. V. Deiparæ.

eo, de quo ſtatim) inter poſteriores ſpecialiter numerantur Osbertus Pickengamus Anglus, Hugo de S. Neoto etiam Anglus, Ioannes de Bachone eiuſdem nationis, B. Petrus Thomas Conſtantinopolitanus Patriarcha, Guilielmus de S. Fide Anglus, Bernardus Olenſis Hiſpanus Generalis Ordinis, Michael de Bononia, etiam Generalis, Philippus Kersberius Gandenſis, Franciſcus Martini Catalanus, Philippus Albertus de Nuſſia Colonienſis, Godefridus Candelarius Prior Aquiſgrani, Ioannes Palæonydorus Batauus. *Ex Annalium Ordinis tom. 4, ad an. D. 1306.*

Iſtis meritò accenſendi ſunt Odouius Campanus, de quo parte ſexta & Ioannes Siluiera libro 1. *Commentariorum in textum Euangelicum* [b] & Lezana in Apologetico Matriti typis edito anno 1616. vt de ſe ipſe teſtatur dicto loco Annalium. Et quidem præfatus Arnoldus Boſtius tam zelosè in hac parte, pro Matris & Patronę ſuæ honore, ſe geſſit contra quemdam Vincentium de Nouo caſtro, vt promeruerit Opus hac de re ſibi dedicari à præſtantiſſimo viro Ruperto Gaguino, de quo Trithemius lib. de Scriptoribus Eccleſ. ad annum D. MCCCCXCIV. hæc inter cætera: RVPERTVS GAGVINVS..... *Scripſit vtroque genere multa præclara Opuſcula, quibus nomen ſuum longè lateq; notificauit. E quibus extant ſubiecta. Opus inſigni carmine ad Arnoldum Boſtium Carmelitam Gandaui morantem: contra Vincentium de Caſtro-nouo, de Conceptione S.* MARIÆ *librum vnum,* EST MIHI MENSÆQVIS TE.

[b] Cap. 3. q. 1. & 2.

1309. Anno Chriſti circiter milleſimo, & ſequentibus, S. GERARDVS SAGREDVS primùm puer benedictino habitu indutus in Monaſterio S. Georgij Venetijs, dein Canonicus, exinde Carmelitici Inſtituti alumnus, tandemque Epiſcopus in Hungaria, Glorioſæ Dominæ MARIÆ cultum quàm maximè promouit. Vita eius, & Annales Ordinis. Videri quoque poterunt relata hic ſupra. [c]

S. Gerardus.

[c] Par. 6. ca. 4.

1310. Circa annum 1086. Venerabilis PETRVS EREMITA, belli ſacri ſub Vrbano Papa Secundo, & Godefrido de Bulyon, Promotor, aliquãdiu Carmeli habitator, Deiparæ Virgini deuotiſſimus, ipſamque frequenti recitatione Angelicæ ſalutationis, ad certum numerum, per globulos filo inſertos, honorare ſolitus modum precarium ſalutandi ipſam Dei Matrem Carmelicolis, & aliis tradidit. Polydorus *de inuentionibus rerum lib. 5. capit. 9.* & alij plures relati in Annalibus Carmelit. [d] & nos hic ſuprà.

V. Petrus Eremita.

[d] To. 3. ad an. 1086.

1311. S. BERTHOLDVS circa & poſt annum ſalutis noſtræ 1146. eo loco Carmeli, vbi S. ELIAS Nubeculam typo Virginis Deiparæ inſignẽ conſpexit, quotidie ſepties Angelicam ſalutationem replicabat. Deinde mos ille per totum Ordinem inoleuit, vt in ſeptem horis Canonicis cũ ſalutatione Angelica reiteretur quoque SALVE REGINA. In *Vita S. Bertholdi, & in Annalibus Ordinis.* [e] Idem Stellarij, ſeu Coronæ ſtellarum duodecim Author creditur. Lezana in lib. MARIA PATRONA. [f]

S. Bertholdus.

[e] To. 4. ad an. D. 1146.

[f] Cap. 11. n. 17. & 21.

1312. Sub-

Digitized by Google

1312. Sub annum Christi 1205. S. ALBERTVS PATRIARCHA HIEROSOLYMITANVS, & S. BROCARDVS Prior Generalis Ordinis, Capellam, ad honorem B. Dei Genitricis MARIÆ, in Carmelo, temporibus Apostolorum, constructam, iugiterque conseruatam, renouari curarunt. Id testatur S. Cyrillus, istis Synchronus, in libro *de processu & variis Regulis huius Ordinis cap.* 5. Præfatus B. Brocardus moriturus pro testamento peculiariter suis commendauit venerationem & imitationem Patronæ singularis eiusdem Dei Genitricis, & S. P. ELIÆ. Palæonydorus *in Historia Carmelitana* [a] & Annales Ordinis [b]: eius verba sub finem capitis referentur. S. Albertus Patr. S. Brocardus

[a] Lib. 3. c. 2.
[b] To. 4. ad an. D. 1221.

1313. Circa idem tempus B. ANGELA Bohema, filia Regis, vt quidam scribunt (sed verius Principis, aut Dinastæ cuiuspiam) gloriosè Virgini MARIÆ deuota, dum quâdam die sub noctem, coram altari prostrata, supplex effunderet preces, vidit ipsam stipatam multitudine Angelorum suauissimo concentu modulantium: *Aue Regina cælorum*; *Aue Domina Angelorum*; & ab illa animata fuit, vt mundi delicijs valefaciens Dei obsequio se dicârit in Monasterio Ordinis huius Ierosolymis, quo, sub protectione eiusdem amabilis Matris, miro modo perducta fuit: ibique ipsius apparitione quandoque perfruens sanctissimam duxit vitam: prout latiùs describitur tomo 4. Annalium Ordinis, [c] quædam de ea retulimus suprà *par.* 6. *cap.* 9. Illo quoque æuo S. ANGELVS MARTYR, eiusque Frater B. IOANNES PATRIARCHA HIEROSOLYMITANVS, Virginis potentis MARIÆ meritis è sterili thoro progeniti, eiusdem obsequio in Carmelitano Ordine (quia præcipuo Dei eiusdem Genitricis titulo dicatus is est) se consecrârunt anno circiter 1204. in iuuenili ætate. Vita S. Angeli c. 4. & Annales Ordinis ad dictum annum. B. Angela

[c] To. 4. ad an. D. 1196.

S. Angelus Martyr.

1314. Anno circiter 1221. cùm per Saracenorum insultus & crudelitatem exterminium Ordini Carmelitano in terra S. imminere videretur, S. CYRILLVS pro eiusdem conseruatione piissimam Virginem MARIAM sedulis precibus rogitans, maternali eiusdem consolatione perfruitur: & Ordinem in Oriente eradicandum, & multiplicandum in Europa didicit. Gulielmus de Samuco [d] Arnoldus Bostius [e] Palæonydorus [f] Annales Ordinis [g] De S. Simone Stock *Deiferæ Virgini* MARIÆ *singulariter deuoto*, vt scribit Molanus in suo Martyrologio ad diem 16. Maij luculenter satis actum est parte 5. in Chronologia vitæ eius, & capite 3. per totum. S. Cyrillus Constantinop.

[d] In lib. de multiplic. Ord. c. 3.
[e] in Speculo historiali l. 7. c. 5. & de Patronatu c. 5.
[f] In historia Carmel. lib. 3. c. 4.
[g] To. 4. ad an. 1221.

1315. Singularis quoque fuit erga eamdem pietas cuiusdam adolescentis, qui Ecclesias perlustrans, orationes in tabellis pendentes, laudes, hymnos ad honorem B. MARIÆ deuotè legebat, exscribebat, & alijs communicabat: cumque Ordinem Religiosum titulo ipsius Virginis Deiparæ insignitum ingredi statuisset, per ipsam ad Carmelitanum mirabiliter perductus, & subitò à scabie capitis, quâ laborabat, curatus, atque è perí-

culis liberatus fuit & in ſancta conuerſatione perſeuerauit. Id latiùs refertur *in Annalibus Ordinis tom.* 4. [a]

[a] Ad ann. D. 1255. n. 4.

1316. Circa annum Dominicæ Incarn. 1250. S. ALBERTVS in Sicilia à parentibus poſt ſterilitatem 26. annorum, impetratus, interceſſione eius, quæ Virgo concepit & peperit, in illius amorem, adhuc puer, exardeſcens, Ordini ei peculiariter dicato ſe conſecrauit in Monaſterio Drepanenſi. In vita eius & Annalibus Ordinis alia quædam de eo relata ſunt ſuprà. [b]

S. Simon Stock S. Albertus.

[b] Par. 6.

Anno circiter 1264. B. FRANCVS per eam, quæ verè eſt *Refugium peccatorum*, de grauiſſimorum ſcelerum ſuorum venia certior factus, ſe totum in eius amorem effundendo, frequenti eiuſdem apparitione, conſolatione, & fauoribus, planè ſingularibus, dignatus fuit. Gregorius Lombardellus Dominicanus in hiſtoria vitæ eius [c] & Annales Ordinis Carmelit. [d]

B. Franciſcus.

[c] Cap 10? 17. 22.

[d] To. 4 ad an 1264. 1279.

1317. Sub idem tempus Ordinis huius alumnii Toloſæ grauiter afflicti, & in ſuo domicilio (catenis ferreis ad portam alligatis) incluſi, vt ſic fame enecarentur, dum potentis ſuæ Patronæ laudibus concinendis vacant, & eius implorant opem; ipſius, ac omnipotentis Dei magnam ſenſerunt oſtenſionis, & adiutorij euidentiam. Cùm enim cantarent Antiphonam illam: *Aue ſtella matutina, peccatorum medicina*, & peruenissent ad illa verba: *Tu nos in hoc carcere ſolare propitia*, illaque eleuatis piè oculis ad Imaginem Conſolatricis afflictorum deuotiſſimè concinerent, omne, quod exire prohibebat, corruit, ſicut olim muri Iericho. Oculi autem eius, qui eos incluſerat (Gubernator Vrbis erat) exeuntes è ſuis locis, per neruos in maxillis pendebant. Cum autem pœnitens facti, veniam ſupplex depoſceret à Religioſis, illi pro ſalute eius *Salue Regina* intonuerũt, & ad hæc: *Illos tuos miſericordes oculos ad nos conuerte*, oculi eius loca priſtina, cunctis, qui aderant, videntibus, reintrauerunt. Latiùs iſta tradita à Ioanne Hildesheym, Arnoldo Boſtio, & Balduino Leerſio referuntur in Annalibus Ordinis [e]: & id eſt quod ſuccinctè attigit Segerus Pauli in Chronologia S. SIMONIS STOCK ad ann. 1260. Idem confirmãt ea, quæ *par.* 7. *cap.* 3. (vbi de Prouincia Toloſæ) adduximus. De duobus Religioſis huius Ordinis Matri amabili MARIÆ valde deuotis, & qualiter eis ſe ſpectandam præbuerit, ſcripſimus *par.* 4 *cap.* 2. ſub finem, & de duorum Nouitiorum erga puerulum Ieſum, & Deiparæ Imaginem, puerili deuotione *parte* 3. *cap.* 35. ſub finem. Singularis quoque fuit erga eamdem pietas duorum Religioſorum, qui dum diuinis perſoluendis officijs magna attẽtione ac reuerẽtiâ cum aliis incumberent, dignos ſe reddiderunt vt eam intuerentur, maternæ protectionis & munificentiæ munus obeuntem erga omnes deuotè ibi præſentes (quos vtinam vſquequaque imitari ſatagamus! ſic quoque eiuſdem Viſitationis ſpiritualis gratiam mereremur) Id ſuprà verbis Balduini Leerſij & Arnoldi Boſtij narrauimus de priore: de altero autem, ab eiſdem poſteritati traditum, ſuccinctè perſtrinximus

[e] To. 4. ad an. D. 1260.

[f] N. 1019.

Digitized by Google

ibidem : quod etiam latiùs refertur *in Annal. Ordinis tomo* 4. [a]

[a] Ad ann. 1255. nu. 4.

1318. S. ANDREAS CORSINVS Maximæ Virginis beneficio natus, eiusdemque familiæ Carmeliticæ aggregatus, dum primùm habitu Virginis indutus est, totâ illâ hebdomadâ in pane & aqua ieiunans & super nudum asserem quiescens, eidem Deiparæ grates fundebat. Lezana in Maria Patrona. [b] Alia quædam ad præsens propositum de eodem habentur *parte* 6. *cap.* 3. Vnde collige, quantùm istæ deuotionis illius primitiæ Reginæ cœlorum placuerint.

S. Andreas Corsinus.

[b] Cap. 11. nn. 24.

1319. Eodem pene tempore B. PETRVS THOMAS miro in Virginem SS. affectu excelluit : quinimò ingens pietatis ardor ita eius mentem possedit, vt nihil aliud sapere, nihil affari, nihilque videretur audire nisi nomen MARIÆ. Ex abundantia cordis os loquebatur : visum quippe est eius cordi insculptum sacratissimum nomen MARIÆ, non aliter quàm martyris Ignatij præcordiis diuina IESV vox apparuit impressa. Lucas Waddingus *in Vita eius*. Alia valdè singularia Marianæ deuotionis insignia de eodem, & præfato S. Andrea videri poterunt in eorumdem vita *in Annalibus Ordinis* & hic suprà. [c]. Is est, de quo hîc paulò ante aliud singulare diximus.

S. Petrus Thomas.

[c] Par 6. c. 3.

1320. De B. AVERTANO cœli Imperatricis implorante & fruente patrocinio quædam attigimus *par.* 6. *cap.* 3. [d] Idem ipsam, quæ nuncupatur, & est auxilium Christianorum, pro tranquillitate Ecclesiæ inuocans, intellexit, & prædixit, ipsius intercessione sedandum schisma Ecclesiæ (quod anno 1378. incœpit, quando contra Vrbanum VI Pontificem Romanum electus Antipapa Clemens VII. Auenione sedit) & ita contigit, instituto enim ab Vrbano VI. festo Visitationis Deiparæ, Ecclesia in pace quieuit. Ex cap. 2. & 3. Vitæ eius.

[d] Nu. 880. S. Auertanus.

De pietate alumnorum huius Ordinis in Anglia circa annum Dom. 1374. & qualiter pœnas luerint, qui eos iniurijs lacessebant, deque efficaci patrocinio in afflictione quædam dicta sunt *par.* 3. *cap.* 33. sub finem. De Ven. Nunnio Aluaro Virgini Matri deuotissimo quædam suprà attigimus, & plura referuntur in Annalibus Ordinis.

Ven. Nunnius Aluarus.

De magno illo Ordinis Carmelitani Restauratore IOANNE SORETHIO, & Venerab. HIERONYMO GRATIANO, à S. Teresia magnopere commendato (vt aliquatenus vidimus *par.* 6. *cap.* 7.) nec non generaliter de Religiosis Carmelitis in Belgio refert Lezana *in libro de Patronatu & patrocinio B. Virginis* MARIÆ *cap.* 11. *num.* 17. quòd peculiariter addicti fuerint recitationi Stellarij seu Coronæ 12. salutationum Angelicarū (de quo in anterioribus [e]) quæ deuotio hactenus viget in Belgio. De eximio pietatis affectu quo Carmeli Patronam Mariam prosequutæ sunt Carmelitanæ Virgines B. IOANNA de REGIO, & (vt hoc seculum ingrediamur) B. MARIA MAGDALEN. de PAZZI, *videri* possunt quæ de illis diximus hic suprà *par.* 6. [f]

V. P. Ioannes Soreth. V. P. Hieronymus Gratian.

[e] Nu. 554.

[f] Cap. 9. sub finem n. 997. 998.

Digitized by Google

1321. Singularis etiam fuit deuotio Venerabilis FRATRIS IOANNIS A. S. SAMSONE erga glorioſam Dei Matrem: de quo *capite* 3. *Vitæ* iſta referuntur: *Paruulam B. Virginu Imaginem ad collum appenſam habebat, cui plurimùm confidebat, & erat deuotiſſimus, quæq; dum adhuc viueret, & poſt eius mortem, multos quibus ſupplicita erat, ſanitati reſtituit, incredibilem habebat honorem ſanctiſſimis Ieſu, Mariæ, & Sanctorum nominibus.*

V. Ioannes à S. Samſone.

Iſti tempore & loco vicinus fuit P. HIACINTVS A S. LAVRENTIO; de quo refertur in Menologio Carmelitano Prouinciæ Turoniæ, eum non ab hominibus, ſed à Patre luminum ſcientiam Sanctorum didiciſſe: & ab illo fonte hauſiſſe, quæ de adorando Euchariſtiæ Sacramento, & de B. V. MARIA, ſublimia diſſerebat: quodque cor eius affixum ſemper eſſet in cultu ſanctiſſimæ & chariſſimæ Virginis, cuius in cella ſua ſæpiùs amoroſo mulcebatur alloquio. Sed quid de F. IVLIANO A IESV MARIA laico, etiam Armorico natione? Ante Religionis ingreſſum in menſtruis ſolemnitatibus ſacri SCAPVLARIS aut S. Roſarij poſt Communionem ad horas aliquot perſiſtebat in Eccleſia. Cùm Religioſus eſſet, inſumebat quandoque magnam noctis partem ante SS. Sacramentum, & altare Virginis MARIÆ, ſtationes ibi obeundo, & hymnos recitando, atque pro hæreticorum, & peccatorum conuerſione orando. Quinque autem annis frequenter noctes totas ibi tranſegit.

a Nu. 927. Myſtilogi Magiſtri iſtius diſcipulus V. P. DOMINICVS A S. ALBERTO, de quo plura *par.* 6. *cap.* 8. a cùm vix annum ætatis decimum quintum exceſſiſſet, Ordini huic Virgini Matri dicato, adſcriptus, nonnihil adhuc puerilis ætatis retinens, initium perfectæ in Deum mutuerſionis obtinuit ab illa diuinæ gratiæ Theſaurariâ; quàdam enim die, acri Superioris correptione ſtimulatus, ad eius altare lacrymabundus pergit, coram ſacratiſſima illius, ac S. Ioſephi imagine in fletus compunctionis largè, abundanterque effuſus, verè, & ex animo, ſe puerilia omninò depoſiturum ſpopondit, *Dixi*, inquit, *Domine, nunc cœpi, hæc mutatio dextera excelſi.* Nec deinceps vel tantillum deflexit à proposito, anteactam vitam, veteremque hominem ſic efficaciter veluti ſepulchro æternæ obliuionis tradens, vt, ad præſcriptum Apoſtoli, nullo vſquam modo carni acquieuerit, aut ſanguini. b Et vt tempori, in quo verſamur, propinquiora exhibeamus; obijt ante annos quinque 1656. die 25. Iunij Neapoli in Conuentu S. MARIÆ *à vita* ſtrictioris obſeruantiæ F. PAVLINVS ZABATTA laicus, inter cæteras virtutes, quibus inſigniter decoratus fuit, Matri amabili deuotiſſimus. Ab eleemoſynis quærendis reuerſus in Conuentum ad altare SS. Sacramẽti & B. Virginis orationes producebat quãdoq; maiori noctis parte. De alio quodam F. Laico, qui inuocato nomine MARIÆ à dæmonis infeſtatione miſericorditer fuit ereptus, diximus *par.* 3. *c.* 37. c

b In eius vitæ compendio.

c Nn. 621.

Iſtis haud inferior ea in virtute fuit V. M. ÆGIDIA A S. FRANCISCO, de qua parte 6. cap. 9. d ideo Ordinem hunc ingreſſa quòd eius Inſtitutos

d Nu. 999.

Digitized by Google

stitutor S. ELIAS veneratus fuerit Virginem Deiparam longè antequam nasceretur, quam ipsa toto vitæ tempore tenerrimè dilexit, & ab ea vicissim, anno 1645. Festo S. Ioſephi, iterumque festo Visitationis maternalis amoris insignia accepit, ac per eam instructa fuit, vt coram SS. Sacramento in puritate fidei conuersaretur, & vt in solitudine cordis, in sui humiliatione, & annihilatione, atque omnium rerum huius mundi integra abnegatione deinceps viueret ad suam suique Filij imitationem. Alij fauores singulares ab eadem illi præstiti referūtur in historia vitæ ipsius. Quod peculiariter cultui eiusdem SS. Matris Christi addicti fuerint Venerab. Patres Ioannes Bapt. De Lezana, & Petrus Wastelius habetur ex dictis *par. 6. cap. 8.*

1322. Si tantisper Carmeli nouum Viridarium, cui præsidet SERAPHICA VIRGO TERESIA, ingredi lubeat, vberes mutuæ dilectionis Patronam inter & Clientes, fructus calore primæuo excoctos, libare licebit. Prima hîc se offert ipsa S. M. TERESIA: quæ quàm fuerit Virgini Matri deuota iam ante memorauimus: *b* quibus addere licet, eam anno ætatis septimo B. Virginem MARIAM accepisse in Aduocatam, & anno 12. elegisse in Matrem, & quòd, dum de fundando primo Monasterio ageretur, ab ipsa, sui Filij præsidium promittente, animata fuerit ad heroicum, quod moliebatur, opus: quòd Christus ei visus fuerit coronam capiti imponens; quia Ordinem suæ Matris restauraſſet: quòd in Monasterio S. Ioſephi viderit ipsam Angelorum Reginam suo pallio Moniales protegentem. Quæ omnia latiùs referuntur in Chronicis, seu Annalibus Carmelitarum Discalceatorum. *c* Ipsam peculiariter in ea virtute æmulatus fuit V. P. IOANNES A CRVCE, vt videre est in vita eius. *d* Inter cætera, ex deuotione erga eam, perpetuo illius obsequio se dicauit in Ordine Carmelitano: quotidie genuflexus eius Officium recitabat, aliaque ad eius honorem præstabat: vicissim admirandi sunt fauores, quos ab ea recepit, memorati in eius vita.

b Par. 7. c. 9. n. 997. & n. S. Teref.

c Lib. 1. c. 5. 39. 47. & alibi.

d Lib. 1. ca. 5. 39. & 47. V. Ioannes à Cruce.

1323. Haud inferior fuit hac in parte VEN. P. DOMINICVS A IESV MARIA, qui adhuc puer vario cultu ipsam Angelorum Dominam honorabat, salutationem Angelicam recitando, sed sedatè; vt lentæ recitationi verborum, contemplatio mysteriorum iungeretur: quin & ingeniosa pietate Litanias componebat eorum Sanctorum, quos intelligebat eximios illius fuisse cultores, & eos, tamquàm interceſſores, quotidie aliquoties salutabat, recitatione istius suæ Litaniæ. Peculiari, totoque cordis affectu (etiam eum in finem voto emisso) colebat miraculosam eius Imaginem *De Victoria* nuncupatam (de qua nonnulla attigimus *parte 3. cap. 37.* *e* propterea Ecclesiam, in qua existit Romæ, pluribus ornamentis decorauit. Par, & maius, sibi deuoto voluit referre Mater pulchræ dilectionis, eum, & puerum (secum ducens Cœlites quos ille per Litaniam honorabat) etiam prouectiorem sæpiùs suo dignata aspectu ac alloquio. *d* Plu-

V. P. Dominicus à Iesu Maria.

e Nu. 588.

d Lib. 1. vitæ eius c. 5.

res

res singulares gratias à gratiæ Dispensatrice ei collatas referunt vitæ eius Scriptores. Reuerendiss. D. Ioannes Caramuel in libro inscripto *Caramuelis Dominicus*, typis excuso Viennæ, & P. Philippus à SS. Trinitate, qui historiam vitæ eius ordinatè digessit distinctam in Libros nouem Lugduni in Gallia impressam. Ven. P. NICOLAVS A IESV MARIA (Doria) qui peculiariter promouere studuerat cultum B. Virginis MARIÆ, visus aliquando fuit à Ven. P. Dominico quasi trahens cum alijs tribus currum Reginæ cœlestis. Spiritum inflammatæ deuotionis erga eamdem in corde Ven. P. IOANNIS A IESV MARIA testantur eius scripta, & quòd illum suis tantoperè instillare satageret.

V. P. Nicolaus à Iesu Maria.

V. P. Ioannes à Iesu.

1324. Et vt plures paucis complectamur Ven. F. FRANCISCVS A PVERO IESV, è numero eorum de quibus Christus *Confiteor tibi Pater* &c. *quia reuelasti ea paruulis.* Dum negotia occurrerent magni momenti figuram dæmonis alligabat Imagini ipsius B. Virginis, ei dicens, vt ipsum detineret ne impedimentum obijceret. Dum Religionem ingressus monitu MARIÆ Matris Dei eam simplici & ardenti amore prosequebatur. Cùm altero ei ista in virtute atque alijs haud dissimili, IOANNE A MISERIA Italo natione quandoq; contendebat, vter plus IESVM & MARIAM amaret. *a* V. IOANNES A REGIBVS Rupellensis per continuatam deuotionem erga eamdem Virginem Deiparam, & vndecim mille Virgines, promeruit ante obitum earum visitationem: vndè tanto repletus fuit gaudio, vt iubilando spiritum reddiderit anno 1573. die 6. Ianuarij: quo etiam habitum Religionis sumpserat, & fuerat professus. *b* Ob parem cultum haud dissimilem obtinuit gratiam BARTHOLOMÆVS A CRVCE, qui inter iugiter præclara deuotionis exercitia erga Virginem Deiparam, singulari pietate celebrabat eius festa, maximè autem Visitationis; eò quòd tum primùm humanâ voce Mater Dei appellata fuerit: ipsoque festo (vt sæpius optarat) persolutis Matutinis precibus, visitatus, & inuitatus ab Angelorum Regina lætus obijt. Idipsum euenit quoque ELISEO A S. FRANCISCO, FRANCISCO A S. IOSEPHO, ALBERTO A B. VIRGINE ac PETRO patriâ & cognomine LVSITANO. Istis nil cessit V. P. FRANCISCVS A CONCEPTIONE, cuius singulares fauores, quos Marianâ deuotione promeruerat, & mira post obitum suaueolentia referuntur in ijsdem Annalibus dicti Ordinis, *c* in quibus etiam memorantur MICHAEL A CONCEPTIONE, ELISEVS A S. IOANNE, GABRIEL AB ASSVMPTIONE, ANDREAS A SANCTIS, ALPHONSVS A MATRE DEI, PETRVS A IESV, DIDACVS A TRINITATE atque alij insignes Mariani cultus exercitatores, ac propagatores, & propterea cœlestibus charismatibus delibuti: quibus accensendi ANDRÆAS A IESV Polonus, & NICOLAVS A IESV MARIA, etiam Polonus, nomina IESVS & MARIA pectori stylo ferreo incisa gerens. F. STEPHANVS AB OMNIBVS SANCTIS omnium virtutum genere

V. Franciscus à Puero Iesu.

V. Ioānes à miseria.

a In vita eius lib. 1. c. 8. 9. & 14.

V. Ioānes Regibus.

b Annal. PP. Discalc. lib. 3. c. 8.

V. Bartholomæus à Cruce.

Alij plures.

c Lib. 4. c. 46.

Digitized by Google

conſpicuus, ſed præcipuâ in Deiparam deuotione præſtans. De quibus latiùs hiſtorici Congregationis Diſcalceatorum.

1325. Præfatis in tenero dilectionis erga Carmeli Patronam affectu inferiores haud fuêre V. M. ANNA S. BARTHOLOMÆO, quæ adhuc adoleſcentula filiali cum fiducia in ſuis neceſſitatibus ad Virginem MARIAM veluti Matrem recurrens, eius cum Filio inter brachia, apparitione, & prædictione de ingreſſu in Sacrum ſuum Ordinem dignata fuit. *a* Simili quoque viſione ſe perfruitam fuiſſe die quadam Natalis Chriſti, & anno 1618. feſto SS. Apoſtolorum Petri & Pauli ab eadem certificatam de ſua ſalute, ipſamet teſtatur in libro vitæ ſuæ, quem iuſſu Superiorum ſuorum ſcripſit. *b* Altera eiuſdem nominis, conterranea (Hiſpana), contemporanea, familiaris, ac dilecta S. M. Tereſiæ, in eadem virtute enituit ANNA A S. AVGVSTINO, & exindè erga eiuſdem Virginis MARIÆ Matrem S. Annam admirabilem concepit deuotionem, vt videre licet in eius vita. Tempore aliquantò poſterior fuit MARGARETA A SS. SACRAMENTO *c* quæ anno ætatis octauo, plerumque duabus horis, & vltra, in Eccleſia, ante Imaginem B. Virginis MARIÆ, oculis in eam directis perſiſtebat orans magna cum attentione. Diebus aliquot ante eius feſta, ad ea ſollicitè ſe præparabat. Ante illius Imagines tranſiens genua flectebat, & terram exoſculabatur. Cum de eius virtutibus, aut laudibus ſermo eſſet, tanto perfundebatur gaudio, vt exteriùs in vultu pateſceret. Hinc quandoque eius frui apparitione, & conſolatione digna fuit, prout latiùs atteſtatur author vitæ eius Theologiæ Doctor ex Congregatione Patrum Oratorij. *d* Iſtis in eadem deuotione compares deprædicantur MARINA MALDONADO, CATHARINA A IESV, IOANNA A S. HIERONYMO, ANNA A S. NICOLAO, MARIANA A CONCEPTIONE, TERESIA A IESV filia Comitis de Caſtrillo, & aliæ, de quibus in Annalibus ijſdem.

V. M. Anna à S. Bartholomæo atq; aliæ.

a Thomas Aquinas à S. Ioſepho in eius vita c. 22.

b Cap. 35.

c De qua ſuprà nu. 1071.

d In hiſtoria vitæ eius lib. 9. cap. 3.

Digitized by Google

§. III. Mutuæ dilectionis, inter S.P.ELIAM, & Ordinem Carmelitanum, insignia.

Mutua dilectionis inter S. P. Eliam, & Ordinem suum testimonia.

1326. LIceat nunc, post maternæ, & filialis correlatiuæ dilectionis testimonia, etiam pauca quædam cursim memorare Patrem inter & Filios pietatis officia: atque imprimis id (ex Saliano) repetimus Propheticum Ordinem ab eo initiatum, tot sæculis, illius precum, quasi facularum ardore, calefactum, & ad hanc diem, tot inter rerum, locorũ, temporumque varietates, fuisse conseruatum: quod Filiorum erga eum obseruantia promeruit: etenim mox ab eius in Paradisum transitu Oratoriũ in Monte Carmelo ei dicarunt, & iugiter conseruatum in veneratione magna habuerunt, vt habetur ex suprà dictis. [a] Sed potissimum est, quòd illius exemplis, & vitæ normæ, tamquam Regulæ, semper institerint, prout declaratum est etiam in antecedentibus *num.* 8. & 10. Sũma autem Religionis est, imitari quod colimus. Quod sectatores, & Filij S. P. ELIÆ (eius meritis) conseruati fuerint usque ad Babilonicam captiuitatem; & ab ea, aliisque præseruati *habitantes soli* (id est solitarij) *in saltu, in medio Carmeli*, quando & *iustitia in medio Carmeli sedebat*, quia *cultus iustitiæ silentium* religiosè seruabatur; constat ex dictis *par. 3. cap. 7.* Quod sub ea tempora præfatum Oratorium S. ELIÆ, seu templum in honore exisseret, eruitur satis ex Iamblico Chalcedonensi, scribente de Pythagora, [b] quod existẽs in Carmelo, *in templo vt plurimum degeret.*

[a] Nu. 154. & 359.

S. P. Eliæ meritis cõseruatus est hic Ordo: & in eo ipse semper honoratus.

Isa. 32. Mich. 7.

[b] In vita Pythag. c. 3.

1327. Paternæ autem in hoc SS. Patriarchæ pro sua familia sollicitudinis indicium certum id est, quòd in Monte Thabor tempore Transfigurationis, sicut Moyses (& maiori ratione) *pro populi sui Israelitici sanitate orabat, vt cùm plenitudo gentium introisset, tunc omnis Israel saluus fieret*, vt Origenes scribit *libro 7. super Numeros.* Ita & ELIAS pro suæ peculiariter familiæ, Ordinis Prophetici Carmelitani, conseruatione, supplicauit, & impetrauit. Cuius rei testimonium perhibuit ipsa cœlorum Regina: & suffragatur Ecclesiæ authoritas. Sed de his satis suprà [c] & magis luculenter *in Dissertatione apologetica, pro reuelatione, & sponsione, SS. Virginis* MARIÆ, *facta S. Petro Thomæ art. 7.*

[c] Nu. 145.

In Carmelo semper cultus fuit exhibitus S. P. Eliæ.

1328. Sed & in primordiis Christianæ Ecclesiæ S. P. ELIÆ memoriam celebrem in Carmelo, & venerabilem fuisse conuincit historia Vespasiani, subeuntis Carmelum, de belli contra Iudæos successu, Oraculum, quod in ELIÆ Oratorio vigebat, consulturus. In gratiam autem boni ominis Ethnicus Imperator, non modò quidpiam molestiæ Eliadibus intulisse, sed & muneribus honorasse legitur. Verùm de his ex Tacito, Suetonio,

tonio, Bostio, Genebrardo & alijs satis *par.* 3. *cap.*16. Vno ferè seculo posteriùs, ELIÆ in Carmelo sacrificantis,& eiusdem veteris Religionis ac sanctitatis antiquæ,meminit Balbinus vir consularis *in epistola ad Hadrianũ Imperatorem*, verba retulimus etiam *par.*3 *c.*17.

1329. Subsequentibus etiam seculis peculiarem cultum S. ELIÆ in Carmelo non-defecisse conuincunt ea, quæ de templo ELIÆ in Carmelo per S. Helenam matrem Constantini Magni ædificata seu restaurata, &:post annos quadringentos (circa an.885.)per Basilium Imperatorem restituta,scribunt Nicephorus, *a* Baronius, *b* Cornelius à Lapide. *c* De alijs Ecclesiis eidem S.ELIÆ ædificatis scribunt Lezana *in Consultu consulto* 2.Dorotheus à S.Renato,*in Commentario super libros Regum,& Apocalypsis lib.*2.*qu.*10.*sect.*3.

a Lib.8. c. 3.
b Martyrol.ad diẽ 20.Iulij.
c In ca.18. libri 3. Reg.

1330. Carmelicolarum exemplo,& (verisimiliter)hortatione etiam extra Carmelum longe lateque propagatus fuit eiusdem sancti cultus;ita quidem,vt etiam ab operibus seruilibus eius festo abstinerent Græci,vt annotat Cardinalis Baronius suprà relatus,*d* & latiùs Dorotheus dicto loco. Nec tantùm in Orientali Ecclesia,sed & in Europæ partibus S. ELIAM à plurimis seculis in veneratione fuisse constat ex eo quod de S. Patritio (*Eliani & Prophetici Anachorismi cultore,* in Clasconiensi Monasterio,vt habetur ex Ioanne Pitseo libro *de Illustribus Britanniæ scriptoribus,*,*e* Clemente Reynero in libro de Apostolatu Benedictinorum in Anglia *f* & potissimè ex Annalibus Carmelitanuis*g*) In eius vita, per Thomam Meringhamum *cap.* 19. refertur: Quòd cum Demonis vexatione in membris torqueretur,S.ELIAM inuocans,ab ipso adueniente liberatus fuerit. Vnde in hymno,seu sequentia,ex vetuste Missali(apud eumdem Meringhamum) legitur:

d Nu.255.
e Ætate 5. num.41.
f In Apostolatu Benedict. tr.1.sect.1.
g To.1. ad an. mundi 3149.

Opprimens per triduum,
Sathan hunc vexauit.
Sed ELIAS *artuum*
Robur reparauit.

De Ecclesiis ei dicatis, & cultu exhibito in Cypro,Italia, Hungaria & alibi agitur in Annalibus Carmelitarum.*h*

h To.1. ad an. mundi 3139. ante Chr.914. n.14.

1331. Non extra propositum referenda videntur(vndè etiam varia superioribus pertractata confirmantur) excerpta ex *Itinerario B. Antonini Martyris* (de quo Molanus in Martyrologio ad diem 13.Nouembris. *Placentiæ reuelatio S.Antonini Martyris)* quod asseruatur in Bibliotheca Vaticana sub numero 636: in volumine,cui titulus:*Bedæ & aliorum opera*: vbi,inter alias simplici istius æui stylo, ista leguntur: RELATIO.B. ANTONINI MARTYRIS. „ Procedente B.Antonino Martyre vnà cum collegis suis, „ ex eo quod ciuitate Placentiæ egressus est in quibus locis peregrinatus „ est ire vestigia Christi,sequentes & miracula sanctorum Prophetarum, „ præuidere cœperunt, *Et infrà*: Et venimus Tholemaida * Ciuitate honesta,

* Ptholemais & Ptholemaida aliter Achon seu Accó.

Digitized by Google

„ honesta Monasteria bona. Tholemaida pertinet contra ciuitatem millia
„ sex in castra Samaritanorum milliario à Sugamina sub Monte Carme-
„ lo. Super ipsa castra milliario semis Monasterium Helisei Prophetæ,
„ vbi ei occurrit mulier, cuius filium suscitauit in Monte Carmelo. *Et in-*
„ *frà*: De Sidone venimus Sarephta quę ciuitas modica, & valde Christia-
„ na est, in qua cænaculum illud quod factum fuerat ELIÆ & lectum
„ vbi recubuit. *Et infrà*: Et alius marmoreus, vbi illa vidua fermentauit:
„ in quo loco multa offeruntur, & virtutes multæ fiunt. *Et infrà*: Tran-
„ siuimus Iordanem in ipso loco, & venimus in Ciuitatem, quæ vocatur
„ GADDERA, quæ & GABAON dicitur, in ista parte Ciuitatis milliariò
„ tertio sunt aquæ calidæ, quæ appellantur THERMÆ ELIÆ, vbi leprosi
*Xenodochium. „ mundãtur, ibi & Sinodochium * delicias de publico habens, & horâ
„ vespertinà mundantur Thermæ. *Et infrà*: Exinde descendimus per alia
„ loca Samariæ, & Iudeæ in ciuitate Sebastea, in qua requiescit *Eliseus* Pro-
„ pheta. *Et infrà*: Exinde venimus ad locum vbi Baptizatus est Domi-
„ nus. In ipso loco Filij Israel transierunt Iordanem, & Filij Prophetа-
„ rum perdiderunt securem, & ex ipso loco ELIAS assumptus est in cœ-
„ lum. *Et infrà*: In illa ripa Iordanis est fons vbi baptizabat S. Ioannes, in-
„ dè vsque Iordanem millia duo in ipsa valle inuentus est ELIAS, quando
„ ei coruus deferebat panem, & carnes. In circuitu autem vallis ipsius mul-
„ titudo Eremitarum. *Et infrà*: De Segor: in quibus locis multi Eremitæ.
*Xenodochia. „ *Et infrà*: multum longè à Iordane vbi baptizatus est Dominus, est Mo-
„ nasterium S. Ioannis valde magnum, in quo sunt, Sinodochia * duo. *Et*
„ *infrà*: Fons aquæ quem indulcauit *Eliseus* Propheta, irrigat omnem leri-
„ cho, vbi nascitur vinum potens, quod febricitantibus datur. *Et infrà*:
„ Rursum in monte vnde Dominus ascendit ad Patrem, vbi & iudicare
„ veniet, vidimus Monasteria copiosa, & cellulam, vbi inclusa fuit S. Pe-
„ lagia. *Et infrà agens de Ieruſalem*: Ibi & Monasterium puellarum. *Et infrà*:
*Lecti. „ De Sion vsque in Basilicam S. MARIÆ, vbi est Congregatio magna
„ Monachorum, ac mulierum, mensæ innumerabiles, lecta * languentiũ,
„ plus minùs, tria millia. *Et infrà*: Ante Bethleem est Monasterium mu-
„ ro cinctum, in quo multitudo est Monachorum. *Et infrà*: Et per ambu-
* Horeb. de quo 3. Reg. 19. „ lantes Heremum vnâ die venimus ad montem Dei * Choreb: & inde
„ mouentes vt ascenderemus montem Sina, ecce multitudo Monacho-
„ rum Heremitarum cum crucibus psallentes obuiauerunt nos simili mo-
* Horeb. „ do & nos facientes lacrymauimus, & introduxerunt nos in vallem in-
„ ter * Choreb & Syna, ad cuius pedem montis est fons ille vbi Moyses
„ adaquauit oues quando vidit ardentem rubum, & fons inclusus est in-
„ tra Monasterium, in quo Monasterio sunt tres Abbates scientes linguas,
„ hoc est Latinam, Græcam, Syram, Ægyptiacam & Bessam. Inde veni-
„ mus ad Speluncam vbi absconditus fuit ELIAS Propheta, quando fu-
„ git Iesabel mulierem perfidam. Ante ipsam spelunçam surgit fons, qui
irrigat

Digitized by Google

„ irrigat ipsum montem. *Et infrà*: Inde venimus ad locum vbi Filij *Israel* „ *transeuntes* mare rubrum castrametati sunt, & ibi similiter castellum „ cum Sinodochio, * & in loco quo exierunt de mari est Oratorium „ ELIÆ. „

*Xenodochio.

Ex istis apparet antiqua veneratio SS. Prophetarum ELIÆ & *Elisei*: quorum successores, seu sectatores videntur fuisse incolæ dictorum Monasteriorum. Quod autem Superiores Monasterij in valle inter montes Horeb & Sina nuncupentur *Abbates*, meminerit Lector sic Ordinis Carmelitani Archimandritas olim appellari solitos, vt testatur S. Cyrillus, hic suprà, a & tradunt alij historici nostri. Id si sincerè animaduertissent quidam, eo scrupulo offensionem non incurrissent, in dubium reuocantes quosdam Carmelitici Instituti cultores, seu Monasteria; ratione nominis *Abbas*, istis, aut Cœnobiarchis illorum, attributi.

a Cap. 4. sub fin. n. 10. vide etiam nu. 935. & 937.

1332. Posterioribus verò seculis deuotio ergo S. ELIAM creuit; nam eius festum, cum officio & Missa, proprijs, Ecclesiæ authoritate probatis, solemnissimè celebrari per totum Carmelitarum Ordinem diximus alibi: in Litaniis, quoque, & aliàs sæpè in precibus inuocatur. Et sicut ipsum colimus, sic nos visitat. Qualiter in quodam Capitulo Generali visus fuerit, extenso pallio super Conuentum, in quo celebrabatur, vidimus hic *capit.* 8. vbi etiam de alijs quibusdam eius apparitionibus, fauoribus, Beneficijs per eum præstitis, peculiariter de sanitate S. Teresiæ, ipsum mente inuocantis, reddita: De Religiosa, quadam magnæ perfectionis, mirabiliter per eumdem sanitati restituta scribit R. P. Chrysostomus Henriquez Doctor Theologus Ordinis Cistercienſis in Vita Venerab. M. Annæ à Sãcto Bartholomæo, quæ tum ibi infirmariam agebat. Variæ aliæ apparitiones eiusdem refert P. Dorotheus à S. Renato loco citato. Verisimile quoque est, eum, cuius brachium extensum, districto gladio hæreticos Anglos Tẽplum Carmelitarum Mechliniæ anno 1580. violare volentes terrefaciebat, fuisse S. ELIAM, b cum Cœnobium istud peculiariter intitulatur. Memorabilis quoque est, quod suprà in Chronologia vitæ S. SIMONIS STOCK, c & in notis dictum est, in Carmelo ELIÆ fontem non reddere aquas ablentibus Fratribus Carmelitis. Huc spectat, quod refertur in *Itinerario Terræ Sanctæ, inibiq; Sanctorum locorum, ac rerum clarissimâ descriptione per Bartholomæum à Saligniaco Sedis Apostolicæ Prothonotarium.* Typis edito Lugduni anno Chr. 1525. dedicato D. Ioanni à Lotharingia S. R. E. Cardinali, in quo *capit.* 6. d ista referuntur: *Simile ferè prodigium visitur in Monte Carmelo, qui est in inferiori Galilæa situs, ad Occidentem; montem enim hunc olim Prophetæ Sancti* ELIAS *& Eliseus incolere soliti erant, cum Filiis Prophetarum, quorum successores sunt Fratres, qui Carmelitæ vocantur; horum Cœnobium est in Monte Carmelo, vbi fons scaturit non quidem perpetuis aquis, sed temporaneis, nulla enim est ibi aquarum copia, nisi transeuntibus Fratribus peregrinis*

Eius variæ apparitiones.

b Vid. nu. 636.

c Nu. 742. & n. 778.

Prodigium fontis S. Eliæ.

d To. 1. fol. 55.

Christianis, ita vt nunquàm infideles bibant ex eo, vt verificetur illud Prophetæ: Deriuentur foris in plateis aquæ eius, sed non bibat alienus ex eis. [a]

[a] Similia, non cadè, habentur *proverb. 5.*

1333. Tandem nostris temporibus annis proximè elapsis: Deus illius merita, & efficax patrocinium miris signis manifestauit, dum in regno Neapolitano plures vncti oleo è lampade ante eius Imaginem appensa sanitatem consecuti fuêre, (de quibus testimonium perhibent *dicta parte 3. sub finem*, & *parte 3. cap. 34.*) vt propterea Capuana ciuitas eum in Patronum & Protectorem solemniter assumpserit. Apparitiones quoque nonnullæ eius in habitu Carmelitano, quali passim depingitur, factæ tum, ibi referuntur.

Hic prætermitti non debet, quod vt testis, partim auritus, partim oculatus refert P. Gabriel à S. Vincen., in libro Romæ approbato, & excuso anno 1658. *de gratia, iustificatione, & merito*: vbi *tractatu 3.* qui est de merito [b] cùm ostendisset, iam olim templa, & altaria fuisse erecta, & dicata S. Prophetæ ELIÆ, tamdem subiungit: „ Addo vnius templi ædificationem satis mirabilem in honorem nostri protoparentis factam multis ab hinc annis propè nostram Eremum Lombardiæ: res sic contigit, vt mihi à viris fide dignis relatum fuit: eo anno fuit ingens terræ siccitas, &c. Iuit populus ad Parochum, qui pluribus indictis supplicationibus in plurium Sanctorum honorem, pluribus editis votis, numquàm voti compotes effecti, desperabant: contigit Diuinâ sic disponente, prouidentiâ, quòd Parochus legeret illud IACOBI 5. ELIAS homo erat similis nobis, passibilis, & oratione orauit ad Dominum, vt non plueret super terram, & non pluit annos tres & menses sex, & rursum orauit & cælum dedit pluuiam: lætabundus campana signum dedit, & congregauit populum, cui dixit: inueni in Scriptura vnum Sanctum, qui habet super pluuiam potestatem: ad eum recurrere oportet; & facto ELIÆ voto de construenda illi Ecclesia in quadam montis parte, vbi adhuc sub ELIÆ nomine seruatur, statim contenebrati sunt cœli, & facta est pluuia magna. Vndè illius Regionis incolæ talem habent ergo S. ELIAM deuotionem, quòd quoties pluuiâ indigent, indictis supplicationibus ad eam Ecclesiam euntes, vt plurimùm desiderata obtinent pluuiam„ Hæc ille.

[b] Quæst. 5. ar. 57.

Ad inuocationem S. Eliæ pluuia impetratur.

1334. Erit fortè quem circa dicta scrupulus angat, quâ ratione S. ELIAS adhuc in mortali corpore viuens, inuocari possit? Et an ipse in Paradiso existens, ac nondum fruens intuitiua Dei visione noscat ea quæ geruntur in terris? Quoad prius indubitatum & manifestum est, tam viuis quàm defunctis prodesse viuorũ suffragia, atque ita congruè ea expetuntur. Nonne tres tribuni iniustè accusati, ac condemnati, & nautæ in tempestate iactati se commendantes orationibus S. Nicolai longissimè absentis, & adhuc viuentis, exauditi fuêre? eiusmodi suppetunt quàm plurima.

S. Elias *et si nondum mortuus inuocari potest.*

plurima. Quantum ad posterius; an non Ieremias tradens gladium aureum, & Onias in limbo Patrum existentes, & nondum ad Dei conspectum, & gloriam regni cœlestis admissi, visi sunt orare pro populo Iudęorum, ab hostibus grauiter oppresso, *lib.2. Machab. cap. vltimo?* Sicut igitur isti atque alij sancti (tempore veteris Testamenti) nouerant, quæ gerebantur in terris, & sui populi curam gesserunt, pro eis orauerunt, &, cùm Deo visum esset, etiam eis opitulati sunt, ac proindè meritò inuocari & honorari poterant: sic haud minori (quin & maiori) fundamento id indubitanter asserendum de S. ELIA, felicissimam vitam ducente in Paradiso. Quia & optimæ notæ Theologi existimant, etiam animas Purgatorij pro nobis orare, & impetrare; quandoquidem anima Paschasij, & S. Seuerini miracula operabantur, etiamsi in Purgatorio degerent, vt patet ex Gregorio libr. 4. Dialog. capite 40. & Petro Damiano in epistola de miraculis sui temporis. Ita Bellarminus *de Purgatorio lib.2. cap.15.*

Ieremias, & Onias scientes quæ fiebant in terra erant pro populo suo, cum essent in limbo.

Animæ in Purgatorio erant & impetrant quandoq; pro viuentibus.

1335. Porro S. ELIAM nosse (siue per frequentes Dei & Angelorum Reuelationes, illustrationes colloquia: siue instar Angeli, seu Spiritus sibi manifestata percipiendo) ea quæ in hoc mundo geruntur, euidens est ex litteris, quas annis aliquot post raptum, è Paradiso misit ad Ioram Regem Iudę de quibus libro 2 Paralip. cap. 21. maiori autem ratione id existimandum circa Ordinem suum; scire nempè ea quæ ipsum concernunt: Nosse quoque, qui & quando, & qualiter eum inuocent, aut se ei commendent. Sed hæc obiter. Restat vt tandem operi huic finem imponamus; in istis à quibus Ordo Carmelitanus (in octo præcedentibus tabellis & appendice vtcumque delineatus) initium habuit, & eorumdem materna paternaque cura, conseruandus est vsque ad seculi finem.

Quod, & qualiter S. Elias noscat ea quæ gerantur in mundo.

1336. Ex cunctis igitur hactenus toto ferè hoc opere dictis perspicuum est, quanto obligationis vinculo obstricti sint Ordinis huius alumni omnes, vt præcipuo honore semper & vbique prosequantur, prosequentibusque vestigijs imitari adnitatur Matreme Patronam suam clementissimam, ac potentissimam, nec non Patriarcham suum zelosissimum, pro sui Instituti conseruatione sollicitum: quantaque hunc & illam cum fiducia, in quibuslibet aduersis, inuocare debeant, & sperare ab ipsis auxilium in tempore opportuno: si tamen eorum se filios probent, virtutum ab eis exercitarū decore. Hinc pro clausula appendimus adhortatoria verba S. P. N. Brocardi ex hoc mundo discessuri: sed, vt nostro concinniùs adaptentur intento, parumper immutata.

Carmelitæ omnes peculiariter obstringũtur, honorare & imitari B. V. Mariã & S. P. Eliam.

VENERANDI PATRES, ET DILECTI FRATRES, VOCAVIT NOS DEVS AD ORDINEM PROPHETICVM ELIANVM MATRIS SVÆ: CVIVS

S. Brocardi ultima verba hortatoria.

IVS SPECIALI TITVLO INSIGNIMVR, APPELLATI. FRATRES GLORIOSISSIMÆ VIRGINIS MARIÆ. SATAGAMVS IGITVR, NE NOMEN ISTVD INANE IN NOBIS REPERIATVR: QVAPROPTER VITAM NOSTRAM AD MARIÆ ET ELIÆ FORMAM COMPONAMVS: VT ILLIS, TAMQVAM GEMINI FILII, ASSIMILATI IN MORIBVS, EORVM QVOQVE MEREAMVR DEINCEPS PATROCINIIS MVNIRI IN TERRIS, ET CONSORTIO AGGREGARI IN COELIS. Amen.

Ad maiorem Dei, Deiparæq; Virginis Patronæ nostræ singularis, & S. P. N. ELIÆ *honorem.*

FINIS.

IN-

Digitized by Google

INDEX

RERVM PRÆCIPVARVM QVÆ IN HOC OPERE PERTRACTANTVR.

Prænotandum, non poni hîc numerum paginarum, sed eum, qui ad marginem per totum opus annotatur.

A.

Abutis nomine olim nuncupabantur Superiores Ordinis Carmelit. pro quo suppositum fuit *Prior. Nu.* 20. & 25. & 935.

Abbates assumpti ex Ord. hoc ad alios vid. tit. *Ecclesiasticis dignitatibus*

Accon, seu Achon, siue Ptholemaida euertitur. *Num.* 503. & 505. erat ibi solemne Monasterium Ord. Carmelit. *ibid.* & 120. & 741.

Acta Sanctorum latentia inuestigantes, elucidantes, & in lucem producentes, vtilissimam Ecclesiæ operam nauant. *num.* 1151. Quinam eo in studio celebrati. *ibid.*

Adolescens quidam deuotus *B. V. Maria* ab ea à scabie curatur, & ad suum Ordinem perducitur. *n.* 1315.

Ægidia à S. Francisco decore virtutum conspicua. *n.* 999. Teneriùs amans *B. V. Mariam*, mutuæ dilectionis effectus experitur. *n.* 1311.

Ægidius Camartus Generalis Minimorum insignem scripsit librum de *Elia*. Excerpto ex eo. *num.* 212 1187. 1209.

Ægidij Fabri eloquentia. *n* 918.

Agabi Prophetæ memorabilis historia. *num* 315. Incola Carmeli fuit. *ibid.* & 344. adhæsit deinde S. Paulo Apostolo. *ibid.* Capellam, cum aliis Carmelicolis, *B. V. Mariæ* dicauit. *ibid.*

Alanus natione Brito V. Prior Generalis, Ordinem ex Terra Sancta transfert in Europam *num.* 744. Alia eius gesta: *ibid.* & *n.* 746. Coloniæ est sepultus miraculis clarus. *ibid.* & *numer* 941.

S. *Albertus Siculus* miraculis magnis celebratur. *numer.* 515 & 613. Natus est ex parentibus steril. fauore *B. V. Mariæ. eum* 871. Cui dicatus fuit, antequam natus. *ibid.* deuotiss. *ibid.* & 1316. In eius funere Angeli *Os iusti* intonant in Missa. *n.* 871.

S. *Alberti Prouincia* in Sicilia habet Cõuentus & Religiosos plurimos. *num.* 1004. Alia de ead. *ibid.*

Albertus Mazzarius XXXVIII. Prior Generalis, eiusque successor *Leo Bonsilius* sinceris animis Reformationem fouere, augere, confirmare studuerunt exiguo tempore quo rexerunt. *nu.* 975 & 976.

B. *Albertus Patriarcha Ierosolym.* scriptor

Regulæ Carmelit. *num.* 27. *& sequentibus*, (quæ compendium est antiquioris. *n.* 32. *&* 1178.) Quid in Carmelo fecerit, *nu.* 28. *&* 29 *&* 109. Epitome vitæ eius *nu.* 867. Capellã in Carmelo téporibus Apostolorum constructam renouari curauit. *n.* 28. *&* 1312.

Alcoranum Mahumetis seu Turcarum spurcitiis, & deliriis plenum. *nu.* 459 falsis quædam miscens vera, *Christi Matrem Virginem ante, & post partum* fatetur. *n.* 461.

Alemania Infer. Prouincia, quam olim insignis. *num* 1009. ex solo Conuentu Colonien si prodierunt 12. Episcopi. *ibid.* alij viri præstantes qui ex ea prodierunt. *nu.* 887. 903. 915. *&* 930. ad strictiorem obseruantiam reducitur. *n.* 657. *&* 658

Alemania Superioris Prouincia per hæreticos discerpitur. *n.* 626. Restauratur, *n.* 657. & seq. Alia de illa *num.* 1012. De celeberrima Imag. in Vrticeto ibi. *num.* 550. *& seq.* De viris illustribus in ea. *n.* 888. 903. *& seq.* Casus notab. ibi per Scapulare. *n* 580.

Alexander V. ex Minorita Summus Põtifex, Originale Bullæ Sabbatinæ vidit, sutóque diplomati inseruit, ac cõfirmauit. *n.* 543. *&* 817.

SS. D. Alexander Papa VII. ingressurus Conclaue (proximè ante suam electionem) suscipit Scapulare B.V. MARIÆ de Monte Carmelo, *numer.* 615. eius intuitu ipsa die suæ electionis (quia feria 4.) abstinentiam seruabat. *ibid.*

Alexandria capitur à Christianis, multùm cooperante B. Petro Thomâ. *numer.* 527.

S. Anastasius ex lectis Martyrum actis martyrij desiderium concipit. *numer.* 443. Aspectu Imaginis eius dæmones fugati, & morbi curati *num.* 444. Festum eius solemnizatur in Ordine Carmelit. *ibid.* Effigies capitis eius in Belgio est in magna veneratione. *ibid.*

S. Andreas Corsinus Canonizatur. *n.* 601. in multis similis B. Petro Thomæ. *n.* 876. eximius B.V. MARIÆ cultor. *ibid. & nu.* 1318.

B. Angela Bohemiæ Regis (seu Principis) filia reuelationibus illustris. *nu.* 924. Deuota Virgini Matri, eius apparitione releuatur. *nu.* 1313

S. Angelus eiusque frater parẽtibus prænuntiantur à B.V. MARIA. *num.* 868. Ordini Carmelitano (quia eidem specialiter dicatus est) se deuouent. *num.* 1313. S. Angeli virtutes, colloquium cũ S. Francisco, & martyrium. *nu.* 868. Vide etiam *n* 495.

S. Angeli Prouincia in Sicilia numerosa est in Conuentibus, & Religiosis. *nu.* 1031. Decoratur Imaginibus aliquot celeberrimis. *ibid.*

Ven. Angelus seu Angelinus, adhuc viuens communi voce populi *Beatus* nuncupatus *num.* 897. Qualiter depingi soleat, *ibid.*

Anginensis Conuentus quandò fundatus. *num.* 546. Insigni Imagine S. Ioannis Bapt. decoratur *ibid.* Igni traditur. *n.* 636.

Anglia Prouincia Ord. Carm. olim clarissima. *num.* 627. 1005. *& seq.* Quando interierit. *ibid.* Eius alumnus S. Simon Stock. *numer.* 711. Viri alij illustres, qui in ea claruerunt. *num.* 874. 890. *& seq.* 899. 900. *&* 904. Ab antiquiss. temporibus fuerũt in Anglia, seu Britannia maiori Monachi Eliani. *num.* 479. *&* 1155. Illi successu temporis ad Benedictin. Institutum trãsierunt, & cur. *ibid. & num.* 1157. Carmelitarum ingressus in Angliam tempore B. Simonis Stock. *num.* 728. *&* 774.

Anima in purgatorio an orent, & impetrent pro viuentibus. *nu.* 1334

S. *Anna* Festum à multis seculis celebre in Ord. Carmelit. *num.* 439. *& seq.* Eius Pater *Stolanus* & mater *Emerentiana*. *num.* 313. *&* 314. illius domus fit Conuentus Religiosorum: in quo postmodum vixit S. Angelus. *num.* 326. Eiusdem imago latens

Digitized by Google

latens in terra, Insigni apparitione reuelatur. *num.* 598. mox multiplicia, & stupenda miracula ibi patrantur. *ibid.*

Anna à S. Bartholomæo miraculorum approbatorum gloriâ illustris habetur. *num.* 1065. Virgini MARIÆ singulariter deuota, & chara fuit. *numer.* 1325.

Anna à S. Augustino fauoribus S. Annæ perfruitur. *nu.* 1071.

Antiochia ciuitas nobilis in solitudinem redigitur. *n.* 503 Tunc Monasterium Ordinis huius ibi, & vicinum aliud *Montana Nigra* dictum, diruta fuêre, *ibid.*

S. *Antonius* pro Monasticæ vitæ exemplari sibi propositum habuit S. Prophetam ELIAM *num.* 164 393. quâ ratione ad summam perfectionẽ peruenerit. *num.* 386. non fuit Monastici Instituti primus Author. *n.* 1123. *& seq.*

B. Antoninus. Martyr Placentiæ, notabilia scribit de SS. ELIA, *Eliseo*, & Monasterijs Terræ Sanctæ. *n.* 1381.

Antonij Quintanuenas notabilis doctrina vnde alia inferuntur. *n.* 1284

S. *Antonij Conuentus* in Aquitania per Caluinistas funditus euertitur, & Religiosi variè necantur. *n.* 631

Apollonius Eremita tempore Christi. *n.* 316.

Apulia Prouincia quot & quales habeat Conuentus. *n.* 1035. Plures habet Imagines B.V. MARIÆ, singulariter venerabiles. *ibid.*

Aquitania Prouincia Primitias Reformationis vnà cum Turonensi tulit. *num.* 648. Conuentus eius per Caluinistas euersi. *n.* 631. Viros habuit valde præstantes. *n.* 1011

Antiquitas Monastica contra hæreticos euidenter demonstratur. *num.* 165. *& seq.* 260 *& seq.* 1111. *& seq.* 1127. *& seq.* 1203. *& seqq. per totam Append.* vid. *Hæreticor. mendac.*

Antuerpia Pontificalia munia quatuor Episcopi ex Carmelit. Ord. assumpti successiuè obeunt *nu.* 906. *sub fin.* Hæretici ibi Templa intrâdunt. *num.* 638.

Antuerpiensis Cœnobij fundatio, & consecratio Chori quando. *n.* 906. eius alumnus Iacobus Wemmers Episcopus Cairi & Legatus Apostolicus per Æthiopiam. *n.* 932

Approbatio Ordinis, & Regulæ Carmelitanæ. *nu.* 69. *& seq.* 111. *& seq.* 1135. *& seq.*

Apprutij Prouincia vbi sita, & quot habeat Conuentus. *n.* 1037

Aqua Benedicta Reliquiis S. Alberti sanantur multi. *n.* 515. 613

B. Archangela de Trino aspera vita, & aliæ virtutes. *num.* 997. Corpus eius nitidum & integrum repertum. *ibid.* festum eius colitur. *ibid.*

Archiepiscopi huius Ord. de quibus in hoc opere. Vide titulo. *Eccles. dignit. decorat.*

Armenia ad orthodoxam fidem per B. Cyrillum Constantinopol. reducitur. *nu.* 716. Ille eò erat profectus monitus cœlicâ visione, per S. Basilium. *n.* 395

Arnoldus Bostius Gandauensis, Theologus, Philosophus, Orator, & Poëta præclarus. *n.* 4. 5. & 6. vbi alia eiusdem elogia referuntur. Illius *Breuiloquii Tripartitum* de Ord. Carmelitano. *nu.* 74. *& seq. pag.* 50. *& seq.* eius *Appendix* de variis nominibus Professorum Ordinis huius. *num.* 136. Defensor strenuus fuit Conceptionis immaculatæ B.V. MARIÆ. *num.* 1308. Quid scribat de Essenis. *nu* 276

Arragonia Prouincia viris eruditis & Cõuentibus insignibus spectabilis est. *n.* 1026.

Assidæi ijdem, aut eiusdem Instituti cũ filiis Prophetarum, & Essenis. *numer.* 282. 308. & 310. Nominis illius etymologia. *nu.* 509. Illorum pia exercitia. *n.* 311. Eorum plures castitatis cultores cum paupertatis, & obedientiæ obseruantia. *n.* 312.

Astensis Conuentus transfertur. *num.* 765.

Digitized by Google

in strictiori obseruantia instituitur per Reuerendiss. P. Hieronymum Ari. *num.* 656. In eo celebratur Capitulum Generale *n.* 963. Viri illustres ex eo. *n.* 972. & 979.

Athanasius Patriarcha Alex. cœlitus monitus Reliquias mittit in Italiam per S. Angelum. *n.* 495

Atrebatensis Conuentus viri illustres. *nu.* 906. & 918

Auberti Mirei succincta synopsis historiæ Carmelitanæ. *n.* 154. & *seq.* Ex eo elogium S. Simonis Stock. *nu.* 797.

In *Auersa Conuentu* pia est consuetudo pronuntiandi sæpe nom. MARIA. *nu.* 621. quàm vile id cuidam fuerit. *ibid.*

B *Auertanus* vir sublimis sanctimoniæ, Reginę Cœlorum gratus & deuotus. *n.* 880. & 1320.

S. *Augustinus* Monasteria instituit in Africa. *nu.* 396. S. ELIAM ceu exemplar vitæ eremiticæ proponit. *Ibidem.* Eius cor, crystallo inclusum, visum exultare, ad illa verba, *SS. Trinitas. n.* 1082. Fundator & Patriarcha est tam Canonicorum Regularium, quàm Eremitarum. *nu.* 1147. De meritis S. ELIÆ. *num* 1271.

Augustiniani Ordinis Scriptores de origine Ordinis Carmelit. quid tradant. *num.* 11. 209. de eius approbatione. *nu.* 1094.

Authores nonnulli cur cespitauerint in historia Carmelit. *nu.* 1087 & *seq.* Quidam hallucinati ridicula & contradictoria scripsêre. *nu.* 1088. & *seq.*

Aymericus Patriarcha Antiochenus fautor, & restaurator Ordinis Carmelit. *n.* 20. & 21. Regulam antiquam Ordinis è Græco in Latinum traduci curat, & quæ alia Ordini præstiterit. *ibid.* & *nu.* 22. *ac seq.* 198. 159. Ante tempora Aymerici Carmelitæ emittêtes tria vota substantialia Religionis, voto specialiori non erant adstricti alicui communi & Generali Superiori. *nu.* 24. 25. & 109. Ex institutione Aymerici omnes per totam Terram S. Vni Generali, nuncupato *Priori*, habitanti in Carmelo subiecti fuêre. *ibid.* & *n.* 128. 487.

B.

B *Albini* testimon. de ELIA, & vetusta Religione in Carmelo. *nu.* 366.

Balduinus Leersius quæ scripserit. *num.* 687. & 906.

Baptista Mantuanus XXVIII. Prior Generalis, variâ eruditione eximius multa scripsit metrô & prosâ. *num.* 966. Præclara eius encomia. *ibid.* Coactus ad culmen honoris in Ordine, ascendit, & vltroneus descendit. *ibid.*

Baronius Card. de Essenis antiquis. Monachis. *n.* 279. De Monachatu S. Ioannis Bap. *n.* 320. De Essenis Iudaizantibus, sed tamen Christianis. *nu.* 353. De Ecclesiis S. ELIÆ olim dicatis. *nu.* 361. De Monachorum propagatione. *num.* 390. & *seq.* Item de Essenis Monachis, & Monasteriis Virginum temporibus Apostolorum. *n.* 986. Illius de nomine *Sanctus* assertũ, vnde aliud deducitur. *nu* 1191. De Virginitate apud Hebræos, Græcos & Barbaros olim in magno pretio. *n* 1248.

Barrata, seu varij coloris pallia (relictis albis) assumere coguntur Ordinis Carmelit. Religiosi. *num.* 14. *pag.* 31. & *num.* 103. ac sequentib. item *num.* 451. & *sequent.* nec non *num.* 1102. & 1103. Constabat septem partibus. *num.* 14. Barrati pallij mystica explicatio. *num.* 15. Vocabatur Carpita. *n.* 103. Quandò ea pallia fuerint deposita, & resumpta alba. *num.* 1103.

Bartholomæus Roqualins XXII. P. Generalis. *nu.* 959. Fit Episcopus Massiliensis. *ibid.*

Digitized by Google

Basilea conueniunt Generales 4. Ord. Mend. *n.*548.
S. *Basilius* Monasticæ vitæ propagator celebere. *n.*395. Monachus fuit Eliani Instituti. *ibid.*
Belgica Prouincia in tumultibus Belg. aliquot amittit Conuentus, magnamque patitur desolationem. *nu.* 635. *& seq.* Reformationem ibi introduxerat V. P. Petrus Lupus. *num.* 649. Notabilia quædam, quæ ibi acciderunt. *nu.*524.531. *& seq:*546. 554.559.562. 603. *& seq:* Alia quædam de ea. *nu.*1036.
Benedicta XIII. in adolescentia ex Carmelita Abbas Cisterc. dein Cardinalis, tandemque Sum. Pontif. *num.*882. Epitaph. eius *ibid.*
S. *Benedictus* Occidentalium Monachorum Patriarcha clarissimus. *nu:* 397. Plurima Monasteria antiquorũ Monachorum eius Regulam & institutũ amplexati fuére. *num.* 480. Et cur. *n.*1157. Alumni eius postea Summi Pontifices. Leo IV. & Gregorius VII. quid Ordini Carmelit. concesserint. *nu.* 201. 464. *& 467.* Benedictini Ord. Scriptores de Ordine Carmelit. *n.* 176.197.261.551.479. 496. 799.1155.
Bellarminus Card. antiquitatem Monastices probat per S. ELIAM. *numer.* 174. & aliis multis. *nu.* 1128. Eumdem statuit Monachorum & Eremitarum Principem. *nu.*1212. Eius testimonium de Essenis. *num.* 281.
S. *Bernardus Abb.* circa illa verba: *Datus est ei decor Carmeli. num.*71. Eius insigne testim. de antiquitate Monasticæ. *n.* 1121. Cellę commendatio ex eodem. *num.*[illegible]2. Virginitatem MARIÆ cum fœcunditate extollit. *nu.*1254.
Bernardus Olensis XVII. P. Generalis quãdo electus, & quæ scripserit. *num.*954.
Bernardinus Lãducius XXIX. Prior Generalis scientiâ clarus, quando electus & quamdiu rexerit. *num.* 967.
Bertheldus Ordinis Præsul primus sub nomine *Prioris Generalis. n.* 20. *& 937.* Cur sic vocatus. *ibid.* singularis eius pietas erga B. Virgin. Deiparam. *Ibid. & nu.*1311. animas multorum Carmelicolarum in cœlũ deferri vidit. *nu.*465. sepultus in Carmelo. *nu.* 939.
Bertholdus secundus natione Lombardus IV. Prior Generalis, celebratus tamã sanctitatis, & eruditionis. *num.*940.
Bertholdus Episcopus Herbipolensis fautor Ordinis Carmelit. *n.*695.
Bibliotheca Londinensis quanti quondam valoris. *n.* 629.
Blasius Episcopus huius Ordinis sanctitate, & miraculis clarus. [illegible]873.
Boetica Prouincia Conuentus [illegible] ornatiss. & viros protulit præstantes. *n.* 1032.
Bohemiæ Prouincia quando erecta. *num.* 1033. Aliquot eius Conuentus recensentur. *ibid.* Primarij eius Conuentus Dragensis, & Ecclesiæ illius magnitudo. *ibid.*
B. Bona Spei Conuentus iuxta Vallencenas quandò, & quã occasione fundatus. *n.*594. Imagine miraculosã decoratur. *ibid.*
Bonifacius VIII. PP. mutationem cappa rum, seu palliorum barratorum in alba, confirmat. *num.*1103. Bulla eiusdem. *ibid.*
Bononiensis Vniuersitatis fundator primarius B. Petrus Thomas. *n.*525.
Boppardiensis Cœnobij antiquitas. *num.* 476. Eius primus Prior quando obierit? *ibid.*
Boxmeranum Monasterium agnominatum *SS Sacramenti* quando fundatum. *nu.* 532. in eius Ecclesia asseruatur, & honoratur sanguis miraculosus. *nu.* 531.
Brasilia Vicariatus in America quot habeat Conuentus: *nu.*1040. De casu miraculoso circa Scapulare qui ibi contigit. *num.* 606.
Not. ibi aliquot verba omissa, & quædam transposita propter ea vide post Indicem in fine post errata.
Breuiarium & Missale Carmelit. sunt iuxta

vsum Ecclesiæ Ieroſol. *nu.* 577. mutata in nonnullis. *ibid.*

Britannia & Scotia Monachi antiqui traduces Eliani. *nu.* 479. & 1155. *ac ſeq.* Poſtea amplexati ſunt Regulam S. Benedicti. *ibid.*

B. Brocardus II. Prior Generalis normulam vitæ Regularis petit, & accipit ab Alberto Patriarcha Ieroſol. *nu.* 26. & 31. Multis miraculis Mundo coruſcus. *nu.* 29. Conſtitutiones (quæ *antiquæ* vocantur) compilauit. *n.* 185. 714. & 770. Vitæ eius breuis epitome. *num.* 938. Feſtum eius celebratur in toto Ordine Carmelit. *ibid.* Moriturus peculiariter co[illegible]dauit veneratioñ & imitationem B. V. Mariæ, & S. P. N. Eliæ. *n.* 1312. Vixit & ſepultus eſt in Carmelo. *nu* 939.

Brugenſe Monaſterium diripitur, & euertitur per hæreticos. *num.* 640. Eius alumni Ioannes Arundineus, & Adrianus Arnoldi, poſtea Epiſcopi. *nu.* 905. 906. Brugenſe Monaſterium Monialium Carmelitiſ. *nu.* 1036. De Religioſa magnæ virtutis in eo. *n.* 999.

Bruxella ſacræ Hoſtiæ à Iudæis confoſſæ copioſum reddunt ſanguinem. *nu.* 535. Caſus valde mirabilis ibi. *num.* 562. Debacchantur Hæretici. *nu.* 639.

Bruxellenſe Cœnobium quo anno fundatum. *n.* 785. Ab hæreticis vexatur, & occupatur. *nu.* 639. In eius Eccleſia celebrantur Comitia Velleris aurei. *n.* 559. Viri illuſtres ex eo. *n.* 889. & 916. Et Petrus Lucius de quo. *n.* 967. & *alibi.*

Burdigalenſe Cœnobium quando fundatum. *n.* 478. & 745. In eo obiit S. Simon Stock. *nu.* 767. cuius ſanctus Reliquias variis Conuentibus communicauit. *nu.* 785. 786. proprium, & antiquum Officium de S. Simone in eo legitur. *num.* 787.

Bulla Sabbatina à Sabbato dicta *num.* 519. Eam, mandante B. V. Maria, conceſſit Ioannes XII. *num.* 516. 517. Quinam Authores illam verbatim referant. *n.* 519. & 814. Originale olim tranſlatum fuit in Angliam. *n.* 812. Ad literam refertur. *n.* 814. Inter eius exemplaria diuerſitas aliqua eſt lectionis, & vnde. *num.* 816. Variæ lectiones exhibentur. *ibid.* Illam cõfirmauit Alexander V. (& verbatim integram ſuo diplomati inſeruit) *nu.* 817. item 543. Approbarũt illam etiam Clemens VII. duplici Diplomate. *nu.* 565. Paulus III. *nu.* 566. Pius V. *n.* 567. Gregorius XIII. *num.* 570. & 202. necnon ſub Paulo V. Congregatio Cardinalium Sacræ & vniuerſalis Inquiſitionis. *n.* 586. Et Congregatio ſacra Rituum *n.* 587. Peculiariter eamdem examinarunt, & ratam habendam cenſuerunt Doctores Salmanticenſes. *n.* 569. & Doctores facultatis Theologicæ Pariſienſis *nu.* 610. Bullæ illius explicatio. *n.* 820. & *ſeq.* An eius priuilegium Confraternitatibus aliis ſit communicabile. *num.* 837.

C.

Camaldulenſium habitus cœlitus fuit demonſtratus S. Romualdo. *num.* 221.

Cantabrigienſis Vniuerſitatis decretum notabile. *num.* 190.

Calabria Prouincia quot, & quales habeat Conuentus. *n.* 1035.

Caius Solinus Eſſenos admiratur & extollit. *n.* 355.

Capella, ſeu Eccleſia in Carmelo dicata B. V. Deiparæ temporibus Apoſtolorum renou[illegible] fuit per Albertum Patriarcham. *n.* 28. *pag.* 23. Vide etiam de iſta Capella, *n.* 67. Item. *num.* 90. 91. & *ſeq.* nec non. *n.* 330. & *ſeq.* Fuit prima in Orbe Beatæ V. Mariæ dedicata. *nu.* 332. Duo fuêre in Carmelo Sacella, ſeu vnum tranſlatum *nu.* 334. Scriptores pluriſmi de eo agunt. *nu.* 333. 335. & *ſequent.*

Digitized by Google

quent. Olim *Capella Oratorium*, & *Ecclesia* pro eodem sumebantur. *nu.* 337.

Capilli tui sicut greges caprarum &c. *Cantic.7.* quâ ratione intelligantur de S. ELIA. *n.*172.

Capua Senatus, Capitulum Cathedr Cõgregatio Curatorum eligunt S. ELIAM in Protectorem *num.* 256. 257. 618. Epigrammata, & elogia tũ ibi appensa. *n.* 258. & 619

Cardinales dicti Bernard. de Ambasia. *n.* 883. Bernard. de Roma, & Philippus de Ferraria. *n.* 885. Cardinalium sacra Cõgregatio Rituum, quid innuat circa Patriarchatum S.P. ELIÆ in Ord. Carmelit. *num.* 207. 333. & 1279. Sacræ Congregationis Inquisitionis vniuersalis Decretum circa Priuilegium Bullæ Sabbatinę. *n.* 586. Cardinales, & alij Prælules quàliter indigitent Ordinem Carmelit. *n.* 693. *& seq.*

Carmelus mons locus originarius Ordinis Carmelit. *nn.* 241. Ad vitam solitariam aptissimus. *ibid.* Eius situs. *n.* 242. præcipua mansio SS ELIÆ & Elisei. *n.* 291. Distat à Nazareth tantùm tribus milliaribus. *n.* 242. & 1280. *& seq. ad fin.* Eum quandoque adierunt Emerentiana auia Deiparæ. *n.* 313. Et ipsa V. MARIA. *n* 336. 336. & 1280. Etiam Pytagoras. *n.* 305. Imp. Vespasianus *n.* 356. S. Ludouicus Rex *n.* 757. & 781. Eius incolę Apostolorum tempore. *n.* 184. 340. *& seq.* In eo erat Oratorium S.P. ELIÆ dicatum. *n.* 154. 359. In eo vigebat Oraculum. *ibid.* In eo vixerunt Agabus Propheta. *n.* 315. Enoch de Amathim. *n.* 344. S. Elpidius. *nu.* 346. S. Hilarion. *nu.* 387. S. Cyrillus Alexandr. & Ioannes Patriarcha Ierosol. *nu.* 413. *& seq.* Iacobus Porphyronita. *n.* 423. S. Eutitius. *n.* 414. verisimiliter etiam S. Dorotheus, & S. Dositheus. *nu.* 427. Petrus Eremita. *n.* 481. S. Simon Stock. *n.* 743. 779. Gerardi duo. *n.* 866. B. Albertus Patriarcha. *n.* 867. S. Angelus & eius frater Ioannes. *nn.* 868. SS. Bertholdus, Brocardus, Cyrillus. *n.* 937. 938. 939. Carmelum quamdiu inhabitauerint posteri S. ELIÆ. *n.* 505. Monasterium ibi à Saracenis igni traditur. *nu.* 505.

Carmelitanus Elianus Ordo quam olim Regulam habuerit. *nu.* 8. Eiusdem Regula triplex, in substantia eadem. *num.* 10. *& seq.* (vide plura verbo *Regula* &c.) Graues patitur persecutiones à Persis & Turcis. *nu.* 13. 19. 442. 446. 494. & 501. pallia alba mutare cogitur in barrata, seu varij coloris *n.* 14. 450. 1102. *& seq.* (vide verbo *Barrata*) Quot centenis annis afflictus à Paganis. *nu.* 19. Post recuperatam Terram Sanctam ann. Chr. 1099. reflorescit. *nu.* 19. & 486. restauratur per Aymericum Patriarch. Antioch. *n.* 20. (vide verbo *Aymericus*) Rationes ob quas *Ordo B.* MARIÆ *de Monte Carmelo* nuncupatur *n.* 66. 67. 73. 94. *& seq.* Transfertur in Europam, & ibi multiplicatur *n.* 446. Affligitur in Europa. *n.* 500. Patriarcha & Fundator eius est S.P. ELIAS. *num.* 75. 154. 182. (vide ELIAS) Institutus fuit annis circiter 930. ante Christum. *n.* 75. 240. 305. ab eodem ELIA hæreditariam successionem trahens semper perstitit. *n.* 263. *& seq. per totam par.* 3. Ord. huius Monasteria ab antiquissimis temporibus fundata in Anglia, Scotia aliisque Europæ partibus successu temporis S. Benedicti Institutum amplexati fuêre, & cur. *n.* 479. 1155. & 1157. Ordo hic olim erat Eremiticus & Cœnobitieus, habens mansiones in Eremis, & etiam Vrbibus. *nu.* 19. 120. 486. *& seq.* & præcipuè. *n.* 1171. *& seq.* Carmelitat. Ordo in tribulatione dilatatus fuit. *n.* 1291. Illi multipliciter patrocinata fuit B. Virgo MARIA. *n.* 1292. *& seq.* Ex graui perplexitate,

ritate, & nota vsurpationis alienę liberatur. *n.*1294. Aduersarij illius subitâ morte plectuntur. *nu.*112. 118. Item. *nu.*528. & 736. Eius alumni addictissimi cultui B. V. MARIÆ. *n.*1297. & *seq. vsque ad num.* 1325. Precibus S. ELIÆ conseruatus fuit inter maximas rerum temporumque varietates. *num.* 1326. & *seq* Vid. v. *Elias, Prophetic. Carmelit. Ordo & Esseni*, ac *filij Prophetarum.*

Carmelitæ, siue Carmeli montis Eremitæ, seu Monachi sub lege veteri valdè multiplicati. *nu.*290. Memorabile quod apud eos contigit annis 77. ante Christi ortum. *n.*383. Oratorium seu Capellam in Carmelo dedicant B. V. MARIÆ *nu.*28. & 330. *ac seq.* Apostolorum fuerunt cooperatores in promulgatione Euangelij. *num.* 90. 340. & *seq.* Regulâ donantur per Ioannem Antist. Ierosolymit. *n.*9. 100. & 412. Afflinguntur grauiter per annos 460. *nu.*13. 19. 450. & *sequent.* Reflorescunt, & valde multiplicantur. *num.* 486. Propagantur. *n.* 496. & *seq.* Carmelum penitus amittunt trucidati à Barbaris. *n.*503. Regulam & habitum habent conformē B. V. MARIÆ. *n.*37. & *seq.* 56. & *seq.* Obligati peculiariter ad eius venerationem, & imitationem. *n.*56. Pro defensione Cōceptionis immaculatæ V. Deiparæ plures ex eis libros scripsere *nu* 1308. Vide titulos *Filij Proph. Esseni, Carmelitan. Ordo, & Elianus Proph. Ordo.*

Carmelitæ Discalceati Regulam seruant, *Primitiuam* dictam, prout in aliquot punctis fuit declarata per Innoc. IV. *num.* 33. Eorum Patriarcha est S. ELIAS & Mater (post Deiparam) S. Teresia. *nu.*1052. Eorum Congregatio initium habuit anno 1568. Dominicâ primâ Aduentus. *n.*1056. (non 3. vt ibi erronee) De eiusdem subitaneo progressu agitur ibidem & *n.* 1058. De illius ab antiquo Ordine separatione. *nu.*1059. Et Qualiter in Duas Congregationes subdiuisa fuerit. *num.*1060. Prouinciæ, & Conuentus vtriusque Cōgregationis. *num.* 1061. (Post impressum istum catalog. intelligimus, in Polonia, & alibi etiam plures extare) Duplicem finem seu scopum ambæ habent. *num.*1062. Viri pietate & eruditione illustres. *n.*1063. & *sequentibus.* Deiparâ & S Iosepho defendentibus, contra homines obsistentes, Congregatio Discalceatorum magnos fecit progressus. *nu.*1295. Plures ex ea peculiariter addicti cultui B. Virginis MARIÆ. *nu.*1322. & *seq.* Discalceatæ, procurante S M. Teresia, primum de nouo conditum Monasterium habuerunt Abulæ anno Dom. 1562 *nu.* 1055. Sanctitatis opinione celebres plures ex eis variis in locis. *num.* 1069. & *seq.* Multæ ex illis resplenduerunt singulari deuotione erga gloriosam Dei Matrem. *num.* 1325.

S. *Caroli Borromæi* Confraternitas quâ occasione Bruxellis & in aliis primariis Belgij ciuitatibus instituta fuerit *n.*603. & *vide verb. Pestis.* Fuit iste Sanctus Protector Ordinis Carmelit. *nu.* 604. Eo titulo præfedit in Capitulo Generali. *ibid.* & *numer.* 969.

Caroli Magni pietate Terræ Sanctæ incolæ, nominatim Carmelitæ, antea valdè afflicti, subleuantur. *nu.*462. & *seq.*

Carthagena insignis homiliographus bene meritus de Ordine Carmelit. *num* 213. 798. 837. 1210.

Castella Prouincia Ord. diuisa in duas, deindè iterum vna. *nu.*1012. Est in ea antiquiss. Conuentus Europæ Toletanus. vide. *Toletan. Cœnob.* Ea est seminarium Virginum sanctissimarum. *n* 1013. & *seq.*

Casus lepidus inter latrones & Religiosum. *n.*1068.

Catalonia Prouincia insignes habet Conuentus

Digitized by Google

rerum, & quot. n. 1021. Exemplum notabile quod in Conuentu Ilerdensi contigit. num. 577. Pluales protulit viros illustres, num. 886. 910. 913. 949. 953. 954.

Catholici Regis titulus cur Regi Hispaniæ tribuatur. nn. 453

Celle & solitudinis encomia. nu. 1122. & 1175.

S. Chariton author Eremitoriorum Palæstinæ, quæ *Laura* dicebantur. num. 385. Is Eremita, seu Monachus fuit in Palæstina ante S. Hilarionem, & cuius Instituti. ibid.

Cœlesyria seu Comagena Prouincia in in terra Sancta solenia Ordinis Carmelit, habuit Monasteria. num. 120. & seq. Quando ea omnia amissa fuerint. n. 503

Christophorus Martignonus XXV. P. Generalis Sixto IV. charus Apostolica priuilegia multa ab eo obtinet pro Ordine. n. 963. Ab eo destinatur ad Imperatorem. ibid.

Christus Monastici Instituti causa fuit exemplaris, finalis, & meritoria. *In Protest.* & num 180. & 1245. ac 1282. Eum in multis præfiguràrunt. SS. ELIAS Eliæus n 62. & seq. 224. & 1273. Christus non vouit, sed habuit aliquid voto æquiualens. n. 1234.

Chronologia Carmelitana obscuritas in quibusdam vnde causata. num 22. & 945. Chronologorum discrepantia vnde quandoque. nu. 22. & 835.

Colonienſe Cœnobium quando inchoatũ. n. 477. & 745. Viri illustres ibi. nu. 887. 903. 915. Præteritis temporibus quot ibi degerent Religiosi. nu. 1009. In eius Ecclesia Imago miraculis clara. num. 584. & Reliquiæ S. Simonis Stock. num. 785.

Comparatio, insignis *Christum*, Virginemque MARIAM inter, & S. ELIAM. nu. 224. 225.

Conceptionem Deiparæ immunem à peccato præsciuit, & posteris suis tradidit S. P. ELIAS. nu. 230. 238. 239. & 700. & 1248. & seq. Conceptio immaculata Deiparæ, testimonio & compasatione insigni illustratur. nu. 239. Conceptionis festum in Ordine Carmelitano antiquissimum, & olim solemnissimum. nu. 433. & primarium totius Ordinis. n. 434. Ad illud conueniebant Cardinales. numer. 435. & seq.

Concionatoribus notandus casus. num. 461.

Concionum de Scapulari B. V. M. ampla materia suggeritur. num. 852. & seq. Seruire etiam poterunt quæ habentur. num. 803. Item. nu 804. & seq. per tot. cap. Item num. 820. & seq. Item. num. 838. & seq. Item. num. 842. & seq. Item. num. 1079. & seq. ad fin. capitis. Vid. plura verbo *Scapulare* &c. *Bulla Sabbat.* & *S. Simon Stock.*

Conditiones necessariæ pro Priuilegio Bullæ Sabbatinæ, Confratribus S. Scapularis. num. 842. & seq. Monitum notab. circa hoc. num. 846. & seq. & 1080.

D. Consolatricis Monasterium Monialiũ Carmelitiſſ. (olim propè, nunc intrà Viluordiam) ab hæreticis flammis traditur. nu. 575. Mira, quæ tum ibi contigerunt & varij casus istius Cœnobij. ibid. Vide verb. *Viluord. Monaſt.*

Constitutiones antiquæ Carmelit. Ordinis (successu temporis auctę) compilatæ primùm fuêre per S. Brocardum. nu. 186. 714. & 770.

Conuentus seu Monastica habitacula huius Ordinis olim erant pleraque in Eremis quædam tamen intra Vrbes. num. 19. & nu. 1172. & seq. Etiam in Europa multa fuêre in locis suburbanis. ibid. Decem sita extra ciuitates intra eas transferuntur, & cur. num. 520. & 765.

Cornelius à Lapide quid de ELIA, & origine Ordinis Carmelitarum. num. 211. 361.

Cornelius Tacitus de Oraculo Dei Carmeli quid & qualiter scribat. num. 356. 362.

Crucifixus maximæ deuotionis Neapo-

II. *num.*549. Eius prodigium. *ibid.* Crucifixi deosculatio inuitato Toleti n. 578.

Cesbron (seu Cesdron) Rex Persarum Terram Sanctam deuastat. *num.*13. 502. & 441. eius crudelitas, & superbia Dei cultum sibi arrogat. *numer.* 17.

Cyprus vetusta Carmelitani Ordinis sedes. *num.* 432. & 491. à Turca fraudulenter intercepitur. *num.* 643. Conuentus eius erant sub Prouincia Terræ Sanctæ. *num.*1003. Decorata fuit gestis & obitu B. Petri Thomæ. *num.* 878.

S. Cyrillus Alexandrin. quondam Carmeli incola fuit. *num.* 413. Concilio Ephesino præfuit loco Cœlestini Papæ. *numer.* 424. & *seq.* Deiparæ Virginis honorem insigniter propugnauit, & promouit. *num.* 415. Festum eius in Ordine Carm. solemnizatur. *num.* 417.

S. Cyrillus Constantinop. doctrinâ, & sanctitate præclarus. *num.* 1. & 2. *pag.*1. & 2. eius liber. *de processu, & variis Regulis Ordinis Carmelitani. num.*7. & 8. *ac seq. pag.*3. & *seq.* Ipsius quædam verba à nonnullis malè intellecta explicantur. *num.*24. & 25. Iconij Sultanum ad fidem perducit, & baptizat. *num.*716. Armeniam ad Orthodox. fidem reducit. *ibid.* Tabulas argenteas accipit ab Angelo. *nu.* 720. Vitæ eius epitome. *n.*959.

D.

Dacia & Norwegia Prouincia quando erecta. *num.* 1090. Latissimè se extendebat, & vbi. *ibid.* Aliquot eius Conuentus nominantur. *ibid.*

Daniel Propheta Virgo, & expositeris S. Eliæ. *num.*302. & *seq.* *Daniel Pleuis vid. Leo.*

S. Dionysij Areop. testimonium de perfectione Monachorum sui temporis. *n.* 464.

S. Dionysius ex Carmelitico Eliseo Instituto Pontifex. *num.*570. Errores circa Christi diuinitatem & Matris Dei mattinitatem profligat. *num.* 1304.

S. Dominicus Patriarcha sacri Ordinis Prædicatorum. *num.* 1146. Rosæ reuelatæ cum S. Angelo Martyre, & S. Francisco. *num* 868. Repræsentatur in Insignibus Prædic. *nu.*1082.

Dominici à S. Albano virtutes præcipuæ. *num.* 927.

V. P. Dominicus à Visu Maria Pragens. celeberrimæ victoriæ multum cooperatur. *num.*588. Alia de eodem. *num.* 1065. Quàm deuotus B.V. Mariæ. *num.* 1523.

Dominicus Gruninx, de Ord. Carm. *num.* 210. 911.

SS. Dorotheus, & Dositheus in Palæstina intra, aut iuxta Carmelum morati sunt. Magni Eliæ imitatores. *num.* 427. & *seq.* S. Dosithei exercitia, quibus ad culmen perfectionis conscendit. *ibid.*

Drepanense Cœnobium speciosissimâ Imagine Deiparæ innumeris clarâ miraculis celebratur. *nu.* 513.

Druides in Gallia, ante Christi natiuitatem, quales fuerint. *n.*261. Virginis parituræ notitiam habuerunt. *num.* 702. & 1248.

E.

Eberardus Billiom ob præstantem doctrinam à multis celebratus. *num.* 915.

Ecclesiasticis dignitatibus decorati, ex Ordin. Carmelit. assumpti, illustriores aliquot, (de quibus in hoc opere.) *Pontifices Summi* S. Telesphorus, S. Dionysius. *num.*568. Et Benedict. XII. (de quo hic infrà) *Card. Patriarcha, Archiep. Epiſc.* S. Elpidius, Toletan. *num.*346. S. Serapion, S. Spiridion. *num.* 372. Ioannes Hierosolymit. XLIV. post S. Iacobum. *nu.*346. & 1197. *ac seq.* S. Cyrillus Alexandr. *num.*413. Aliquot alij. *num.*419. & 473. Alij sanctitate eximia clari. *nu.*

Digitized by Google

773. Gerardi duo. *num.* 866. B. Ioannes frater S. Angeli Patriarcha Ieroſol. *numer.* 868. Enoch eiuſdem ſucceſſor, & alij. *num.* 869. Gilbertus Norwicenſis. Epiſcopus Hamarenſis, Gulielmus Paghamus Epiſcopus Midenſis, Henricus Colon. Epiſcop. Radeſton. *num.* 874. *& ſeq.* S. Andreas Corſin. Epiſc. Feſulanus & B. Petrus Thom. Patriarcha Conſtantinopol. vterque variis Legationibus Papal. functi. *num.* 876. Bernardus de Ambaſia Cardinalis, Petrus de Caſa Patriarcha Ieroſolym. Petrus Beretus Epiſcop. Vaſionenſis Clem. VI. à Confeſſionibus, Bernardus de Roma Epiſc. Sutrinſis, & Cardinalis Philippus de Ferraria Archiep. Panormitanus, Marcus Cãareno Archiep. Corfiphienſis atque alij. *num.* 883. 884. 885. *& ſeq.* Richardus Northals Archiepiſc. Dublinenſis, Radulphus kelleus Archiepiſc Caſalenſis, Simõ kraimond Patriarcha Antiochenus Thomas Cranleus Archiep. Dubliu. & alij. *n.* 890. & 891. Dauid Chirburius, & Thomas Scropus ſucceſſiuè Epiſcopi Dromorenſes, præſtanti pietate illuſtres. *numer.* 900. Bartholomæus Peyronis, Epiſcop. Eluenſis, Conradus Arusbergh Epiſc. Venecomponenſis; Ioannes Leiceſtre Archiepiſcopus Smyrnenſis, & alij plures. *num.* 903. & 309. Gofwinus Hex Epiſc. Ieropolytanus, Ioannes Arundineus Epiſc. Vsbitenſis, & alij ſex ex Conuentu Mechlin. *num.* 905. Godefridus Greueray Epiſc. Dagnicſis Adrianus Arnoldi Epiſcop. Roſſenſis, *num.* 906. Laurentius Laureus Theologus Gregorij XIV. & Epiſc. Arriæ, Ferdinandus del Barco Carolo V. Imp. à concionibus, Epiſcopus Salaminæ, Laurentius Burellus diuorum Regum Galliæ Confeſſarius Epiſc. Ciſtaricenſis, & alij. *num.* 912. *& ſeq.* Ioan. Villicus Epiſc Biblienſis. *num.* 920. Thomas Pharius Epiſc. Targenſis, Franciſcus Romæus Epiſc. Dezebenſis. *num.* 924. Robertus Berkeleius Epiſc. Damaſc. Caſpar Munſterus Epiſc. Aureopolit. *n.* 920. *& ſeq.* Iacobus VVemmers Epiſcop. Cairi & Legatus Apoſt. per Æthiopiam, & Franciſcus Suarius in eadem dignitate ſucceſſor. *num.* 931. Daniel Epiſc. Artanenſis Ioannes de S. Martino Epiſcop. Ioppenſis, & alij. *num.* 1047. Ioannes Facy Epiſc. Regienſis. *num.* 960. *Abbates* &c. ex hoc Ord.. aſſumpti: Iacobus Fornerius Carmelita, dein Abbas Fontis frigi Ordinis Ciſterc. poſtea Cardinalis ac denique Pontif. Max. dictus Benedictus XII. *num.* 882. Iacobus Venetus Abbas Oſtrauicenſis & Vincentius Concius Abbas S. Pancratij Ordinis Vallis Vmbroſæ, ac Gratianus de Villa nona Commendator Generalis Ordinis S. Spiritus. *ibid.* Martinus Cuperus Abbas S. Criſpini, & Ioannes Briſelorus Abbas Altimontenſis (de quibus ſub ſuis nominibus) Mathæus Flechia Abbas Portelenſis. *n.* 912. Melchior Solerius Abb. Caningranenſis. *n.* 924.

Eduardus Rex Angliæ, inuocans B. V. MARIAM de Monte Carmelo, è periculo liberatur. *num.* 521. Ideo Monaſterium fundat. *ibid.* Ordini Carmelit. valde addict. Scapulare geſtauit. *n.* 522.

S. ELIAS PROPHETA exemplar vitæ Monaſticæ. *num.* 10. ad honorem B. MARIÆ in Carmelo Ordinem inchoauit. *num.* 60. 232. *& ſeq.* Mirabilis apparitio ante eius ortum. *num.* 75. 169. 221. In Transfiguratione orat pro perpetua ſui Ordinis duratione. *num.* 145. 189. & 1327. Eiin Carmelo oranti apparet Nubecula præfiguratus Deiparam. *num.* 77. & 230. Virgo fuit. *num.* 78. 246. 247. 1111. Ex voto caſtitatem ſeruauit. *num.* 1112. *& ſeq.* Oratorium in Carmelo conſtruxit *Semnion* dictum. *nu.* 79. Paupertatem etiam & obedientiam ſeruauit, & aliis obſeruandam tradidit. *num.* 80. 245. *& ſeq.* 1118. Eum Carmelitæ debent imitari. *num.* 86.

87.860. & 1336. Quo anno ante Christum Instituti Monastici, & Prophetici Ordinis fundamenta iecerit. *num.* 75 154 240, & *seq.* 243. Monachorum Princeps. *num.* 163. & *seq.* Carmelitani Ordinis Patriarcha & Fundator. *numer.* 182. & *seq.* Id probatur authoritate Summ. Pontificum, & plurimorum grauissimorum Scriptor. *ibid.* & *in sequentibus.* Istis accedit testimonium Virginis Dei Matris asserentis Carmelitarum Ordinem ab ELIA, & Eliseo in monte Carmelo inchoatum. *numer.* 188. 189. & 814. *pag.* 453 *in medio.* Idem ostenditur argumentis conglobatis. *numer.* 1109. De eius prima apparitione & eminenti sanctitate. *num.* 219. & *seq.* Christi similitudinem in multis gessit. *num.* 63. & 224. Virgini Deiparæ assimilatur. *num* 225. Dei iussu solitariam & monasticam vitam instituit. *num* 229. Carmelus mons præcipua eius habitatio. *num.* 241. Quinam eius primi discipuli. *num.* 244. Quando, & quomodo curru igneo raptus in Paradisum. *nu.* 250. Eius epitaphium, seu elogium. 251. Aliud elog. *num.* 208. Degit nunc in Paradiso terrestri. *numer.* 252. Quibus virtutibus promeruerit tàtas prærogatiuas. *num.* 254. Festum eius solemnissimè colitur in Ordine Carmelit. *numer* 183. 205. 255. Ab antiquiss. temp. illi dicata Altaria, & Templa. *num* 256. 357 361. 1329. Post raptum ei in Carmelo Oratorium dicatum. *num.* 154 359. Electus à paucis annis in Protectorem Ciuitatis Capuanæ. *num.* 256. 619. Quamplures eius meritis ibi à peste sanati. *ibid.* & 618. Solemnitates in ista electione factæ Capuæ. *num.* 257. 258. & 619. Discipuli eius *Filij Prophetarum* dicti. *num.* 259. Hæreditaria, & continua discipulorum eius successio texitur *n.* 263. & *seq.* S. Proph. ELIAM olim Eremitæ & Monachi, ac Ordinum Religiosorum Institutores, vt prototypon aspexêre. *nu.* 393. & *seq.* S. ELIAS totius Monasticæ ceu fons, & exemplar fuit. *nu.* 400. Quinam antiquorum Monachorum, & qua ratione eius Instituto accensendi. *num.* 401. & *seq.* Elianus Spiritus viget inter Carmelitas Discalceatos. *num.* 1062. Ipsum, & mysterium nubeculæ ab eo visæ innuunt insignia Ordinis Carmelit. *numer.* 1085. Corona in insigniis Ordinis innuit quoq; ipsum esse Authorem, seu Inuentorem Monasticæ vitæ. *ibid.* Ordo ab eo institutus substantialiter idem hactenus persistit. *num.* 1161. & *seq.* Eius res gestas amplissimè descripsit Ioannes Ierosolymit. *nu.* 1187. Ipsum eiusque posteros fuisse Monachos in veteri Lege, & seruasse etiam ex aliquali voto Castitatem, Paupertatem, & Obedientiam diffusè declaratur. *num.* 1203. & *sequentibus.* per aliquot capita. Hoc idem stabilitur in fundamentis doctrinæ S. Thom. *num.* 1226. & *seq.* Qualia fuerint eius vota. *num.* 1234. Obiectis in contrarium satisfit. *num.* 1111. & *seq. per tot. cap.* & 1245. *per aliquot capita.* Quôd, & qualiter ipse & posteri eius notitiam Virginitatis in Deipara habuerunt. *num.* 1248. & *seq.* Quid S. Teresia circa hoc senserit. *num.* 1267. Quanta eius sint merita. *num.* 1269. & *seq.* per plura Elogia magnifica de eo, ex scriptura, & Patribus. *num.* 1270. & *seq.* An sit adhuc in statu merendi. *num.* 1274. S. P. ELIÆ variæ apparitiones. *num.* 1268. & 1332. Ad eius inuocationem pluuia obtinetur. *num.* 1333. Quòd, etsi nondum mortuus, inuocari possit. *num.* 1334. Quòd, & qualiter cognoscat ea quæ geruntur in mundo, *nu.* 1335.

ELIANVS *Propheticus* Carmeliticus Ordo post S. ELIÆ raptum per S. Eliseum valde multiplicatur. *num.* 290. & *seq.* præseruatur à captiuitatibus Iudæorum. *n.* 298. & *seq.* De eius successione & euentibus vsque ad tempora Saluatoris. *num.* 305. & *sequent.* In Carmelo atque aliis Palæstinæ & Ægypti locis magnopere floruit in primordiis Ecclesiæ. *num.* 17. & *seq.*

per

per aliquot capita. Id ostenditur ex sacris litteris, & historicis. *ibid. & nu.* 318. 319. *& seq.* 330. *& seq.* 340. *& seq.* ex Philone. *num.* 320. *& 349. & seq.* Iudæorum, & Ethnicorum scriptis celebratur. *num.* 349. 355. De eodem Instituto in seculo secundo. *num.* 466. ex eo martyrij gloria donantur plurimi seculo 3. *num.* 373. *& seq.* persecutionibus diminutum instauratur. *num.* 384. seculo 4. & 5. valde multiplicatur, & in varias Cõgregationes, seu Ordines diuiditur. *num.* 388. *& seq.* Monachorum antiquorum qui, & quâ ratione Eliano Instituto accenseantur. *num.* 401. *& seq.* de eiusdem Instituti continuatione, & variis euentibus ab anno Dom. 400. ad vsque in præsens. *num.* 410. *& seq. per totam par.* 3. Vide titul. CARMELITAN.

ELIAN. ORD. & *Esseni.*

S. Elpidius Eliani Carmelitici Instituti cultor à S. Iacobo missus in Hispaniã primus fuit Toletan. Episcop. *numer.* 346. Toleti duplex Monasteriũ fundat. *n.* 348.

Emerentiana memorabilis historia. *num.* 313. Mater fuit S. Annę & Auia S. Elizabethæ. *ibid. & num.* 314.

Enoch & Amathim claruit in Carmelo temporibus Apostol. *nu.* 344. Alia de illo. *ibid.*

Epitaphium, (seu Elogium S. ELIÆ perelegans.) *num.* 251. S. Elisei. *numer.* 292. SS. Leandri, & Isidori. *numer.* 475. primi Prioris Boppard. *numer.* 476. Hunfridi. *num.* 761. S. Auertani *nu.* 880. Benedicti PP. XII. *num.* 882. Nunnij Aluari Pereira. *num.* 895. Ioannis Beetz *num* 906 Ioannis Villici. *num* 920. Ioannis à S. Samsone. *num.* 928. Martini de Hooghe & Liuinij à SS. Trinitate *num.* 931. Ioan. Bapt. S. Caffardi. *n.* 979. B. Ioannæ de Rhegio, *n.* 997.

Episcopi ex hoc Ord. assumpti. vid. tit. *Eccles. dignit. decorati.*

Eremitica Cœnobitica vita simul consistit. *num.* 1171. *&* 1172. Talem olim agebant Carmelitæ. *ibid.*

Esseni magnoperè celebrati à Scriptoribus Ethnicis, Iudæis, & Christianis. *num.* 269. *& seq.* Philo, & Iosephus eorum vitæ rationem, in obseruantia castitatis, paupertatis, obedientiæ, cæteraruṁque obseruantiarum monasticarum accuratè describunt. *num.* 270. *&* 271. Veste alba desuper vtebantur, solitaria loca incolebant in iugi præsentia Dei versabantur: Virgines sacræ inter eos, septo separatæ, abstinentia eorum mirabilis, & ideo diutissimè viuebant. *ibidem & toto cap. seq.* Eorum vitam admirati Ethnici. *num.* 272. Quid de illis S. Hieronymus, S. Chrysostomus, Eusebius Cæsar. Thomas Wald. & alij. *nu.* 273. Fuerunt posteri & sectatores SS. ELIÆ & Elisei. *num.* 276. *& seq.* Vitam sanctiss. ducebant vixitq; inter eos S. Ioan. Bapt. *num.* 277. *&* 284. 321. eos orthodoxos, & veri nominis Monachos fuisse probant Cardin. Baron. & Bellarm. *num* 279 *&* 281. Essæi, Esseni, Hessenij, Assidæi iidem erant. *num.* 282. Erant Iudæorum meliores Elia atque Elisæi discipuli, iidem cum filiis Prophetarum. *numer.* 283. 285. Multis annorum centuriis ante Christum, *num.* 283 *in fine* 286. 307. Item. 27. 355. De etymologia nominis Esseni. *num.* 274. 285. 287. Ab Apostolis in Euangelica fide instructi Christianorum fuêre fortissimi milites, Monachorumque Legis nouæ Antesignani. *num.* 283. 286. 287. 340. 342 350. *& seq. vsque ad finem capitis.* Quo tempore Filiis Prophetarũ inditum nomen *Esseni num.* 306. Loca quæ Esseni inhabitarunt. *num.* 271. 272. 276. 277 323. *& seq.* 327. Cur de Essenis Christianis scribant Philo & Iosephus. *num.* 350. *& seq.* vsque ad finem capitis S. Helenus inter Essenos. *numer.* 373. S. Hilarion eorum restaurator. *num.* 387. ab illis distincti *Esseni.* *nu.* 365.

SS. Eucharistiæ veritas clarissimis testimoniis S. Scripturæ demonstratur. *n.* 535. & 536. Vide HOSTIA SACRA.

S. Eugenia inter Monachos effecta, seu Eliades delitescit. n. 373. & 374. lit eis præficitur. ibid.
S. Euphrasia, & S. Euphrosyna. num. 992.
Eusebius Prior monaſt. Neroi. numer. 7.
Comes fuit B. Cyrilli in conuersione Armeniæ. ibid. & num. 716 & 723.
Ei scribus ipse B. Cyrillus librum, seu tractatulum de processu, & Regula Ordinis. nu. 7.
S. Euthymius, & Sabas incoluêre Lauram Elianam Institutionem tenêtes. n. 425.

F.

Ferdinando Regi Catholico quid prædixerit quidam Carmelita. numer. 551.
Ferdinandus II. Imper. pietas. num. 600.
Fundatores Quatuor Salomæ propugnator insignis puriſſimæ Conceptionis Deiparæ, & assertor antiquitatis Carmelitanæ. nu. 239. 700. & 1186.
Festa, præcipua B. V. MARIÆ in Ordine Carmelit. Indulgentiis decorata ante annos octingentos. num. 1307. Ea ab antiquo solemnissimè sunt celebrata in Ord. Carmelit. n. 430 433. & seq. & 438. Similiter festa S. Annæ, S. Iosephi, S. Ioachim. nu. 439.
Fidere, & admiti plurimi Deiparæ crumena est plena benedictione etiam in temporalibus. n 673. & seq. Id variis exemplis verificatur. ibid.
Filij Prophetarum fuêre veteris Testamenti Monachi num. 165. 166 167. & seq. num. 259. & seq. seruarunt paupertatem, castitatem, & obedientiã. num. 245. & seq. & num. 1111. & seq. per totum caput. & 1203. & seq. vsque ad finẽ Appendicis. Multiplicati valde fuerũt. num. 290. 345. & 1209. Aliqui eorum, coniugij legibus astricti, non erant veri nominis Religiosi. numer. 295. & 312. Dicti etiam fuerunt Reobabita. num. 295. & Esseni num. 306. ac Assidei. num. 308. à captiuitatibus Iudæorum fuerunt præseruati. numer. 298. & seq. Quidam tamen eorum traducti in Babyloniam. num. 301 verisimiliter etiam aliqui in Hispaniã num. 304. Habebant Collegium & quasi Seminarium Ierosolymis. num. 318. Loca quæ incolucrunt, numer. 322 & seq. Vide titul. Esseni, Carmelita, Carmelitani Ordo, Eliani Ordo omnia enim illa idem significant.
Florentinum Cœnobium valde antiq. quãdo fundat. num. 469. eius alumni celebres S. Andreas Corsinus. numer. 870. & alij num. 885.
Fons S. Eliæ in Carmelo prodigium. n. 742. 778. & 1393.
Fons horiorum propè Libanum: de eo, & Monasterio vicino vide Tripoli
Forteia Prouincia Ord. nu. 1008. primarius Conuentus Paris. quàm numerosus olim in Religiosis. ibid. à S. Ludouico Rege fundatus. num. 757. Viri illustres in ea. num. 884. 902. 914. 929. & 961.
Francisca Amboisij Ducissa Britanniæ Virginitatem seruat in matrimonio. num. 996. Monasterium Monialium Carmelit. condit, & illud ingreditur. ibid. Epitaphium eius. ibid.
S. Franciscus in quo peculiariter Christo conformis fuerit. num. 1148. Ad eius preces qualiter Christus Portiũculæ Indulgentiam concesserit. num. 834. Stigmata sacra ei prædixit S. Angelus: (cui ipse gratulatur de honore Mareyrij. num. 868.) Sunt ea quasi Insignia Ordinis Minorum nu. 1082. Vid. Ordo Minorum.
Fr. Ciscus à Puero Iesu simplicitate & sanctis gestis admirandus. num. 1036 Eius cum Ioanne à miseria pia contẽtio. n. 1324.
B. Franciscus Senensis pro lapidantibus se orans spiritum Deo reddidit miraculis clarus. n. 760. & 879.
Franciscus Suarez de S. ELIA & Ordine Carmelit. n. 175 183. 1213.
B. Franco nascitur. num. 727. Diuersus est à Francisco Senensi. numer. 760. Admiranda eius virtutes. numer. 872.
S. Frontonius Pater 70. Monachorum tempore

tempore Antonini Imperatoris maximo miraculo annonam accipit. *nu.* 359.

Fundatrix & Auctrix Professionis Monasticæ omniumque Ordinum Religiosorum certâ ratione est B. V. MARIA. *nu.* 1234.1239.1290. *& seq.* Quo sensu ea produxisse dicatur Ordinem Carmelit. *n.*230. *& seq. &* 688.

G.

Gandavi nascitur Carolus V. Imp. *num.*359. Ibi tumultuantes hæretici quid fecerint. *n.* 638.

Gandavensis Conuent. alumnus Arnoldus Bostius. *num* 4. *& seq.* Petrus Brunus. *num.* 906. Ioannes Villicus, & alij. *num.* 920. Spoliatur ab hæreticis. *num.* 638. Ibi introducitur strictior obseruantia. *nu.* 652. *& seq.*

Gelrienſis Conuentus viri clari: Sibertus de Beka non minus conuersatione quã scientiâ spectabilis *num.* 889. & Godefridus Creuerey Episcopus. *nu.* 906. quid ille Antuerpiæ fecerit. *ibid.*

Gentiles olim quid de Messia, & eius Matre præsciuerint, & prædixerint *num.* & 700.1249.

Gerardi-Montenſe Monaſter. deiicitur. *n.* 638. Eius alumnus Laurentius Cuperus. *num.* 917.

Gerardi tres celebres huius Ord. *num.* 866. S. Gerardus Sagredus puer Benedictino, dein Carmelitico habitu indutus, B. V. MARIÆ cultum magnoperè promouit. *n.* 866 & 1303.

Gerardus de Bononia XI Prior Generalis quando electus, & quamdiu rexerit. *num.*948. Eruditiss. fuit, & plurima scripsit, *n.* 948.

Giberti Genebrardi vatia de Ordine Carmelit. *number.*197.272.278.368. 981.1104 & 1206.

S. Gregorius Nazianzenus per annos tredecim vixit in Monasterio Eliani Carmelitici Instituti. *num.*165. & 395. & 419.

Gregorius VII. PP. Principes Christianos ad expeditionem in Terram S. incitat. *num.* 467. Indulgentias Ordini Carmelit. concedit. *ibid.*

Gregorius XIV. gestans Scapulare Carmelit. abstinentiam seruat feriis 4. etiam Pontifex. *nu.*1293.

Gregorij XIII. insignis Bulla concessa Ordini Carmelit, *nu.*200. in ea confirmat Indulgentias antiquas ante annos 800. Ordini concessas confirmat. *numer.* 201. *& seq.*

Gregorius Catalinus XXXVI. Prior Generalis variis titulis spectabilis. *num.* 974. Quædam eius gesta. *ibid.*

Guido Perpinianus XII. Prior Generalis quando electus. *n.* 949. assumitur ad Episcopatum. *ibid* doctrina eximia, & sanctitatis opinione celebris est. *ibid.* Quæ scripserit. *ibid.*

Guilielmus de Sanuco, seu Sanuico, Carmeli incola, Theologus eleuati ingenij, & venerandæ conuersationis, quæ scripserit. *num* 875. & 503. Dum per Saracenos interciperetur Acõ, per mare effugit. *ibid.*

H.

Habitus antiquus & genuinus Ordinis Carmelit. quis. *nu.* 665. *& seq.* Vide tit. *Vestes.*

Hæreticorum odium, & rabies in Religiosos. *num.*628. Quantam stragem fecerint in Anglia, Germania, Francia, & Belgio *ibid. ante, & post.* Perfidia, & mendacia eorum appellantiũ Monasticũ Institutum *nouellum inuentiũ*, *num.* 1128. & 1222. Vide *Antiquitas Monastices.*

Harlemij in Holãdia duo fuêre Conuentus Ordinis Carmelit. vnus Religiosorum, alter Monialium. Nunc ab hæreticis occupantur. *num.*635. & 1036. in Conuentu Religiosorum fuit Imago celebris, prouenies à S. Elizabetha. *n.* 539.

Heilbrunenſis Conuentus. Vide *De vrticeto.*

Helena Constantini Mater in Carmelo ad honorem S. ELIÆ templum ædificari

T

carcerauit. *num.*361.

S. Helenus Episcopus Essenus fuit. *num.* 374.

Henricus Sylueius XXXIV. P. Generalis Præsul vigilantiss. Sub quo, & illius opera, variis in locis strictioris obseruantiæ germina pullularunt. *num.*582. 647. & 650. De præstanti eius doctrina, & nonnullis eius gestis, *numer.*972.

Hibernia Prouincia Ord. destructa per hæreticos. *num.*627. & 1015. Viri præstantes ex ea. *ibid.* ab antiquiss. temp. ibi fuêre Monachi Eliani. *num.* 479. & 1155. Ex iis fuit S. Patritius *num.*1330.

S. Hieronymus Monachorum Principem statuit S. ELIAM. *num.*166. & 1203. Monachus fuit, & cuius Instituti *ibid.* Testimonium eius de Essenis. *numer.* 174.

Hieronymus Ari XLII. Generalis electus in Capitulo G. Romæ an. 1660. *num.* 622. Conuentum Asteusem in strictiori obseruantia instituit *num.*656. Alia quædam de eodem. *num.*979. & 1027.

Hieronymus Gratianus à S. Teresia singulariter commendatus *num.*921. Captus à Turcis, igni adiudicatus, Dei dispositione liberatur. *ibid.* Mittitur à Clem. VIII. in Africam. *ibid.* quando obierit, & vbi sepultus. *ibid.*

S. Hilarion aliquando Carmeli colonus, & Essenorum instaurator. *num.*387. eius elogium, & vitæ synopsis. *ibid.*

S. Hildegardis prædictio de Ord. Carmelit. *num.*103. explicatur. *ibid.*

Hispali ab antiquissimis temporibus Asceterium extitit Eliani instituti *num.* 475.

Hispania excepit quosdam Israelitas & filios Prophetarum tempore captiu. Iudaicæ. *num.*301. & 304. Cur eo fugerint. *ibid.* Hispanorum Iudæorum litteræ antiquiss. *ibid.* Cum S. Iacobo in Hispaniam venêre S. Elpidius, & alij Carmeli montis Monachi. *num.*346. Hispan. Reg. titul. *nu.* 553.

in Historiis facilis error circa numeros *n.* 22. & *n.*835.

Historici omnes Carmelitani Originem suam referunt ad S. ELIAM. *num.*215. 1220. Qui eorum accuratius scripserint. *num.*1087.

Honorio III. Summo Pontifici B. V. MARIA mandauit approbationem Ordinis & Regulæ Carmelit. *num.*112. 118. 703. 736. *Tunc duo Ordinis aduersarij* subitanea morte sublati fuêre. *numer.* 112. 118. 736.

Honorius PP. IV concessit Carmelitis, vt deponentes barratas, seu varij coloris cappas (quas, coacti à Saracenis assumpserant olim) resumerent albas. *n.*18. 452. & 1103.

Hostia sacra mucrone confossa sanguine emittit *numer.*568. proiecta in aquam bulentem sursum eleuatur. *ibid.* in rei memoriam Ecclesia, & Monasterium construuntur. *ibid.* Ea Ordini Carmelit. traduntur. *num.*509. Varij generis miracula in sacris Hostiis. *n.* 529. & *sequentibus.*

Humar, seu Homar, Rex Arabiæ, Mahumeti discipulus, & successor, Terram Sanctam inuadit, & in Christianos sæuit. *n.*13. 102. & 446. *ac seq.*

I.

Iacobus Ossa Cardinalis deuotus B. V. MARIÆ eiusdem apparitionem, & consolationem promeretur. *num.*516. & *seq.* Vid. *Ioan. PP. XXII.*

B. Iacobus à Cranacorio Laicus sanctitatis opinione, & miraculis illust. *num.* 968.

Iacobus Porphyrionita Eremita iuxta Carmelum. *numer.*423. eius mirum facinus. *ibid.* Eo tempore plurima erant Monasteria ibi vicina, eaque verisimiliter Carmeli instituti. *ibidem.*

Iacobi Rampon doctrina & pietas. *num.* 929.

Iacobus Salianus Annalista veter. Test. insignis multa scribit de S. ELIA & Ordine

Ordine ab eo inchoato. *numer.* 211. 224. 051. 283. 292. 1187. 1215.

Iacobus Zeglerus notabile refert de S. Ioan. Bap. *num.* 284.

Ieroſolyma capitur à Coſdroe, & deinde ab Homar. *num.* 13. 102. 442. 446. Per inclytum Godefridum de Bulion recuperatur. *num* 19 106. 484. Rurſus ab Infidelibus occupatur. *nu.* 493.

Ieiunium & vitæ auſteritas quid S. ELIÆ promeruerint. *nu.* 254.

S. *Ildelphonſus* (pro quo varij Ordines ꝯtendunt) propugnans honorem B. V. MARIÆ, ab ea pretioſa veſte donatur. *num* 1306.

Imagines B.V. MARIÆ miraculis, aut ſingulari deuotione illuſtres in Ordine Carmelit. De Alfizen ſeu ſubterranea. *num.* 475. & 579. Quædam in terra latens cœlitus indicatur. *numer.* 510. Drepani deuotiſſima. *numer.* 513. ad eam etiam Saraceni accurrunt. *ibid.* Aliæ celebres in Sicilia. *numer.* 514. Imagines duæ percuſſæ ſtillant ſanguinem. *num.* 515. Miraculum multiplex circa quamdam Imag. *nu.* 523. Imago B. V. ad Mulam dicta miraculis celebratur. *num.* 514. Imago ſe ſalutantes reſalutat *num.* 528. De quatuor venerand. Imaginibus à S Elizabetha traditis Sophiæ. *numer.* 539. De aliis pluribus per miracula claris. *num.* 540. & *ſeq.* Sacellum Nannetenſe miraculis celebre *num* 545. de Imagine B.V. in Vrticeto. *numer* 550. Vide *Vrticetum.* Mirabilis inuentio Imaginis Rochetanæ ſeu Rupeculæ. *num.* 555. Imago de la Vidiguera. *numer.* 557. Imago Neapolitana innumeris penè miraculis celeberrima. *num.* 558. Aliqua referuntur. *num.* 572. 573. Imago Mantuæ. *nu.* 560. Tres aliæ. *num* 563. D Conſolatricis. *num.* 575. Sacellum Eccleſiæ Dolenſis venerabile. *num.* 578. Imago Coloniæ miro caſu celebratur. *num.* 384. Imago B.V. de Victoria. *numer.* 588. Duæ aliæ miraculoſæ, *num.* 589. Imago Bonæ Spei. *num.* 594. Marchiæ Domina Miſericordiæ. *num.* 595. Effigies Imaginis B V. Neapolitanę in Belgio. *num.* 609. & 620. Tranſpontina. *nu.* 1007. Toloſana. *num.* 1019 Imago Genuenſis. *num* 1032. Aliquot in Prouincia Apuliæ. *num* 1035. Imagines Crucifixi. vid tit. *Crucifixi.* Imago miraculoſa S. Ioan. Bap Anglię. *num.* 546. Imago S. Annæ vetuſta, in terra latens cœlitus demonſtratur. *num.* 598. Miraculis crebris, authenticis magnopere celebratur. *ibid.* De Imaginibus duabus Crucifixi, & Deiparę in terra repertis Manreſæ vide *Annal. Ord. ad ann. D.* 1300.

Indulgentiæ conceſſæ Ordini Carmelit. ante annos octing. idque à variis Pontif. *numer.* 194. 201. 464. & *ſeq.* 1300. Inde cuincitur anterior inſtitutio Ordinis eiuſdem. *ibid.* Ab Vrbano VII. & aliis datæ Chriſti fidelibus, nuncupantibus hunc Ord. B.V. MARIÆ *de Monte Carmelo numer.* 528. & 692. *ac ſeq.* Indulgentia Bullæ Sab. Vide ſub tit. *Bul Sab.*

Inſignia Ordinum Relig. repræſentant aliquid præcipuum fundatoris ſeu Patriarchæ cuiuſlibet. *n.* 1081. Aliquorũ explicantur. *ibid & ſeq.*

Inſtinctus Dei immobilitans ęquiualens voto, quid ſit. *numer.* 1234. Talem habuit S. ELIAS, & S. Ioannes Bapt. *ibid.*

S. *Ioachim* feſtum ab antiquo celebre fuit in Ordine Carmelit *numer.* 439. Orationes antiquæ in eius ſolemnitate dici ſolitæ. *num.* 440.

Ioanni XXII. ante Pontificatum apparet B.V. MARIA. *num.* 516. quid ei mandet. *ibid.* electus fuit ſabbato. *num.* 517. Ordini Carmel. maximè addictus fuit, & cur. *numer,* 518. Bullam Sabbatinam dedit. *num.* 519. & 814. Duæ aliæ eius Bullæ. *n,* 520 & 521.

Ioannes de Alerio XIII. Prior General. quando electus, & quamdiu rexerit. *num.* 950. inſigni doctrinâ, & Reli-

Digitized by Google

gionis feruore ſpectabilis. *ibid.* Quæ ſcripſerit. *ibid.*

Ioannes Antiſtes Ieroſolym. XLIV. ſcriptor Regulæ Carmelitanæ. *num.*9. 11.32. 100. & *ſeq.*158. Ab hiſtoricis *Vir mirabilis*, & *diuinus* nuncupatur, aliiſque elogiis decoratur. *num* 411. Ordinis Carmelit. non fuit Inſtitutor, ſed legiſlator, & hiſtoricus. *numer.* 1106. Liber ab eo ſcriptus: *De inſtitutione primorum Monach.* eſt præſtantiſſimum Ordinis Carmelitani monimentum. *nu.*1178 & *ſeq.* Quod eius author ille ſit. *num.*1185. Per plura ſecula fuit nuncupatus *Sanctus. numer.*1190. & vt talis inſertus kalendar. *n.*1192. Origenis ingenium, non fidem imitatus fuit. *num.*1193. Monachus fuit in Carmelo. *numer.*1397. & *ſequentibus.* Alia de libro eius. *num.* 1257. & *ſeq.* De eius ſincera fide teſtimonia Pontificum, & S. Auguſtini. *num.* 1261.1262.

Ioan. Antonius Philippinus XL. Prior Generalis Eccleſiam S. Martini in Montibus reſtaurauit, & mirè exornauit. *num.*614 & 977. Ordinem viſitando varias obiuit Prouincias. *ibid.*

Ioannes Bacho Theologorum ſui temporis Princeps. *numer.*3. Alia eius elogia referuntur. *ibidem.* Illius *expoſitio myſtica in Regulam Carmelitan. num* 36. & *ſeq. pag.*36. & *ſeq.* Eiuſdem Tractatus *de inſtitutione Ord. Carmelit. nu.*58. & *ſeq. pag.*42. De eius doctrina. *nu.* 892.

Ioannes Balyflauij XVI. P. Generalis in Scripturis eruditiſſ. quæ ſcripſerit, & quamdiu rexerit. *nu.* 953.

S. Ioannes Baptiſta vixit inter Eſſenos. *nu.* 277, 284. 321. fuit Monachus, & Eremita, atque eorum Princeps in Lege noua. *num.*320. & 1212. Vitæ ſimilitudine fuit ELIAS. *numer.* 1171. & *ſeq.*

Ioan. Bapt. Caffardus XXXII. Prior Generalis quando electus, & quæ geſſerit. *n.* 970.

V. P. *Ioannes Baptiſta de Lezana* præſtanti ingenio, variâ ſcientiâ ſcriptorũ multitudine, & inſigni virtute reſpléduit. *num.*933. Lucubrationes eius recenſentur. *ibid.*

Ioann Baptiſta Rubeus XXXI. P. Generalis variarum ſcientiarum notitiâ præſtans electus fuit in Capitulo Generali cui præſidebat S. Carolus Borromæus *num.* 969. Eius fauore progreſſus magnos fecit Congregatio Diſcalc. *ibid.* Regulam primam obſeruandam permiſit & dedit S. Tereſiæ. *nu.*1057.

S. Ioannes Chryſoſtomus Monachus Elianæ Inſtitutionis. *num.*419.

Ioannis à Cruce deſiderium & axioma. *numer* 1063. Deuotio ad B. V. MARIAM. *num.* 1322

Ioann. Conſobrinus vitę ſanctimonia & doctrina venerab. ab hæreticis intoxicatur. *num.*897.

S. Ioanni Damaſceno Eliani Inſtituti ſectatori B. M. Virginis meritis manus amputata reſtituitur. *numer.*426. & 1306.

Ioannes Dux Armoricorum inuocans B. V. de Monte Carmelo à morte liberatur mirabiliter. *num.*545.

Ioannes Emmanuel filius Regis Portugaliæ Carmelitano Ordini aggregatur. *num* 896. Prouincialis fuit, dein duobus in locis Epiſcop. *ibid.* Sancto fine quieuit. *ibid.*

Ioannes Facij XXIII. P. Generalis, cùm annis 19. Ordinem rexiſſet, fit Epiſcopus. *num.* 960.

Ioannes Groſſius XXI. Prior Generalis à doctrina, & prudentia ſingulariter commendatus. *num* 958. Quæ ſcripſerit, & quot annis præfuerit. *ibid.*

Ioannis à Ieſu Maria virtus, & corporis integritas poſt mortem. *num* 1066. Deuotio ad B. V. MARIAM. *numer.* 1323.

Ioan. Molanum Doctor. Louan. quanti fecerit Card. Baronius. *numer.*1190. Molani teſtimonium de S. Cyrillo. *num.*1. de S. ELIA Patriarcha Ordinis Carmelit. *num.*204. eius lugubres lit. ad Card. Granuellanum. *nu.*634.

Teſti-

Testimon. de sanctitate Ioan. Episc. XLIV. *num.* 411. B.Simonis Stock. *num.*791. B. Petri Thomæ *num.* 878. S.Brocardi. *n.* 938.

Ioannes Nider quid de suo & Ordinibus aliis *Reformatis* testetur. *n.* 673.

Ioannes Raudensis XIX. Prior Generalis, nobilitate generis, & prudentiâ in regimine spectabilis. *nu.*956.

Ioannes à Regibus visitatus à S. B.V.MARIA iubilando spiritum reddidit *nu.* 1324. Alij nonnulli quibus eadem gratia obtigit. *ibid.*

Ioannes à S, Samsone cœcus corpore, animo illuminatissimus, professione laicus, misticâ scientia Princeps Theogus. *num.*928. Elogia eius. *ibid.* Peculiariter fuit addictus cultui B.V. MARIÆ. *num.*1311. Apparet gloriosus. *num.*999.

B.Ioanna de Rhegio sanctitate celebris. *nu.* 997. corpore incorrupta. *ibid.* Festum eius celebratur. *ibid.*

Ioannes Soreth XXIV. Prior Generalis Ordinis sui decus & splendor, ac Restaurator insignis. *num.* 961. Cardinalitia dignitas sibi oblata ne conferatur exorat. *ibid.* Alia quædam eius gesta. *ibid.* cultum B. V. MARIÆ propagat *num.*554.

Ioan. Stephanus Chizzola XXXIII. Prior Generalis quando electus & obierit, ac quædam eius gesta. *nu.* 971.

Ioan. Trithem. Vide *Trithemius.*

B. Iordanus Generalis Prædicatorũ naũigans in terram Sanctam submergitur. *numer.*739. *& sequ.* Apparet glorioſus B.Simoni Stock (cui familiaris fuerat) & alteri Carmelitæ. *nu.* 740.

S. Iosephi arida virga floreſcit. *num.*315. S.Ioſephi feſtum à pluribus ſeculis celebre fuit in Ordine Carmelit. *numer.* 439. Orationes eo feſto olim dici ſolitæ. *num.* 440. Ad eius honorem primum Monialium Diſcalceatarum Monaſterium à S. Tereſia dicatum. *num.*1055. Ei deuotiſſima fuit S.Tereſia, *num.*997. Congregationem Diſcalceatorum protegit, & promouet ſua intercẽſione. *nu.* 1295.

Ioſephi Antiocheni teſtimonium de Carmelicolis tempore Apoſtolorum. *nu.* 184. *&* 319.

S. Iſidorus Hiſpalenſis Monachorum Principem ſtatuit S ELIAM. *numer.*167. Fuitque Eliani Inſtituti ſectator. *num.* 475.

Iudocus Clichtouæus, de inſtitutione & Authore Ordinis Carmelit. *numer.* 199.

S. Iulianus Pater decem millium Monachorum, *S. Baſilißa* Mater Virginum. *num.* 376 *& ſeq.* Cuius inſtituti fuerint. *n* 383. Acta eorum deſcripta ſunt ab oculatis teſtibus & præſtantioribus hiſtoricis. *n.*377

Iprenſis Conuentus primus in Belgio decoratus effigie B.V. Neapolit. *num.*609. deſtruitur. *n.* 641.

Iuliani à Ieſu Maria Laici mirabilis deuotio erga S$.Sacramentum, & B. V. MARIAM. *n.*1311.

L.

Laura Monaſticæ manſiones vnde dictæ, & quis earum Author. *nu.* 385.

Lectionis piorum librorum quanta efficacia. *n.*443. *&* 1053.

Legis veteris Monachatus oſtenditur. *nu.* 165. *& ſeq. &* 244. *ac ſeq.*260. *&*1202. *ac ſeq.*

Leo puerum Danielem Pinum in faucibus incolumem defert. *n.*562.

Leo Papa IV. ante annos octingentos, & eodem ſeculo plures eius ſucceſſores Indulgentias conceſſêre Ordini Carmelit. *num.* 194. 198.201. *& ſeq.*464. 1100.

Leo XI. quàm deuotus B. V. MARIÆ S. Scapularis. *n.* 615.

Leo Bonfilius XXXIX. P. Gener. *nu.*976. Vide *Albertus Mazar.*

Leodienſis Conuentus quando ædificatus. *num.*1042. *& ſeq.* Notabilia quædam circa eum. *num.*1044. *& ſeq.* Viri illuſt. *num.* 1047 De Conuentibus

Digitized by Google

Monialium in districtu Leod. *numer.* 1048. *& seq.*

Leonini Cœnobii fundatio anno D. 838. *num.* 470.

Libani Montis Monasterium destruitur. Vide verbo *Tripoli Liber de institutione primorum Monachorum in Lege veteri exrt. & in nova perseverantium* scriptus anno Chr. 412. *numer.* 9. 101 158. Ex eo præcipuè ortus & progressus Ordinis Carmelitani ab Elia demonstratur. *num.* 186. & 1188. *ac seq.* Seculis multis fuit in Ordine Carmelitano instar Regulæ. *numer.* 9. 11. 101. 158. 412. Et præcipuè *num.* 1178. *ac seq.* Perperam à nonnullis existimatus fuit scriptus à recentiore aliquo. *nu.* 1180. Id manifestè, & quasi ad oculum demonstratur. *nu* 1181. *& seq.* Eius igitur Author esse concluditur Ioannes Antistes Ierosolym XLIV. post *S.* Iacobum. *num.* 1178. *& seq* 1185. *ac seq.*

Lirinensis Cœnobij clarissimi institutio erat à Monachis Orientalibus Essenis, seu Elianis. *nu.* 478. & 1155. *& seq.* postea S. Benedicti Regulam acceptarunt. *ibid.*

Lis occasione capparum barrataram depositarum, & resumptarum albarum Romæ dirimitur per Bonif. VIII. *nu* 512. Bulla eius. *num.* 1103. Controuersia alia grauis circa priuilegiũ Bullæ Sabbatinæ Romæ dirimitur. *num.* 586. Alia similis in Hispania. *numer.* 569. Et in Gallia. *num.* 610.

Littera Iudæorum Hispan. ad alios. *num.* 304.

Loca varia quæ S. Eliæ posteri incoluerunt. *num.* 322 *& seq.*

Lombardia Prouincia valde illustris. *num.* 1010. in ea Conuentus. *ibid.* Reformatur & per quos. *num.* 655. *& seq.* Priorum Generalium, & aliorum Virorum præstantium fœcunda parens. *num.* 940. 956 971. 972. 975 979. 908. & 925. Decoratur insigni Imagine miraculosa in Conuentu Vicionensi. *num.* 525.

Louaniensis Collegij Fundator Godefridus de Loe ex primis Doctoribus qui Academię illius dignitatem sustinuerunt. *numer.* 906. In eadem Vniuersitate, & isto Collegio claruerunt Ioãnes Beetz Sacræ paginæ Professor eximius, Gaspar Berus, Nicolaus Simonis, Albertus Ioannis, Scriptores eruditi. *ibid.* Ægidius Faber, Nicolaus de Egmunda. *num.* 916. Petrus Lupus strenuus Vniuersitatis, & Vrbis defensor. *numer.* 917. De Monaster. Monial. Louanij. *num.* 995.

Lucas Waddingus quà occasione scripserit vitam B. Petri Thomæ. *numer.* 1294.

S. *Ludouicus* Rex Galliæ periclitans in mari voto facto liberatur *num.* 757. & 781. Carmelum adit, & inde Religiosos in Franciam ducit. ibid. Monasterium illis fundat Parisiis. *ibid.* & *num.* 1008 S. Scapulare B. V. Mariæ de Monte Carmelo gestauit. *nu.* 591.

Ludouicus XIII. miraculo permotus recipit Scapulare. *num.* 591. id imitatur eius filius Ludouicus XIV. *ibid.*

Lunellensis Conuentus à furentibus Caluinistis occupatur. *num.* 630. Prioris, & Religiosorum constantia dum ab iis trucidantur. *nu* 911.

M.

Mahumetis, & Mahumetana secta origo, progressus, spurcitiæ, & delitia. *n.* 458. *& seq.* cur ea tam facilè recepta. *num.* 460. Falsis vera intermiscẽs Deiparam Virginem magnopere extollit. *num.* 461.

Mantuana Congregatio quo tempore, & quibus authoribus inchoata. *nu.* 898. Alumni eius sunt Baptista Mantuanus, (de quo. *num.* 966.) B. Ioanna de Rhegio, & B. Archangela de Trino (de quibus. *num.* 997.) Numerosa est in Conuentibus, & Religiosis. *n.* 1041.

Manasthenus inter Essenos celebris. *nu.* 362.

Margareta à Matre Dei virtutes. *numer.* 999.

Margareta à SS. Sacramento vitam admirandam scripsit Doctor Theol. Congreg. Oratorij. *nu.* 1071. Quam deuota B.V. MARIÆ. *num* 1325.

MARIA *V. Deipara* trimula præsentata fuit. *num.* 985. Exemplar monasticæ vitæ. *ibid. & num.* 37.38. *& seq.* Cum S. Ioſepho concordi affectu Virginitatem vouit, *num.* 1234. Paupertatem voluntariam amplexata fuit. *n.* 1238. Parentes habuit diuites, & eorum bonis cessit. *ibid.* Voueritne Paupertatem & Obedientiam. *ibid & seq.* Obseruantias alias Monasticas practicauit. *nu.* 1240. Vitam communem in Collegio Virginum sacrarum egit, earum Mater & Magistra. *num.* 1242 *& seq.* Virgines olim in nomine MARIÆ promittebãt Castitatem. *num.* 1234. Quales fuerint eius vestes. *numer.* 1241. Nutrix & tutrix Relig. Ordinum omnium. *nu.* 1290. Dicata ei fuit Capella in Monte Carmelo temporibus Apostolorum. *nu.* 28.30.67.330. *& seq* vide *Capella* Norma vitæ eius expressa est in Regula Carmelitana. *numer.* 37. *& seq.* ad eius honorem institutus Ordo Carmelit *num.* 58. *& seq. & numer.* 232. In Carmelo honorata antequam nata. *num* 60.73. 77.94. 231. 700. Etiam Gentiles eius notitiam habuêre. *numer* 700. *&* 1249. Verba illa: *Datus est ei decor Carmeli & Caput tuum vt Carmelus* ei applicantur. *num.* 71. Qualiter ipsa exemplum fuerit castitatis S. ELIÆ, & è contra. *num.* 96.1267 1222.1248 *& seq.* Quid B. Petro Thomæ promiserit. *numer.* 148. *&* 189. Ipsa, parentes, & aui eius Carmelum intulerũt. *num.* 1279. 313.335. CONCEPTIO eius purissima præmõstrata fuit in Nubecula è mari ascendente. *num* 230 *&* 238. Eius cultus præcipuè propagatus fuit post Concil. Ephes. *numer* 430. Dies natalis illius reuelatus cuidam solitario Carmelitici Instituti. *numer.* 431. Patrocinatur Ordini suo Carmelit. *nu.* 507.528. 705. *& seq.* 751. *& seq.* 768. *&* 1291 *& seq.* Ob eius venerationem Summi Pontifices Carmelit. Ordini magnas concessêre Indulgentias & priuilegia. *num.* 193.290.465.991. Apparet Honorio III. Pontif. & quid ei iniubeat. *nu.* 112.118.702 *& seq* Ioãni XXII. Pontif. & quid ei mandauerit. *num.* 526. *& seq.* 814. Priori Montis Carmeli *num.* 497.740. S. Simoni Stock. *num.* 751.878.789. *& seq* Apparet aliis. *num.* 701. *&* 707 S. Alberto, & S. Petro Thomæ. *nu.* 877. *& seq.* B Auertano. *num.* 880. B. Franco. *num.* 872. S. Teresiæ, & B. Mariæ Magdalenę de Pazzi. *num.* 997 *& seq.* Aliis multis. *num* 1292. *& sequentibus per plura* Ex periculo eripit Eduardum Regem Angliæ. *numer,* 521. & S. Ludouicum Regem Galliæ. *num.* 757. atque alios è periculo naufragij. *num.* 271. Succurrit Monialibus afflictis. *num.* 575. militi sclopeto impetito. *num.* 591. aliis quibusdam. *num.* 593.596. *& seq.* & aliis nõnullis. *numer.* 611. *& seq &* 617 621. Mahumetani eam in magna habent veneratione. *n.* 461.

MARIA V monente Ordo Carmelit. ex Terra Sancta transfertur in Europã. *nu* 497 Per eam ibi Ordo propagatur, & protegitur. *nu.* 498. *&* 500. *&* 507. 528. Beneficia multiplicia in suum Ordinem Carmelit *nu.* 705. *& seq* 1292. *& seq.* Vide etiam de ea verbo *Fundatrix.*

S. Maria Magdalena annis 30. asperrim. Erem. incoluit *n.* 989.

B. Maria Magdalena de Pazzi sanctitate & miraculis illustris virtutes præcipuę. *numer.* 798 Videt Mariam Bagnesi gloriosam in cœlis. *ibid.* Pro conuersione peccatorum quid facere solita. *numer.* 1169. Beatificatur. *num.* 601.

S. Maria de vita Prouincia noua est, & vbi sita. *n.* 622. *&* 1040.

Maria stagnum circa quod Esseni poste-

ri SS. Eliæ & Eliſei celebrem coloniã habuerunt. *n.* 271. & 327.

Marius Venturinus XLI. Prior Generalis quando electus. *numer.* 978. Ab eo S. Scapulare ſuſcepit Eminentiſ. Fabius Chiſius Cardinalis, mox Sum. Pontifex. *num.* 615.

S. Martha Inſtitutũ Virginum ſacrarum Monialium inuexit in Galliam. *num.* 988. & *ſeq num.* 1243. Ex tyrocinio B. V. Deiparæ ipſa illud acceperat. *ibid.*

S. Martini in Montibus Monaſterium quãdo conſtructum. *num.* 472. & *ſeq.* Eccleſia eius innumeris decorata Reliquiis Sanctorum à quibus reſtaurata. *num.* 814.

Martyres, & interfecti ab hæreticis, & infidelibus ex Eliano Carmelitico Inſtituto. *num.* 373. & *ſeq.* per totum caput. S. Teleſphorus. *num.* 368. S. Anaſtaſius. *numer.* 444. Item. *num.* 455 & *ſeq.* & 494. In Carmelo trucidati à Saracenis. *num.* 503. 505. necati per hæreticos, & Turcas. *num.* 631. & *ſeq.* S. Angelus & Socius Lanfrancus. *num.* 734. & 868. iuterfecti à Paganis. *num.* 744. Franciſcus Senenſis. *nu.* 760. S. Gerardus. *num* 866. B. Hilarion. *num.* 870. B. Staniſlaus Polonus. *n.* 894. Lunellenſes Religioſi interẽpti ab hæreticis. *n,* 911.

Mathæus de Bononia XX. P. Generalis quando electus, & mort. *n.* 957.

Mechlinia ab hæreticis intercipitur. *nu.* 636 Mechlinienſes ciues in fide confirmat Petrus Lupus. *ibidem* & *num.* 917.

Mechlinenſe Cœnobium ab hæreticis ſpoliatur, & maiori ex parte deſtruitur. *num.* 636. Notabile viſum circa eius Eccleſiam. *ibid.* Ex eo prodierunt multi viri illuſtres. *nu.* 889. 905. 906, 916. 931.

Melitenſis Inſula Cœnobia Carmelit. quo titulo inſigniantur. *num.* 1031.

Mendicantes Ordines quando inſtituti *n.* 1144. & *ſeq.* Quaternarij eorundem numeri congruentię multiplices *numer.* 1146. & 1148. Patriarchæ illorum & fructus ab eis exuberans. *ibid.* Generales quatuor quale Cõcordatum fecerint. *n.* 548.

Meſſanenſe Monaſterium geſtis admirandis, obitu, & miraculis S. Alberti decoratur. *num* 871. Imago B. V. Mariæ *de floribus* nuncupata ibi in veneratione eſt. *nu* 514.

Michael Ayguanus, ſeu *de Bononia* XVIII. Prior Generalis, ſuo tempore totius Chriſtianitatis Luminare. *numer.* 955. Ordinem ſanctè rexit, & plurima ſcripſit. *ibid.* Author eſt Operis ceberrimi in totum Pſalterium, ſub titulo *Authoris incognũti* aliquando editi. *ibid.*

Michael à Fonte celſarum virtutum fulgore, & ſanctitatis opinione celebris. *n.* 923.

Minorum Ordo deprædicatur publico teſtimonio Concilij Gen. Lugdun. *num.* 1148. Alumni eius Nicolaus IV. Alexander V. Sixtus IV. Sixtus V. Summi Pontifices Carmelitano Ordini quæ conceſſerint. *numer.* 104. & *ſeq.* 193. 205. 543. Eiuſdem Ordinis Scriptores de antiquitate Ord. Carmelit. & S Scapulari *nu.* 213. 214. 798 837. 1210. & *ſeq.*

Miraculum inſigne & multiplex in SS. Sacramento Euchariſtiæ. *numer.* 508. Alia plura in eodem *n.* 519 & *ſeq.* vid. verb. *Hoſtia ſacra.*

Molanus vid, *Ioan. Molan.*

Monachi Legis veteris SS. Elias, Eliſeus, & Filij Prophetarum. *numer.* 165. & *ſeq.* 244. & *ſeq.* 259. & *ſeq.* 1202. & *ſeq.* Monachatus verus in Lege veteri nõ præiudicat præſtantiæ Euangel. Leg. *num.* 1245.

Monachi, Eremitæ Anachoretæ in primis ſeculis ferè omnes S. Eliæ poſteri, aut ſectatores fuerunt. *numer.* 401. & *ſeq.* Quinam ſtrictè dicendi Carmelitæ? *num,* 408. & *ſeq.* Eremiticam, & Cœnobiticam ſimul agebant. *num.* 1172.

Monachi antiqui habitum imitabantur S. Eliæ. *n.* 170. & 405.

Digitized by Google

Monachi Eliani complures olim in Anglia, Scotia, & Hibernia, Gallia, & alibi fuêre. *num.*479. & 1155. Quidâ, & eur successu temporis ad aliud Institut. transierint. *n* 1157.

Monachorum ingens numerus per totum fere Orbem. *n.*388. *& seq.*

Monasteria, Collegia, Conuentus Monasticas seu Eremiticas mansiones vbi habuerint Eliani Carmelitici Ordinis alumni. *num.*290. *& seq.*318.322. *& seq.* 120. *& seq.*

Laura nuncupatæ. *num.*385. vide plura circa ista. *n.*1001. *& seq.*

Monasterium S. Anna in porta aurea Ierosolymis. *nu.*326. in eo habitum Ordinis accepit S. Angelus. *ibid.*

Monasterium Carmeli montis à Paganis igni traditur. *nu.*503. cætera etiam comburũtur. *ibid. & ante* Quot fuerint in Terra Sancta. *numer.* 504. præcipui aliquot recensentur. *nu.*120. & 741.

Monasteria olim erãt ceu seminaria sanctiss. Episcoporum. *numer.* 391.

Monasterium Virginum, seu Monialium huius Ordinis fundatum Toleti per S. Elpidium anno Christi 40. *num.* 346. & 348. Vide *Moniales Carmelitana.*

Monastica conuersationis norma in Lege veteri. *numer.* 244. *& seq.* & 270. & 271.

Monasticum Institutum olim vnicum & indiuisum, quando in varias diuisum Congregationes. *n.*388. & 392.

Monastica, Eremiticæ, Religiosæ vitæ propagatores qui. *num* 393. *& seq.* Plerique eorum S. Eliam aut prototypon, seu exemplar propositum habuêre. *ibid.* Monasticæ professionis fundatrix certâ ratione B.V. Maria. Vide Verb. *Fundatrix.*

Montis Sancti Prouincia quandò, & quibus Authoribus inchoata. *num.*654. Qualem profiteatur Obseruantiam, & vbi siti eius Conuentus. *ibid. & n.* 1039.

N.

Narbona Prouincia quota in Ordine, & vbi sita. *n.*1006.

Nazarethana sacra domus mirabiliter transfertur. *numer.*511. Ea olim fuit sub cura Carmelitarum. *ibid. &* 1003.

Natiuitatis, seu natalitius dies Virg. Deiparæ reuelatur viro solitario, ex Carmelo in Cyprum profecto. *num.*431. *& seq.* Festum Natiuitatis Deiparæ antiquissimum in Ordine Carmelitano. *n.* 430.

Neapolis Prouincia numerosa in Conuentibus & Religiosis. *num.*1027. Celeberrim. ibi est Cœnobium Neapolitan. decoratum Imagine Thaumaturgâ (de quâ. *n.*558. & 572.) & Crucifixo prodigioso (de quo. *numer.*549.) Notabilis casus qui in illo Conuentu accidit. *n.* 1027.

Nicolaus Audet XXX. P. Generalis Clementi VII. charus, Ordinem totum rexit annis 38. *num.*968.

Nicolaus Gallicus VII. Prior Generalis Doctrinâ, & sanctimoniâ conspicuus *n.* 944. Librum scripsit insignẽ, cui titulus *Sagitta ignea ibid.* Excerpta ex eo. *num.*1174. & 1175. Quo sensu Ordini præfuerit annis 20. *num.* 750, & 945.

Nicolaus à Iesu Maria, & *Ioannes à Iesu Maria* peculiariter deuoti B. V. Mariæ. *num.*1323.

Nomina varia Ordinis Carmelit. vide verbo *Titulus* & *Tituli.*

S. Norbertus, vide *Præmonstratensis Ordo.*

Norlinga ob celebre miraculum in sacra Hostia ædificatur Ecclesia, cum Monasterio. *n.* 529.

Notabilia quædam de S. Elia, & Monasteriis in Terrę Sancta, ex Itinerario B. Antonini Martyris. *n.*1331.

Nubecula quasi vestigium hominis Deiparæ immunitatem à peccato, præsertim originali, præsignificauit. *num.* 230. 239. 700.

Numeris facilè error accidit, vnde quãdoque

Digitized by Google

doque oritur inter Authores dissentio. *num.* 22. & 835.

Nuñius Aluarus Pereira ex illustriss. Principe humilis Carmelita. *numer.* 895. Quædam eius gesta, & Epitaphium. *ibid.*

O.

Obligationes Confratrum S. Scapularis vid. *Condit. nec.* &c

Oculorum custodia mirand. exemplum. *nu.* 991.

Officium diuinum suo tempore persoluēdum docetur exemplo tremendo. *nu.* 576. Ritè peractum diuinam promeretur benedictionem, & fideles ædificat. *n.* 662.

Officium proprium de S. Simone Stock. *n.* 878.

Oraculum Carmeli in Sacello ELIÆ. *nu.* 356. & *seq.* 359. Ethnici historici falsò illud sibi arrogant. *numer.* 362.

Oracula S. Sibyl. Vide *Sibyll.*

Orationis ritè peractæ efficacia. *num.* 227. & *seq.* Si non congruè fiat, inutilis est. *ibid.*

Oratorium in Carmelo. Vide *Capella.*

Ordines Religiosi quibus mediis in viridi obseruantia stare, aut, si ab ea defecerint, restaurari possint. *nu.* 662. & *seq.* *n.* 671. & *seq* *n.* 678.

Ossens diuersi ab Essenis *n.* 365.

Oxonij Collegium votiuum pro 24. studiosis Carmelit. fundatur ab Eduardo Rege. *n.* 528.

P.

Palæstinæ Monasteria Carmelitica vbi *num.* 120. & *seq* & 741. Quando amissa. *num.* 503.

Paradisus terrest. Habitatio *Enoch*, & ELIÆ. *num.* 252.

Parentela proxima Virg. MARIÆ. *num.* 313. & *seq.*

Parisijs in honorem SS. Sacramenti miraculosi construuntur Ecclesia, & Cœnobium. *num.* 508. Ea Ordini Carmelitano traduntur. *num.* 509. De alio anteriori Monasterio Ordinis ibi *n.* 757. & 1008. Parisiis casus notabilis. *nu.* 576.

Patriarcha assumpti ex hoc Ord. (de quibus in hoc op.) vide tit. *Eccles. dignit. decorati.*

S. Patritius sectator & cultor, S. ELIÆ Proph. *num.* 1330. eius intercessione à dæmonis vexatione liberatur. *ibid.* De antiquis monachis in Hibernia Vide. *n.* 479. & 1155.

Paupertatis, castitatis, & obedientiæ obseruantia in Lege veteri *num.* 245. & *seq.* etiam ex aliquali voto. *numer.* 247. & 1112. *ac seq.* & 1210. Vide V. Votum.

Peccata causa desolationis Terræ Sanctæ. *n.* 442. 502 507. & 495.

Pestilentia Bruxellis cessat institutâ ibi Confraternitate S. Caroli Borromæi. *num* 603. Post decem annos cum rursus exardesceret, factâ deuotione ad eumdem Sanctum extinguitur. *ibid.* Peste infecti sanantur oleo è lampade S ELIÆ. *numer.* 618. Alia singularia de peste fugata per S. ELIAM. *ibid.* & *seq.* nec non *num.* 256. & *seq.* Pestis horrenda. *nu.* 1016.

Petrus de Æmiliano IX. Prior Generalis cum Ordini præfuisset an. 21. amore vitæ contemplatiuæ, cessit officio. *nu.* 947. Notabilia, quæ eius tempore acciderunt. *ibid.*

Pragensis Conuentus fundamenta iecit Carolus IV. Imperator. *numer.* 1023. Is, & Ecclesia fuêre vastæ molis. *ibid.*

Petrus Angelus Cernouichius filius Ducis Salonæ. *numer.* 909. miraculis coruscat. *ibid.*

Petrus de Casa seu de Casis XIV. Prior Generalis vbi electus. *num.* 951. doctrinâ vitæ sanctitate, & miraculis claruit. *ibid.* fit Episcop. Vasionensis, & Patriacha Ierosolym. *ibid.*

Petri Eremitæ præclara gesta quædam. *n.* 481. & *seq.*

Petrus Lupus adolescens studiosorum ductor pro defensione ciuitatis Louanicensis

Digitized by Google

nienſis. *num.* 917. Alia quædam eius, iam Religioſi, geſta. *ibid.* Religionis zelo conſpicuus Reformationem introduxit in Conuentibus Brabantiæ, *num.* 649. Prouincialis exiſtēs ab hæreticis occiditur. *num.* 636. eius encomium. *num.* 931.

Petrus Raymundi XV. P. Generalis vir doctus, & deuotus, quando electus, & mortuus, & quæ ſcripſerit. *nu.* 952.

Petrus Terraſſe XXVII. Prior Generalis magnæ vir authoritatis, & charus Summo Pontif. Alex. VI. *numer.* 965. eius laudabilis praxis *ibid*

S. Petro Thoma reuelatio facta de duratione Ordinis Carmelit. ad finem mundi. *numer.* 145 147. 189. An ipſe S. Petrus Thom. Martyr, an Confeſſor dicēdus, problematicè diſſeritur. *num.* 148. Fundator primarius eſt Bononienſis Vniuerſitatis. *numer.* 515. Fuit Patriarcha Conſtantinop. & Legatus Apoſtolicus in exercitu cruce ſignatorum *ib.* & *num.* 527. Legationibus Papalibus aliis multis fuit functus. *nu.* 876. eximia eius deuotio erga B. Virginem MARIAM. *numer.* 878. Eius meritis & interceſſione Ordo Carmelit. liberatur ex anguſtiis. *num.* 1194. Vitam eius notis illuſtrauit, & bis edidit R. P. Godefridus Henſchenius. *num* 1151.

Puri VVaſtelij pietas, lucubrationes & obitus. *num* 932.

Philippus de Ferraria ſcientia & Eccleſiaſtica dignitate conſpicuus. *num.* 885.

Philippus Magrinianus virtutibus excellens, poſt mortem incorruptus. *num.* 910.

Philippi Riboti inſigne opus. *nu.* 886.

Philo, & Ioſephus Iudæi, cur encomiis extollant Monachos Chriſtianos. *num.* 350. & *ſeq.* & 255.

Plinius encomio inſigni celebrat Eſſenos, *num.* 272.

Polonia Prouincia quot, & quales habeat Conuentus. *num.* 1034. Ferax virorum præſtantium. *ibid.* De eius alumno B. Staniſlao. vide. *num.* 894.

Pontif. Summi. Vide *Sum. Pont.*

Pontius Raynaudus XXVI. P. Generalis. quamdiu rexerit: celebrauit quater Capitulum Generale. *n.* 964.

Portiuncula Indulgentia, an, & qualiter conceſſa in cœlis à Chriſto. *numer.* 834.

Portugalia Prouincia ſplendidos habet Conuentus. *numer.* 1028. Alia quædam de illa. *ibid.* Alumnos produxit ſpectatiſſimos. *n.* 895. 896. & *ſeq.* 913. 922. 924.

Poſnania Eccleſia magnifica, & Cœnobium conſtruuntur in memoriam & veneration em multiplicis miraculi in SS. Sacramento Euchariſtiæ. *num.* 530.

Predeſtinationis nota qualiter deuotio ad B. V. MARIAM, & alia nonnulla. *nu.* 807.

Prædicatorum Ordo quàm vtilis Eccleſiæ, teſtimonium perhibet Concilii Generał. Lugdunenſe. *num.* 1148. Eius nutrix & tutrix eſt B. V. MARIA. *nu.* 1190. Alumnus eius, poſtea Summus Pōtifex Rius V. quid Ordini Carmelit. conceſſerit. *numer.* 567. Scriptores ex eo de S. ELIA Ord. Carmelit. & de Eſſenis &c. *num.* 210. 265. 277. 1208. De S. Thoma. *numer.* 1226. vide verb. *Mendic. Ord.* & verb. *B. Iordanus.* Inſignia eius. *numer.* 1082. In vna eius Prouincia mortui CCCLVIII. Religioſi tempore vnius Quadrageſimæ. *num.* 1016. Vide *S. Dominicus.*

Prælatorum Terræ S. litera ad Sum. Pontif. commendantes Ordinem Carmelit. afflictum, & teſtificantes de eius antiquitate. *n.* 1096.

Pramonſtratenſis Ordo ſub tutela eſt B. V. MARIÆ, & ab ea veſte candidâ donatur. *nu.* 803 & *n.* 1290.

Præſentia Dei præſtantiſſ. medium ad perfectionem. *num.* 87. Illud exercit. familiare erat S. P. N ELIÆ. *ibid.* & *num.* 254. Peculiariter competit Carmelitis. *num.* 663. & 1166. & 1170.

Priores nunc vocantur in Ordine Carmelit. qui olim dicebantur *Abbates. num.* 20. & 937.

Priorum Generalium succeſſio. num. 937. & *ſeq. ad fin capitis.* Quandoque fuerunt duo Generales in Ordine, vnus primarius, alter ſecundarius, & quaſi Vicarius, vnus in Oriente alter, in Occidente. *nu.* 731. 750 & 945.

Propheta variè accipitur. *n.* 259. quandoque idem eſt quod *Pſallens. ibid.* Tales erant filij Prophetarum. ibid. & *num.* 317. 325. 345.

Proprietatis vitium in Religioſo quàm periculoſum, caſus terrificus enuntiat. *n.* 621. In Monaſteriis eſt venenoſa radix omnium malorum. *n.* 671. Vide *Vita communis.*

Prouincia Ordinis quot, & cur. *nu.* 1002.

Prouincia Prouinciæ ruinam paſſa per hæreticos *n.* 633. per Reformationem inſtauratur. *n.* 1016. Hiſtoria Imaginis mirabiliter in ſpineto inuentæ illic. *num.* 555. & de caſu notabili in Conuentu Auenionenſi. *n.* 1016.

Ptholemaida. Vide *Athon.*

Pythagoras venit in Carmelum. *num* 305. ibi hauſit dogmata, & obſeruantias quaſi Monaſticas, quas ſuis tradidit. *ibid.*

Q.

Quarantana Monaſterium prope fontem Eliſei, in eremo. *num.* 127. & 741. Interficiuntur ibi Religioſi à Saracenis. *n.* 503.

Quaternarij numeri exempla multiplicia curiosè congeſta. *n.* 1148.

R.

Radulphus VIII. P Generalis vir religioſiſſ. quando elect. *num.* 946. ſe abdicat officio deſiderio vitæ ſolitariæ. *ibid.*

Raptus S. Eliæ. *num.* 204. quoto anno mundi, & ante Chr. *num.* 250. qualiter contigerit. *ibid.* Virtutes quatuor, quibus eum fuit prometicus *num* 254.

Raymundus Vacquerius an ſeriem Priorũ Generalium ingrediatur. *n.* 957.

Rechabita qui & vndè dicti. *numer* 295. & *ſeq.*

Reformator zeloſiſſ. Ioannes Soreth. *nu.* 961. Reformatio in Belgio inſtituitur per eumdem *num.* 649 Item per Petrum Lupum. *ibid.* Inchoatur in Turonenſi Prouincia, & per quos *numer.* 647. & *ſeq.* Inde ad alias deriuatur. *n.* 648. Ad Belgium in Carmelo Vallencenenſi. *num.* 650. & *ſeq.* & mox in Gandauenſi (vt teſtes ſunt literæ Archiep. Mechlin.) *num.* 652. Ad Prouincias Lombardiæ, Germaniæ, & alias. *nu* 655. & *ſeq.* & *n.* 657. & *ſeq.* Quibus mediis Reformatio introducta, & conſeruanda. *num.* 660. & *ſeq.* 671. & *ſeq.* Plurimum contulit genuini habitus reſumptio. *numer.* 665. & *ſeq.* Quo ordine, & qua ratione proceſſum. *num.* 678.

Reformandi Ordinem quemlibet Monaſticum media neceſſaria, & probata. *nu.* 660. & *ſeq. num.* 665. *num.* 671. & *ſeq. n.* 678 & *ſeq.*

B. Reginaldo Ordinis Præd. quid præſtiterit B.V. Maria. *nu.* 803.

Regula Ordinis Carmelit. olim erat exemplum S. Proph. Eliæ. *num.* 8. & 9. Scripta deindè fuit an. Chriſti 412. per Ioan Patriarch. Ieroſol. *ibidem* & *n.* 100, 101. 158. 412. Regula triplex, in ſubſtantia eadem. *n.* 10. & *ſeq.* Regula Ordinis prout à B. Alberto Patriarcha Ieroſolym. fuit in compendium contracta. *numer.* 31 & *ſeq.* perfectione præſtantiſſima *numer* 32. approbata, & moderata fuit à Summis Pontif. *num.* 33 & *ſeq.* Cur mitigata. *ibidem.* Quis eius ſcopus, ſeu finis. *ibid.* Qualiter obliget. *ibid.* Eiuſdem myſtica, & analogica (ad vitam SS. Deiparæ Virg.) expoſitio. *num.* 36. & *ſeq.* approbata primùm fuit per Honorium Tertiũ iubente Virgine Maria. *numer.* 112. 118. &

118. & 1292. In tribus punctis illam moderauit Eugenius IV. *numer.* 547. Quo anno à B. Alberto tradita fuerit. *numer.* 714. 722. 725. 770. & 774. Eam seruanti illibatam, & in Obedientia, paupertate, & castitate perseueranti quid promiserit Carmeli Patrona. *num.* 814.

Religiosa Monastica vita Institutum Christus quòd, & qualiter perfecerit *in protest. init. oper.*

Regularis obseruantia insigne exemplum, *num.* 961. 920. *in fine*, & 926. Quàm periculosum ab ea deficere. *num.* 576. In ea exactus rectà cœlum petit, sine purgatorio. *n.* 908. Per eam quidam à morte immunis. *nu.* 1068.

Rhedonense Cœnobium Obseruantiæ strictioris prima sedes, & origo. *numer.* 647. & 678. Eius alumnus fuit Cœcus ille illuminatus. V. Ioannes à S. Samsone. *nu* 928.

Richardus Armachanus Hiberniæ Primas quid de Ordine Carmelit. *num.* 191.

Romana Prouincia Ord. sunt in ea celeberrimi Conuentus *S. Mariæ Transpontinæ, & S. Martini in Montibus*: quot sint alij. *nu.* 1007.

S. *Romanus* qui S. Benedicto habitum Monastic. tradidit, & ministrauit, qualis fuerit. *n.* 399. & 1157.

B. Romeus socius S. Auertani. *num.* 880. vbi sepultus. *ibid.*

Romandiola Prouincia vbi sita. *num.* 1029.

Raymundus de Insulis X. P. Generalis quando electus, quàmdiu rexerit, & qualis. *num.* 947.

Rupertus Gaguinus Generalis Ordinis SS. Trinitatis cur librum de Conceptione immac. B. V. Mariæ dedicet Arnoldo Bostio. *num.* 1308.

S.

S. *Abacha* pater S. Eliæ, ante eius natiuitatem mirabilem habuit visionẽ *n.* 169. & 221.

Sabas, Esaias, & alij 36. Monachi Martyres in Monte Sina. *numer.* 380. Cuius Instituti fuerint. *numer.* 381.

Sabbato mori orat, & impetrat Marchionissa quædam, *num.* 1079. Puellæ Scapularigeræ abblanditur & spondet B. V. Maria cœli ingressum Sabbato. *ibid.* De Religioso è Purgatorio educto Sabbato. *ibid.* Vir quidã Scapulari deuotus in vita seruatur mirabiliter vsque ad Sabbatũ. *num.* 617. Religiosus Bullæ Sabbatinæ priuilegio sine purgatorio rectà ad cœlum abit. *num.* 831. Vocabatur Didacus de Mathia. *num.* 908. *Sabbatina Bul.* Vide verb. *Bulla.*

Sacellum in Carmelo B. V. Deiparæ tempore Apostolorum dedicatum. Vide *Capella.*

Saladinus Ieroſolymam capit, & magnã facit stragem Christianorum. *numer.* 497. & 718. Carmelitas multos crudeliter occidit. *ibid.* & *numer.* 494.

Salmanticensium Doctorum resolutio circa Bullam Sabbat. *n.* 569.

Salazar, vide Ferdinand. Quir.

Salue Regina canentes Religiosi in Carmelo occiduntur. *nu* 503. Id in hoc Ordine solemniss. est. *num.* 701. 823. Beneficia per eius recitationem præstita *num.* 701. dum illud caneretur, aliquando S. Teresiæ apparuit ipsa Angelorum Regina. *n.* 997.

Sanguis è calice ebullit, post consecrationem, dum de veritate sanguinis Christi Sacerdos quidam hæsitaret. *num.* 531. In rei memoriam erigitur Confraternitas Ven. Sanguinis, Fundationes fiunt, & Capella ac altare construuntur. *ibid.* Va-

Digitized by Google

ria sanitatum beneficia ibi præstantur. *ibid.*

Saraceni Mahumetanæ sectæ, Terram Sanctam, & in ea Ordinem Carmelit. vehementer affligunt multis seculis. *num.* 13. & 446. *ac seq. per totum cap. & numer.* 493. Tandem totaliter subuertunt. *n.* 501.

Sarepta Sydoniorum quondam ciuitas gloriosa. *nu.* 122. De Capella ibi à Carmelitis ædificata. *ibid.*

S. Sara Eliadum Sanctimonialium Mater. *n.* 991. Duo valde miranda in ipsa. *ibid.*

Sardinia Prouincia in Insula eius nominis adhuc nouella. *n.* 1038.

Saxonia Prouincia quando erecta. *n.* 1025. Conuentus eius omnes diruti aut ab hæreticis occupati. *ibid.* Notab. de Conuentu Magdeb. *ibid.*

SCAPVLARE B. V. MARIÆ *de Monte Carmelo*, ab ea traditum S. Simoni Stock. *num.* 751. & 792. *ac seq.* Priuilegiorum eius omnes fideles possunt esse participes. *num.* 803. primum continetur illis verbis. *In hoc moriens æternum non patietur incendiū. num.* 804. Ea ibi diuersimodè exponuntur, primò sicut illa & similia: *Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in æternum & similia. numer.* 805. Dein aliæ explicationes adferuntur ibi consequenter. *numer.* 806. & *seq.* 809. & *seq.* Aliud S. Scapularis priuilegium est, quod nūcupatur *Bulla Sabbatina*, de liberatione seu adiutorio animarum in Purgat. vid. *Bul. Sabbat.* Alia prærogatiua continetur illis verbis: *Salus in periculis.* Vide. *num.* 838. sed præcipuè. *numer.* 840. Beneficia, gratiæ, præseruationes in periculis, mediante hac sacra veste videri poterunt. *num.* 373. 374. Miraculum primum per S. Scapulare. *num.* 702. Scapulare incendia reprimens, & inter flammas intactum permanens. *num.* 580. Per illud à scloporum tractu præseruati. *numer.* 593. 609. 611. 612. 620. è patibulo liberati. *num.* 596. & *seq.* Admiranda varia per S. Scapulare in Burgundia, Lotharingia, & alibi. *num.* 605. & 606. Infans beneficio Scapularis vitæ redditur, & baptizatur. *num.* 616. Casus valde mirabilis in Hispania. *numer.* 617. Reges & Principes, qui eo amicti. *n.* 522. 570. 591 600. nec non Summi Pontif. & Cardinales. *n.* 615 & 1293. S. Scapularis Carmelitani Priuilegia impugnata magis celebrantur. *numer.* 569. 570. 586. 610. 1293. Illud in pretio, & vsu est apud Pontifices, & Reges. *nu.* 522. 570. 591. 615. 1293. Conciones de Scapulari qui scripserint. *num.* 852. & *sequ.* Suggeritur breuiter modus dicendi de S. Scapulari. *ibid.*

Scarioth Pater seu Abbas Monachorum tempore Christi. *nu.* 316.

Scotia Prouincia Ord. euertitur. *num.* 627. & 1017. Eius initia tempore S. Simonis Stock. *num.* 766. Eius alumnus Simon Kraimond Patriarcha Antioch. *numer.* 890. Alia de illa. *num.* 1017. Ab antiquis temporibus ibidem fuêre Monachi Eliani. *num.* 479. & 1155. sed in successu temporis ad Benedictin. Institutum transierunt. *ibid.*

Scrupuli quidam circa Monachatum sub veteri Lege, & Patriarchatum S. P. Eliæ in Ord. Carmelit. remouentur. *numer.* 4. & *sequ.* & *numer.* 1245. *ac seq. per plura capita.* Scrupuli aliqui circa merita S. Patriarchæ Eliæ obiiciuntur, & repelluntur. *num.* 1269. & *seq.*

Scriptores ridicula & contradictoria dantes de Ordine Carmel. Vid. *Authores.*

Scriptores aliquot præcipui de vita, zelo & aliis virtutibus S. P. ELIÆ. *numer.* 258. *sub fin.*

Sebastianus Fantonus XXXV. Prior Generalis quæ pro Reformatione Ordinis promouenda fecerit. *num.* 650. & *num.*

Digitized by Google

mi. 667. alia quædam eius gesta. *num.* 973.

Segerus Pauli Colonienſis concinnauit Chronologiam Vitæ B. Simonis Stock. *num.* 710. & 789.

Semmion ſeu Oratorium (ſiue Synagoga) in Carmelo. *numer.* 79. 354. 359. 361.

Senenſis Cœnobij prima auſpicia an. D. 707. *num.* 468. Alumni eius B. Francus, & B. Franciſcus. *numer.* 760. & 872. & alij illuſtres. *nu.* 967. 970. 978.

Sententiæ mediæ circa Monachiſmum in Lege veteri. *in Proteſt.* & *numer.* 379. circa vota Monaſtica in Lege vet. & primitias Virginitatis in B. V. MARIA. *num.* 1231. 1232. 1233. 1234. & *ſeq.* Item. *numer.* 1288. & 1289. & *ſeq.*

Sententiæ aliquot erroneæ circa originem Ordinis Carmelit. refelluntur. *numer.* 1091. & 1092. *ac ſeq per aliquot cap.* Vera ſtatuitur. *nu.* 1109.

S. Serapion, & *S. Spiridion* ex Eremitis Eliani Carmelitici Inſtituti Epiſcopi clariſ. *n.* 372.

Sibyllarum oracula de Chriſto, & Virgine Matre. *num.* 1149.

Sifridus Archiepiſc. Colon. Indulgentias concedit Chriſti-fidelibus, nuncupatibus Religioſos huius Ordinis. *Fratres Domina noſtræ.* *n.* 694.

B. Simon Stock quando natus. *numer.* 711. Duodennis eremum adit. *num.* 715. & 771. Studia perficit, & Sacerdotio decoratur. *num.* 721. Prædicat. *num.* 726. & 773. Carmeliticum Inſtitutum arripit. *num.* 728. & 774. Vicarius Generalis inſtituitur. *numer.* 731. & 777. Ordinem ſuum grauiter impetitum, opitulante V. MARIA, Apoſtolico munimine ſtabiliri procurat. *num.* 735. 738. & 777. Familiaris fuit B. Iordano Generali Prædicatorum. *numer.* 739. & 740. Adeſt Comitiis Generalibus in Carmelo. *ibid.* Sexennio in Carmelo moratur. *numer.* 743. & 779. In Europam redit *numer.* 744. Poſt Alanum Generalis primarius Ordinis fit. *numer.* 746. Apoſtolica obtinet priuilegia pro Ordine. *numer.* 747. Mittit duos ad Sum Pontificem Innoc. IV. pro Regulæ moderatione. *nu.* 748. Contra infeſtatores Ordinis tres obtinet Apoſtolicas Bullas. *num.* 750. Pro afflicto ſuo Ordine ſupplicans B. V. MARIÆ, accipit Scapulare ab ea. *nu.* 751. Vide verbo *Scapulare*. Rurſus aliquot impetrat Bullas ab Innocentio IV. *nu.* 755. 756. ac deinde ab Alexandro IV. *num.* 759. & *ſeq.* 761. 763. necnon ab Vrbano IV. *numer.* 764. (omnes ex Bullæ extant in Bullario Ordinis excuſo Venetiis anno 1507.) Capitulum Generale celebrat Londini. *numer.* 758. Sub illo Ordo dilatatur, & varia accipit loca noua. *num.* 749. 753. 757. 758. & *ſeq.* 762. & 764. 765. & *ſeq.* B. Simon Burdigalæ anno ætatis centeſimo ſancto fine quieſcit. *num.* 767. Anno primo ab eius obitu cultus Beati ei attributus fuit. *numer.* 782. Nicolaus IV. de eo ſub ritu B. Confeſſoris Miſſam & Officium diuinum celebrari concedit. *num.* 783. Sanctitas eius miraculis illuſtratur. *num.* 784. & *ſeq.* Reliquiæ eius variis Conuentibus communicantur. *numer.* 785. & *ſeq.* Pro eius feſto diuerſa fuêre ſcripta Officia. *num.* 787. vetuſtius eſt id quo à ſeculis aliquot vtitur Conuentus Burdigalenſis. *ibid.* Officium iſtud integrum exhibetur. *nu.* 788. Quamdiu Ordinem rexerit. *numer.* 789. Feſtum eius ex Apoſtolico indulto per totum Ordinem ſolemnizatur. *ibid.* Elogia eius ex vetuſtis Kalendariis, & variis Martyrologiis. *numer.* 790. & 791. Aliorum Authorum. *num.* 792. & *ſeq.* Sixtus Papa IV. beneficus in Ord.

Carmelit. *num.* 193.194.
Societatis Iesu initium, quando aliorum Ordinum in Anglia finis. *num.* 564. & 628. eiusdem elogia *num.* 645. Celebriores Scriptores de S. ELIA. & Ordine Carmelit. *nu.* 174.183.211. & *seq.* 239.281.594.700.801.1212. & & *seq.* 1151.
B Stanislaus Polonus à Schytis pro Christi fide crudeliter necatus est. *numer.* 894.
Stephani à Purificatione virtutes eximiæ. *n.* 922. Processus in ordine ad eius beatificationem formatus. *ibid.*
Stolanus pater S. Annæ, auus S. Elizabethæ. *n.* 313. & *seq.*
Studiosorum quorundam *Societatis Iesu* pietas erga B. V. MARIAM. *num.* 594.
Successio Hereditaria non interrupta Posterorum S. ELIÆ *n.* 182. & *seq.* 263. & *seq. per totam partem* 3.
Suetonius quid scribat de Oraculo Carmeli. *n.* 356.
Summi Pontifices Vicarij Christi. *nu.* 834. Tradunt Ordinem Carmelitanum habere originem à S. ELIA Prophera. *numer.* 182.188.193.198.200.205.206. Qui gestarint Scapulare B. V. MARIÆ. *num.* 615. & 1293. Plures approbarunt, & confirmarunt Bullam Sabbatinam: Vide *Bulla Sab.*
S. Syncletica cuius Instituti fuerit. *num.* 990. Virginum sacratum speculum. *ibid.* Apophthegmata eius. *ibid.*
Synagoga, seu Oratorium erat in Carmelo ad quam populus conueniebat. *num.* 391.
Syria Monasteria aliquot præcipua Ordinis huius. *num.* 120. & *seq* & 741. & 487. Quando per Saracenos igni tradita, aut euersa fuerint. *n.* 19.131.447.494. & specialiter. *num.* 503.

T.

S. *Thelesphorus* ex Anachoretico, Eliano Instituto Papa. *numer.* 368. Missas tres die Natalis Christi cur instituerit. *numer.* 369. Condemnat Valentini Hæretici errores circa Christum eiusque Matrē. *num.* 1303.
S. *Teresia* canonizatur. *num.* 590. Fulgentiss. iubar Carmelitani Ordinis. *num.* 907. Eius heroicæ virtutes *nu.* 997. *pag.* 555. & *seq.* Eius pietas eximia erga B. Virginem MARIAM. *ibid.* & *num.* 1322. Filia est vetusti Ordinis, & Mater nouæ Reformationis. *num.* 1052. Quando nata: & qualiter Congregatio Carmelit. Discalceat. ab ea initium habuerit. *num.* 1053. & *seq.* Quàm flagrans zelo salutis, animarum. *num.* 1168. Alia de illa, & excerpta quædam ex eius libris. *numer.* 1266. 1267. & sequentibus. In carcere visitatur à S. MARIA, & S. Iosepho. *num.* 1295.
Terra Sancta deuastatur per Cosdroem & Humar. *num.* 13. 442. & *seq.* 446. & *seq.* Et per Saladinum. *num.* 493. Eius encomium. *n.* 497. recuperatur per Godefridum, de Bulyon. *num.* 19. & 481. & *seq.* Vltimum eius & totale excidium. *num.* 501. & *sequent.* Ob peccata Christianorum. *num* 502. Monasteria aliquot præcipua huius Ordinis in Terra S. *numer.* 120. & *seq.* *numer.* 503. & 741.
Terra Sancta Prouinca prima Ord. *num.* 1003, quot Conuentus habuerit. *ibid.* Quando interierit. *ibid.* & *nu.* 501 *ac sequent.*
Terra Sancta solitudines olim impleuerat Ordo Propheticus Elianus Carmeliticus. *numer.* 110. 290. 487. & 1207. Monasticæ, & Eremiticæ mansiones Ordinis huius in Terra Sancta à temtēporibus Aymerici Patriarchæ subiectæ fuēre Priori Montis Carmeli tamquam Generali. *numer.* 25. & 128. 487. & 936.
Theophylus Raynaudus scriptor illust. bene meritus de Ord. Carmelit. *nu.* 610. 801. 807.
Thomas VValdensis in Concilio Pisano ad vnionem Eccles. multum laborauit &

Digitized by Google

uit & effecit. *numer.* 543. Angliæ, Carmeli, & Ecclesiæ iubar fuit. *num.* 899. de doctrina, scriptis, & vitæ sanctimonia eius. *ibid.* Variis in locis illustres filias Moniales Carmelit. habitu donauit. *num.* 996. Antiquitatem Ordinis Carmelit. totiusque Monastices contra VVitelef præclarè defendit. *numer.* 1222. Declarat qualiter B.V. Deipara exemplum fuerit S. P. Eliæ ad Virginitatem perpetuam, & è contra. *ibidem.* & quale fuerit votum Eliæ, ac B.V. Mariæ cum S. Ioseph *num.* 1234.

B. Theodoricus sanctimoniâ & miraculis illustris habetur. *n.* 879.

Theodorus Stratius XXXVII. Prior Generalis insigni doctrinâ ornatus studio instaurandæ disciplinæ regularis peculiariter institit. *num.* 975. Constitutiones strictioris Obseruatiæ Apostolicâ approbatione muniti curauit. *ibid.*

Thomas à Iesu eruditionis, & sanctimoniæ opinione celebris. *n.* 1067.

Titulus ille:, *Fratres B. Virginis* Mariæ *de Monte Carmelo*, cur Ordini Carmelit. conceſſus, *num.* 66. *& seq. numer.* 89. 91. *& seq.* De congruentiis istius tituli. *num.* 94. *& seq.* impugnatur ab æmulis, & multipliciter defenditur. *num.* 190. *&* 528. Summi Pontifices eo titulo Ordinem indigitant. *numer.* 691. . eius intuitu varias Ordini Indulgentias cõcessêre. *nu.* 465. 692. 694. *& seq.*

Tituli, seu nomina alia Ordinis Carmelit. *n.* 88. 136. *& sequ.* 308, 1133. *&* 1154.

Toletanũ Monasterium huius Ordinis fundatum circa annum Christi 40. *numer.* 348. Olim nuncupabatur *Eremitorium S.* Mariæ *de Alfizen. Ibid.* In Ecclesiam istius Monasterij tempore Maurorum erat Sedes Episcopalis. *numer.* 474. Alia de illo Conuentu, & Ecclesia. *ibid. & num.* 475.

Tolosæ Prouincia per Hæreticos grassantes destructa restauratur. *n.* 1019. Viri illustres ex ea Iacobus Fornerius postea Pontifex. *num.* 882. Ioan. Grossius & Ioannes de Alerio Generales & alij de quibus, *num.* 884. 902. De eius celeberrimo quondam Cœnobio Tolosano, & miraculis quæ ibi contigêre. Vide. *num.* 768. 1019.

Tolosanis Carmelitis grauiter afflictis multiplici prodigio B. V. Maria succurrit. *num.* 768 1019. *&* 1317.

Transmigratio Ordinis Carmelit. ex Terra Sancta in Europam. *n.* 496. Transmigratio illa fuit celeberrima. *n.* 499.

Transpontinus Conuentus sedes Rectorum Ordinis præclaris Reliquiis & veneranda Imagine Deiparæ decoratur. *num.* 1007.

Tripoli innumera Christianorum multitudo à Saracenis neci datur. *num.* 503. Ciuitas erat munitissima, & ibi Monasterium Ordinis Carmelit. *ibid. & n.* 123. Inde tribus leucis distat mons Libanus, vbi erat Monaster. *Belli loci* prope fontem hortorum *n.* 123. Quãdo illud funditus subuerterint Saraceni. *n.* 503. Item de eo *nu.* 741.

Trithemius quid de Ordine Carmelit. asserat. *num.* 173. 297. 261. 451 456. 489. 496. 695. 859. Duos scripsit libros de B. Virgine in Vrticeto. *num.* 550. Duos quoque de Ordine Carm, *num.* 1256. Id ipse de se attestatur. *ibid.* Ideo perperam hoc à quopiam negatur. *ib.*

Turoniæ Prouincia origo Reformationis multarum aliarum. *num.* 647. *& seq.* Quâ ratione Obseruatia strictior ibi propagata, & stabilita. *n.* 678. Progenuino gusto Ordinis habitu resumendo multum laborauit, & pertulit. *nu.* 648. & 667. Viri illustres in ea Alanus Brito V. Prior & alij. *n.* 926. *& seq.* General. *n.* 941. Alia peculiaria de eadem. *nu.* 632. *&* 1024.

Tuscia Prouincia Ord. ante annos mille initium habens. *n.* 468, 469. Plures protulit sanctos. *n.* 1018.

Tyrus munitissima ciuitas à Paganis capitur, & euertitur. *n.* 503, Tunc periit Monasterium ibi huius Ord. *ibid.* De ea, &

ea, & Monasterio ibi, vid. *num.* 121.

V.

Vallencenensis Ciuitas auspiciis Marianis ab obsidione liberatur. *n.* 620.

Vallēcenense Monasterium decoratur insigni Imagine. *n.* 620. Reliquiis S. Simonis Stock. *nu.* 786. Reformatio ibi plātatur, & radices agit. *n.* 650, *& seq.* Viri Illustres eius. *n.* 637 889. 917. 918.

Vasconia Prouincia tota per hæreticos euertitur. *n.* 633. & 1023. Per Reformationem instauratur. *ibid.* eam in vita & post obitum singulariter decorauit S. Simon Stock. *n.* 767. 785. *&* 786. *& seq.* De fundat. antiquioris illius Conuent. vid. *Burdigal.*

S. *Veneranda* Virgo, Monialis fidē Christi infidelibus prædicat, & signis confirmat. *num.* 989.

Venetiarum Prouincia Ord. ferax virorum illustrium. *n.* 1019. Quot ibi Conuentus. *ibid.* Casus duo notabiles in ea. *n* 571 *&* 597.

Venetus Conuentus plures protulit viros illustres. *n.* 885. *&* 1019.

Vespasianus Imp. venit in Carmelum, & cur. *nu.* 356. *& seq.*

Viluordiense Monasterium Carmelitissatū decoratur Imagine miraculis illustri. *n.* 539. Ea prouenit à S. Elisabetha filia Regis Hungariæ. *ibid.* Vide Verb. *D. Consolatricis Monaster. nu.* 575.

Vestes cœlitus traditæ aut monstratæ. *nu.* 751. *&* 893. Mira per vestes. *nu.* 753. *&* 839. Vide *Scapulare.*

Vicariatus Brasilia, in America. *nu.* 1040. *& post prolegomena initio operis.*

Virgines collegialiter viuentes, cum aliquali voto in lege veteri fuisse, authoritatibus declaratur. *n* 982. *& seq.*

Virginitas olim apud Iudæos, & alias Gentes in magno pretio erat. *n.* 1248.

Virginitatis eminentia in B. V. Maria, in quos ra. *n.* 1214. Virginitas cū fœcunditate in ea summum priuileg. *n.* 1254.

Virginitas S. P. Eliæ & posterorum eius. *n.* 246. 254. 1112. *& seq.* 1223. *per aliquot capita conseq.*

Vita communis (abdicata proprietate) fundamentum, & murus est Religionum. *n.* 671. Id ab exemplis, ipsaq; experientia probatur. *n.* 672. *& seq.* ad fin. capit. vid. *Proprietas.*

Vota substantialia Religionis, cast. paup. & obed. an, & qualiter fuerint in Lege veteri. *nu.* 247. 1124. *& seq.* 1202. *& seq.* Id multorum authoritatibus ostenditur. *ibid. conseq per aliquot cap.* & fundatur in doctrina S. Thomæ. *num.* 1227. Qualia fuerint? explicitè facta, an implicitè? *n.* 1231. *& ibi conseq. per totum cap* 5. Vota mentalia, & etiam implicitè facta in actu aliquo æquiual. sufficiunt, vt constituant verū Religiosum. *n.* 1232. *& seq.* Vota illa in V. T. non præiudicant perfectioni Euangelij. *n.* 1245.

Votum castitatis qualiter in Lege veteri fuerit. *nu.* 247. 303. 982. *& seq.* 1112. *& seq.* 1208 *& seq.*

Verticeti seu *De Verticeto* Imago iuxta Heilbrunum celeberrimā peregrinatione, & miraculis plurimis clarescit. *n.* 550. Ecclesia, & Monasterium Ordini Carmelit. ibi construuntur. *n.* 551. Varia miracula ibi patrata. *n.* 552.

W

Wernerus Roleuinck Carthus. de Ord. Carmelit. *num.* 196, 505. 937. *& seq.*

Wintoniensis Conuentus fundatur ob insigne miraculum per S. Scapulare. *nu.* 753. *&* 792.

Wicleffus contumeliosè Ordines Religiosos sectam nouā appellat, vt odia ingerat *n.* 1222. Refellitur, & expugnatur à Thoma Waldensi. *ibid.* probante, quòd sit res antiquæ religionis. *Ibid & n.* 1096. Vide *n.* 164. *& seq.* 1126. *seq.* 1202. *& seq.*

Z.

Zelus S. P. Eliæ quasi ignis. *nu.* 220. In eo assimilatur Christo. *n.* 224. Zelus ille diuini honoris eum dignū reddidit tam glorioso triumpho raptus in Paradisum. *n.* 254. *&* 1275.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google





Digitized by Google

Digitized by Google